BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6 30 B 39

T 52

C. J
S. M
O. 5
N. 10

Digitized by Google

Digitized by Google

DOCTRINA CATHOLICA,

Ex Sacro Concilio Tridentino, & Catechiſmo Romano,

De Verbo Dei: De Regno Chriſti: De Eccleſia: De Romano Pontifice: De S. Euangelio:

Iuxta Methodum Logicam;

Fideliter collecta; diſtincta; ordinata; explicata; atque demum cum certitudine probata:

Erroribus quoque, & hęreſibus illi contrarijs cum eadem certitudine confutatis.

AVTHORE P. D. IOANNE BELLARINO Clerico Regulari Congregationis S. Pauli.

Cum Indice Titulorum in principio, & rerum notabilium in fine.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



VENETIIS, M. DC. XX.

Apud Ioannem de Albertis, & Georgium Valentinum.

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

ILLVST.MO ET REVER.MO

Domino meo colendiſsimo.

D. AVGVSTINO GALAMINIO

S. R. E. CARDINALI ampliſſimo.

Don Ioannes Bellarinus *veram, & perpetuam optat felicitatem.*

IN hoc opere, Illuſtriſsime, et Reuerendiſsime Præſul, per aliquot annos magnam adhibui diligentiam, vt duo, mediante Logica, præſtarem, quę toti Reipublicę Chriſtianę utiliſsima eſſe futura, nõ

dubitabam : Et primum quidem eſt, vt completam Summam Doctrinæ Catholicæ, quæ à Sacro Cõcilio Tridentino, & à Catechiſmo Romano tradita eſt, iuxta methodum Logicam, in vnum colligerẽ, diſtinguerem, ordinarem, explicarem, atque ita probarem, vt omnibus tam Catholicis, quam hęreticis de veritate, & puritate, & certitudine dictæ doctrinæ clara notitia tradita eſſet. Altarum eſt, talem ex Logica in hoc libro tradere methodicam rationem; & talem inſtituere de Catholica Doctrina tractationem; vt, quicũque illam bene poſſideat, facillimè poſsit cum certitudine fidei, et cum euidẽtia tum ſenſus, tum intellectus, omnes Euãgelicas veritates comprobare; & omnes errores, atque hæreſes confutare; Poſsit quoque clariſsime intueri atque ita eſſe probare; quod ſoli

Ca-

Catholici de illorum Doctrina certas faciunt probationes; hęretici vero neque Topicas ſacere poſſunt. Quę duo quam vtilia ſint his noſtris temporibus Eccleſiæ Dei, nullus dubitandi locus relictus eſſe videtur. Cum enim in Regno Chriſti neceſſarium ſit, vt ſublatis erroribus, & zizanijs, quæ quotidie ab hæreticis in medio tritici diſſeminantur; veritas, & puritas S. Euangelij in populo fideli conſeruata ſit: Verùm autem, & certum medium ad hoc præſtandum doctrina Catholica data fuerit, per quam Eccleſiæ authoritate veritates fidei determinantur, & hæreſes illis oppoſitæ damnantur; Omnino ſequetur, rectè admodum fieri, ſi doctrina Catholica, etiam per Logicam, & lumen naturale, vt in vltimo Concilio Lateranenſi ſub Leone X. decretum eſt, ita ſit collecta,

atque probata, vt cum facilitate, et breuitate, illius veritas, & certitudo ab omnibus cognoſci poſſit. Et talis eſt finis huius meę tractationis.

Hæc igitur à me habita tractatio videtur vtilis eſſe ad omnes fideles de vera doctrina Catholica edocendos, & illos in vera fide confirmandos: Potiſsimum erit vtilis ibi, vbi Catholici cum hæreticis permixti, vel illis vicini ſunt: Erit vtilis ad omnes hæreſes, ſiue præteritas, ſiue futuras confutandas, & ad omnes veritates Euangelicas comprobandas. Talia enim tradit principia, per quæ dicta fieri poſſint. Si quis etiam hęreticus cupiat de doctrina Catholica, & de illius ſolido fundamento edoceri, hic liber accomodatus erit? Si quis pariter hæreticus ad fidem Catholicam conuerſus ſit, per hunc librum, ſi ca-

pax

Digitized by Google

pax eſt, poterit de vera fide tum e-
doceri, tum in illa confirmari. De-
mum multis modis Eccleſiæ Dei
exiſtimo vtilem eſſe futurum ſi re-
cte in vſum adhibitus ſit.

Mecum ergo conſiderans, ex v-
na parte quod Officium Sanctisſi-
mæ inquiſitionis pro fine habet,
in Eccleſia Dei ueram, & puram
doctrinam Catholicam explicare;
Puritatem S. Euangelij conſerua-
re, Veritates Euangelicas dilucida-
re; Omnes hæreſes confutare; Ziza
nia à tritico ſeparare· Catholicos in
fide confirmare: Hæreticos ad ve
ram fidem reuocare: Et alia huiuſ-
modi præſtare. Ex alia vero parte
cogitans, quod hæc mea tractatio
ad dictum finem obtinendum mul
tis modis valeat deſeruire, potisſi-
mum ſi Reuerendisſimi Epiſco-
pi, & Reuereudisſimi Inquiſito-
res curent, vt in ſuis Diœceſibus in

† 4 uſum

vſum introducatur. Exiſtimaui, maximè conuenire, vt hoc opus Illuſtrisſimæ, & Reuerendiſs Dominationi tuæ ſit dedicatum: quia eminenti ſua tum pietate, tum authoritate, præcipuè cum in ſuprema Congregatione S. Officij, quæ Romæ habetur, adſcripta ſit, poterit, ſi non per ſe, ſaltem per alios examinare, ad quid hic liber vtilis eſſe posſit, & ad illud, prout fuerit iudicatum, opportune promouere. Deum rogabo, vt ijs, qui S. Officij curam gerunt, dignetur tale lumẽ, & conſilium, & auxilium præbere, vt iam refrigeſcentes hæreſes, per hoc, et alia media extinguere, & hęreticos ad veram fidem reducere poſsint, vt iam tamdem veritas de falſitate glorioſum triumphum ducat.

MO-

MONITA
AD LECTOREM.

Circa lectionem, & ſtudium, & vſum huius libri.

IN omni regno bene ordinato neceſſe eſt, tria determinare, quæ ſunt, Optimus finis; Recta media; Bonus vſus mediorum.

Hæc tria Chriſtus in regno ſuo determinauit, illaq. voluit eſſe ſupernaturalia.

Solus Deus poteſt ſcire, quæ ſint iſta, quia ſolus illa determinauit.

Solus poteſt dare veram, e certam cognitionem de illis.

Dedit hanc cognitionem hominibus per Doctrinam reuelatam.

Hæc Doctrina reuelata cōtinetur in Verbo Dei.

Omnes homines, de neceſſitate ſalutis, tenentur credere cū certitudine fidei huic doctrinæ, modo illis certo conſtet, quod à Deo ſit reuelata: Et ſi certo nō cōſtat, nō tenētur cùm certitudine credere illi.

Aliud eſt Doctrina reuelata, aliud cognitio Doctrinæ reuelatæ.

Cognitio dictæ doctrinæ poteſt eſſe vera, & falſa; certa, & incerta; Ipſa vero Doctrina ſemper vera, & certa eſt.

Digitized by Google

Sola Eccleſia Catholica,ordinarie loquẽdo, de illa habet veram,et certam cognitionem:ex priuilegio illi à Chriſto conceſſo.

Hanc veram,& certam cognitionem à Spiritu ſancto acceptam, Eccleſia proponit fidelibus, vt certi ſint de Doctrina reuelata.

Proprium officium Eccleſiæ eſt, docere fideles de omnibus,quæ ad cognitionem,& obſeruantiam doctrinæ reuelata pertinentia ſunt.

Hæc Doctrina Eccleſiæ Catholicæ Catholica appellatur.

Doctrina Catholica non eſt Doctrina reuelata;ſed habet pro obiecto doctrinam reuelatam.

Doctrina Catholica circa doctrinam reuelatam multa facit.

Primo declarat, quodnam ſit verum Verbum Dei,ideſt,quis Textus Biblicus verus,& quæ diuina Traditio vera.

Secundo, quæ ſit vera,& certa intelligentia,& interpretatio Verbi Dei.

Tertio docet,quæ ſit res à Verbo Dei ſignificata,veluti quod verum Euangelium, & quæ vera doctrina reuelata.

Quarto damnat hæreſes, ſi quæ contra doctrinam reuelatam mota ſint.

Quinto proponit iam dicta fidelibus, docens omnia quæ ad completam,tum cognitionem, tum obſeruantiam doctrinæ reuelatæ opportuna ſunt.

Huic Doctrinæ Catholicæ omnes fideles credere debent.

Diabolus ſemper doctrinam,iam reuelatam Catholicam per hæreticos impugnat.

Hi

His noſtris temporibus totam ſummam vtriuſque doctrinæ contaminare tentauit.

Ob hoc ſacrũ Concilium Tridentinũ veritatẽ, puritatem, & certitudinem doctrinæ reuelatæ, & Catholicæ, opera Spiritus ſancti, in priſtinum reſtituendam ſuſcepit: Et de completa ſummam dictæ doctrinæ determinauit.

Pro hac ſumma rectè explicanda nihil mihi videtur à ſacro Concilio fuiſſe omiſſum: Omnia capita principalia determinauit; Verum eſt, quod pauciſſimis verbis, & maximè ſignificãtibus hoc fecit; Methodicam quoque non habuit tractationẽ.

Hac de cauſa decreuit, vt in Catechiſmo Romano tradita à ſe doctrina, & fuſius explicaretur, & cum aliqua methodo traderetur; Et ita in illo libro effectum eſt.

Mihi vtiliſſima res viſa fuit, ſi dicta doctrina cum methodo logica propoſita, & explicata ſit.

Ideo cum hac methodo doctrinã Catechiſmi de S. Euangelio explicaui, omiſſis tamen probationibus, quæ in Logica fieri ſolent.

Vidi, illam tractionem adeo placuiſſe, vt, ſupra decem vices impreſſa ſit.

Mecum cogitaui, vtiliſſimum eſſe futurum, ſi de completa ſumma Doctrinæ Catholicæ, quæ à ſacro Concilio Tridentino tradita eſt, iuxta methodum Logicam, completam, cum ſuis probationibus, & confutationibus, tractationem haberem.

Logica enim, vt omnes affirmãt, eſt facultas, qua verum à falſo, & certũ ab incerto diſcerni poteſt.

Exiſtimaui, expedire, vt dicta tractatio tali ratione haberetur, vt tũ Catholicis, tum Hæreticis,

tum

Digitized by Google

tum doctis, tum indoctis tum Logicis, tum non Logicis aliquo modo accommodata tradita ſit.

Hæc omnia ſimul componere, & vnire, difficile fuit: Author, quod potuit, fecit, vt omnibus ſatiſfaceret.

Aequum eſt, vt lector ſecum cogitet, non ſibi ſoli, ſed, & alijs quoque fuiſſe ſatisfaciendum.

Sicut in magno conuiuio, vbi plurimi cibi appoſiti ſunt, non eſt neceſſe, quòd ſinguli conuiuæ de omnibus, vel omnia comedant, ſed quilibet debet accipere, quod ſibi cõmodũ eſt, ita, erit de hoc libro

Si lector minus doctus, vel non Logicus aliquid non intelligat, dimittat illud, quia pro doctioribus appoſitum eſt.

Si doctus. & Logicus aliquid inueniat facilius, vel humilius dici, vel aliquid iam dictum, in gratiam facilioris doctrinæ, repeti, nõ indignetur, quia etiam minus doctis conſulendum erat.

Si lector Catholicus eſt, & cupit habere doctrinam cum probationibus, & cõfutationibus, totum librum legat, ſi ſimplicem doctrinam deſiderat, omittat legere confutationes, & probationes.

Si lector hæreticus eſt, vel eſt doctus, et Logicus, & tunc totum librum legere debet, & per Logicã quærere, et obſeruare, vbi ſit certitudo, et ſi eſt ueritatis amator, apertè videbit, apud ſolos Catholicos reperiri; Si autem ſit minus doctus, & nõ Logicus, legat, & relegat totum librum, quia plurima inueniet ſibi cognoſcibilia, per quæ certitudo veritatis ab ipſo cognita ſit.

Author ſupponit, ſe hominem eſſe, & ideo in multis defeciſſe.

Obſe-

Obſecrat lectores, vt in hoc opere, non elegantiam ſed veritatem quærant.

De induſtria omnis ſit elegantiam, & ornatum orationis: quia veritas in puro, e ſiplici ſermone clarius elucet, & ſæpe elegãtia cũ veritate diſcordat.

Author exiſtimat, nihil hic eſſe dictum, quod in authoritate, & ratione fundatum non ſit.

Plurima loca in margine ſunt notata, illaque viſa, & reuiſa, fideliter quoque citata, iuxta librorũ diuiſionem, quos author habuit. Non omnes enim in diuiſione conueniunt.

Notabit lector, aliquando in vnico verbo clarã authoritatem eſſe fundatam, ideo ad illam inſpiciendam opus eſſe diligenti conſideratione.

Ariſtoteles hic ſæpe citatur, ad oſtendendum, quod Doctrina Catholica maximè cum philoſophia concordat, quod eſt ſignum veritatis.

Si Catholicus dicat, non opus eſſe, vt Catholica Doctrina cum Philoſophia, & Logica cõcordetur, videat Cõcilium Lateranenſe vltimum ſub Leone X. vbi oppoſitum determinatum eſt.

Si hæreticus dicat, doctrinam reuelatam nõ egere lumine naturali, neque Logica probatione; Dicetur; certitudinẽ fidei partim in lumine naturali partim in ſupernaturali fũdatã eſſe: iuxta illud Prophetæ Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, & S. Pauli quod inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur; Demum certitudo fidei firmatur in illo dicto lumine naturali noto, Deus nõ poteſt mẽtiri, et hoc infra probatũ eſt.

Si aliqua capita videãtur breuiora: ſciat lector. Cõcilium Tridentinũ Catechiſmum in partes diuiſum:

niſum. Magiſtrum ſententiarũ. Ariſtotelem, & alios aliquando idem feciſſe, quia ad diſtinctionem capitis ſufficit, quod materia diſtincta ſit.

Hic liber non tantum curſim, & ſemel, ſed etiã accurate, & ſæpius legendus eſt, quia materia digna eſt exacta cognitione, qualis autem eſt lectio, talis eſt cognitio, quæ per illam obtinetur.

Poſt lectionem vtiliſſimum eſt, ſi, quæ lecta ſunt, mente examinentur.

Si lectori quid videatur omiſſum, vel ipſe addat, vel ab alio libro accipiat.

Si quid videtur ſuperfluum, vel fruſtra repetitum omittatur.

Lector poterit vti hoc libro ad vtilitatem ſuã, & aliorum.

Sibi erit vtiliſsimus, quia dat exactam cognitionem de doctrina reuelata, et de doctrina Catholica, & explicat gloriam, & magnificẽtiã Regni Chriſti dictis antẽ nihil dignius cogitari poteſt.

Poſt lectionem huius libri iuſtum eſſet, meditari magnalia Dei, quæ in Regno Chriſti innumerabilia ſunt: & non ſolum meditari, ſed cum admiratione Deũ laudare, & illi gratias agere, hincq. occaſionem accipere, vt Deum toto corde diligat, atque colat.

Hæretici illo vtentur ad veritatem Euangelicam dignoſcendam.

Qui viuunt cum hæreticis, vel illis vicini ſunt, hoc libro vtentur, ne ab illi decepti ſint.

Cum aliqua hæreſis de nouo ſuſcitatur, hic liber remedium, & antidotum contra illam præbebit.

Hic liber lectorei ad vtilitatẽ aliũ ita deſeruiet.

Dirigit

Digitized by Google

Dirigit ad hæreſes tum voce, tum ſcriptura cõfutandas, & ad hæreticos ad fidem Catholicam conuertendos & iam conuerſos in fide Catholica inſtruendos, & confirmandos.

Per illum quis poterit fideles de Catholica fide docere, & in illa confirmare.

Expediret, vt Reuerendiſſimi Epiſcopi, & Reuerendiſſimi Inquiſitores in ſuis Diœceſibus curarent, vt hic liber in vſum introduceretur.

Potiſſimum vltra montes, vbi hæreſes ſunt, hoc fieri deberet.

Concionatores ex hoc libro maximam copiam accipere poſſunt ad gloriam, & magnificentiam regni Chriſti populis explicandam, vt ſic ad amorem, & cultum Dei eximium illo inducant.

Si Chriſtus, & S. Ioannes de hoc regno ſuam precationem habuerunt, ita etiam concionatores efficere debent.

Hic liber ex parte, amplitudinem, profunditatem, veritatem, puritatem, & certitudinem doctrinæ Sacri Concilij Tridentini, & Catechiſmi Romani demonſtrabit.

Si in Logica verſatus obſeruet methodum, qui in hoc libro adhibitus eſt ex illo poterit excipere modum ad completam de quacunque propoſita re inſtituendam tractationem.

Si lector diligenter prius legat Praxim ſcientiarum à me editam, poſtea legat hunc librum, videbit hic in Praxi fuiſſe ſeruatum. Quod in Theorica ibi dictum fuit: Et multo profundius, & clarius intelliget illa, quæ hic propoſita ſunt.

Omnia in hoc libro dicta cum humilitate, et reueren-

uerantia ſubmitto iudicio, & cenſura S. Matris Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ, quam ſolam eſſe veram Eccleſiam, cum certitudine fidei & cum euidentia tum ſenſus, tum intellectus, in hoc libro, & alijs plurimis apertiſſimè probatum eſſe, mihi certiſſimè conſtat, & ita eſſe conſtantiſſime credo, atque profiteor.

Digitized by Google

INDEX
TITVLORVM
Catholicæ Doctrinæ.

PRAEFATIO ad Lectores circa materiam formam, finem, & efficiens huius tractationis pag. 1
Declaratio ſacri Concilij Tridentini de fine ſibi in toto opere propoſito. 2
Declaratio eiuſdem.
De qualitate doctrinæ ab illo tradita, et de illa recipienda, atque obſeruanda. 3
de fine, & de doctrina Catechiſmi Romani. 4
de ſumma doctrinæ catholicæ quæ a ſacro concilio, & a catechiſmo propoſita eſt. 4
de fine huius tractationis. 6
de materia, & ſubiecto huius tractationis. 7
de ſubiecto in hac tractatione ex logica ſtatuendo. 8
de diuiſione huius tractationis in ſex libros. 9

LIBER PRIMVS

De certitudine, & veritate, & logicis probationibus. Et de vſu Logicæ, Ad omnes veritates Euangelicas cum certitudine cognoſcendas. Item ad omnes errores, & hæreſes detegendas. pag. 11
diuiſio huius libri. 12

DISTINCTIO PRIMA.

De certitudine doctrinæ catholicorum. Et de incertitudine doctrinæ hæreticorum. pag. 13
Dialogus. 14
Prologus in quo res tractanda proponitur. 14

Cap.

cap. 1. proponitur ſumma facienda demonſtrationis de vera fide. 16
cap. 2. De probatione maioris. 16
cap. 3. de probatione minoris. 18
cap. 4. De regulis Logicis ad probandam minorem. 18
cap. 5. De incerta probatione hæreticorum. 20
cap. 6. Regula Logica pro examine dicta probationis 21
cao 7. Examinatur probatio minoris. 22
cap 8. De certa probatione catholicorum. 23
cap. 9. De modo probandi cum certitudine minorem. 23
cap. 10. de regno Chriſti. 24
cap 11. de exiſtentia regni Chriſti, & Eccleſia. 25
cap. 12 probatio certa catholicorum de Eccleſia catholica Romana. 28
cap. 13. de modo probandi omnes Euangelicas veritates. 33
cap. 14. De modo detegendi, & confutandi omnes hæreſes. 34
cap. 15. de completa, & certa de fide probatione. 35
cap. 16. probatur ex Scriptura Eccleſiam non poſſe errare 37
cap. 17. de coniecturis veræ interpretationis Scripturarum. 39
cap. 18. Soluuntur quædam argumenta hæreticorum. 41
cap. 19. Aliud proponitur, & ſoluitur argumentum. 48

DISTINCTIO SECVNDA.

De recta ratione philoſophandi de quacunque propoſita re, & de completa ex Logica tractatione, & de vſu illius in explicanda doctrina Sacri concilij, & catechiſmi 52
cap. 1. de differentia inter Logicam, & philoſophicam. 52
cap. 2. de philoſophica, ſeu ſcientifica tractatione. 53
cap. 3. de completa tractatione ex Logica, 54
cap. 4. de recta, & completa philoſophandi ratione. 55

cap.

cap. 5. De fine,& ſubiecto in tractatione rectè conſtituendo. 56
cap. 6. De recta ratione omnia ſcibilia colligendi ex Logica. 58
cap. 7. de recta ratione omnia ſcibilia colligendi ex Metaphyſica. 60
cap. 8. de ſcibilibus diſtinguendis, ordinandis, & explicandis. 61
cap. 9. Nota eorum, quæ in completa tractatione ſunt obſeruanda. 61
cap. 10. de vſu Logicæ tractationis circa materiam hic propoſitam. 63
cap. 11. de regno Dei, & de iis, quæ per ſe illi conueniunt. 64
cap. 12 de doctrina a Deo reuelata de regno Chriſti. 66
cap. 13. de fide catholica,& de obiecto illius. 66
cap. 14 de doctrina catholica. 67
cap. 15. de doctrina Sacri Concilii Tridentini. 68
cap. 16 de tractatione, quæ in hoc opere habenda eſt. 69

DISTINCTIO TERTIA.

De veritate,& falſitate,& de illorum cognitione.

cap. 1. De nomine,& definitione veritatis. 71
cap. 2. de quatuor cauſis veritatis. 72
cap. 3. de multiplici acceptione veritatis. 75
cap. 4. de vero. 75
cap. 5. de proprietatibus veritatis, & veri. 75
cap. 6. Notandum pro catholicis contra hæreticos. 75
cap. 7. de falſitate. 78
cap. 8. de cognitione veritatis. 79
cap. 9. de vera,& falſa cognitione. 80
cap. 10. Regula ad veram cognitionem à falſa diſcernendam. 80
cap. 11. de regula Logica ad examinandam veritatem

obiectiuam cuiuſcunque rei. 82
cap. 12. De vſu huius regulæ ad verum Euangelium, & veram Eccleſiam dignoſcendam. 84

DISTINCTIO QVARTA.

De certitudine, & illius fundamento. 86
cap. 1. De vera, & falſa certitudine. 86
cap. 2. De conſtantia, inconſtantia, pertinacia, & temeritate. 87
cap. 3. De fine certitudinis. 88
cap. 4. De diffinitione vera certitudinis. 88
cap. 5. De cauſis certitudinis. 89
cap. 6. De incertitudine, & dubietate. 89
cap. 7. De fundamento certitudinis 90
cap. 8. De duplici certitudine fidei, & euidentiæ. 90
cap. 9. De duplici fundamento certitudinis. 91
cap. 10. De euidentia quid ſit. 91
cap. 11. De euidentia ſenſus. 91
cap. 12. Explicatur, quænam per ſenſum in regno Chriſti probari poſſunt. 92
cap. 13. De euidentia intellectus. 95
cap. 14. De euidentia ſimplicis rei. 95
cap. 15. De euidentia propoſitionum. 96
cap. 16. De propoſitionibus per ſe, & de illorum euidentia. 96
cap. 17. De propoſitionibus per ſe notis ex Metaphiſica. 98
cap. 18. Notandum inſigne circa modos per ſe, & propoſitiones per ſe notas. 99
cap. 19. De certitudine fidei, & illius fundamento. 100
cap. 20. Coordinatio eorum, quæ fidei certitudinem efficiunt. 106
cap. 21. De differentia inter certitudinem, & priuilegium non errandi. 108

Cap.22. De differentia inter cauſam certitudinis effectiuam,& obiectiuam. 109
cap.23. De neceſſitate ponendi obiectum fidei cum certitudine. 109
cap.24. De neceſſitate cognoſcendi cum certitudine fidei completam ſummam S Euangelij 111
Cap 25. de neceſſitate cognoſcendi cum certitudine fidei, quanam Eccleſia vera ſit. 113
cap 26. de modo probandi certitudinem Euangelicæ Summæ. 113
cap.27. de certa probatione, quanam Eccleſia ſit vera 114
cap.28. de certitudine Catholicorum, & incertitudine hæreticorum. 116

DISTINCTIO QVINTA.

De certis, & incertis probationibus Et de regulis Logicis illas conficiendi,& cognoſcendi. 117
cap.1. de probatione quid ſit. 118
cap 2. de vera,& certa probatione. 118
cap.3. de differentia inter certam, topicam, & ſophiſticam probationem. 119
Cap.4. Enumerantur quindecim certæ probationes. 121
Cap 5. De certa probatione ex ſacra Scriptura. 122
Cap 6. De certa probatione per Traditionem. 123
cap 7. De certa probatione per Eccleſiam Catholicam. 124
cap 8. De certa probatione per lumen naturale. 125
cap.9. De effectum certæ probationis. 125
cap.10. De cauſis pertinaciæ. 125
cap.11. De topica probatione, quid ſit. 126
cap.12. Quid ſit probabile,& probabilitas. 127
cap.13. De fundamento probabilitatis. 128
cap.14. De probatione topica ex ſcriptura. 130
cap 15. De topica probatione per Traditionem. 130
cap.16. De probatione per Eccleſiam. 131

Cap.17. *De probatione ab anthoritate Doctorum.* 131
Cap.18. *De probatione ex Ariſtotele, et Philoſophis.* 132
Cap.19. *De topica probatione ex lumine naturali.* 132
Cap.20. *De ſophiſtica probatione; & de fundamento illius.* 134
Cap.21. *Explicantur quædam hæreticorum ſophiſticæ probationes.* 136
Cap 22. *De remedijs contra ſophiſtica deceptiones.* 139
Cap 23. *De vſu huius doctrinæ de probationibus.* 139

LIBER SECVNDVS.

De verbo Dei ſcripto & non ſcripto. 150

DISTINCTIO PRIMA.

De verbo Dei in genere conſiderato, & de illius certa cognitione. 151
Cap.1. *De vocibus ſeu de verbis, & oratione.* 151
Cap.2. *De diffinitione verbi in genere conſiderati.* 152
Cap.3. *De quattuor cauſis verborum.* 152
Cap.4. *De diuiſione verbi in non ſcriptũ & ſcriptũ.* 153
Cap.5. *De verbo non ſcripto.* 153
Cap 6. *De verbo ſcripto.* 153
Cap.7. *De cognitione verbi, & ſignificationis illius.* 154
Cap.8. *De oratione.* 154
Cap.9. *De verbo Dei.* 155
Cap.10. *De quattuor cauſis verbi Dei.* 155
Cap.11. *De ſignificatione verbi Dei, & de re ab illo ſignificata* 156
Cap.12. *De veritate verbi Dei.* 156
Cap.13. *De cognitione verbi Dei.* 158
Cap.14. *De triplici re cognita in verbo Dei.* 158
Cap 15. *de vera & falſa cognitione verbi Dei.* 158
Cap.16. *de neceſſitate, quod in Eccleſia ſit, & ſemper fuerit vera cognitio verbi Dei* 159
Cap 17 *de neceſſitate, vt in Eccleſia ſemper fuerit ne-*

ra

Digitized by Google

ra intelli:entia, & interpretatio verbi Dei. 160
cap. 18. *De neceſſitate, quod in Eccleſia ſemper fuerit vera cognitio de re à verbo Dei ſignificata.* 160
cap. 19. *De neceſſitate, quo in Eccleſia ſemper fuerit nõ ſolũ vera, ſed etiã certa cognitio de verbo Dei* 161
cap. 20. *Probatur, quod ſolus Deus primo poteſt habere certam cognitionem de verbo ſuo.* 162
cap. 21. *Proponitur prima radix controuerſiarum inter Catholicos, & hæreticos* 163
cap. 22. *Proponitur doctrina Catholica de fide, & de cauſa certitudinis illius.* 164
cap. 23. *probatur, quod Spiritus ſanctus per Eccleſiam ducet fideles.*
cap. 24. *Probatur hæreticos non poſſe habere certitudinem de verbo Dei.* 174
cap. 25. *Probatur Catholicos habere certitudinem de verbo Dei.* 176
cap. 26. *Soluntur quædam argumanta hæreticorum* 177
cap. 27. *Probatur in Eccleſia ſemper fuiſſe veram, & certam inteligentiam verbi Dei, & rei ab illo ſignificata.* 180

DISTINCTIO SECVNDA.

de diuiſione verbi Dei in ſcriptum, & non ſcriptum de verbo Dei non ſcripto 183
cap. 1. *Proponitur doctrina catholica de diuiſione verbi Dei in ſcriptum, & non ſcriptum.* 183
cap. 2. *de diuiſione verbi Dei in ſcriptum, & non ſcriptum.* 185
cap. 3. *nomine verbi Dei non ſcripti.* 185
cap. 4. *De diffinitione verbi Dei non ſcripti.* 186
cap. 5. *De diffinitione Traditionis.* 186
cap. 6. *Explicatur quatuor cauſæ verbi Dei nõ ſcripti.* 187
cap. 7. *Examinatur vtrum completa doctrina S Euangelij*

gelij fuerit data tempore Apoſtolum. 188
Cap 8. De ſignificatione, & re ſignificata a verbo Dei non ſcripto. 189
cap. 9. Explicatur quædam differentia inter verbum Dei non ſcriptum, & diuinas Trationes. 190
cap. 10. Proponuntur quædam exempla diuinarum Traditionum. 191
Cap. 11. De proprietatibus verbi Dei non ſcripti. 192
Cap. 12. De vnitate verbi Dei non ſcripti 193
Cap. 13. De antiquitate, & æternitate vtriuſque verbi Dei 194
cap. 14. De authoritate, veritate, & certitudine verbi Dei non ſcripti. 197
Cap. 15. de cognitione vera, & certa verbi Dei non ſcripti. 198
Cap. 16. Probatur dari verbum non ſcriptum, & traditiones. 199
cap. 17. Soluuntur quædam argumenta hæreticorum. 207

DISTINCTIO TERTIA.

De ſacris Biblis, ſeu de ſacra Scriptura, & de vera, & certa illius interpretatione. 210
Cap. 1. De neceſſitate doctrinæ reuelatæ. 210
cap. 2. De modo tradendi doctrinam reuelatam. 211
cap. 3. De ſacra Scriptura. 211
cap. 4. De nomimibus ſacræ Scripturæ. 211
cap. 5. De diffinitione ſacræ Scripturæ. 212
Cap. 6. Probatur, quod ſacra Scriptura ſit de ſubſtantia regni Chriſti. 213
Cap. 7. De fine ſacræ Scripturæ. 214
Cap. 8. De vſu, & vtilitate ſacræ Scripturæ. 215
cap. 9. De forma, & ſignificatione ſacræ Scripturæ. 217
Cap. 10. De materia ſacræ Scripturæ, ſeu de re ſignificata, & contenta in illa. 219

Cap.

cap. 11. de cauſa efficienta ſacra Scriptura. 221
cap. 12. De proprietatibus, & priuilegijs ſacra Scriptura. 226
cap. 13. de vera intelligentia, & interpretatione ſacra Scriptura. 217
cap. 14. de vera, & certa cognitione verborum Sacra Scriptura. 228
cap. 15 de vera, & certa cognitione ſignificationis ſacra Scriptura 228
cap. 16 de vera, & certa cognitione rerum a ſcriptura ſignificatarum. 231
cap 17 De vſu Logica ad veram interpretationem a falſa diſcernendam. 232
cap. 18. Proponitur Praxis dictorum. 234
cap. 19. Regula dicta declaratur exemplis. 235
cap. 20. Datur alia regula pro vera interpretatione diſcernenda. 237
cap 21. de regula ad concilianda loca Scriptura, qua videntur eſſe contraria. 239
cap. 22. diſcurſus logicus de vera verbi Dei interpretatione. 240

LIBER TERTIVS.

De regno Dei, & de partibus illius. 245

DISTINCTIO PRIMA.

De regno Dei in generali conſiderato. 246
cap. 1. de regno Dei in genere conſiderato. 246
cap. 2. de fine mundi, & regni Dei. 246
cap. 3. de forma regni Dei in generali conſiderato. 249
cap. 4. de coordinatione finis, & mediorum in gubernatione mundi. 251
cap. 5. concluſio de forma gubernationis mundi. 252
cap. 6. de mundo, ſeu de materia regni Dei, & de re gubernata in illo. 252

Cap.7. de vnitate, Ordine, & perfectione regni Dei. 253
cap. 8. de diuiſione regni Dei in quattuor partes, ſeu in quattuor regna. 254
cap. 9. de regno naturali. 255
cap. 10. de regno iuſtitiæ. 255
cap. 11. de regno Dei in veteri teſtamento. 256
cap. 12. de regno gloriæ 257
cap. 13. de regno gratiæ. 258
cap. 14. de comparatione horum regnorum inter ſe. 258
cap. 15. de Chriſto poſito infra, & ſupra regnum naturæ, iuſtitiæ, gratiæ, & gloriæ. 260

DISTINCTIO SECVNDA.

De regno gratiæ, ſeu de regno Chriſti in terris. 262
cap. 1. de nomine regni gratiæ. 262
cap. 2. de definitione regni gratiæ. 262
cap. 3. de materia huius regni. 263
cap. 4. Diſcurſus logicus ad veram formam, & finem regni gratiæ præciſè diſcernendam. 264
cap. 5. de lege gratiæ à Deo in Chriſto datæ. 267
cap. 6. de lege gratiæ à Chriſto hominibus datæ. 271
cap. 7. de merito hominum. 274
cap. 8. De gratia Dei. 277
cap. 9. de Sacramentis, & illorum ritibus, ac ceremonijs. 279
cap. 10. de doctrina chriſti, et de ſacra Scriptura. 279
cap. 11. de ſacrificio Miſſæ, & de Sacerdotio. 280
cap. 12. de ſumma S. Euangelij, & de illius obſeruantia. 281
cap. 13. de reali præſentia Chriſti in Sacramento, & de communione. 281
cap. 14. de magiſtratibus, & de gubernatione regni Chriſti. 282
cap. 15. de priuilegio non errandi conceſſo Eccleſiæ, &

Romano Pontifici. 283

Cap. 16. De proprietatibus, & priuilegijs regni Chriſti. pag. 284

Cap. 17. Diſcurſus Logicus ad probandam falſitatem doctrinæ hæreticorum de hoc regno. 295

DISTINCTIO TERTIA.

De ſubſtantialibus regni Chriſti, & de exiſtentia illius, Et quod hoc regnum ſenſibile ſit.

Cap. 1. De regula Logica ad cognoſcenda ſubſtantialia cuiuſcunque rei. 290

Cap. 2. De ſubſtantialibus regni Chriſti. 291

Cap. 3. De eſſentia, & exiſtentia. 293

Cap. 4. De exiſtentia regni Chriſti. 294

Cap. 5. De vnitate regni Chriſti. 394

Cap. 6. De diuiſione regni Chriſti in ætates mundi. 295

Cap. 7. De regno gratiæ, & illius exiſtentia. 296

Cap. 8. De initio, duratione, & fine huius regni. 296

Cap. 9. Probatur æternitas regni Chriſti. 496

Cap. 10. Probatur Euangelium eſſe perpetuum. 397

Cap. 11. Probatu Eccleſiam eſſe perpetuam. 299

cap. 12 Probatur perpetua exiſtentia textus Biblici. 300

Cap. 13. Probatur perpetua exiſtentia magiſtratum regni Chriſti. 301

Cap 14. Examinatur, an regnum Chriſti ſenſibile ſit 303

Cap. 12. De regula Logica ad hoc indicandum. 03

Cap. 16. Probatur regnum Chriſti eſſe ſenſibile. 304

Cap. 17 Probatu: liberũ arbitrium in hoc regno dari. 304

Cap 18. Doctrina & probatio de peccatis. 305

Cap. 19. De tentationibus dæmonum, & de auxilijs Beatorum. 306

Cap. 20. De partibus mundi, & de illarum coordinatione in regni Chriſti. 307

Cap. 21. Diſcuſſio Logica de traditione iam habita de

regno Dei. 311
Cap. 22. Probatur regnum Chriſti & nunc eſſe, & ſemper fuiſſe in ſola Eccleſia Romana. 319

LIBER QVARTVS.

De Eccleſia, & de partibus illius. 330

DISTINCTIO PRIMA.

De Eccleſia in generali conſiderata. 331
Cap. 1. De omnes Eccleſiæ. 331
Cap. 2. De differentia inter totum, & genus. 332
Cap. 3. De differentia inter caput, corpus, partes corporis, & membra illius. 332
Cap. 4. De Chriſto capite totius Eccleſiæ. 334
cap. 5. De diffinitione Eccleſiæ vniuerſalis. 335
cap. 6. De materia Eccleſiæ in generali conſiderata. 336
cap. 7. De partibus Eccleſiæ vniuerſalis. 336
cap. 8. De forma Eccleſiæ vniuerſalis. 337
cap. 9. De fine Eccleſiæ vniuerſalis. 338
cap. 10. De operatione finali Eccleſiæ vniuerſalis. 339
cap. 11. De efficiente vniuerſalis Eccleſiæ 350
cap. 12. De proprietatibus Eccleſiæ vniuerſalis. 340
cap. 13. De priuilegijs Eccleſiæ vniuerſalis. 341
cap. 14. De exiſtentia Eccleſiæ vniuerſalis. 342
cap. 15. De Eccleſia Triunfanti. 343
cap. 16. De comparatione inter Eccleſiam militantem & triunfantem. 344
cap. 17. Comparatur doctrina Catholica dicta cum doctrina hæreticorum 345

DISTINCTIO SECVNDA.

De communione ſanctorum, de Indulgentijs, de theſauro Eccleſiæ De Purgatorio, & de alijs ad dicta attinentibus. 346
cap. 1. De Chriſto, & regno illius. 346
cap. 2. De communione Sanctorum. 347

cap. 3. *De Theſauro Eccleſiæ.* 348
cap. 4 *De vſu, & diſpenſatione dicti Theſauri:* 349
Cap. 5. *De ſocietate, & commertio inter Angelos. Beatos; & fideles viatores, in Purgatorio conſtitutos.* 351
cap. 6 *De Paradiſo, inferno, & purgatorio.* 352
cap. 7. *Probatur, quod dicta regno Chriſti conueniant.* 353
cap. 8. *Probatio, quod lex Euangelij, omnibus hominibus data ſit.* 354
cap. 9. *Probatio, quod in regno Chriſti pœna malis ſunt infligenda.* 354
cap. 10. *Probatio, quod detur Purgatorium.* 354
cap. 11. *Probatio de communione Sanctorum.* 358
cap. 12. *Probatur, inter omnes iuſtos dari communionem, & comercium.* 359
cap. 13. *Probatur, omnes creaturas habere recurſum & acceſſum ad Deum.* 361
cap. 14. *Probatur, Beatos, & Angelos orare pro hominibus.* 362
cap. 15. *Probatur, quod Angeli, & Beati poſſunt rogare pro animbus Purgatorij.* 364
Cap. 16. *probatur, iuſtos viatores poſſe rogare pro animabus Purgatorij.* 365
cap. 17. *Soluuntur argumenta hæreticorum.* 365
cap. 18. *probatio de cultu, & inuocatione Sanctorum:* 366
cap. 19. *Probatio de ſacris reliquijs, & de cultu illarum.* 368
cap 20 *Probatio de ſacris imaginibus, & illarum vſu.* 369
cap 21. *probatio de veneratione ſanctarum imaginum* 370
cap. 22. *Probatio de Teſauro Eccleſiæ, & de indulgentijs.* 371
cap. 23. *De gloria Dei, & de cultu debito illi.* 372
Cap.

Cap. 24. De ritibus, ac cæremonijs. 373
Cap. 25. De vnitate, & varietate, & veritate diuini cultus. 374
cap. 26. De perſonis ad diuinum cultum deſtinatis. 375
cap. 27. De diebus feſtis, & vigilijs in regno Chriſti ſtatuendis. 376
Cap. 28. De publicis Eccleſijs determinandis. 377
Cap. 29. Probatur hæreticos indigna loqui de regno Chriſti. 377

DISTINCTIO TERTIA.

De Eccleſia militante, & de partibus, ac mẽbris illius. 381
cap 1. De nomine Eccleſiæ militantis. 381
Cap. 2. Explicatur, quot modis accipiatur Eccleſia Catholica. 383
cap. 3. de membris Eccleſiæ mlitantis. 384
cap. 4 de partibus Eccleſiæ militantis. 385
cap. 5. de capite Eccleſiæ militantis. 386
cap 6. De diffinitione Eccleſiæ militantis. 387
cap. 7. de quattuor cauſis Eccleſiæ militantis. 388
Cap. 8. De operatione finali Eccleſiæ militantis. 390
cap. 9. De cultu Dei publico, & priuato. 391
cap. 10. Conſideratio Logica contra hæreticos. 393
Cap. 11. Enumerantur propriæ actiones Eccleſiæ militantis. 394
cap. 12. De principio productiuo dictarum operationũ. 396
cap. 13. De proprietatibus Eccleſiæ militantis. 397
cap. 14. De priuilegijs Eccleſiæ militantis. 398

DISTINCTIO QVARTA.

Quod vera Eccleſia Catholica ſemper ſenſibilis fuit. 400
cap. 1. Proponitur concluſio probanda. 400
cap. 2. Explicantur termini concluſionis. 400
cap. 3. De regula logica ad probandum, quod aliqua res ſenſibilis ſit. 401

Cap.

cap. 4. *Logica probatio quod Eccleſia ſenſibilis ſit.* 402
cap. 5. *Soluuntur argumenta hæreticorum.* 411

DISTINCTIO QVINTA.

Quod priuilegium non errandi in rebus fidei, ac morum Eccleſiæ Catholicæ datum eſt. 415
cap. 1. *Tractanda de priuilegio non errandi.* 415
cap. 2. *Quid ſit priuilegium non errandi.* 415
cap. 3. *Explicantur duæ conditiones huius priuilegij* 417
cap. 4. *De controuerſia inter Catholicos, & hæreticos.* 418
cap. 5. *De fine, vtilitate, & neceſſitate huius priuilegij.* 418
cap. 6. *de differentia inter certitudinem fidei, & priuilegium non errandi* 419
cap. 7. *De duplici certitudine obiectiua, & ſubiectiua.* pag. 420
cap. 8. *De vſu priuilegij non errandi.* 421
cap. 9. *De quattuor cauſis priuegij non errandi.* 422
cap. 10. *De exiſtentia priuilegij non errandi.* 423
cap. 11. *Probatur Deum poſſe, cui vlt, dare hoc priuilegium.* 423
cap. 12. *Examinatur, cui certum ſit, Deum illud dediſſe.* 424
cap. 13 *Examinatur, an ſingulis fidelibus datum ſit,* 425
cap. 14 *De regula non errandi.* 426
cap. 15. *De proprietatibus huius priuilegij.* 428
cap. 16. *De probatione, quod hoc priuilegium Eccleſiæ datum ſit.* 428
cap. 17. *Prima probatio ex ſcriptura.* 429
cap. 18. *Secunda probatio ex neceſſitate huius priuilegij.* 430
cap. 19. *Tertia probatio ex lege naturæ, et ſcripta:* 433
cap. 20. *Quarta probatio ex lege Euangelica.* 434

Cap

Cap 21. *Quinta probatio ex Traditione, & alijs modis.* pag. 435
cap. 22. *Sexta probatio Logica, quod vera Eccleſia non poſſit errare.* 435
cap. 23. *Proponitur ex dictis logica conſequentia.* 436
cap. 24 *de completa, & certa Summa S Euangelij.* 437
cap. 25. *Soluuntur quædam argumenta hæreticorum* 438

DISTINCTIO SEXTA.

De Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana. Et probatur, quod illa ſola vera Eccleſia eſt. 439
cap. 1. *Explicantur hæc nomina Eccleſia Romana Apoſtolica, Catholica.* 439
cap. 2. *de definitione Eccleſiæ Romanæ ſtrictè acceptæ.* pag. 440
cap. 3. *de definitione Eccleſiæ Romanæ vniuerſaliter acceptæ.* 441
cap 4. *De exiſtentia Romanæ Eccleſiæ* 442
cap. 5. *de Eccleſijs, ſeu ſectis hæreticorum.* 443
cap 6. *de regula Logica ad probandum, quæ Eccleſia vera, & quæ falſa ſit.* 444
cap. 7. *de probatione iuxta logicam facienda.* 445
cap. 8. *De probatione maioris.* 445
cap. 9. *de probatione minoris.* 446
cap 10 *Prima probatio à nomine.* 447
cap. 11. *Secunda probatio a definitione.* 447
cap 12. *Tertia probatio ab exiſtentia.* 448
cap. 13 *Quarta probatio ab efficiente.* 450
cap. 14. *Quinta probatio a forma veræ Eccleſiæ.* 450
cap 15. *Sexta probatio a materia.* 451
cap. 16. *Septima probatio a fine.* 352
cap. 17 *Octaua probatio ab operatione finali.* 452
cap. 18 *Nona probatio a S. Euangelio.* 453
cap. 19. *decima probatio à ſacrificio Miſſæ, & Sacerdotio.*

dotio. 453
cap. 20. *Vndecima probatio à propietatibus veræ Eccleſia.* 454
Cap. 21. *Duodecima probatio à virtute, & vitio.* 455
Cap. 22. *Decimatertia probatio à præmio, & pena.* 455
cap. 23. *Decimaquarta probatio à libero arbitrio.* 456
Cap. 24. *Decimaquinta probatio à comunione Sanctorum.* 456
Cap. 25. *Decimaſexta probatio ab operationibus veræ Eccleſia.* 456
Cap. 26 *Probatio maioris.* 457
cap. 27. *Probatio minoris.* 458
Cap. 28. *Probatio à Traditione.* 459
cap. 29. *A verbo Dei Scripto.* 459
cap. 30. *A determinatione Euangelij.* 460
cap. 31. *Probatio ab interpretatione ſcripturarum.* 461
cap. 32. *Probatio à reformatione morum.* 462
cap 33. *Probatio à Concilijs generalibus.* 462
cap. 34. *Probatio à completa Summa S Euangelij.* 462
cap. 35. *Probatio à conuerſione infidelium ad fidem.* 463
cap. 36. *Probatio à diuino, & publico cultu.* 463
cap. 37. *Probatio à Concilijs Euangelici.* 463
cap. 38. *Probatio à ſignis.* 464
cap 39. *Probatio à miraculis, & martiribus.* 464
cap. 40. *Probatio ab ordine, & magiſtratibus.* 464
cap 41. *Probatio à Romano Pontifice.* 464
cap. 42. *Probatio ex Logica.* 465
cap. 43. *Concluſio probationis.* 466
cap. 44. *Proponuntur, & ſoluuntur argumenta hæreticorum.* 467
cap. 45. *De conſequentijs ex hac probatioae faciendis.* 471
cap 46. *Annotationes ex logica circa iam habitam de Eccleſia tractationem.* 472

LIBER

LIBER QVINTVS

De primatu Romani Pontificis. Et de magiſtratibus a Chriſto in regno ſuo conſtitutis. 484

DISTINCTIO PRIMA.

De humana ſocietate, Regno, & alijs terminis declaratis. pag. 486
Cap. 1. De humana ſocietate. 486
Cap 2. Notanda circa iam dicta. 488
Cap 3. De regno, de regia poteſtate, de rege. 499
Cap 4. De regno Dei in mundo. 492
Cap. 5 De regno Dei in veteri teſtamento. 494
cap. 6. De regno Chriſti Euangelico 494
cap. 7. De magiſtratibus à Chriſto in regno ſuo inſtitutis. 476
cap 8. De primatu S. Petrii, & Romani Pontificis 503
cap. 9 De Summo Pontifice Romano. 504
cap. 10 De vera Ecleſia. 506
Cap. 11. Quid ſit eſſe, vel non eſſe Primatura Romani Pontificis. 507

DISTINCTIO SECVNDA.

Quod populus Chriſti gubernatur per viſibiles magiſtratus Et quod mali magiſtratus peccant, ſed non amittunt poteſtatem. 508
cap. 1. Pobatur quod populus Chriſti gubernatur per viſibiles magiſtratus. 508
cap. 2. De mediata & imediata Dei gubernatione. 509
cap. 3. Pr obatio ex lumine naturali, & ex ſenſu. 510
cap. 4. Probatur ex veteri, & nouo teſtamento. 513
cap. 5. Probatio per Traditionem, & per Eccleſiam. 514
cap. 6. Concluſio huius probationis. 515
cap. 7. Secunda probatio, quod mali magiſtratus non amittunt poteſtatem. 516
cap. 8 Probatio ex lumine naturali, & ſenſu. 517

cap. 9. *Probatio ex veteri,& nouo teſtamento.* 520
cap. 10. *Probatur ex traditione, & authoritate Eccleſiæ.* 521

DISTINCTIO TERTIA.

Quod Primatus Romani Pontificis eſt de ſubſtātia a regni Chriſti, Et quod ſemper fuit,& eſt, & erit in dicto regno,& in vera Eccleſia. 523
cap. 1. *Proponitur concluſio probanda.* 523
cap 2. *Termini explicantur.* 524
cap. 3. *Proponitur probatio ex Logica principalis* 525
cap. 4. *Probatio maioris.* 525
cap. 5. *De probatione minoris.* 5 8
cap. 6. *Prima Probatio à genere regni Chriſti deſumpta.* pag 528
cap 7. *Secūda probatio à fine regni Chriſti accepta.* 530
cap. 8. *Tertia probatio ex parte materiæ regni Chriſti.* pag. 532
cap 9. *Quarta probatio ex parte formæ regni Chriſti* pag. 533
cap 10. *Quinta probatio ex efficiente regni Chriſti.* 533
cap 11. *Sexta probatio per ſenſum ab effectu.* 534
cap 12. *Septima à ſigno.* 535
cap 13. *Octaua ducit ad impoſſibile.* 536
cap. 14. *A diuiſione demonſtratiua* 536
cap 15. *Per inductionem demonſtratiuam.* 537
cap 16. *Ex veteri teſtamento.* 538
cap 17. *Ex nouo teſtamento.* 538
cap *Ex Traditione* 548
cap 19 *Ab authoritate Eccleſiæ catholica.* 548
cap 20 *Vltima probatio omnes colligit probationes* 548
cap. 21. *Probatio, quod concluſio contraria non poſſit certo probari.* 549
cap 22. *Soluuntur argumenta hæreticorum.* 551

cap.

Cap. 23. *Concluſio huius probationis.* 562.

DISTINCTIO QVARTA.

De Romano Pontifice Quid ſit Ad quid ſit Quæ proprietates, & priuilegia illius, 566
Cap. 1. *De nomine Romani Pontificis.* 566
Cap. 2. *De diffinitione Romani Pontificis.* 566
Cap. 3. *De fine, ad quem Primatus Romani Pontificis ordinatur.* 569
Cap. 4. *De materia in qua, & circa quam dicti Primatus.* 570
Cap 5. *De perſonis Romanorum Pontificum.* 571
Cap. 6. *De eo, quod in Romanis Pontificibus ſe habet vt forma.* 572
Cap 7. *De Romano Pontifice.* 572
Cap. 8. *De Efficiente Romani Pontificis.* 573
Cap. 9. *De accidentibus quinti prædicabilis. quæ Romano Pontifici non conueniunt per ſe.* 573
Cap. 10. *De accidentibus quæ Romano Pontifici per ſe conueniunt.* 573
Cap. 11. *Diſtinguuntur illa, quæ Romano Pontifici per ſe conueniunt.* 575
Cap 12. *De inſtitutione Romanorum Pontificum.* 576
Cap. 13. *Explicantur, quæ dicta ſunt.* 578
Cap. 14. *De priuilegijs Romanorum Pontificum.* 582
Cap. 15. *de priuilegio non errandi Romano Pontifici conceſſo.* 583
Cap. 16. *De præeminentijs, ſeu prærogatiuis Romanorum Pontificum.* 589
Cap. 17. *De obligationibus Romanorum Pontificum* 590
Cap 18. *De vſu poteſtatis Romani Pontificis.* 591
Cap. 19. *De fine Pontificiæ Poteſtatis.* 591
Cap 20. *De operationibus ad dictum finem obtinendum pag.* 592

cap.

cap. 21. de libero uſu Pontificia poteſtatis. 594
cap. 22. de honore, ſubiectione, & obedientia, quæ Romano Pontifici debita eſt. 596
cap. 23. Annotationes ex Logica circa iam habitam de Romano Pontifice tractationem. 598

LIBER SEXTVS.

De S. Euangelio, & de completa ſumma, & obſeruantia illius. 603

DISTINCTIO PRIMA.

De S. Euangelio, & de completa ſumma illius. 606
cap. 1. de ſumma completa, quid ſit. 607
cap. 2. de nomine, & diffinitione S. Euangelij. 608
cap. 3. de quattuor cauſis S. Euangelij. 609
cap. 4. de diuiſione S. Euangelij. 609
cap. 5. de neceſſitate colligendi breuem Summam S. Euangelij. 610
cap. 6. Proponitur breuis Summa S. Euangelij. 611
cap. 7. de quattuor cauſis Euangelicæ Summæ. 611
cap. 8. Probatur, quod dicta ſumma completa ſit. 612
cap. 9. de diſtinctione, & ordine in hac Summa S. Euangelij 614
cap. 10. de fide, & de Symbolo Apoſtolorum. 615
cap. 11. de ſpe, & de oratione dominicali. 617
cap. 12. de caritate, de gratia, & de Sacramentis. 619
cap. 13. de Decaloge, de operibus, & de merito. 621
cap. 14. concluſio de Summa S. Euangelij. 622

DISTINCTIO SECVNDA.

Sacramenta eſſe ſeptem, & nec plura, nec pauciora 624
cap. 1. Quid ſit Sacramentum. 625
cap. 2. Proponitur concluſio probanda. 625
cap. 3. Probatio, quod ſint ſeptem. 626
cap. 4. de Baptiſmo. 628
cap. 5. de Sacramento Matrimonij. 628

cap.

Cap. 6. Conſideratio Logica circa hæreticorum negationes. 630
cap 7. De probatione confirmationis. 631
cap 8. de probatione Extremæ unctionis. 633
cap. 9. De probatione Sacramenti Ordinis. 635
cap. 10. de probatione Pœnitentiæ, & confeſſionis. 637
cap. 11. Preponitur concluſio catholicorum, & explicatur. 637
cap. 12. probatio quod Pænitentia externa res ſenſibilis ſit pag. 637
cap. 13. probatio, quod Pœnitentia externa ſignificat remiſſione peccatorum. 638
cap. 14. probatio, quod pœnitentia externa efficiat iuſtificationem. 638
cap. 15. probatio quod abſolutio Sacerdotum eſt neceſſaria ad remiſſionem peccatorum. 640
cap, 16. probatur ex Scriptura. 641
cap. 17. Dicta explicatio litteralis probatur authoritate Eccleſiæ. 643
cap. 18. probatur ex teſtamento veteri, & nouo. 644
cap. 19. confirmatur ratione, & lumine naturali. 645
cap. 20. Diſcurſus Logicus de remiſſione peccatorum, & de cauſis illius. 648
cap. 21. concluſio Dictorum. 653

DISTINCTIO TERTIA.

Quod Euchariſtia verum, & reale ſit Sacramentum. 655
cap 1. De modo probandi Sacramentũ Euchariſtiæ 655
cap. 2. proponitur concluſio probanda. 655
cap. 3. Quid ſit Euchariſtia, & de fine, & vſu illius. 656
cap. 4. proponuntur quattuor loca ſacræ Scripturæ examinanda. 657
cap. 5. Examinatur primus locus Ioannis. 6. 658
cap. 6. Examinatur ſecundus locus. 661

cap. 7. *Examinatur tertius locus.* 664
cap. 8. *Examinatur locus S Pauli, cor cap 11.* 665
cap. 9. *logicæ obſeruationes circa doctrinam dictam S. Pauli.* 671
cap. 10. *de triplici fine, & vſu Euchariſtiæ, et de illorum probatione.* 675
cap. 11. *de alijs probationibus catholicorum.* 677
cap. 12. *Quod a ſenſu litterali in hac materia non ſit recedendum.* 677
cap 13. *probatio, quod Euchariſtia regno Chriſti conueniat,* 678
cap 14 *probatio ex teſtamento veteri.* 680
cap. 15 *probatio ex teſtamento nouo.* 681
cap. 16 *concluſio huius probationis.* 683

DISTINCTIO QVARTA.

De reali præſentia Chriſti in Euchariſtia. 685
cap. 1. *proponitur concluſio de qua eſt controuerſia.* 686
cap. 2. *Afferuntur probationes hæreticorum* 686
cap. 3. *proponitur doctrina catholica ex Sacro concil. Trident.* 687
cap. 4. *Explicantur termini, qui in dicta doctrina catholica contenti ſunt.* 689
cap. 5. *Explicatur, quid ſit ſubſtantia, quæ vna, quæ eadem.* 690
cap 6. *Explicatur, quid ſit exiſtentia ſubſtantialis, & quæ vna, & eadem numero ſit.* 692
cap. 7. *Explicatur quid ſit præsẽtia, et quatuplex ſit* 694
cap. 8. *de eſſentia, & exiſtentia accidentium.* 695
cap. 9. *Explicatur quid ſit ſacra Euchariſtia.* 697
cap. 10. *probatur iam dicta eſſe poſſibilia Deo, credibilia nobis, & nullam implicare contradictionem.* 698
cap. 11. *Soluuntur argumenta ab initio poſita.* 705

cap.

DISTINCTIO QVINTA.

De completa obſeruantia S Euangelij. 709
cap 1. De nomine, & definitione obſeruantiæ. 709
cap. 2. de obſeruantia S Euangelij. 710
cap. 3. de completa obſeruantia S Euangelij. 710
cap. 4. de quattuor cauſis dictæ obſeruantiæ. 711
cap. 5. de forma illius. 711
cap. 6. de efficiente eiuſdem. 712
cap. 7. de adiuuantibus illam. 714
cap 8. De libertate arbitrij. 715
cap. 9. de tentationibus dæmonum. 715
cap. 10 Cur pauci illam obſeruent. 716
cap. 11. Diſcurſus Logicus circa illam. 717
cap. 12. de neceſſitate dictæ obſeruantiæ. 719
cap. 13. de partibus dictæ obſeruantiæ. 719
cap. 14. Quomodo fiat completa obſeruantia. 720
cap. 15. de proprietatibus. 722
cap. 16. de falſa doctrina hæreticorum. 724
cap 17. de neceſſitate completæ obſeruantiæ. 726
Probatio ex ſcriptura, & alijs modis. 727

DISTINCTIO SEXTA.

De vſu huius operis. 747
cap. 1. de fine iam habitæ tractationis. 747
cap. 2. de fine, quem ſibi proponit lector. 748
cap 3. de completa tractatione cognoſcenda. 749
cap. 4. de vſu dictæ cognitionis. 749
cap 5. de vſu completæ tractationis circa doctrinam de verbo Dei. 751
cap 6. de vſu completæ tractationis circa doctrinam de regno Christi. 755
cap. 7. de vſu huius tractationis ad propriã vtilitatẽ. 762
cap 8 de vſu huius tractationis ad aliorũ vtilitatem. 764

FINIS.

DOC.

PRÆFATIO

AD STVDIOSOS

LECTORES,

Circa materiam, formam, finem, & efficiens huius operis, atque tractationis.

IN hac præfatione, ſtudioſe Lector, intentio mea eſt, quatuor cauſas huius tractationis ſummatim, & breuiter explicare, vt ſic facilior, & iucundior aditus ad ea, quæ hic proponuntur, intelligenda, lectoribus offeratur. Prius autem aliqua, de fine ſacri Concilij Tridentini, & Catechiſmi Romani, nec non de doctrina ab illis propoſita, ſunt explicanda; quia circa iam dicta fere tota hæc tractatio, vt modo dicetur, occupata eſt.

Digitized by Google

DECLARATIO A SACRO CONCILIO Tridentino in principio facta, *De fine ſibi in toto opere propoſito, Seſſ. 4. in principio.*

SAcroſancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, hoc ſibi perpetuò ante oculos proponens, vt, ſublatis erroribus, puritas ipſa Euangelij in Eccleſia conſeruetur: Quod promiſſum ante per Prophetas in Scripturis Sanctis, Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei Filius proprio ore primum promulgauit, deinde per ſuos Apoſtolos, tãquam fontem omnis, & ſalutaris veritatis, & morum diſciplinæ prædicari iuſsit, *&c. In quibus docet, Euangelium contineri in uerbo Dei ſcripto, & non ſcripto ſeu in Scriptura, & Traditione; Et per hoc verbum Dei omnia, quæ ad S. Euangelium pertinent, eſſe probanda.*

DECLARATIO à Sacro Concilio Tridentino in fine facta,

De qualitate doctrinæ ab illo tradita, & de illa recipienda, atque obſeruanda. Seſſ. 25. in fine.

TAnta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inueterata malitia, vt nihil tam clarum in fide noſtra aſſerenda vnquam fuerit, aut tam certò ſtatutū quod non, humani generis hoſte ſuadē-te, illi errore aliquo contaminauerint. Eā propter S. Synodus id potiſſimum curauit, vt præcipuos hæreticorum noſtri temporis errores damnaret & anathematizaret; veramque, & Catholicam Doctrinam traderet, & doceret, prout damnauit, anathematizauit, definiuit, & reliqua. *In quibus affert cauſas ad terminandum Concilium inducentes, & omnes potiſſimum Principes monet, vt opera ſua efficiant, quod doctrina à ſacro Concilio propoſita ab omnibus ſedulò recipiatur, & fideliter obſeruetur.*

Ex dictis Lector notabit ſequentia.

PRimò. Euangelium continere omnes veritates fidei, & omnem morum diſciplinam.

Secundò, Hoc Euangelium in verbo Dei ſcripto, & non ſcripto contineri.

Tertiò, Hereticos dictam Euangelium ſuis erro-

tibus vndequaque contaminaſſe,& zizaniam in medio tritici diſſeminaſſe.

Quartò, Finem Sacri Concilij fuiſſe veram, puram, atque Catholicam doctrinam de S. Euangelio determinare,et errores dictę doctrinæ oppoſitos damnare,atque anathematizare.

Quinto,Ab illo decretum eſſe, vt hæc doctrina ab omnibus deuotè recipiatur,& fideliter obſeruetur.

Sextò, Decreuit ſummo ſtudio eſſe curandum, vt hæc Catholica doctrina non ſit ab hęreticis deprauata,atque contaminata.

De fine, & de doctrina Catechiſmi Romani.

Conc. Tr. ſeſſ. 18. & ſeſſ. 24. c. 7 ref. & ſeſſ. 25. in fine. QVod Catechiſmus Romanus eumdem omninò finem habuerit,quem Sacrum Concilium Tridentinum habuit,nempè proponere de S. Euangelio Catholicam,veram,& puram doctrinam, erroresq; illi oppoſitos detegere,& confutare, ex hoc apertiſſime conſpici poteſt,quod ex Decreto ſacri Concilij, & à Patribus ab illo delectis conſcriptus, & editus eſt. Ideo illius doctrina tamquã vera,& Catholica eſt recipienda. Quod enim à Sacro Concilio breuius circa grauiora capita decretum eſt, hoc à Catechiſmo Romano,ad mentem eiuſdem Concilij,fuſius & magis diſtinctè explicatum,atque propoſitum fuit.

De ſumma doctrinæ Catholicæ,quæ à Sacro Concilio,& à Catechiſmo propoſita eſt.

AD ea, quæ hic dicentur, facilius intelligenda, maximè expedit, vt grauiora capita Doctrinæ Catholicæ à Sacro Concilio Tridentino,& Catechiſmo Romano explicatæ, hic breuiter, & ſummatim propoſita ſint.

Sciet itaque Lector, per doctrinam Catholicam intelligi illam doctrinam,quæ à vera Eccleſia Catholica,& Apoſtolica,qualis eſt ſola Eccleſia Romana, propoſita eſt.Sic enim in Symbolo Athanaſij, & in Symbolo Nicęno Catholica fides dicitur illa, quam Eccle-

Eccleſia Catholica profitetur. Cum ergo Concilium generale, veluti Tridentinum, totam Eccleſiam in paſtoribus repræſentet; meritò illius doctrina Catholica eſſe dicetur. Et idem erit de doctrina Catechiſmi Romani ob rationes, quæ modo allatæ ſunt.

Dicta igitur doctrina potiſſimum in capita ſequentia diuiſa eſt.

Primū caput eſt de vera, & Catholica fide. Seſſ. 3

Secundum, De S. Euangelio, eiusquè veritate, & puritate, & de fine Concilij. Seſſ. 4.

Tertium, De verbo Dei ſcripto & non ſcripto, ſeu de ſacra Scriptura, & Traditione. ſeſſ. 4.

Quartum, De Textu Biblico vero certo, canonico, authentico. Seſſ. 4. cap. 1.

Quintum, De vera, & certa intelligentia, & interpretatione ſacræ Scripturæ. Seſſ. 4. cap. 2.

Sextum, De Peccato originali, & de Iuſtificatione, Seſſ. 5. & 6.

Septimum, De Gratia, de libero arbitrio, de merito, de neceſſitate operum. Seſſ. 6.

Octauum, De Septem Sacramentis ſimul, & ſingillatim conſideratis. Seſſ. 7. & ſeq.

Nonum, De Eccleſia Catholica, Apoſtolica, in generali, & de Romana in particulari. In toto opere.

Decimum, De Romano Pontifice, & illius authoritate. In toto opere.

Vndecimum. De Regno Dei, & Chriſti. Catech. in orat. Dom. petitione 2.

Duodecimum, De completa ſumma S. Euangelij, & de partibus illius. Catech. in toto opere. Seſſ. 25.

Alia etiam proponuntur, vt de indulgentijs, & de Sacris Reliquijs, & imaginibus, de cultu, et veneratione Sanctorum, de Purgatorio, & alia huiuſmodi, quæ breuitatis cauſa hic omittuntur, cum ad iam dicta reduci poſſint.

De his omnibus Concilium, & Catechiſmus doctrinam veram, certam, & Catholicam proponunt; Ita tamen, vt ſi verba ſpectes, pauciſſima ſint; ſi vero ſenſum attendas ſententiarum ponderibus ſunt ita plena, vt ex dictis ferè tota illa materia, etiam ab

exquiſito, & accurato Logico, plenè declarari, & explicari poſſit.

Hinc fit, vt ſi quis in Logica, non dico Sophiſtica aut Topica, ſed dico Scientifica, quæ ab Ariſtotele Poſterioriſtica vocatur, ſit optimè verſatus, & exercitatus; Hic ſi dictam doctrinam, non curſim, aut ſuperficialiter, aut ſemel ta ntum, ſed ſæpius, & intimè, & diligenter, conſideret, examinet, perpendat, & ſecundum regulas Logicas diſcutiat, faciliime certa fundamenta inueniet, quibus plenè tota illa materia breuiſſimè propoſita dilucidata ſit.

Ideo hic lector notabit, hanc logicam diſcuſſionem ordinariè à Theologis, etiam in rebus ſupernaturalibus, exactè obſeruari, vt oſtendant, lumen ſupernaturale cum naturali non diſcordare, ſed concordare, Deus enim tum naturæ, tum gratiæ author eſt, Et lex gratiç non deſtruit, ſe perficit legem naturæ, iuxta illud, Et in lumine tuo videbimus lumen. Vndei hanc logicam diſcuſſionem in præſenti tractatione obſeruare vtiliſſimum erit.

De fine huius tractationis.

Finis huius operis, atque tractationis eſt, de doctrina Catholica, quę à Sacro Concilio Tridentino, & à Catechiſmo Romano propoſita eſt, iuxta methodum, & diſcuſſionem logicam, quæ ſequuntur præſtare.

Primò, quidem colligere, diſtinguere, ordinare, & explicare ſummam dictę Catholicæ doctrinæ, illamquè appoſitè in partes diuidere principales.

Secundò, De illa ſic collecta, diſtincta, ordinata, & explicata, tria potiſſimum probare, nempe quod ſit primo, Catholica, ſecundo, Vera, tertio Certa.

Tertiò. Per Logicam, & Metaphyſicam ſeu per lumen naturale, & per ſenſum apertiſſimè, quantum Deus dederit, declarare, quod probationes à Catholicis de tali doctrina factæ non ſunt Sophiſticæ, ſed certiſſimæ, omni carentes dubitatione, cum quibus etiam ſæpe probabiles probationes, more Peripate-

tico,

tico, coniunctæ ſunt.

Hæc tria in hoc opere Circa Catholicam doctrinā præſtare animus eſt; ſed quia ſacrum Concilium Tridentinum non ſolum Catholicam doctrinam docet, atque determinat;ſed etiam hæreſes, & errores dictæ doctrinæ contrarios detegit, & anathematizat; Vnde fit,quod Eccleſiaſticus ſcriptor, ſi vult completam Logicæ methodum ſeruare,debet non ſolum noſtra probare; ſed etiam aliena confutare; Ideo finis etiam huius tractationis erit,circa doctrinam hæreticorum quæ ſequuntur præſtare.

Primò, Per Logicam facere certum, & euidens, quod Catholici poſſunt facere, & faciunt certiſſimas de fide probationes.

Secundò, Eſſe impoſſibile, quod hæretici, cuiuſcumque ſectæ ſint,poſſint facere certas de fide probationes;immò,(ſi omnia reſpiciantur) neque probabiles,de hæreſibus,& erroribus ſuis,& de doctrina quæ Catholicæ ſit contraria.

Tertiò, Cum certitudine fidei opportune hæreſes,& errores hæreticorum confutare.

Demum,finis huius operis eſt,tradere modum ex Logica,per quem,cum certitudine fidei, & cum euidentia tum ſenſus,tum intellectus,prout ſubiecta materia patitur,omnes veritates Catholicæ poſſint comprobari,& omnes errores, & hæreſes confutari.

De materia, & ſubiecto huius tractationis.

Dictum eſt in Logica, quod ſubiectum in tractatione duplex eſt, nempè,vnum materiale, aliud formale: Materiale eſt res conſiderata, Formale modus,& ratio conſiderandi.

In hac ergo tractatione materiale ſubiectum erit Doctrina Catholica de S.Euāgelio,quæ à Sacro Concilio Tridentino, & Catechiſmo Romano explicata, determinata,atque propoſita eſt: In hoc enim libro dicta doctrina colligitur,diſtinguitur, ordinatur, explicatur,atque probatur;& oppoſita illi doctrina confutata eſt;Item,de illa doctrina hæc tria probantur,

quod ſit Catholica, quod vera, quod certa. Illud autem eſt ſubiectum materiale, de quo dicta conſiderata ſunt.

Subiectum autem formale ſic poterit explicari.

Primò. Hæc tractatio in authoritate ſacri Concilij Tridentini, & Catechiſmi Romani fundata eſt, ideo in lumine ſupernaturali firmata erit.

Secundò. cum lumine ſupernaturali lumen naturale, ſeu euidentia tum Logicę, & Metaphyſicæ, ac Philoſophiæ naturalis; tum ſenſus, & intellectus coniuncta eſt.

Tertiò. Modus tractandi iuxta methodum Logicam habitus eſt.

Quartò. Probationes in hoc opere potiſſimum ſcientificæ, & certæ adhibitæ ſunt.

Quintò. Data eſt opera, vt de toto ſubiecto, & de qualibet parte illius ſaltem principali, completa, iuxta Logicam, tractatio habita ſit.

De ſubiecto in hac tractatione ex Logica ſtatuendo.

HIC lector notabit, maximi eſſe momenti, ſi ſubiectum in quacumque tractatione, ſecundum regulas Logicas rectè firmatum ſit, tunc enim omnia de illo rectè diſponi poſſunt. Licet autem Doctrina Catholica recte adæquatū huius operis ſubiectum poſita eſt, tamen quia hæc quoque Catholica doctrina ſuum adęquatum ſubiectum habet, de hoc recte ſtatuendo nunc aliquid dici debet.

Catec. de orat. dom. petitione 2. Sciendum ergo, quod Regnum Chriſti, vt ait Catechiſmus Romanus, eſt principale, & adæquatum ſubiectum, ad quod omnia, de quibus loquitur ſacra Scriptura, reduci poſſunt. Ad hoc enim regnum refertur, ac terminatur omnis Euangelij prædicatio, quia ab illo S. Ioannes, & ipſemet Chriſtus prædicationis ſuæ initium habuerunt. et non ſolum initium, ſed etiam progreſſum, & finem. *Catech. ibid.* Materia huius regni eſt Eccleſia, ſeu populus gubernatus. Forma eſt Euangelium, in quo Doctrina. Lex, Sacrificium, Sacerdotium, Magiſtratus, & Sacramenta

contenta ſunt, Textus Biblicus eſt liber, in quo Doctrina Euangelica continetur, & a quo Eccleſia edocetur, Spiritusſanctus eſt magiſter, qui Eccleſiam docet omnem veritatem; & inſtruit illam de vero Verbo Dei; vero Textu Biblico, vera intelligentia Scripturarum, vera interpretatione, vera Fide, vera Doctrina, Vera Prædicatione, Et ſua aſſiſtentia dat illi priuilegium non errandi in rebus fidei, ac morum. Rex in hoc regno eſt Deus, & Chriſtus, etiam vt huomo. Finis huius regni ex Concilio Trindétino, eſt Gloria Dei, ac Chriſti, necnon vita beata hominum.

De hoc ergo Regno Doctrina Catholica docet & explicat principia, ſeu cauſas, paſſiones, proprietates, partes, operationes, prærogatiuas, Priuilegia, Signa, demum omnia, quæ ad illud ſpectant, Et idem facit verbum Dei tum ſcriptum, tum non ſcriptum, Ideo rectè huius tractationis adæquatum ſubiectum eſſe dicetur.

De diuiſione huius tractationis in ſex libros.

HAEC tractatio in ſex libros ſequentes diuiſa eſt In primo libro tractatur de vſu Logicę ad Doctrinam Catholicam colligendam, atque probandam. Hoc enim pertinet ad formam, quæ in hac Tractatione obſeruanda eſt.

In ſecundo De Verbo Dei, a quo omnis Doctrina de Regno Chriſti accepta eſt.

In tertio De Regno Chriſti, quia hoc eſt Doctrinæ Catholicæ adæquatum, & principale ſubiectum.

In quarto. De Eccleſia, quę in Regno Chriſti materia, & res gubernata exiſtit.

In quinto. De Romano Pontifice, qui eſt caput viſibile Eccleſiæ, & de illo inter Catholicos, & hæreticos maxima controuerſia eſt.

In ſexto. De S. Euangelio, & de completa Summa illius. In hoc enim forma Regni Chriſti, & gubernationis illius poſita eſt.

Et ex dictis, quæ ſit forma, quæ materia, quod efficiens,

efficiens, quis finis, quis vſus, quæ vtilitas huius operis, & tractationis haberi poteſt. Ideo nunc ad ipſam tractationem veniendum eſt.

Author autem rogat lectorem, vt ſi quid impolitè, aut minus eleganter, & eruditè dictum ſit, excuſetur, quia conſiderans ipſe grauitatem materiæ, quaſi de induſtria verborum elegantiam omiſit, ne de ſeipſo verificaretur illud dictum. ſæpe eos res fugiunt, qui vocibus nimis adhęrent; ſatis enim illi viſum eſt ſi res clarè, diſtinctè, ordinatè ac breuiter propoſitæ, & explicatæ ſint.

DOCTRI-

DOCTRINÆ CATHOLICÆ.

LIBER PRIMVS

De vſu Logicæ ad omnes veritates Euangelicas cum certitudine cognoſcendas, atque probandas.

Item ad omnes errores, & hæreſes detegendas, & confutandas.

CVM finis huius operis ſit dare mõdũ ex Logica, per quem cum certitudine fidei, & cũ euidẽtia tum ſenſus, tum intellectus, quatenus ſubiectã materia patitur, omnes veritates Euangelicæ cognoſcantur, & omnes hæreſes detegãtur; Potiſſimum autem cognoſcatur, quenã ſit vera Eccleſia; Quis Textus Biblicus verus; Quæ verbi Dei vera intelligentia, & interpretatio; Quæ fides, quæ doctrina, quæ prædicatio vera; Demũ quodnam ſit verũ Euangelium, Viſum eſt expedire, vt aliqua prius de Logica, & de vſu illius, De veritate, De certitudine, De certis, & de incertis probationibus explicata ſint, Si enim nunc animus eſt, circa S. Euangelium, & alia dicta diſcernere verum a falſo, & hanc cognitionem non qualemcumque, ſed certam, & aliquo modo perfectam obtinere, idque per Logicam, & illius probationes eſt præſtandum, omnino, quid ſit Logica, quid veritas, quid certitudo, quid certa probatio, opus erat explicare, vt ſcire poſſimus, quando à nobis illa inuenta ſint; Si enim

igno-

Digitized by Google

ignorem Socratem, etiam ſi illum inueniam non cognoſcam. De his ergo in hoc primo libro dicendum eſt.

Diuiſio huius libri.

HIC primus liber in quinque Diſtinctiones partitus eſt.

Prima Diſtinctio eſt de certitudine doctrinæ Catholicæ, & de incertitudine doctrinæ hæreticorum.

Secunda Diſt. eſt de Logica, & vſu illius.

Tertia eſt de Veritate, & illius cognitione.

Quarta eſt de certitudine, & illius fundamento.

Quinta eſt de certis, & incertis probationibus.

Digitized by Google

LIBRI PRIMI DISTINCTIO PRIMA.

De certitudine doctrinæ Catholicorum; Et de incertitudine doctrinæ Hæreticorum.

IN hac prima Diſtinctione introducuntur duo hæretici, vnus Lutheranus, alius Caluiniſta, ambo in Logica, & Philoſophia verſati; qui per Logicam inueſtigantes, quænã S. Euãgelij doctrina ex varijs, quę circũferũtur, vera, & certa ſit; cum nullum certitudinis fundamentum in doctrina hæreticorum inuenirent, ad Logicum Catholicum accedere decreuerunt vt ab illo per Logicam intelligerent, an Doctrina Catholica vera, & certa probari poſſit, Ideo ipſi interrogant, & Catholicus reſpondens probat illis per Logicam, quod impoſſibile hæreticis ſit, vt ſuæ doctrinæ certitudinem probent; E contra vero Catholicos poſſe vndequaque per fidem, per ſenſum, per intellectum certitudinẽ Catholicæ Doctrinæ probare, Hic autem Dialogus ideo factus eſt, quia reuera ſępius ita contigit authori; ſed potiſſima cauſa fuit, quia ſic, quanta ſit huius operis ad hereticos de certitudine Catholicæ Doctrinæ in ſtruendos vtilitas, atque neceſſitas, ferè cum euidentia ſenſus comprobatum eſt.

Interlocutores.

Ioannes Logicus, Teologus, & certiſſimus Catholicus
Lucius Logicus, Philoſophus, & dubius Lutheranus.
Caluius Logicus, Philoſophus, & dubius Caluiniſta.

Calu. EGo vocor Caluinus, & à pueritia ſum in do ctrina Caluini à parẽtibus educatus. Iunior factus Logicæ, & Philoſophię operam dedi: Et conſiderans, quod Logica eſt facultas, qua verum à falſò diſcerni poteſt, cæpi mecum cogitare, an per illam poſſem intueri quęnam doctrina S. Euangelij ex multis, & varijs, quę modo circumferuntur, vera, & quę falſa ſit: An Lutheri; an Caluini; an Catholica; an alia, quæ dicitur prætenſa reformata. Per Logicam, ſi quę in dictis Doctrinis eſſet certitudo, diligentiſſimè inquiſiui. Primo autem, & diligentius de doctrina Caluini hoc feci. Et de illa mihi viſum eſt, poſſe ex aliqua parte quandam haberi probabilitatẽ; quia ſcio, quod Spiritusſanctus potuerit ſpirare ſpeciale lumen illi quo verè, eſt fideliter ſacram Scripturam interpretaretur, iuxta illud, Spiritusſanctus vbi vult ſpirat, ſed re diu diſcuſſa, & examinata, nunquam potui in illa aliquod certitudinis inditium, vel fundamentum reperire, Doctrinam enim Caluini non video miraculis confirmatam, Hæcautem conſequentia, Spiritusſanctus potuit Caluino aſſiſtere, vt bene ſcripturam interpretaretur, ergò poteſt ſupponi, quod ita ſit; ex Logica non ſolum non eſt certa, ſed neque probabilis, & ab Ariſtotele Sophiſtica iudicatur, quia tranſit à poſſibili eſſe, ad factum eſſe, quod omninò abſurdum eſt. Nouitas etiam Caluiniſticæ doctrinę illam de falſitate ſuſpectam reddit: Idem facit tanta inter Caluiniſtas doctrinarum varietas: Demum, dum comparo Caluinum Luthero, nihil ſpeciale in illo reperio, per quod Doctrina Caluini debeat dici vera, Lutheri autem falſa; Vtramque enim eſſe veram impoſſibile eſt, cum inter illas manifeſta contrarietas ſit. Itaque ab hinc aliquot annis valdè dubitaui de illa: Hic amicus meus vocatur Lutius, & eſt Logicus, & Philoſophus, & in Secta Lutheri educatus, Conueni illum; Dubitationem meam illi ſignificaui, deprecans, vt ſi ex Logica in doctrina Lutheri aliquod reperiſſet certitudinis fundamentum, illud mihi ſignificaret: Sed nullum attulit; Immò inueni eaſdem apud illum vigere dubitationes. Ambo decreuimus aliquem

Digitized by Google

quem adire Catholicum in *Logica* verſatum; vt ab ipſo, an Catholici aliquod habeant ſuæ doctrinæ certitudinis fundamentum, cognoſcamus: Si enim tale fundamentum in doctrina Catholica reperiemus, illā omninò ſequi nobis ſtatutum eſt: & non ſolum ſequi, ſed & alios inducere, vt ſequantur: Cum autem legerimus Praxim ſcientiarum à te editam, quæ videtur medullas Logicæ, & Metaphyſicæ continere; & fundamenta certitudinis dilucide explicare, ſtatuimus ad te pro hoc negotio deuenire. Gratiſſimum ergo facies, ſi ex viſceribus Logicæ nobis cum vero certitudinis fundamento oſtendas, quænam doctrina S. Euangelij vera, & quæ falſa, an Caluini, an Lutheri, an Catholica habenda ſit. Exiſtimas hoc fieri poſſe?

Ioan. Certum eſt, Logicā in lumine naturali fundatam eſſe; Veritates autem Euangelicæ non naturales, ſed ſupernaturales ſunt; Ideo impoſſibile eſt, quod ſola Logica poſſit illas cum certitudine demonſtrare. Verum ſi Logica fiat miniſtra, & ancilla, & inſtrumentum Theologiæ, & ab hac principia aliqua per fidem nota accipiat, lumenquè naturale Logicæ cum ſupernaturali fidei coniunctum ſit; exiſtimo, quod vos quæritis, poſſe cum vera certitudine demonſtrari.

Lucius. Enixe rogamus te, vt hoc nobis præſtes.

Ioannes. Præſtabo.

Caluinus. Qua ratione iudicas eſſe faciendum? an voce, an ſcriptura? *Ioan.* Sciatis artem demonſtrandi maximas requirere indagines, & diſcuſſiones; Materia etiam à vobis propoſita tot ſecum inuoluit conſiderationes vt exiſtimem nullo modo per ſolam vocem me poſſe, quod deſideratis, præſtare: Sciptura mihi videtur magis accommodata; Hæc enim & cum maiori fit conſideratione; & facta magis ſtabilis, & minus variabilis eſt; Date tempus ad recogitandum; Scriptura efficiam, quod quæritis: Illam vobis tradam: Si quid ſuper illam proponere volueritis, audiam; & libenti animo reſpōdebo: Interim dumſcribo, ſi volueritis, vt de eadem materia voce diſſeramus, non erit inutile; ſed exiſtimo per ſcripturam rem hanc eſſe ſtabiliendam; Nunc dicite, quid vobis magis placeat,

ceat, vel melius videatur.

Lucius. Scriptura mihi gratiſſima erit, ſed vereor longam moram in illa exaranda, Tria ego deſiderarem; Primum eſt, vt modo ſummatim demonſtratio, quam cogitas afferre, proponatur, Secundo, vt voce pro temporis oportunitate, quod quærimus, explicetur, Tertio, vt ſcriptura quanto citius tradita ſit.

Caluius. Quod. *Lucius* petiuit, mihi quoque gratiſſimum erit.

Ioan. Faciam, quod vobis viſum eſt. Duo prima modo efficiam, Sed ea conditione, vt tempus ad ſcripturam rectè efficiendam non denegetur.

Lucius Caluius. Placet, quod dicis, ideo ſummam demonſtrationis faciendæ expectamus.

Cap. 1. Proponitur ſuma facienda demonſtrationis de vera fide.

Ioan. ECCE illam vobiscum forma Syllogiſtica propono.

Maior. Sola Eccleſia vera habet verum Euangelium; veram fidem, veram doctrinam.

Minor. Sed ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera eſt.

Concluſio. ergo ſola Eccleſia Romana habet verum Euangelium, & veram fidem. Hoc eſt fundamentum a me proponendæ demonſtrationis.

Quod ſi cum certitudine fidei, & cum euidentia tum ſenſus, tum intellectus vtramque præmiſſam probauero, probatio certiſſima erit.

Ioan. Quid dicitis de maiori?

Caluius. Mihi videtur certa; non curo, vt illam probes.

Lucius. Etiam mihi videtur certa; ſed gratum facies, ſi breuem tradideris probationem.

Cap. 2. De probatione maioris.

Ioan. MAiorem multis modis ſic probabo. Primo ex definitione veræ Eccleſiæ, quæ talis

talis eſt Eccleſia eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus; Populus autem fidelis dicitur ille qui veram fidem profitetur: Qui enim ſectatur falſam fidem, non eſt fidelis: ergo impoſſibile eſt ſeparare veram fidem a vera Eccleſia; quia ſic ſepararetur eſſentia ab eo cuius eſt eſſentia; ſed vbi eſt vera fides, ibi neceſſario eſt vera doctrina, & vera intelligētia ſcripturarum; & verum verbum, Dei & per conſequens verum Euangelium; ergo vbi eſt vera Eccleſia, ibi certiſſimum eſt ex Logica, vera adeſſe omnia, quę dicta ſunt, quia impoſſibile eſt ab inuicem ſeparari. *Catec. c. S. Aug. ar. 9. n. 2. etc. Et ex primo modo per ſe. Ar. 1. poſt tex. 9.*

Secundo, Probatur a regno Chriſti. Omne cōpoſitum verum neceſſario conſtat ex vera materia, & vera forma, quæ conuenit illi. Impoſſibile eſt enim hominem eſſe verum, & non habere verum corpus, & veram animam hominis, & , qui in homine ſeparat animam a corpore, deſtruit hominem, & idem in alijs compoſitis eſt: Sed regnum Chriſti eſt quoddam compoſitum ex Eccleſia tamqua materia, quia materia regni eſt populus gubernatus, & ex Euangelio tanquam forma, quia in illo continetur modus, & forma, qua populus fidelis eſt gurbenatus: ergo neceſſarium eſt, quod in vero regno Chriſti vera Eccleſia cum uero Euangelio coniuncta ſit. *Ariſt. 1. Phyſ. c. 7. tex. 57. Ar. 1. phy. tex. 57. et ſeq. et 2. tex. 21. et ex Catec. ar. 9. et pe. tit. 2.*

Tertia probatio ab Euangelio: Sicut ſe habet corpus hominis ad animam illius; ita ſe habet in regno Chriſti Eccleſia ad Euangelium, Sed impoſſibile eſt, quod corpus hominis ſit verum corpus illius, niſi vera anima hominis illi realiter coniuncta ſit, ſi enim in corpore hominis poneretur anima equi, illud eſſet corpus non hominis, ſed equi, Cadauer etiam dicitur quidem fuiſſe corpus hominis ſed vt cadauer corpus verum illius non eſt, ergo impoſſibile eſt veram Eccleſiam a vero Euangelio ſeparare. *argum. ex ſeſſ. 3. et 4. et ſeq. et ex Ariſto. ibid. et 1. poſt tex. 9.*

Quarta probatio eſt a connexione multorum, quæ in regno Chriſti ſunt, quędam enim in illo ita ſunt connexa, vt impoſſibile ſit ab inuicem ſeparari, ſunt autem hæc primo verum verbum Dei; ſecundo vera interpretatio, & intelligentia illius: tertio vera Doctrina, & prædicatio, quarto, vera fides, *Ex Conc. ibid. Cate. ar. 9 Ex Ariſt. ibid.*

quinto, vera Eccleſia; ſexto, verum Euangelium; ſeptimo, verum regnum Chriſti: Cum enim verbum Dei ſit primus fons omnis veritatis; ſi non ſit verum verbum; neque poterit ex non vero verbo veritas exoriri. Quod ſi verbum ſit verum; ſed intelligentia illius non vera ſit; neceſſe eſt, quod ex non vera intelligentia ſequatur non vera doctrina, & non vera fides, Vbi autem non eſt vera fides, ibi non eſt vera Eccleſia, nec verum Euangelium, nec verum regnum Chriſti, ergo in vera Eccleſia omnia dicta vera ſunt.

Ioan. Si multis alias afferam probationes: *Lucius.* Mihi iſta ſufficiunt. *Caluin.* Et mihi.

Cap. 3. De probatione Minoris.

Ioan. NVnc ad probationes Minoris deueniamus. *Cal.* Obſecro, vt tradas regulam Logicam, per quam hæc minor cum certitudine ſit probanda.

Ioannes. Hæc Minor multiplex eſſe poteſt; Catholici enim & hæretici hanc Minorem probare intendunt: Et Catholici duas faciunt Minores, vnam affirmatiuam, aliam negatiuam, quæ ſunt; Affirmatiua; Eccleſia Romana eſt vera Eccleſia: Negatiua. Eccleſiæ, ſeu Secta hæreticorum falſæ, & non veræ Eccleſiæ ſunt: Lutherani faciunt duas: Affirmatiua; Eccleſia Lutherana eſt vera Eccleſia, Negatiua, Aliæ Eccleſiæ non ſunt veræ, Idem faciunt Caluiniſtæ, & alij hæretici. Tradenda eſt ergo regula Logica, quæ oſtendat modum, quo hæc Minor cum certitudine ſit probata.

Cap. 4. De regulis Logicis ad probandam Minorem.

Ariſt. 1. poſt. c. 10. PRima regula eſt hæc. Quod eſt cauſa affirmationis, eſt etiã cauſa negationis, ex Ariſtotele, veluti ſi habere pulmonem eſt cauſa propria reſpirandi, vbi erit pulmo, ibi affirmabitur reſpiratio, vbi non erit, neganda eſt, Ita vbi eſt anima, ibi eſt vita, vbi non eſt illa, nec iſta, Hinc fit quod probatio affirmatiuæ eſt etiam probatio negatiuæ, quia qui probat vno me-

medio Eccleſiam Romanam eſſe veram, eodem probabit alias eſſe falſas.

Secunda Regula eſt a ſigno, ſic, Quando aliqua talem inter ſe habent connexionem, vt vnum ab alio ſeparari non poſſit, tunc ſi cum certitudine probetur vnum dictorum alicui ineſſe, certo probatum erit, quod illi etiam reliqua inſint. Et hac regula vtuntur hæretici, ſed male ad probandum, quod ſua Eccleſia vera ſit, vt modo dicendum eſt.

Vide in Praxi ſcient. lib. 3. diſti. 5. Ariſtot. 1. poſt. t. 16. tex. 34. & ſeq.

Tertia Regula potiſſima talis eſt. Quando eſt dubium de aliquo particulari, an habeat eſſentiam, & naturam talis ſpeciei, veluti eſt dubium, an aurum alchimicum ſit verum aurum, Et an ſpongia ſit animal, An ſimia homo, & idem in alijs, Tunc medium certiſſimum ad veritatem inueniendam eſt colligere ex vna parte omnia, quæ ſpeciei, de qua dubitatur, per ſe, & neceſſario in aliquo modo per ſe ſunt, nempe primo definitio, ſecundo quatuor cauſæ, materia, forma, efficiens, & finis. Hæc enim rei conueniunt in primo modo per ſe, tertio Proprietates, quarto Operationes propriæ, Iſta enim rei in ſecundo modo per ſe conueniunt. quinto Exiſtentia propria, quę ad tertium modum per ſe pertinere poteſt, ſexto ſigna, quæ rei inſeparabilia ſunt. Iſta ſex tum ſimul collecta, tũ ſeparata, certiſſima regula ſunt ad clare diſcernendũ, quod dicebatur, Si enim conſpicio clarè per ſenſum, quod in hoc auro dubio verificatur definitio, & materia, & forma, & exiſtentia, & proprietates, & operationes, & ſigna veri auri, idem de ſpongia, affirmatiuè probatum eſt], & de ſimia negatiuè, certiſſime erit probatum, quod [hoc eſt verum aurum, quia in igne rectè probatum; & idem de alijs erit, Cum ergo certiſſimum ſit, vnam tantum eſſe veram Eccleſiam; veram fidem; & verum Euangelium, His autem temporibus plures Eccleſiæ de nouo fingantur, de quibus dubium eſt, an ſint veræ, Optimum medium ad hoc certo diſcernendũ eſt, ex vna parte conſtituere nomen, definitionem, quattuor cauſas proprietates, operationes, & ſigna veræ Eccleſiæ, Hæc enim per ſcripturam nota ſunt, Ex alia per ſenſum

Ex Ariſt. lib. poſt. per totum, ſed præcipuè, ubi de modis per ſe. Idē 1. phy. tex. 1. et 2. phyſ. tex. 49.

Idem patet ratione.

ar. 1. ſymb. Apoſt. et Cat. ibid.

examinare, cuinam dictarum Eccleſiarum certum ſit, dicta omnia conuenire, illa enim cui dicta conueniunt, vera Eccleſia eſt, falſa vero, cui illa non inſunt.

Probatio Metaphyſicalis, ex per ſe nota.

Probatur, Vel hoc aurum habet veram eſſentiam, & exiſtentiam auri, vel non, Si non, ergo non eſt verum aurum, Si habet ergo neceſſario habebit omnia illa, quæ dictam eſſentiam neceſſario conſequuntur, qualia ſunt proprietates, operationes, & ſigna ergo vel iſta omnia habebit, vel verum aurum non erit. Idem erit de dictis, Videatur, cui dicta omnia conueniant, & illa erit vera Eccliſia, falſa autem illa erit, cui aliquid dictorum nō conuenire per ſenſum notum erit.

Et hac regula principaliter eſt vtendum.

Cap. 5. de incerta probatione hæreticorum.

HAEretici vtuntur ſecunda regula ad ſuam minorem probandam ſic.

Maior. Vbi eſt vera intelligentia ſcripturarum, ibi eſt vera Eccleſia.

Minor. Sed noſtra, dicunt, Eccleſia habet veram intelligentiam ſcriptuarum, aliæ non, ergo.

Quod hæc ſit probatio hereticorum apparet ex eo quod iactant ſe ſolos habere veram intelligētiā ſcripturarum, & ſub hoc nomine omnes in Eccleſia introducunt nouitates, Et hæc probatio modo breuiter examinanda ex Logica eſt, conſiderando an certa ſit.

Arg. ſeſſ. 4 cap. 4.

Circa maiorem exiſtimo illam eſſe veram, & certam, ratione deducta à ſigno, ſeu à conexione quam habet vera intelligentia ſcripturarum cum vera fide, & hæc cū uera Eccleſia, Ideo ut talis concedenda eſt.

Ad minorem magna inquiſitione opus eſt, Primo autem notandum, quod hæc minor eſt quadruplex, & quælibet eſt affirmatiua, & negatiua.

Prima minor eſt Catholicorum dicentium, Apud Catholicos eſt dicta uera intelligentia.

Secunda eſt Lutheranorum dicentium, Apud Lutheranos eſt uera intelligentia.

Ter-

Tertia eſt Caluiniſtarum idem affirmantium de ſeipſis,& negantium de alijs.

Quarta eſt Religionis mixtæ,quę multiplex eſt. & idem affirmat de ſeipſa.

Nos Catholici minorem probamus contrario modo, quam faciant hæretici, Illi enim dicunt, cauſa cur ſua Eccleſia vera ſit, eſt,quia ſoli habent veram intelligentiam ſcripturarum, Nos catholici ita dicimus: Cauſa, cur vera intelligentia ſit apud nos, eſt, quia noſtra Eccleſia nempe Romana vera eſt Eccleſia; veræ autem Eccleſiæ, vt talis eſt, data fuit vera intelligentia ſcripturarum, quia vera Eccleſia ſine illa eſſe non poteſt. Quod vero noſtra Eccleſia ſit vera,vt dicetur, alia ratione probamus. Examinemus ergo probationem ſingularum minorum, quæ dictę ſunt, ſed prius regulam Logicam pro dicto examine afferamus. *Seſſ.4.c.1.* *Seſſ.4.c.2.*

Cap.6.Regula Logica pro examine dicta,probationis.

Regula Logica eſt talis: Examinandum eſt, quænam ſit vera, certa, & adequata cauſa, à qua per ſe, & primo vera intelligentia ſcripturarum procedit,& vbi cum certitudine probatur, quod hęc cauſa adſit,ibi minor cum certitudine probata erit,quod ſi probatio non ſit certa ſed tantum Topica, vel Sophiſtica,illa pro non completa,& imperfecta reijcienda eſt. *Ex 1. poſt c.2.& 10. Et 1.phyſ. cap.1.*

Cauſa autem ueræ intelligentiæ ſcripturarum,ſi de prima loquamur, ex S. Paulo ſolus Deus eſt. Solus enim Deus poteſt certo ſcire, quid voluerit ſignificare uerbo ſuo. Homines uero ex propria uirtute uelle hoc prętendere, manifeſta dementia eſt. Quod ſi Deus uelit alicui homini particulari,uel alicui Eccleſiæ hanc ueram intelligentiam concedere. in poteſtate ſua eſt, facere quod ſibi placet. Hinc fit,quod ſi Deus alicui veluti Romano Pontifici, Eccleſiæ ex priuilegio concedat ueram intelligentiã ſcripturarũ cum priuilegio non errandi, Et de hoc priuilegio fideles reddat certos, & obliget illos ad credendũ dictis, *1.Cor.c.2. verſ. 11.* *Seſſ.4.c.2.* *De hoc infra.*

ROMA VITTORIO EMANUELE

tunc prima cauſa veræ intelligentiæ erit Deus. Media ta autem, & ſecunda erit Eccleſia, cui hoc priui egium conceſſum eſt.

Qui ergo vult hanc Minorem cum certitudine probare, neceſſe eſt, quod cum dicta certitudine probet, Spiritumſanctum hanc veram intelligentiam ſibi ſoli, dediſſe, alijs vero non dediſſe. Nunc hanc regulam applicemus.

Cap. 7 Examinatur probatio Minoris.

Ioan. Obſecro Luci afferas probationem Lutheranorum, Cur ſoli Luthero, & non alijs hęc vera intelligentia data ſit.

Lucius. Fateor me hoc neſcire. Non poſſum dicere. Miracula hoc probarunt, ſcriptura de Luthero nullum verbum dicit, ideo per ſcripturam non poſsũ hoc probare. Si adducam locum ſcripturæ generalem veluti, Spiritusſanctus docebit vos omnem veritatẽ, ita poterit verificari de Catholicis, Caluiniſtis, & alijs, ſicut de Luthero, & Lutheranis. Si dicam, Spiritus meus intra me teſtatur ita eſſe, hic Spiritus poteſt in me ſicut in Ario, eſſe fallax. Et hoc idem Catholici, & alij dicere poſſunt. Si dicam, Spiritusſanctus non eſt alligatus Eccleſiæ, & ſpirat vbi vult, bene, ſed ex hoc non probatur quod voluerit ſpirare magis in Lutherum, quam in alium. Et hunc locum ſibi Arrius, & quilibet alius poſſet applicare. Si dicant Lutherani nos habemus veram intelligentiam ſcripturarum, quia vnum locum ſcripturæ per alium locum interpretamur, hoc nihil probat, quia quis poſſet in vtroque loco errare. Deinde hoc idem alij quoque dicunt, Si dicant, poſſibile eſt, ergo ſupponi poteſt, Sophiſtica eſt, & minus quam Topica probatio. Demum nihil penitus video certæ probationis. Tu Calui, ſi quid habes de Caluiniſtis, afferas in medium, quia ego nihil habeo.

Calvius. Iam dixi, me nihil certi videre, & quo plus cogito, eo magis video, ita eſſe. Conſidero nunc, quid momenti habeat, ſi dicatur, promiſſionem factam

Digitized by Google

ctam Eccleſiæ in ſacris litteris, poſſe etiam Eccleſiæ Caluiniſticę applicari, ſed video nihil eſſe, immò pete re principium, quia illa promiſſio conuenit veræ Eccleſiæ, Nunc autê, quod quæritur eſt, vtrum Eccleſia Caluiniſtica ſit vera Eccleſia; & vt talis habeat verã intelligentiam ſcripturarum. Supponamus ergo, vt clarum, quod hæretici nihil certo probent, & videamus, an Catholicorum probatio certa ſit.

Cap. 8. De certa probatione Catholicorum.

Ioan. NVnc afferam probationem Catholicorum & oſtendam illam certiſſimam eſſe. Probatio autem talis eſt iuxtà tertiam regulam datam.

Maior. Illa Eccleſia ex his, quæ modo ſunt, cui conuenit nomen, definitio, quattuor cauſæ exiſtentia, proprietates, operationes, ſigna veræ Eccleſiæ vera omnino Eccleſia eſt. Et illa non eſt vera Eccleſia, cui omnia dicta non conueniunt. *Ex Ariſt. lib. poſt. per totum.*

Minor. Sed ſoli Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicę, Romanæ dicta omnia conueniunt, alijs verò Eccleſijs non conueniunt.

Concluſio ergo ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera Eccleſia eſt.

Quod Maior ſit certiſſima apud intellectum, nemini dubium eſſe poteſt.

Nunc de modo probandi cum certitudine Minorem conſideratio habenda eſt.

Cap. 9. De modo probandi cum certitudine Minorem.

MOdus eſt iuxta regulam tertiam iam datam, nempe, ex vna parte ſtatuere illa, quæ veræ Eccleſiæ in generali conſideratæ per ſe conueniunt, & a ſacris litteris, & traditione probata ſunt. Et alia per ſenſum probare, quod dicta de ſola Eccleſia Romana modo verificantur. *Ariſt. lib. poſt 1. c. 4. tex. 9. & ſeq.*

Prius autem aliqua de regno Chriſti in terris conuenit explicare.

Cap. 10. *De Regno Chriſti, & de his, quæ illi conueniunt.*

Ex Cate. in orat. do min. petit. 2. et ar. 9. NOmen eſt Regnum, non dicitur Scola, Regnum enim eſt ad gubernandum, Schola ad docendum. Hæretici, qui dicunt ſolam fidem eſſe neceſſariam ad ſalutem, & in Regno Chriſti negant omnes magiſtratus, ſolos miniſtros verbi Dei affirmantes, videntur dicere Regnum Chriſti nō Regnum, ſed Scholam eſſe.

ibidem. Regnum Chriſti ſic poteſt definiri, eſt populus fidelis à Chriſto doctrina, legibus, et magiſtratibus gubernatus.

ibidem. Materia huius regni eſt populus gubernatus, qui dicitur Eccleſia Catholica.

ibidem. Forma eſt ratio, & modus gubernandi, qui in Euangelio poſitus eſt.

ibidem. Efficiens eſt Chriſtus, qui hoc regnum fundauit.

ibidem et ſeſſ. 6. c. 7. Finis eſt gloria Dei, & ſalus hominum, quia ad dicta eſt ordinatum.

Seſſ. 4. c. 1 Verbum Dei docet omnia, quæ pertinent ad regnū Chriſti, ad Eccleſiam, ad Euangelium. Hoc. n. in verbo Dei contentum eſt.

Seß. 6. c. 7 & ſeq. Operationes principales in hoc regno duæ ſunt. Vna eſt cultus Dei tum publicus, tum priuatus, ad quem pertinet ēt obedientia eidē Deo debita. Altera eſt meritum vitæ æternæ. Duplex enim finis duplicē actionem finalem requirit. Licet in regno Chriſti vna tantum actio finalis dici poſſit. Quæ eſt completa obſeruantia S. Euangelij. Per hanc enim fideles dant cultum, & gloriam Deo, & ſibiipſis merentur vitam æternam.

Seſſ. 6. c. 7. & ſeq. Gratia eſt principium, per quod populus fidelis redditur habilis ad talem obſeruantiam S. Euangelij, quę det gloriam Deo, cum merito vitæ æternæ.

ibidem. Chriſtus, & Spiritusſanctus adiuuant, & promouent Euangelicam obſeruantiam.

Cat. ar. 9. Proprietates Regni Chriſti ſunt, Vnitas, Sanctitas, Perfectio, Gloria, item Quod ſit Catholicum, antiquum, perpetuum, æternum, ſtabile, & aliæ.

Pri-

Priuilegia ſunt; Quod gubernetur à Chriſto, & a Spirituſancto; Quod in illo ſit verum verbum Dei: vera interpretatio illius, Priuilegium non errandi; Miracula; Gratiæ gratis datæ; & alia multa. *Ex ſcriptura.*

Signa illius ſunt: Miracula Martyres; Stabilitas; Perſequutiones; Victoriæ, Textus Biblicus, Primatus Romani Pontificis, Epiſcopi, & Sacerdotes, Continuata traditio, & ſimilia. *Ex Conc. Trid. per totum.*

Hæc omnia, vel ſunt de ſubſtantia Regni Chriſti, vel ad ſubſtantiam illius pertinent.

Cap. 11. De exiſtentia Regni Chriſti, et Eccleſiæ.

Exiſtentia regni Chriſti tria dicit, primo initium, ſecundo durationem, tertio finem. *Catech. art. 9.*

Initium fuit tempore Chriſti, vel ab initio mundi. *Matthæi vlt.*

Finis, vel potius complementum illius erit in fine mundi, cum fiet vnum Ouile, & vnus Paſtor. Ioan. 10. verſ. 16. *ibid.*

Duratio erit continuata a tempore Chriſti uſque ad finem mundi. Ex *ſciptura arg. ex 1. Poſt. ex Catec. art. 9. nu. 11. et ſeq. arg. ibid.*

Hoc regnum vnum, & idem tum ſpecie, tum numero ſemper fuit, & erit.

Manet vnum, & idem ſpecie, quia omnia ſubſtantialia & eſſentialia tum ad materiam, tum ad formam finem, & efficiens, pertinentia in illo perſeuerant, Et quale, quo ad ſubſtantialia, fuit a Chriſto inſtitutum, tale ſemper perſeuerat.

Eſt vnum numero, quia omne, quod actu exiſtit, quatenus tale, unum numero eſt. Vide Ariſt. de unitate ſocietatis & ciuitatis. Polit. lib. 1. cap. 1. & 2. lib. 3. cap. 1. & 2. Ex *Cate. ibidem.*

Hæc regni Chriſti exiſtentia tum ſpecifica, tum numerica ſemper fuit continuata. Ex *Ariſt. locis cit.*

Vnitas ſpecifica continuatur ex hoc quod ſemper eamdem materiam, & formam habet. Ex *Matt. cap. 16. verſ. 18.*

Vnitas numerica continuatur ex eo, quod in illo ſemper eadem materia, & forma numero inſit, & eadem ſit exiſtentia. *Ariſto. 1.*

Si compoſitum exiſtit, neceſſario materia, & for-

phil. tex. 57 &c. ma cum illo exiſtunt.

arg. ex Ariſt. ibid. Si regnum Chriſti ſemper fuit, neceſſario mater ia, & forma ideſt Eccleſia, & Euangelium ſemper cum illo fuerunt, & e contra ſi hæc ſunt, & illud erit.

& 2. phyſ. tex 21, etc. Si regnum Chriſti ſemper fuit verum, neceſſario, et illa ſemper fuerunt vera.

arg. ibid. & lib. 1. poſt. Vbi eſt regnū Chriſti verum, ibi neceſſario omnia, quę illud conſequuntur, erunt illaque vera, ideo hęc ſimul ſemper exiſtunt, Regnum Chriſti, vera Eccleſia, verum Euangelium, Verum verbum Dei, vera interpretatio illius, uera fides, vera doctrina, & vera obſeruantia S. Euangelij.

Ex Conc. ſeſſ. 3. & 4. & per totum. Si primatus Romani Pontificis, ſi Epiſcopi, Sacerdotes, & Diaconi ſemel fuerunt de ſubſtantia regni Chriſti, neceſſe eſt dicere, quod ſemper de ſubſtantia illius ſint.

Ex Ariſt. in toto lib. Politic. & lib. 1. c. 1. & 2. & li. 3. c. 1. & 2 arg. ex Ariſt. ibid. Si primitiua Eccleſia per ſe, & ſecundum quod ipſa fuit ſenſibilis, & Regnum Chriſti tunc fuit ſenſibile, neceſſe eſt dicere, quod ſemper fuerit tale, & ſi tunc ſenſu cognoſcebatur, etiam tunc cognoſcetur.

Ex Ariſt. ibid. Ex Euangelio. ex ratione, Dicere, quod Regnum Chriſti aliquando, etiam per vnum ſolummodo diem fuerit ſine vera materia, ſeu Eccleſia, vel ſine vero Euangelio, aut vero verbo Dei, aut uera intelligentia illius, aut vera fide, & vera doctrina, res impoſſibilis, & abſurda nimis affirmatur.

arg. ibid. Ducit ad impoſſibile. Dicere, quod ante Lutherum in Regno Chriſti dicta omnia non fuerint uera, execrabile nimis eſt.

Si ante Lutherum erat vera Eccleſia, vera fides, & alia dicta, ad quid nouam fidem, nouam Eccleſiam, et alia omnia introducere noua?

Ad impoſſibile. Ante Lutherum vel erat vera Eccleſia, vel non. Si non ergo defecit regnum Chriſti, ſi erat, vel errabat, vel non errabat: Si errabat, ergo non erat vera, ſi non errabat, ergo vera erant omnia, quæ illa docebat. At ipſa docebat ſeptem Sacramenta, dari Primatum Romani Pontificis, ſacrificium Miſſæ & alia, ergo iſta vera erant, ergo doctrina hæreticorum falſa eſt.

Eadē probatio. Si etiam ante Lutherum ſemper fuit vera Eccleſiæ, quæritur quænam fuerit illa? An Romana, uel alia?

alia? Si Romana hoc eſt quod nos dicimus. Si alia, quę nam erit iſta? Vbi erat? Oſtendant, quænam ſit. Quod ſi de nulla alia poteſt oſtendi, niſi de Romana, ergo il la ſola vera eſt.

Eccleſiam Romanam habuiſſe initium in primitiua Eccleſia probatur ex Epiſtola S. Pauli ad Romanos, & ex Actibus Apoſtolorum. Quod illa in cunctis præteritis ſeculis fuerit, ex Traditione, & ex ſcriptoribus apertiſſime comprobatur. Quod modo ſit, ſenſus cum manifeſta euidentia probat. Quod ſi conſiderata, vt modo eſt, comparetur cum eadem prout in præteritis ſeculis, & in primitiua Eccleſia fuit, omnino eadem apparebit, ergo iſta ſola vera Eccleſia eſt. *Ad Rom. cap. 1. et in fine Act. Apo.*

Eccleſia quæ modo dicitur Lutheri, & per ſenſum probatur nunc eſſe & quæ ſit fides, & doctrina illius apparet, vel ſemper fuit in præteritis ſeculis, & in tēpore Chriſti, vel non. Si non, ergo non eſt vera, ſi ſemper fuit dicant ubi, & quomodo fuerit. Quod ſi hoc non poſſunt probare, Catholici autē multis modis hoc de Eccleſia Romana probant, neceſſe eſt fateri, quod ſola Eccleſia Romana vera Eccleſia eſt. *Ad impoſſibile.*

Si dicant, ante Lutherum Eccleſia Lutheri, erat, ſed erat ignota, idem de Eccleſia Caluini, & aliorum poterit dici. Hoc quoque eſt nauitas, & dormientes adhibere teſtes. Si enim erat ignota, ergo non poteſt probari, quod fuerit, ergo non debet credi. Deinde vel ſemper fuit ignota, vel aliquando cognita, Si ſemper fuit ignota, ergo non eſt eadem cum primitiua Eccleſia, quæ omnino fuit nota, & per ſcripturā notitia de illa habetur, ergo non eſt eadem cum Eccleſia, quæ fuit tempore Siluestri, & Damaſi Pontificum, & tempore Concilij Nicęni, ergo vera non eſt, Si aliquando fuit nota, dicant, quando, & quomodo hoc fuerit, quod ſi non dicant, dicemus ſomnia eſſe, quæ fingunt, Deinde ſi Eccleſia Lutheri, & aliorum modo per ſe, & ſecundum quod ipſum per ſenſum viſibiles ſunt, & Lutherani à Catholicis, & Caluiniſtis ſenſibiliter diſtinguuntur, Si etiam Eccleſia Romana ſemper viſibilis fuit. Si quoque homines ſectatores doctrinæ Lutheri ſenſibiles ſunt, & miniſtri illorum. *Ad impoſſibile.*

& libri ſcripti,& prædicatio,& congregationes ſenſi-biles ſunt, & non poteſt aliter eſſe ,quomodo poſſi-bile eſt ſomniare, quod eadem Eccleſia ante Lutherũ eſſet inſenſibilis,& poſt illum eadem manes ſenſibi-lis facta ſit?

Ex dictis apparet, quod ſola Eccleſia Romana veræ Eccleſię exiſtentiam habet; Nunc probatio alia iuxta regulam datam facienda eſt.

Cap.12.Probatio certa Catholicorum de Eccleſia Catholica Romana.

Catec. ar. 9.nu 1.& ſeq. Conc. ſeſſ. 4.de Symbolo fidei.

PRimo,a nomine probatur.Senſui patet, quod Eccleſia Romana dicitur Eccleſia, item dicitur Catholica , vnde nos dicimur catholici,alii vero hæretici . Hoc nomen, Eccleſia Lutheri , vel Caluini,non conuenit Eccleſiæ Chriſti,& denotat hoc aurum non eſſe naturale , ſed alchimicum . Ita Eccleſia Lutherana non eſt Catholica , & Chriſtiana , vt nomen ſonat.

Catec.ar. 9.nu.2.cũ S.Aug. Conc. per totum.

Secundo , a definitione Eccleſiæ Catholicæ , quæ eſt hæc.Eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus , quæ de ſola Romana verificatur . Sola enim Eccleſia Romana poteſt dici popolus fidelis.Talis.n. populus tria facit.primo acceptat doctrinam , ſecundo leges , tertio Magiſtratus . Hoc facit Catholica , quæ acceptat Romanum Pontificem,Epiſcopos, & Sacerdotes , Leges quoque admittit , antiquam fidẽ, & doctrinam profitetur . At hæretici nullum volunt Magiſtratum , Legum negant obſeruantiam , Conſcientię libertatem prædicant . Fidem Catholicam non profitentur . ergo &c. Quod Catholici ſint ſoli per orbem diſperſi , omnibus per ſenſum notum eſt.

Ex ſeß. 6. cap.7. ex Ariſto. Polit. lib. 7. cap. 8. 9.& 10. ex Miſſali & Breu.

Tertio , a fine . Finis verę Eccleſię eſt gloria Dei , & vita ęterna hominum , Hunc finem habet Eccleſia Catholica , quæ in Miſſali, & Breuiario Romano quotidianum,& publicum cultum tribuit Deo,& vt dignius exhibeatur,Loca publica,vt Eccleſias, tempora publica, vt dies Feſtos , Vaſa, Veſtes , Altaria , ritus,cærimonias,& alia publica . Item perſonas pu-

blicas,

blicas, vt Clerũ, Sacerdotes, & alios ordines inſtituit. Habet Regulares ad Conſilia Euãgelica obſeruanda deſtinatos; At hæretici omnia negant; Sacrificium in Regno Chriſti non concedunt: ergo tantos cultus Deo negandus? Sanctos deſpiciunt; illos nõ colunt: Cineres illorum proijciunt: Hac regione in regno Chriſti diuinus cultus eſt contemnendus?

Eccleſia Romana prædicat, & docet meritum, & neceſitatem operum, & legum obſeruantiam, Quæ omnia hæretici negant, ergo illa ſola finẽ regni Chriſti habebit. *Seſſ. 6. c. 7. et ſeq.*

Quarto a materia, Materia Regni Chriſti eſt populus fidelis, in quo tria requiruntur, vt ſit fidelis, primo fides doctrinæ; ſecundo obſeruantia legum; tertio obedientia magiſtratus, Hæc tria in fidelibus iuſtis requiruntur; & Eccleſia Romana ſingula profitetur, hæretici omnia negant, vt dictum eſt, ergo ſola Romana eſt populus fidelis. *Catec. ar. 9. Ita Ariſt. in Politic.*

Quinto A forma regni Chriſti, quæ in tribus poſita eſt, nempe doctrina, legibus, & magiſtratibus, & poteſt addi quartum, Sacramenta. Materia enim cuiuslibet regni eſt populus gubernatus, in quo requiritur fides Doctrinæ, obſeruantia legum, obedientia magiſtratus, & in hoc ſanctificatio recepta a Sacramentis, Forma vero dicit modum gubernandi, qui continetur in Doctrina, legibus, magiſtratibus, Sacramẽtis, ſed ille populus, qui a dictis non vult gubernari, nõ eſt fidelis, & qui profitetur ſe velle ab illis gubernari, eſt fidelis, & hoc cõuenit ſoli Eccleſiæ Catholicæ, hæretici n. omnino formam gubernationis a regno Chriſti tollunt, & contraria illi docent, dũ negãt antiquam doctrinam Catholicam, obedientiam, obſeruantiam, & ſanctitatem, & prędicant conſcientiæ libertatem, ergo non eſt poſſibile, quod talis popopulus ſit vera Eccleſia, & materia regni chriſti. *Catec. ar. 9. Ita in teſtam. veteri. Ita ratio et iudiciũ commune dictat.*

Sexto ab efficiẽte, Chriſtus fundauit, et ædificauit Eccleſiam ſuam. Et Apoſtoli fuerunt fundamenta, & fecit illam materiam regni ſui, Determinauit in hac fundatione quatuor cauſas, & omnia ſubſtãtialia dicti regni. Et quod tunc fuit de ſubſtantia regni Chriſti *Matt. 16.*

Probatio per ſēſum. ab efficiente, eſt ab exiſtentia, eſt ab initio vera Eccleſia.

ſti, & Eccleſiæ ſemper manſit de ſubſtantia illus. Et hoc profitetur Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana. quæ ideo dicitur Apoſtolica, quia in Apoſtolis fundata eſt. Et ideo initium veræ Eccleſię fuit tempore Chriſti. Et per cuncta ſecula eadem manſit; Et in illa ſemper fuit Textus Biblicus; Traditio, vera intelligentia Scripturarum, vera fides, vera Doctrina, verum Euangelium, veri magiſtratus, veræ leges, vera ſacramenta: Et Chriſtus ſemper in illa fuit: Et Spiritusſanctus illam docuit; & illi dedit priuilegium non errandi. Hanc antiquitatem Eccleſia Romana recipit. Hæretici negant illam. Traditionem non admittunt. Nouitatem amplectuntur. Et Eccleſiam ſuam nō dicunt eſſe Chriſti, ſed Lutheri, & Caluini. Ideo ex parte cauſę efficientis, & exiſtentiæ repugnat illis, vt ſint veræ Eccleſiæ.

Per ſēſum ſit probatio a proprietatib⁹ vera Eccleſia.

Ariſto. in Polit. Oīs ſocietas, eſt ciuitas vna eſt, et vnum habet primū magiſtratum.

Septimo a proprietatibus. Vera Eccleſia accipit proprietates a Regno Chriſti, cuius eſt materia. Ideo dicitur, Vna; quia vnum eſt regnum., Sancta, quia Sanctum, Catholica, quia Catholicum. Antiqua, quia a Chriſto inchoata, perpetua, quia regnū Chriſti perpetuum eſt, Apoſtolica, quia in Apoſtolis fundata eſt, & alia. Quæ omnia in ſola Romana uerificātur. Ipſa enim vere eſt Vna, eſt Catholica, eſt Apoſtolica, eſt antiqua, eſt perpetua, eſt fidelis, eſt viſibilis, vt euidenter ſenſui patet. Vnam enim habet fidem, & doctrinam, & Euangelium, & Textum Biblicum, & legem, & Sacramenta, demum omnes Catholici idem dicunt. At in hæreticis ubi unitas? ubi antiquitas? ubi perpetuitas? Quot ſunt Eccleſiæ? quot opiniones? quę nouitas, & inſtabilitas illis ineſt? ergo per ſenſum clare patet, quod ſola Romana uerę Eccleſiæ omnes retinet, & retinuit proprietates.

Probatio ab effectu.

Ex ſacra ſcriptura, et Eccleſia primitiua

Octauo Probatur ab operationibus, Operationes enim ueræ Eccleſiæ ſunt ſequentes, quæ in ſola Eccleſia Romana, ut patet ſenſui, & modo, & in pręteritis ſeculis repetiuntur.

Recipere uerum Euangelium, & uerum uerbum Dei non ſcriptum. Recipere ueram fidem, ueram doctrinam, ueram prædicationem a Chriſto, & ab Apoſtolis

ſtolis factam.

Recipere traditionem de dictis, & factis a Chriſto, & ab Apoſtolis. *A primitiua Eccleſia.*

Recipere ſacram Scripturã, & Textum Biblicum, ſeu uerbum Dei ſcriptum. *Seſſ.4.c.1. ibidem.*

Dicta omnia in Eccleſia per cuncta ſecula mediante Traditione conſeruare, Hęc enim conſeruata fuiſſe ſenſus apertiſſime docet, Hæc autem coſeruatio non niſi per traditionem facta eſt.

Determinare, quinam libri ſacræ Sripturæ ſint authentici, & qui non. *Seſſ. 4.c.1. ibidem, & ſeſſ.5, & ex noua edit. ſacr. Bibl,*

Curare, ut Textus[Biblicus, ubi opus eſt],fideliter traducatur, Item curare, ne errores in dictis libris, aut incuria, aut malitia introducantur, Item curare vt vera intelligentia,& interpretatio verbi Dei habeatur, Et quod ſacra Scriptura cum traditionibus conferatur.

Colligere ex ſcriptura, & traditione veram, certã, completam, & diſtinctam ſummam S.Euanngelij; & curare, vt per Predicatores, & alios, omnes, & ſinguli fideles cum certitudine fidei de illa edoceantur, iuxta illud Chriſti, Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis. *Seſſ.4.c.1. et 2. Cate. in praf. & per totum.*

Curare, vt Euangelium infidelibus prædicetur, vt ad fidem conuertantur. *Ex Matt. cap. vlt.*

Si qua hærẹſis pullulare incipiat, confutare, atque damnare. *Con. per totum.*

Veritates Euangelicas principales de fide determinare. *ibid.*

Ordinare cultum Dei tum publicum tum priuatũ, determinando publica loca, tempora, perſonas, vaſa, veſtes, altaria, ritus, & ceremonias, item libros, vt Miſſale, & Breuiarium, demum omnia ad cultum Dei pertinentia. *Miſſale. Breuiar. Ita Ariſt. 7.Polit.c. 8.et ſeq.*

Numerum Sacramentorum, & vſum præciſè determinare. *ſeſſ.7.cã.1*

Curare, vt electiones magiſtratuũ rectè, legitimè, & opportune fiant, & curare, vt in dictis magiſtratibus congrua ſit ſubordinatio. *Ex ſcript. Conc. ſape.*

Completam obſeruantiam S.Euangelij procurare, *Ex Matt.*

Et

c. vlt. Ar. Pol. l. 3. et 7. Ideo hoc præcepta facere opportuna, Et peccantes opportune punire.

Religiones Curare, vt Conſilia Euangelica ab aliquibus, vt à regularibus obſeruata ſint.

Ex Act. Apoſt. vt in Conc. Tri. In rebus grauiſſimis Concilia generalia, vt Apoſtoli fecerunt, congregare, Et in illis veritates fidei determinare, hæreſes confutare, diſciplinam morum reformare, & omnia, quę ad rectam Eccleſiæ gubernationem pertinent, ordinare.

Ex traditione. Hæc omnia, & ſingula in pręteritis ſeculis opportune fieri debuerunt, Et omnino illa facere ad Eccleſiam Catholicam, cui omnes tenentur obedire, pertinebat.

Per sēſum et traditionem. Hæc omnia Eccleſiam Romanam modo facere, & in præteritis ſeculis ſemper feciſſe, ſenſui notum eſt, E contra de hæreticis, quod nihil horum faciant, vel fecerunt, ſenſus ipſe apertiſſimè docet, ergo ſola Eccleſia Romana vera eſt.

Ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis, à ſignis per ſenſum notis. Nono probatur à ſignis, in Eccleſia enim Catholica Romana facta ſunt innumerabilia miracula, Martyres in illa innumerabiles fuerunt, Plurimi Sancti inſignes, item Doctores, Scriptores, Monachi Eremitę, Plurima regna in illa recepta ſunt, Contra Imperatores, Reges, & alios, Item hęreticos illam impugnantes pugnauit. & vicit. Hoc tempore tot hęreticis ſuſcitatis firmiſſima manet. Si quis infidelis uelit conuerti ad fidem, ad Romanam Eccleſiam confugit. Omnes infideles illam ſolam Eccleſiam agnoſcunt, ergo ſola eſt vera.

ex ſcriptura ex traditione, ex ſenſu. *Ex ratione, vt Ariſt. in Polit. docet.* Decimo à magiſtratibus probatur, In regno Chriſti neceſſaria eſt gubernatio per magiſtratus, Chriſtus inſtituit Apoſtolos, & diſcipulos, In primitiua Eccleſia fuerunt Diaconi, Sacerdotes, Epiſcopi, Item primatus S. Petri, Per multa ſæcula conſtat tales magiſtratus in Eccleſia extitiſſe, Traditio ita docet, Modo in Eccleſia Romana dari certiſſimum eſt, Apud hæreticos nullus eſt magiſtratus. Et hæc omnia per ſenſum, & per traditionem manifeſtiſſime apparent, Vt quid ergo certum non erit, quod ſola Eccleſia Romana vera ſit?

Si

Si enim nomen, definitio, quattuor cauſæ, exſtentia proprietates, operationes, ſigna, priuilegia, & magiſtratus veræ Eccleſiæ ſoli Romanæ conueniunt, & alijs non conueniunt, & hoc per ſenſum manifeſtum fit, omnino concluſio ex Logica facienda eſt, quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera ſit.

De vſu huius probationis.

NVnc explicabo vſum huius probationis. Ad duo deſeruit, nempè primo ad omnes veritates Euangelicas cum certitudine fidei comprobandas; ſecundo ad omnes hæreſes, dictis veritatibus contrarias, tum detegendas, tum confutandas.

Cap. 13. De modo probandi omnes Euangelicas veritates.

PRobatio ita fit, veluti quod ſeptem ſint Sacramenta.

Maior. Quod proponitur ab Eccleſia Catholica, vt veritas de fide, talis veritas eſt.

Minor. Sed ſeptem eſſe Sacramenta ab Eccleſia Catholica proponitur vt veritas de fide, ergo.

Probatio maioris ſupra habita eſt,. Vera enim Eccleſia veram fidem omnino habet.

Probatio minoris habetur ex determinatione ſacri Concilij Tridentini ſeſſ. 7. can. 1. Quod ſi hæreticus neget Eccleſiam Romanam eſſe veram, probabitur modo, quo ſupra dictum eſt.

Idem probabitur de vero Textu Biblico, de vera interpretatione Scripturarum, de vero Euangelio, de vera ſumma illius, de vera fide, & de vera doctrina. Hæc enim omnia in vera Eccleſia vera ſunt, & certitudo fidei ab Eccleſia dependet. *Seſſ. 4. c. 1. et 2.*

Notandum hoc loco duplicem fieri probationem veritatis de fide, Vna fit ab Eccleſia, & hæc probatio ſemper fit per Scripturã, & Traditiones, vt docet ſacrum Concilium Tridentinum. Alia fit à fidelibus, *Seſs 4. c. 1. in fine*

C & hæc

& hæc immediatè poteſt fieri per determinationem Eccleſiæ; Concilium enim Tridentinum per ſcripturam, & traditionem probabit ſeptem eſſe Sacramenta, & alia, Fideles verò per authoritatem Concilij idem probabunt, Vtraque autem probatio eſt certa; quia vna fundatur in dicto, & verbo Dei; Alia in dicto Eccleſiæ, quæ, in docendo non poteſt errare.

Cap. 14. De modo detegendi, & confutandi omnes hæreſes.

Seſſ. 4. c. 1. & 2. DVO ſunt tantum media, nempè iam dicta, ad omnes hęreſes cum certitudine fidei confutandas; Vnum eſt verbum Dei; Aliud vera Eccleſia; Illud eſt primum; Hoc immediatum; Et ſecundum dependet a primo, Vtrumque autem eſt certum, quia vera Eccleſia ex priuilegio non poteſt errare, Si enim erraret, non eſſet vera, & non poſſet eſſe firmamentũ veritatis.

Ex Conc. ibid. Ex Catec. par. 1. c. 1. Notandum tamen, quod ſecundum medium reſpectu noſtri eſt magis notum, notate, me non dicere, magis verum & item me dicere, ex parte noſtri, Et ratio eſt, quia Verbum Dei nihil certi probat, niſi habeatur certitudo fidei de vera intelligentia illius, Solus autem Deus poteſt habere certitudinem de vera ſignificatione verbi ſui. Et quia Eccleſia dat priuilegium non errandi in verbo Dei interpretando, ex hoc fit, quod fideles per ſolam Ecleſiam fiunt certi de uera Verbi Dei interpretatione. Hinc fit, quod ſi ego velim Hæretico probare per ſcripturam, quod ſeptem ſint Sacramenta, Si meam Scripturæ interpretionem in dubium reuocet & ipſe aliam afferat, ego apud illum nihil certi de fide probabo, niſi recurram ad ſecundum medium, probans, quod interpretatio a me allata non eſt mea, ſed Eccleſiæ Catholicæ, quæ in interpretanda ſacra Sriptura non poteſt errare, ſic enim mea probatio certa de fide erit. *Concil. & Catec. ibi.*

Hinc colligite, hæreticos non poſſe facere certam probationem de fide, Si enim afferant locum Scripturæ iuxta ſenſum illorum interpretatum, non poſſunt

pro-

probare cum certitudine fidei, quod illa interpretatio ſit vera, quia neque poſſunt probare, quod illorum Eccleſia vera ſit, Nos autem Catholici probamus Eccleſiam Romanam eſſe veram, & veram illius interpetationem, ideo in omni certa de fide probatione neceſſe eſt vltimate deuenire ad veritatem Eccleſiæ, per quam ſolam certa fit ſacræ Scripturæ, & Verbi Dei interpretatio.

Omnes ergo hæreſes deteguntur, & confutantur per duo media dicta, Et primum eſt ſacra Scriptura; *Ex Conc.*
ſecundum eſt Eccleſia, Et probatio ita fit. *per totum.*

Maior. Quod ita contrariatur veritati ab Eccleſia Catholica de fide determinatæ, vt non poſſit ſimul eſſe vera cum illa, hæreſis eſt.

Minor. Sed hæc propoſitio ſacramenta ſunt tantũ *Ex ſeſſ. 7.*
duo, ita contrariatur veritati ab Eccleſia de fide de- *can. 1.*
terminatæ, vt non poſſit eſſe ſimul vera cum illa, quia illa determinat eſſe ſeptem; ergo hæreſis eſt:

Senſus minorem facit euidentem Maior ex dictis patet.

Cap. 15. De completa, & certa de fide probatione,

NVnc intendo vobis explicare completam, & certam de fide probationem, vt cognoſcatis, quod apud ſolos Cahtolicos, & nullo modo apud hæreticos reperitur: Voco autem completam probationem illam, quæ incipit a prima cauſa, & progreditur vſque ad vltimam. *Ioan.*
Seſſ. 4. c. 1

Primum ergo medium ad probãdam veritatem de *& 2.*
fide, vel ad confutandam hæreſim eſt verbum Dei, de quo habeamus certam de fide notitiam, quod vere ſit verbum Dei; Si enim non ſit certum de fide, neque etiam cum certitudine fidei probabit.

Secundum medium eſt vera intelligentia, & inter- *Seſſ. 4. c. 2*
pretatio verbi Dei; de qua habeatur certitudo fidei, quod vera ſit; Si enim dubito de vera intelligentia, neceſſe eſt, me dubitare de probatione, quę fit per
illam. *Conc. ibid.*

Tertium Medium eſt vera Eccleſia, de qua neceſ- *Cate. ar. 9*

ſe eſt habere certam de fide cognitionem, quod hæc Eccleſia in particulari conſiderata, vera Eccleſia ſit: Item quod vera Eccleſia in interpretanda ſacra Scriptura non poſſit errare: Item quod dicta interpretatio a vera Eccleſia data ſit.

His ita poſitis probatio, quæ fit directè per euidentem Logicæ cõſequentiam, ex illo loco Scripturę erit completa, & certa; Quia incipit a primo medio, & tendit ad vltimum; Et omnia cum certitudine fidei cognoſcit.

Modo conſideremus dictū probationis progeſſum apud Catholicos.

Seſſ. 4. c. 1. De vero Textu Biblico Catholici habent fidei certitudinem; Primo ex traditione; quia per manus trāditur cum atteſtatione, quod hoc eſt verbum Dei à primitiūa Eccleſia, & ab Apoſtolis acceptum; Secundo ex determinatione Eccleſiæ Catholicæ, quæ ita determinat; Tertio ex communi vſu Eccleſiæ, quæ illo textu vt authētico vtitur, vt patet de vulgata Editione. Hoc modo Catholici habent certitudinem fidei de vero verbo Dei.

Ioan. Obſecro vos, dicite quæſo quomodo Lutherus, & Caluinus habebunt certitudinem fidei, quod hic Textus Biblicus contineat verbum Dei; Et an omnes, vel aliqui, vel nulli ſint authentici, & qui?

Calnius. Non habeo, quid dicam. Scriptura nihil dicit de hoc Textu particulari; Traditio ab hæreticis non acceptatur; Senſus non poteſt hoc probare. Eccleſia dictorum non poteſt probari vera, Ideo concludo hæreticos talem certitudinem non habere.

Lucius Ego idem affirmo.

Seſſ. 4. c. 5. *Ioan.* Quid dicemus de vera, & certa intelligentia ſcripturarū? Si Catholici vno modo, Lutherani alio, Caluiniſtæ alio, & vnuſquiſque ſuam præſumit afferre interpretationem, vnde multæ, variæ, & contrariæ ſunt, quomodo habebitur certitudo, quod hæc magis, quam illa vera ſit?

Si dicatur, habetur per veram Eccleſiam, cuius eſt iudicare de vero ſenſu Scripturarum, bene dicitur, ſed oportet habere certam fidem, quod hæc Eccleſia

in particulari conſiderata modo vera ſit. Et hoc, vt dictum eſt, Catholici probabunt, Hæretici non. Si dicatur. Certitudo de vera intelligentia habetur per aliam cauſam. Afferatur hæc cauſa, & videbimus, an vera cauſa ſit. Quod ſi, vt vos dicitis, non poteſt afferri, ſequitur, quod apud ſolos Catholicos certa de fide probatio ſit. Et hoc ni fallor eſt, quod vos à me quærebatis, & per Logicam eſt à me probatum, videte nunc, ſi quid aliud à me deſideretis.

Caluin. Ego diu cogitaui, dubitaui, inquiſiui, Satis, ſuperque tempus fruſtra in inquiſitione conſumpſi. Nunc ſatis clare video certitudinem fidei, & veritatis apud Catholicos eſſe. Et ſolam Eccleſiam Catholicam Romanam veram Eccleſiam eſſe; ideo in illam me transfero fidem illius & doctrinam amplector. Catholicus ſum, & talis vſque ad mortem permanebo. Luci accipe meum conſilium, & tu facito idem.

Lucius. O cariſſime Calui, quod verebar accidit. Semper te vidi in hanc partem pendere, viriliter egiſti. Ne dubites, tecum ero. Video veritatem. Propeſum vt tecum ſim. Vincam, vincam. Sed quæſo concedas, vt aliquid pro huius rei dilucidatione perquirã. Declara mihi amantiſſime Ioannes, quod quæro.

Ioan. O quam magno dilectiſſime Calui me affeciſti gaudio. Deus te confirmet in veritate. Demus auxilium Lucio, ut in fide nobiſcum ſit. O Luci interroga, quod cupis, & libentiſſime reſpondebo.

Lucius. Peto, vt aliqua loca Scripturæ afferas ad probandum, quod vera Eccleſia circa fidem errare nõ poteſt, ſed habeat à Deo priuilegium non errandi.

Cap. 16. Probatur ex ſcriptura Eccleſiam non poſſe errare.

Ioan. Ecce aliqua adducam.
Primus eſt Matth. 16. Portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. Vtique ſi erraret præualeret illi infernus.

Secundus eſt eiuſdem Chriſti. Matth. 18. Si non audierit Eccleſiam, ſit tibi ſicut Ethnicus, et Publicanus.

Ex ſeſs. 4. c. 1. & 2. mo Verbum ſignificans, ſecundò ſignificatio, tertiò Res ſignificata, quarto Res facta. Veluti illud verbum, Baptizantes, eos, quattuor circa baptiſmum denotat, primo verbum, à quo ſignificatur collatio Baptiſmi, ſecundo Significatio de eodem, tertio Res ſignificata, eadem collatio quatenus ſignificata, quarto Baptiſmus, & illius collatio quatenus facta eſt. Hoc quartum, cum Chriſtus talia verba dixit, non erat cō iunctum cum ipſo verbo. Tria autem prima vnita erant. Quando Apoſtoli cęperunt Baptizare, tunc quartum vnitum erat cum alijs tribus. Et hoc quartum totaliter, & omnino debet conformari, & in nullo diſcordare cum alijs tribus. Et hoc docuit Chriſtus dicēs, Docētes eos ſeruare omnia, quæcumq. &c. Vbi illud verbum, ſeruare denotat quartum. Ita, hoc facite in meam commemorationem. Ita dicitur in Geneſi: Ipſe dixit, & facta ſunt. Ita Deus voluit, Tabernaculum, & omnia ab illo in monte ordinata fieri ſicut ipſe dixerat, & docuit artifices, vt ita facerent. Sic in teſtamento nouo, Deus ex vna parte per Chriſtum determinauit, quænam in Euangelio, & Regno Chriſti erant facienda, ex alia per Spiritum ſactum dirigebat Eccleſiam, vt faceret, quod in Euangelio, & in verbo Dei contentum & ordinatū erat. Et omnino inter dictum Dei, & factum Eccleſiæ, debuit eſſe totalis conuenientia; quia omnia ſeruanda erant, quæ mādauerat Chriſtus, alioquin Eccleſia non eſſet bene gubernata.

Ex Ariſt. 1. poſter. itē in lib. prædic. de ſubſtātia. Ex veteri teſtam.

Demōſtratio a ſigno de qua in Praxi ſci. li. 3. diſt. 5.

Hinc colligitur, quod res facta ab Eccleſia eſt optima regula ad veram verbi Dei ſignificationem, & interpretationem cognoſcendam. Si enim quod Deus dixit, factum eſt; ergo ſicut Deus dixit, ita factum eſt ergo ſi euidenter per ſenſum cōſpicio, quod in Eccleſia hoc factum fuit, veluti Eccleſia ſeptem miniſtrabat Sacramenta, offerebat ſacrificium Miſſæ. Sacerdotes inſtituebat. Iſti abſoluēbant a peccatis, Romanus Pontifex, vt Vicarius Chriſti, & ſucceſſor S. Petri totam Eccleſiam gubernat, & idem de alijs, omnino ex his factis colligere debeo, quod iuxta facta verbum Dei verę interpretetur. Si enim ex eo, quod res eſt

Ariſt. de ſubſtan.

vel

vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa, ita verbum Dei, vt ſit verum, debet fieri, quod in illo ſignificatum eſt. Quod ſi ſenſus litteralis concordat cum re facta, omnino, qui interpretatur iuxta rem factam, & dictū ſenſum, dicetur verè interpretari. Quod ſi hæc dicta interpretatio cum nulla alia diſſonat veritate, immò cum omnibus alijs conſonet veritatibus, veluti concordat cum lege naturæ, cum veteri teſtamento cum Logica, Metaphyſica, Ethica, Politica, & cum ordinario vſu omnium hominum, multo magis illa interpretatio videbitur vera, contraria autem falſa. Et ex his facillimè colligitur, quod interpretatio Eccleſiæ Catholicæ veriſſima ſit, Hæreticorum vero falſiſſima, quia ſit contrarium faciunt eius, quod dictum eſt.

Rem declaro exemplo Romani Pontificis.

Eccleſia Catholica litteraliter conſiderans illa verba Chriſti, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumque ligaueris, &c. Item illam ter repetita, Paſce oues meas. Videt ad litteram intelligi de Primatu S. Petri, Obſeruat ſcripturas, & competit ſēper in in enumerandis Apoſtolis primum locum dari Petro, & alia multa ad litterā in ſcriptura obſeruat.

Obſeruat quomodo dicta loca interpretantur a ſacris Doctoribus, videt interpretari de Primatu Santi Petri.

Conſiderat traditionem, quid Eccleſia per cuncta ſecula docuerit tamquam traditum a Chriſto circa hoc, & videt hunc Primatum de fide, vt inſtitutum a Chriſto, affirmare. *Matth. 16*

Examinat factum Eccleſiæ, & videt ita eſſe in vſu, & conſuetudine Catholicæ Eccleſiæ, vt Romanus Pōtifex tamquam ſucceſſor Petri, Vicarius Chriſti in toto orbe ſit conſtitutus.

Conſiderat, an hæc interpretatio habeat conſonantiam, vel diſſonantiam cum lege naturali, cum ſcripta, & cum ordinario hominum vſu; & videt hoc maximam habere conſonantiam, oppoſitum diſſonātiam: Quia regnum Chriſti eſt verum Regnum, & de eſſentia Regni, vt Ariſtoteles in Politicis docet, *Lib. 1. 3. 7. & alijs.*

Probatio per ſēſum. ab efficiente, eſt ab exiſtentia, eſt ab initio vera Eccleſia.

ſti, & Eccleſiæ ſemper man ſit de ſubſtantia illus. Et hoc profitetur Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana. quæ ideo dicitur Apoſtolica, quia in Apoſtolis fundata eſt. Et ideo initium veræ Eccleſię fuit tempore Chriſti. Et per cuncta ſecula eadem manſit. Et in illa ſemper fuit Textus Biblicus; Traditio, vera intelligentia Scripturarum, vera fides, vera Doctrina, verum Euangelium, veri magiſtratus, veræ leges, vera ſacramenta: Et Chriſtus ſemper in illa fuit: Et Spiritusſanctus illam docuit; & illi dedit priuilegium non errandi. Hanc antiquitatem Eccleſia Romana recipit. Hæretici negant illam. Traditionem non admittunt. Nouitatem amplectuntur. Et Eccleſiam ſuam nō dicunt eſſe Chriſti, ſed Lutheri, & Caluini. Ideo ex parte cauſę efficientis, & exiſtentiæ repugnat illis, vt ſint veræ Eccleſiæ.

Per ſēſum fit probatio a proprietatib⁹ veræ Eccleſiæ.

Ariſto. in Polit. Oīs ſocietas, eſt ciuitas vna eſt, et vnum habet primū magiſtratum.

Septimo a proprietatibus. Vera Eccleſia accipit proprietates a Regno Chriſti, cuius eſt materia. Ideo dicitur, Vna; quia vnum eſt regnum., Sancta, quia Sanctum, Catholica, quia Catholicum. Antiqua, quia a Chriſto inchoata, perpetua, quia regnū Chriſti perpetuum eſt. Apoſtolica, quia in Apoſtolis fundata eſt, & alia. Quæ omnia in ſola Romana uerificātur. Ipſa enim vere eſt Vna, eſt Catholica, eſt Apoſtolica, eſt antiqua, eſt perpetua, eſt fidelis, eſt viſibilis, vt euidenter ſenſui patet. Vnam enim habet fidem, & doctrinam, & Euangelium, & Textum Biblicum, & legem, & Sacramenta, demum omnes Catholici idem dicunt. At in hæreticis ubi unitas? ubi antiquitas? ubi perpetuitas? Quot ſunt Eccleſiæ? quot opiniones? quę nouitas, & inſtabilitas illis ineſt? ergo per ſenſum clare patet, quod ſola Romana uerę Eccleſiæ omnes retinet, & retinuit proprietates.

Probatio ab effectu.

Ex ſacra ſcriptura, et Eccleſia primitiua

Octauo Probatur ab operationibus, Operationes enim ueræ Eccleſiæ ſunt ſequentes, quæ in ſola Eccleſia Romana, ut patet ſenſui, & modo, & in pręteritis ſeculis repeτiuntur.

Recipere uerum Euangelium, & uerum uerbum Dei non ſcriptum. Recipere ueram fidem, ueram doctrinam, ueram prædicationem a Chriſto, & ab Apoſtolis

ſtolis

ſtolis factam.

Recipere traditionem de dictis,& factis a Chriſto, & ab Apoſtolis. *A primitiua Eccleſia.*

Recipere ſacram Scripturã, & Textum Biblicum, ſeu uerbum Dei ſcriptum. *Seſſ.4.c.1. ibidem.*

Dicta omnia in Eccleſia per cuncta ſecula mediante Traditione conſeruare, Hęcenim conſeruata fuiſſe ſenſus apertiſſime docet, Hæc autem coſeruatio non niſi per traditionem facta eſt.

Determinare, quinam libri ſacræ Sripturæ ſint authentici, & qui non. *Seſſ.4.c.1. ibidem, & Seſſ.5, & ex noua edit. ſacr. Bibl,*

Curare, ut Textus[Biblicus, ubi opus eſt],ſidelitet traducatur, Item curare, ne errores in dictis libris, aut incuria, aut malitia introducantur, Item curare vt vera intelligentia,& interpretatio verbi Dei habeatur, Et quod ſacra Scriptura cum traditionibus conferatur.

Colligere ex ſcriptura, & traditione veram,certã, completam,& diſtinctam ſummam S.Euanngelij; & curare,vt per Predicatores,& alios,omnes,& ſinguli fideles cum certitudine fidei de illa edoceantur,iuxta illud Chriſti, Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis. *Seſſ.4.c.1. et 2. Cate. in praf. & per totum.*

Curare, vt Euangelium infidelibus prædicetur, vt ad fidem conuertantur. *Ex Matt. cap.vlt.*

Si qua hæręſis pullulare incipiat, confutare,atque damnare. *Con. per totum.*

Veritates Euangelicas principales de fide determinare. *ibid.*

Ordinare cultum Dei tum publicum tum priuatũ, determinando publica loca, tempora,perſonas,vaſa, veſtes,altaria,ritus,[& ceremonias,item libros,vt Miſſale, & Breuiarium, demum omnia ad cultum Dei pertinentia. *Miſſale. Breuiar. Ita Ariſt. 7.Polit. c. 8.et ſeq.*

Numerum Sacramentorum, & vſum præciſè determinare. *ſeſſ.7.cã.1*

Curare, vt electiones magiſtratuũ rectè,legitimè, & opportune fiant,& curare, vt in dictis magiſtratibus congrua ſit ſubordinatio. *Ex ſcript. Conc.ſape.*

Completam obſeruantiam S.Euangelij procurare, *Ex Matt.*

Et

c. vlt. Ar. Pol. l. 3. et 7.

Et ob hoc pręcepta facere opportuna, Et peccantes opportune punire.

Religiones Ex Act. Apoſt. vt in Conc. Tri.

Curare, vt Conſilia Euangelica ab aliquibus, vt à regularibus obſeruata ſint.

In rebus grauiſſimis Concilia generalia, vt Apoſtoli fecerunt, congregare, Et in illis veritates fidei determinare, hæreſes confutare, diſciplinam morum reformare, & omnia, quę ad rectam Eccleſiæ gubernationem pertinent, ordinare.

Ex traditione.

Hæc omnia, & ſingula in pręteritis ſeculis opportune fieri debuerunt, Et omnino illa facere ad Eccleſiam Catholicam, cui omnes tenentur obedire, pertinebat.

Per ſenſum et traditionem. Ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis, à ſignis per ſenſum notis.

Hæc omnia Eccleſiam Romanam modo facere, & in præteritis ſeculis ſemper feciſſe, ſenſui notum eſt, E contra de hæreticis, quod nihil horum faciant, vel fecerunt, ſenſus ipſe apertiſſimè docet, ergo ſola Eccleſia Romana vera eſt.

Nono probatur à ſignis, in Eccleſia enim Catholica Romana facta ſunt innumerabilia miracula, Martyres in illa innumerabiles fuerunt, Plurimi Sancti inſignes, item Doctores, Scriptores, Monachi Eremitę, Plurima regna in illa recepta ſunt, Contra Imperatores, Reges, & alios, Item hęreticos illam impugnantes pugnauit. & vicit. Hoc tempore tot hęreticis ſuſcitatis firmiſſima manet. Si quis infidelis uelit conuerti ad fidem, ad Romanam Eccleſiam confugit. Omnes infideles illam ſolam Eccleſiam agnoſcunt, ergo ſola eſt vera.

ex ſcriptura ex traditione, ex ſenſu. Ex ratione, vt Ariſt. in Polit. docet.

Decimo à magiſtratibus probatur, In regno Chriſti neceſſaria eſt gubernatio per magiſtratus, Chriſtus inſtituit Apoſtolos, & diſcipulos, In primitiua Eccleſia fuerunt Diaconi, Sacerdotes, Epiſcopi, Item primatus S. Petri, Per multa ſæcula conſtat tales magiſtratus in Eccleſia extitiſſe, Traditio ita docet, Modo in Eccleſia Romana dari certiſſimum eſt, Apud hæreticos nullus eſt magiſtratus. Et hæc omnia per ſenſum, & per traditionem manifeſtiſſime apparent, Vt quid ergo certum non erit, quod ſola Eccleſia Romana vera ſit?

Si

Si enim nomen, definitio, quatuor cauſæ, exſtentia proprietates, operationes, ſigna, priuilegia, & magiſtratus veræ Eccleſiæ ſoli Romanæ conueniunt, & alijs non conueniunt, & hoc per ſenſum manifeſtum fit, omnino concluſio ex Logica facienda eſt, quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera ſit.

De vſu huius probationis.

NVnc explicabo vſum huius probationis. Ad duo deſeruit, nempè primo ad omnes veritates Euangelicas cum certitudine fidei comprobandas; ſecundo ad omnes hæreſes dictis veritatibus contrarias tum detegendas, tum confutandas.

Cap. 13. De modo probandi omnes Euangelicas veritates.

PRobatio ita fit, veluti quod ſeptem ſint Sacramenta.

Maior. Quod proponitur ab Eccleſia Catholica, vt veritas de fide, talis veritas eſt.

Minor. Sed ſeptem eſſe Sacramenta ab Eccleſia Catholica proponitur vt veritas de fide, ergo.

Probatio maioris ſupra habita eſt. Vera enim Eccleſia veram fidem omnino habet.

Probatio minoris habetur ex determinatione ſacri Concilij Tridentini ſeſſ. 7. can. 1. Quod ſi hæreticus neget Eccleſiam Romanam eſſe veram, probabitur modo, quo ſupra dictum eſt.

Idem probabitur de vero Textu Biblico, de vera interpretatione Scripturarum, de vero Euangelio, de vera ſumma illius, de vera fide, & de vera doctrina. Hæc enim omnia in vera Eccleſia vera ſunt, & certitudo fidei ab Eccleſia dependet. *Seſſ. 4. c. 1. et 2.*

Notandum hoc loco duplicem fieri probationem veritatis de fide, Vna fit ab Eccleſia, & hæc probatio ſemper fit per Scripturâ, & Traditiones, vt docet ſacrum Concilium Tridentinum. Alia fit à fidelibus, *Seſs 4. c. 1. in fine*

& hæc immediatè poteſt fieri per determinationem Eccleſiæ; Concilium enim Tridentinum per ſcripturam, & traditionem probabit ſeptem eſſe Sacramenta, & alia, Fideles verò per authoritatem Concilij idem probabunt, Vtraque autem probatio eſt certa; quia vna fundatur in dicto, & verbo Dei; Alia in dicto Eccleſiæ, quæ, in docendo non poteſt errare.

Cap. 14. De modo detegendi, & confutandi omnes hæreſes.

Seſſ.4.c.1. & 2. DVO ſunt tantum media, nempè iam dicta, ad omnes hęreſes cum certitudine fidei confutandas; Vnum eſt verbum Dei; Aliud vera Eccleſia; Illud eſt primum; Hoc immediatum; Et ſecundum dependet a primo, Vtrumque autem eſt certum, quia vera Eccleſia ex priuilegio non poteſt errare, Si enim erraret, non eſſet vera, & non poſſet eſſe firmamentū veritatis.

Ex *Conc. ibid.* Ex *Catec. par.1.c. 1.*

Notandum tamen, quod ſecundum medium reſpectu noſtri eſt magis notum, notate, me non dicere, magis verum & item me dicere, ex parte noſtri, Et ratio eſt, quia Verbum Dei nihil certi probat, niſi habeatur certitudo fidei de vera intelligentia illius, Solus autem Deus poteſt habere certitudinem de vera ſignificatione verbi ſui. Et quia Eccleſia dat priuilegium non errandi in verbo Dei interpretando, ex hoc fit, quod fideles per ſolam Eccleſiam fiunt certi de uera Verbi Dei interpretatione. Hinc fit, quod ſi ego velim Hæretico probare per ſcripturam, quod ſeptem ſint Sacramenta, Si meam Scripturæ interpretionem in dubium reuocet & ipſe aliam afferat, ego apud illum nihil certi de fide probabo, niſi recurram ad ſecundum medium, probans, quod interpretatio a me allata non eſt mea, ſed Eccleſiæ Catholicæ, quæ in interpretanda ſacra Scriptura non poteſt errare, ſic enim mea probatio certa de fide erit.

Concil. & Catec. ibi.

Hinc colligite, hæreticos non poſſe facere certam probationem de fide, Si enim afferant locum Scripturæ iuxta ſenſum illorum interpretatum, non poſſunt

pro-

probare cum certitudine fidei, quod illa interpretatio ſit vera, quia neque poſſunt probare, quod illorum Eccleſia vera ſit, Nos autem Catholici probamus Eccleſiam Romanam eſſe veram, & veram illius interpetationem, ideo in omni certa de fide probatione neceſſe eſt vltimate deuenire ad veritatem Eccleſiæ, per quam ſolam certa fit ſacræ Scripturæ, & Verbi Dei interpretatio.

Omnes ergo hæreſes deteguntur, & confutantur per duo media dicta, Et primum eſt ſacra Scriptura; ſecundum eſt Eccleſia, Et probatio ita fit. *Ex Conc. per totum.*

Maior. Quod ità contrariatur veritati ab Eccleſia Catholica de fide determinatæ, vt non poſſit ſimul eſſe vera cum illa, hæreſis eſt.

Minor. Sed hæc propoſitio ſacramenta ſunt tantũ duo, ita contrariatur veritati ab Eccleſia de fide determinatæ, vt non poſſit eſſe ſimul vera cum illa, quia illa determinat eſſe ſeptem; ergo hæreſis eſt: *Ex ſeſſ. 7. can. 1.*

Senſus minorem facit euidentem Maior ex dictis patet.

Cap. 15. *De completa, & certa de fide probatione,*

NVnc intendo vobis explicare completam, & certam de fide probationem, vt cognoſcatis, quod apud ſolos Cahtolicos, & nullo modo apud hæreticos reperitur: Voco autem completam probationem illam, quæ incipit a prima cauſa, & progreditur vſque ad vltimam. *Ioan.*

Primum ergo medium ad probãdam veritatem de fide, vel ad confutandam hæreſim eſt verbum Dei, de quo habeamus certam de fide notitiam, quod vere ſit verbum Dei; Si enim non ſit certum de fide, neque etiam cum certitudine fidei probabit. *Seſſ. 4. c. 1 & 2.*

Secundum medium eſt vera intelligentia, & interpretatio verbi Dei; de qua habeatur certitudo fidei, quod vera ſit; Si enim dubito de vera intelligentia, neceſſe eſt, me dubitare de probatione, quę fit per illam. *Seſſ. 4. c. 2* *Conc. ibid.*

Tertium Medium eſt vera Eccleſia, de qua neceſ- *Cate. ar. 9*

in particulari conſiderata modo vera ſit. Et hoc, vt di-
ctum eſt, Catholici probabunt, Hæretici non. Si dica-
tur. Certitudo de vera intelligentia habetur per aliam
cauſam. Afferatur hæc cauſa, & videbimus, an vera
cauſa ſit. Quod ſi, vt vos dicitis, non poteſt afferri, ſe-
quitur, quod apud ſolos Catholicos certa de fide pro-
batio ſit. Et hoc ni fallor eſt, quod vos à me quærebá-
tis, & per Logicam eſt a me probatum, videte nunc, ſi
quid aliud à me deſideretis.

Caluins. Ego diu cogitaui, dubitaui, inquiſiui, Sa-
tis, ſuperque tempus fruſtra in inquiſitione conſum-
pſi. Nunc ſatis clare video certitudinem fidei, & ve-
ritatis apud Catholicos eſſe. Et ſolam Eccleſiam Ca-
tholicam Romanam veram Eccleſiam eſſe; ideo in il-
lam me transfero fidem illius & doctrinam amplec-
tor. Catholicus ſum, & talis vſque ad mortem perma-
nebo. Luci accipe meum conſilium, & tu facito idem.

Lucius. O cariſſime Calui, quod verebar accidit.
Semper te vidi in hanc partem pendere, viriliter egi-
ſti. Ne dubites, tecum ero. Video veritatem. Propeſum
vt tecum ſim. Vincam, vincam. Sed quæſo concedas,
vt aliquid pro huius rei dilucidatione perquirã. De-
clara mihi amantiſſime Ioannes, quod quæro.

Ioan. O quam magno dilectiſſime Calui me affe-
ciſti gaudio. Deus te confirmet in veritate. Demus au-
xilium Lucio, ut in fide nobiſcum ſit. O Luci interro-
ga, quod cupis, & libentiſſime reſpondebo.

Lucius. Peto, vt aliqua loca Scripturæ afferas ad
probandum, quod vera Eccleſia circa fidem errare nõ
poteſt, ſed habeat à Deo priuilegium non errandi.

Cap. 16. Probatur ex ſcriptura Eccleſiam non poſſe errare.

Ioan. Ecce aliqua adducam.
Primus eſt Matth. 16. Portæ inferi nõ præ-
ualebunt aduerſus eam. Vtique ſi erraret præualeret il-
li infernus.

Secundus eſt eiuſdem Chriſti. Matth. 18. Si non au-
dierit Eccleſiam, ſit tibi ſicut Ethnicus, et Publicanus.

Lucius. Etiam ſi Tocica ſit, gratum erit videre, quod hæretici in hac parte, in qua totius ędificij ruinoſi principale collocant, vt dixiſti, fundamentum, non ſolum non habet certitudinem, ſed neque topicam probabilitatem.

Ioan. Libentiſſime tibi ſatisfacio.

Cap. 27. De coniecturis veræ interpretationis Scripturarum.

Ioan. VEra, & certa interpretatio Scripturarum à iudicio Catholicæ Eccleſiæ accipi debet: Probabilitas vero de tali interpretatione ita per Logicam, & lumen naturale poterit explicari. *Seſſ. 4. c. 2.*

Primo maximum, & penè certum iudicium ad veritatem lumine naturali cognoſcendam eſt, videre cõſonantiam vel diſſonantiam, quam habet veritas, de qua conſideratur, cum alijs veritatibus ad illam attinentibus; Ait enim Ariſtoteles, Vero omnia, quę competunt, conſona ſunt. A falſo autem cito diſcrepat verum. Hinc ſolet dici. Veritas vna eſt; Item veritas veritati contraria non eſt. Item ex vero impoſſibile eſt ſequi falſum. *Ariſt. Eth. lib. 1. ca. 8.*

Secundo apud omnes ſapientes, vbi agitur de certa, & ſtabili, & non dico curioſa, ſed neceſſaria veritate, ſenſus litteralis primum, & principalem locum tenet. Et vbi ſenſus litteralis concordat, vel non diſcordat ab alijs veritatibus, demum nulla adeſt cauſa ab illo recedendi, viri ſapientis eſt in illo manere, & intentionem ſuam firmare. Quod ſi ab alijs veritatibus manifeſte diſſonet, nec poſſit ſenſus litteralis admitti, tunc ad alios ſenſus, qui non diſſonent, ſed conſonent eſt declinandum. *Ex Ariſt. Periher. Ratio. Cõis uſus.*

Tertiò, In veteri teſtamento omnia ſub figura contingebant illi populo, cui etiam Chriſtus in parabolis loquebatur; Eccleſiam autem Chriſtus voluit docere verbis perſpicuis, ideo ſenſus litteralis in nouo teſtamento maximè locum habet, præcipuè ad certam probationem faciendam. *Luc. c. 8. Matt. vl.*

Quarto in verbo Dei quattuor conſiderantur; primo

Digitized by Google

Ex ſeſs. 4. c. 1. & 2. Ex Ariſt. 1. perih. itē in lib. prædic. de ſubſtātia. Ex veteri teſtam.

mo Verbum ſignificans, ſecundò ſignificatio, tertiò Res ſignificata, quarto Res facta. Veluti illud verbum, Baptizantes, eos, quattuor circa baptiſmum denotat, primo verbum, à quo ſignificatur collatio Baptiſmi, ſecundo Significatio de eodem, tertio Res ſignificata, eadem collatio quatenus ſignificata, quarto Baptiſmus, & illius collatio quatenus facta eſt. Hoc quartum, cum Chriſtus talia verba dixit, non erat cō iunctum cum ipſo verbo. Tria autem prima vnita erant. Quando Apoſtoli cęperunt Baptizare, tunc quartum vnitum erat cum alijs tribus. Et hoc quartum totaliter, & omnino debet conformari, & in nullo diſcordare cum alijs tribus. Et hoc docuit Chriſtus dicēs, Docētes eos ſeruare omnia, quæcumq. &c. Vbi illud verbum, ſeruare denotat quartum. Ita, hoc facite in meam commemorationem. Ita dicitur in Geneſi: Ipſe dixit, & facta ſunt. Ita Deus voluit, Tabernaculum, & omnia ab illo in monte ordinata fieri ſicut ipſe dixerat, & docuit artifices, vt ita facerent. Sic in teſtamento nouo, Deus ex vna parte per Chriſtum determinauit, quænam in Euangelio, & Regno Chriſti erant facienda, ex alia per Spiritumſactum dirigebat Eccleſiam, vt faceret, quod in Euangelio, & in verbo Dei contentum, & ordinatū erat. Et omnino inter dictum Dei, & factum Eccleſiæ, debuit eſſe totalis conuenientia; quia omnia ſeruanda erant, quæ mādauerat Chriſtus, alioquin Eccleſia non eſſet bene gubernata.

Demōſtratio a ſigno de qua in Praxi ſci. li. 3. diſt. 5.

Hinc colligitur, quod res facta ab Eccleſia eſt optima regula ad veram verbi Dei ſignificationem, & interpretationem cognoſcendam. Si enim quod Deus dixit, factum eſt; ergo ſicut Deus dixit, ita factum eſt ergo ſi euidenter per ſenſum coſpicio, quod in Eccleſia hoc factum fuit, veluti Eccleſia ſeptem miniſtrabat Sacramenta, offerebat ſacrificium Miſſæ. Sacerdotes inſtituebat. Iſti abſoluebant a peccatis, Romanus Pontifex, vt Vicarius Chriſti, & ſucceſſor S. Petri totam Eccleſiam gubernat, & idem de alijs, omnino ex his factis colligere debeo, quod iuxta facta verbum Dei vere interpretetur. Si enim ex eo, quod res eſt

Ariſt. de ſubſtan.

Vel

vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa, ita verbum Dei, vt ſit verum, debet fieri, quod in illo ſignificatum eſt. Quod ſi ſenſus litteralis concordat cum re facta, omnino, qui interpretatur iuxta rem factam, & dictũ ſenſum, dicetur verè interpretari. Quod ſi hæc dicta interpretatio cum nulla alia diſſonat veritate, immò cum omnibus alijs conſonet veritatibus, veluti concordat cum lege naturæ, cum veteri teſtamento cum Logica, Metaphyſica, Ethica, Politica, & cum ordinario vſu omnium hominum, multo magis illa interpretatio videbitur vera, contraria autem falſa. Et ex his facillimè colligitur, quod interpretatio Eccleſiæ Catholicæ veriſſima ſit, Hæreticorum vero falſiſſima, quia ſibi contrarium faciunt eius, quod dictum eſt.

Rem declaro exemplo Romani Pontificis.

Eccleſia Catholica litteraliter conſiderans illa verba Chriſti, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumque ligaueris, &c. Item illam ter repetita, Paſce oues meas. Videt ad litteram intelligi de Primatu S. Petri, Obſeruat ſcripturas, & comperit ſemper in in enumerandis Apoſtolis primum locum dari Petro, & alia multa ad litterã in ſcriptura obſeruat.

Obſeruat quomodo dicta loca interpretantur a ſacris Doctoribus, videt interpretari de Primatu Santi Petri.

Conſiderat traditionem, quid Eccleſia per cuncta ſecula docuerit tamquam traditum a Chriſto circa hoc, & videt hunc Primatum de fide, vt inſtitutum a Chriſto, affirmare. Matth. 16

Examinat factum Eccleſiæ, & videt ita eſſe in vſu, & conſuetudine Catholicæ Eccleſiæ, vt Romanus Põtifex tamquam ſucceſſor Petri, Vicarius Chriſti in toto orbe ſit conſtitutus.

Conſiderat, an hæc interpretatio habeat conſonantiam, vel diſſonantiam cum lege naturali, cum ſcripta, & cum ordinario hominum vſu; & videt hoc maximam habere conſonantiam, oppoſitum diſſonãtiam: Quia regnum Chriſti eſt verum Regnum, & Lib. 1. 3. 7. de eſſentia Regni, vt Ariſtoteles in Politicis docet, & alijs.

Digitized by Google

eſt, quod habeat primum, & ſummum magiſtratum in ſingulari perſona conſtitutum, & quod ita vbique terrarum apud omnes nationes cognitum, & obſeruatum eſt. E contra diſcordare a natura, ſi ſecus fiat in regno.

Quid hac interpretatione magis conſideratum, magis rationabile, magis verum excogitari poteſt? Dictis quid poteſt in contrarium opponi?

Idem dicatur, de Epiſcopis, & Sacerdotibus.

Idem de remiſſione peccatorum, & abſolutione Sacerdotum.

Idem de ſacrificio Miſſæ, & Euchariſtia.

Idem de numero, & diſtinctione Sacramentorum.

Demum idem de omnibus alijs Euangelicis veritatibus.

Conc. Tr. per totum. Semper enim Eccleſia Catholica in interpretandis ſacris Scripturis dicta omnia obſeruat, nempe ſenſum litteralem; Traditionem, Doctorum interpretationem; Conſonantiam cum lege naturali, & ſcripta; demum opus ipſum, ideſt vſum, & conſuetudinem Catholicæ Eccleſiæ. Quæ omnia ſuo loco explicabuntur.

Quid dicemus de hæreticis qui ad pauca reſpicientes de facili enunciant contradictum Ariſtotelis. Vnde non eſt mirum, ſi a toto cælo abberent; Quid dicunt? Volo meo iudicio Scripturam interpretari; Non audio Angelos; Non audio homines. Non audio Doctores: Non reſpicio facta. Solam Scripturam accepto, & illius approbo dicta. Ergo ne tu audes homuncio Scripturam interpretari? velle profundas Dei cogitationes perſcrutari? Quis es tu, qui audes abiſſum diuinorum conſiliorum, & iudiciorum intueri? Sine Deo hoc facies? Et quis tibi dixit, Deum te alia docere? Quibus miraculis; quibus oraculis hoc probaſti?

Ioan. Sufficit tibi quod dixi? *Lucius.* Sufficit, & tecum ſum, Catholicam fidem accepto, ſolummodo aliquas ſolue hæreticorum leues argumentationes.

Cap. 18. Soluuntur quædam hæreticorum argumenta.

Ioan. LVdi, tu illa propone. *Lucius.* Proponam, vt veritas clarior fiat.

Primo dicunt. ſola Scriptura eſt attendenda, quia in illa ſola eſt veritas.

Secundo dicunt. Vera interpretatio Scripturarum eſt apud nos, Lux orta eſt nobis. Eccleſia enim Romana multa docet, quæ ex Scriptura probari non poſſunt, veluti quod ſeptem ſint Sacramenta.

Tertio Catholici mores nimis habent deprauatos, Heretici ſunt meliores. Eccleſia autem eſt ſancta, ſine macula, & ruga.

Quarto Magiſtratus Catholici nimis ſunt ſcandaloſi, & mali, ideo non ſunt magiſtratus.

Quinto, Electio aliquorum Romanorum Pontificũ fuit illegitima. ideo ceſſauit hic magiſtratus, & per cõſequens Eccleſia Romana.

Sexto, Spiritusſanctus non eſt alligatus Eccleſiæ, ideo ſpirat etiam in alios. Hęc ſunt, quę affero, & ex ſu pradictis ſoluta ſunt.

Ioan. Noſtra concluſio eſt hæc, doctrina Catholicorum eſt vera, & certa. Hæreticorum vero falſa, & incerta. Et certitudo doctrinæ Euangelicæ deſumitur a Scriptura, a Traditione, ab Eccleſia, a ſenſu, ab intellectu.

Ad primum aliud eſt veritas, aliud cognitio veritatis, aliud certitudo cognitionis. Verbum Dei eſt fons omnis veritatis, Eſt prima cauſa cognitionis, & certitudinis, ſed non ſemper eſt immediata. Sola enim Scriptura non dat cognitionem infidelibus, fideles nõ habent certam cognitionem de illa niſi per Traditionẽ, quæ accipitur ab Eccleſia, Item nihil certi probat ſine vera, & certa intelligentia, quæ accipitur ab Eccleſia opera Spiritusſancti. Præter Scripturã dari rem ſignificatam ab illa, certum eſt. *Seſſ. 4. c. 1. et 2. Cat. par. 1. cap. 1.*

Ad ſecundum iam ſupra reſponſum eſt. Et hæretici nihil de hoc certi probant.

Ad tertium aliud eſt conſiderare fideles in vnum

col-

Catech. art. 6. collectos,& ſic ex illis ſit vnus populus fidelis,ſãctus electus,Deo gratus,ſine macula,& ruga: Vt ſic enim conſideratus omne excudit peccatum,& omnem includit iuſtitiam,quia à Chriſto ad bonum per ſe eſt ordinatus.Et portæ inferi non præualent aduerſus illum. Aliud eſt conſiderare ſingulos fideles, & ſic omnes quidem ſunt fideles,ſed non omnes ſunt iuſti, & boni,& aliqui ſunt peccatores , ſed per accidens eſt, quod qui fidelis eſt,peccet,quia vt fidelis non ordinatur ad peccatum. Et idem eſt dicere fidelis peccat, ac ſi dicatur muſicus ædificat, Et ſicut Socrates per ſe eſt homo,& per accidens eſt infirmus, vel vitioſus, ita fidelis vt fidelis per ſe pertinet ad Eccleſiam,vt vero eſt peccator per ſe non pertinet ad illam, Per accidẽs autem fit, quod in eodem homine ſingulari ſimul ſint vera fides,atque peccatum. Et per fidem pertinet per ſe ad Eccleſiam,non per peccatum. Ideo S.Tho. 1. p. q.16.art.1.ait.Iudicium rei debet accipi ab eo, quod per ſe illi conuenit,& non ab eo,quod per accidens, ita de Eccleſia.

Modo ad argumentum,Qui non habet veram fidẽ non eſt in Eccleſia,qui habet verã fidẽ,& peccatũ,reſpectu fidei eſt in Eccleſia,non reſpectu peccati; Iuſti verò vt tales per ſe pertinent ad Eccleſiam. Quia Chriſtus per ſe ordinat fideles,& Eccleſiam ad iuſtitiam. Peccata ergo ſingulorum Catholicorum non faciunt quin Eccleſia Catholica ſit ſancta ſine macula,& ruga,& populus electus. Nec valet hæc conſequentia,iſti homines ſunt infirmi, ergo non ſunt homines.Non defecit ergo Eccleſia, quia aliqui erant peccatores Ita non defecit populus Hebræus , quia in illo multi erant peccatores. Neque defecit Collegium Apoſtolorum,quia in illo Iudas proditor fuit, Non ſequitur ergo quod Eccleſia ob mores in aliquibus corruptos defecerit. Et quod hæretici,qui omnia opera bona negant,& nullum dicunt eſſe peccatum, niſi infidelitatẽ,ſint meliores Catholicis, vanum, & rediculum eſt.Cum ergo nunc ſermo ſit de Eccleſia militante,& de hominibus in ſtatu viç cum libero arbitrio conſtitutis,non eſt mirum quod ſingillatim cõ

ſiderati

Digitized by Google

ſiderati poſſint non vt fideles, ſed vt filij Adam,& liberi peccare.

Ad quartum argumentum, eſt idem cum priori,& eſt ſophiſticū. Quattuor enim in quolibet magiſtratu poſſunt conſiderari, primo poteſtas, & hæc ſemper eſt bona, ſecundo perſona, cui talis poteſtas collata eſt, & hæc poteſt dici bona, vel indifferens; tertio conditiones perſonæ veluti;ætas, ſanitas,doctrina, virtus,ſcientia,habilitas,& alia.& iſta poſſunt eſſe bona & mala;quarto vſus poteſtatis,qui poteſt eſſe bonus, & malus, Magiſtratus eſt quid compoſitum ex poteſtate tamquam forma, ex perſona tamquam materia, & donec iſta duo ſimul vnita ſunt, neceſſario talis magiſtratus perſeuerat, In perſona autem multa poſſunt contingere accidentia, veluti iam dicta abſq; eo, quod auferatur poteſtas, & officium, idem enim homo poteſt eſſe Muſicus Medicus, Grammaticus, virtuoſus, vitioſus Senator, vel Epiſcopus,quæ omnia in eadem perſona ſe compatiuntur, Idem de poteſtate, & de peccato, In eadem enim perſona hæc ſimul ſtant, Ita fuit in veteri teſtamento, multi reges fuerunt mali, & non amiſerunt regiam poteſtatem. Ita Chriſtus dixit;Scribas,& Phariſęos fuiſſe malos, & tamen retinere Moyſi poteſtatem, Peccata ergo ſunt accidentia quinti prędicabilis, quæ poſſunt adeſſe,& abeſſe abſque ſubiecti corruptione in perſona illius,qui habet magiſtratum. Et poteſtas non habet talem contrarietatem cum peccato,vt non poſſit ſtare in eadem perſona cum illo;item cum malo vſu, cum perſona illa libera ſit, Patet in lege naturali, quia Patres,Mariti, Domini, Reges, & Principes in peccato mortali conſtituti non amittunt poteſtatem in filios, & alios,Patet in veteri teſtamēto,vt dictum eſt,Petet ex nouo,quia Chriſtus dixit Scribas eſſe malos,& tamen retinere poteſtatem Cathedræ, Et Iudas fuit malus,& tamen Apoſtolus,Et gratiæ gratis datæ ſe compatiuntur cum peccato mortali.

à ratione. à ſenſu. à lege naturæ. à lege ſcripta. à lege Euangelij.

Ex Ariſt. lib. 1. phyſ. c. 7. tex. 57 Et 2. phyſ. tex. 21. & ſeq.

Ariſt. lib. 3. Politic. c. 1. prope finem.

Ariſtc. 3. Polit. c. 1. prope finē.

Argumentum ergo nihil concludit, Magiſtratus enim a Chriſto inſtituti, vt Primatus Summi Pontificis, Epiſcopi, Sacerdotes, Diaconi, & alij ſunt de

Digitized by Google

Ex S. Th. 1. p. q. 16. art. 1. iudiciũ non deſumitur ab his quæ rei per accidens conueniunt.

ſubſtantia regni Chriſti, quia pertinent ad formam gubernatiuam illius; ideo non poſſunt a regno Chriſti ſeparari; quia hoc eſſet deſtruere illud, Et per accidens eſt, quod magiſtratus, prout dicit perſonam, peccet, vel male vtatur poteſtate, Hoc enim accidit reſpectu perſonæ poteſtati, ſicut accidit muſico fabricare, quia ille, qui eſt muſicus, fabricat Sophiſtica ergo eſt hæc conſequentia, Perſona, cui ineſt poteſtas eſt mala, ergo in illa non eſt poteſtas, Ita ſocrates eſt muſicus, ergo non eſt gramaticus, Ita ſocrates eſt peccator, ergo non eſt homo, vel eſt vitioſus vel infirmus, ergo non eſt homo, Hæc enim ſimul ſe compatiuntur.

Ex Ariſt. 1. phyſ. c. 7 tex. 57. & ſeq. Itē 2. phy. c. 2. tex. 21 & ſeq.

Ad quintum Eſt idem cum Priori, Reſpondetur, Quod ſemel fuit de ſubſtantia regni Chriſti, ſemper erit ex Ariſtotele de ſubſtantia illius, Hæc poteſtas eſt de ſubſtantia illius, Et in hoc primo magiſtratu ſunt quattuor iam dicta, Et poteſtas ſemper eſt eadē, perſona vero, cui ineſt talis poteſtas, variabilis eſt, Et plurima accidentia poſsũt eſſe in illa perſona tum bona, tum mala, tum in differentia reſpectu poteſtatis, Et in electione dictæ, non dico poteſtatis, ſed perſonæ, varia accidentia contingere poſſunt, per quæ poteſt fieri, quod illa perſona ſit mala, & non digna tali poteſtate, ſed non fit ob hoc, quod in illa non ſit talis poteſtas & quod illa perſona, etiam mala. prout habet hanc poteſtatem, non ſit digna honore, & obedientia, ſic malus maritus, pater, dominus debet honorari, Non valet ergo conſequentia, Aliquæ perſonæ fuerunt indignæ hac poteſtate vel male vſæ sũt illa, vel male electæ ſunt ad hanc poteſtatem, ergo in Regno Chriſti ceſſauit hæc poteſtas, ergo defecit hic magiſtratus, ergo defecit Eccleſia Romana, addatur ab illis, ergo defecit regnum Chriſti, In regno enim aliud eſt propulus gubernatus, aliud Rex qui gubernat, populus, dum manet regnum, ſemper idem perſeuerat, & idem numero, Rex duo dicit, poteſtatem, & perſonam, poteſtas ſemper eſt eadem, perſona variatur, vna ſola in eodem tempore habet poteſtatem, Sed vna poſt aliam variatur, & multi ſunt

Idē Top. lib. 3. c. 1. & alibi.

Ariſto. 3. Polit. c. 2.

Senſus. Conſuetudo, Ratiō. Vſus cõis.

Reges

Reges, & vnus alteri ſuccedit. Et in hac ſucceſſione dantur interregna, & vacatio regis. Et fiunt electiones, in quibus varia contingunt accidentia. Electio autem non eſt de poteſtate, ſed de perſona. Et electores homines, & liberi ſunt. Et perſona electa eſt libera, ideo poteſt bene, & male vti poteſtate. Et accidentia, quæ contingunt circa hanc perſonam, per accidẽs magiſtratui conueniunt, niſi illa accidentia per ſe magiſtratum, & finem illius reſpiciant. Ideo quod magiſtratus Regis deſinat, vel non deſinat in regno, non debet attendi ex hoc, quod in hac perſona particulari deſinat. Sed in ordine ad regnum debet conſiderari. Manente autem regno, impoſſibile eſt, quod Regius magiſtratus deficiat, ſic de regno Chriſti, & de Primatu Romani Pontificis, *Ex S. Tho. vbi ſupra.*

Cum ergo his noſtris ſeculis per ſenſum euidentiſſime cõſtet, quod hic primus Magiſtratus in Eccleſia Catholica Romana contradicentibus tot hæreticis, inconcuſſus vt firmiſſima petra, perſeueret. Conſtet etiam de inſtitutione a Chriſto facta, Et in primitiua Eccleſia introducta. Et in ſequentibus ſeculis obſeruata, ita vt nullum ſeculum abſque hoc magiſtratu extiterit, vnde clarè deducitur, quod de ſubſtantia regni Chriſti ſit, mirum eſt, quod hæretici adeo cæcutiant, vt contra euidentiam ſenſus, & intellectus, contra Scripturam, & Traditionem, audeant dicere, quod hic magiſtratus defecerit, & quod magiſtratus a Chriſto inſtitutus factus ſit Antichriſtus.

Hæc quoque conſequentia eſt falſa, Defecit hic magiſtratus. ergo defecit Eccleſia. Poteſt enim ſtare, quod defecerit Rex, & regnum Grecorum, & tamen populus ille maneat cum ſolita religione, ita defecerunt multa regna, ſed populi illi cum antiqua religione permanſerunt, Hoc de Iudæis apertiſſimè conſtat, Eccleſia ergo Catholica, Apoſtolica, Romana, cum antiqua fide, & religione poteſt permanere ſicut Romana Eccleſia in Sede vacante manet, Ideo vndequaque hæc argumentatio falſa eſt.

Ad ſextum reſpondetur, Spiritus ſanctus ex promiſſione Chriſti eſt, vt ſic dicam, alligatus Eccleſiæ, vt *Ex ſcriptura.*

ſug-

ſuggerat illi omnia ,& docet illam omnem veritatē, & non permittat illā errare, et maneat in illa in æternum: Hoc enim Chriſtus illi promiſit. Ob hoc tamen non eſt ita alligatus Eccleſiæ, quod non poſſit extra Eccleſiam ſpirare, vbi vult, vocando infideles ad fidem : ita in Eccleſia poteſt cui vult fideli particulari, vt fecit Doctoribus, dare lumen particulare ad veritates fidei dilucidandas : Non poteſt tamen facere, quod aliquis particularis impulſu ſuo doceat contrarium eius, quod ab Eccleſia, quam ipſe docet, propoſitum eſt, quia ſic ſibi ipſi contrarius eſſet; Ex quo certiſſimum ſignum habetur, quod hęretici non ſunt à Spirituſancto edocti quia docent contrariū eius, quod ab Eccleſia propoſitum de fide eſt ; Hęc etiam conſequentia non valet; Potuit ſpirare, ergo voluit ſpirare ; ergo ſpirauit.

Lucius. Sum Catholicus; Fidem Catholicam accepto ; Video veritatem.

Caluius. Et ego quoque vnius argumenti vellem petere ſolutionem.

Ioan. Pete, ut ſciam, reſpondebo.

Cap. 19. Aliud argumentum proponitur. & ſoluitur.

Calu. ARgumentum eſt ab authoritate, in qua hæretici putant ſe fortiſſimos eſſe, & ſunt quædam loca Scripturæ in quibus videtur dici, quod ſolus Chriſtus ſit mediator, i. ſit magiſter, ſit dominus, ſit pater, & quod nullus ſit vocādus Pater, Dominus Magiſter, Mediator, Ex quo hæretici arguunt, ergo ſolus Chriſtus docet, regit, gubernat Eccleſiam, & hoc immediate, & ſolus, ergo nullus eſt magiſtratus, non Sacerdotes, non Epiſcopi, Ideo Eccleſia Romana, quæ hos habet magiſtratus non eſt vera, ergo vera Eccleſia hęreticorum, quæ caret his magiſtratibus : & ſolos habet miniſtros verbi Dei, Hæc eſt illorum argumentatio, quam ſcio eſſe falſam ; quia manifeſtum eſt ex Scriptura, quod in primitiua Eccleſia fuerunt illi Magiſtratus a Chriſto inſtituti.

Digitized by Google

Ioan. Libenter reſpondebo, & duplicem ex Logica afferam reſponſionem. Probatio, vt ait Ariſtoteles, alia eſt ex communibus locis, alia ex proprijs. Quæ eſt ex communibus dicitur Topica, hæc enim procedit ex communibus, Quæ eſt ex proprijs, dicitur eſſe certa, A Regula, enim communi multa particularia exepta ſunt, Veluti omnis homo mendax; verum eſt ex regula communi; ſed fallit in Apoſtolis, & in alijs multis quos Spiritus ſanctus voluit ab errore liberari. In hoc ergo hæretici errant, quia a quibuſdam locis communibus volunt deducere veritates particulares; & in his non attendunt, quæ in particulari ſacra Scriptura dicat de illis, Cum enim in uno loco Scriptura dicat; Nolite vocari patres, uel magiſtri; in alio dicat, Docete, Baptizate, Remittite peccata; & nominet Epiſcopos, Doctores, Magiſtros; quare non magis attenditur locus proprius ad affirmandos Epiſcopos, & Primatum S. Petri, quam locus generalis, qui de hoc particulari ſermonem nõ habet? Magis ergo attendenda ſunt loca Scripturæ quæ loquuntur in particulari de dictis.

ex lib. poſt Topicorum. & Elenchorum.

Alia reſponſio eſt, quando Scriptura de aliqua re in uno loco proponit uniuerſalem propoſitionem, uel affirmatiuam, uel negatiuam, In alio uero loco proponit particularem illi uniuerſali oppoſitam, cum impoſſibile ſit, Scripturam ſibi eſſe contrariam, tunc neceſſario opus eſt uti diſtinctione reali, quæ ad dicta loca concilianda accommodata ſit; Sint Exempla, quæ ſequuntur.

Omnis homo mendax, Apoſtoli non fuerunt mendaces, Conciliatio, Mendaces ex natura, Veraces ex gratia, & priuilegio.

Solus Deus bonus, Nemo bonus niſi ipſe, Barnabas erat uir bonus, Conciliatio, Nemo bonus per eſſentiam, niſi ſolus Deus, Aliqui boni per participationem.

Nemo Pater, Dominus, Magiſter, Rabbi Mediator, Paſtor, niſi Chriſtus, S. Petrus, Apoſtoli, Epiſcopi, Sacerdotes, Paſtores, Mediatores, Gubernatores gregis Chriſti fuerunt, Magiſtri, quia docent, Me-

diatores, quia abſoluunt à peccatis; Paſtores, quia paſcũt greges; Abraham vocatur a Chriſto Pater, Decalogus præcipit honorari Patres, & alia multa, Conciliatio ut infra.

Soli Deo honor, & gloria, Honora patrem tuum, & matrem tuam, Gloria, & honore coronaſti eum domine.

Conciliatio ex Logica ita fit, Aliquid poteſt conuẽnire alicui dupliciter, primo per ſe, propriè, ſecundum ſuam eſſentiam, propria virtute, eſſentialiter, demum per ſe, & primo, ſecundo per accidens, per aliud, per participationem, ſecundario, mediatè, communicatiuè, impropriè, aliena virtute, & ſimilia, Exempla ſunt, Igneitas primo modo conuenit igni, ſecundo modo ferro ignito, Albedo per ſe, & ſecundum quod ipſa, & propriè, & per ſuam eſſentiam, & ſola diſgregat viſum, Alba non diſgregant viſum in primo modo, Diſgregant autem ſecundo modo, Nix enim vt nix non diſgregat viſum, Vt vero eſt alba diſgregat, eſt autem alba per albedinem, Ideo non nix, ſed albedo diſgregat, Et ferrum, non vt ferrum, ſed vt ignitum comburit, Hinc fit vt propoſitiones poſſint fieri, quæ uidentur contradictoriæ, ſed non ſunt, Veluti ſola albedo diſgregat viſum Alba non diſgregant viſum, Alba diſgregant viſum. Ferrum non comburit Ferrum comburit, Nix non diſgregat viſum, Nix diſgregat viſum, Idem eſt de alijs, Sic eſt de dictis.

Homines ſunt mendaces, Non ſunt mendaces, ſunt boni, non ſunt boni, Non ſunt Mediatores, Patres, Magiſtri, Domini, Paſtores, Sunt omnia dicta, Illis nõ cõuenit honor, & gloria, illis cõuenit honor, & gloria

Ecce quã male hæretici in terpretentur Scripturas generalitatẽ attendẽtes, & particularia nõ cõſiderantes. Quã impie ex illo loco Soli Deo honor, & gloria mouentur ad negandũ cultum Sanctorum, & ex illo vnus eſt mediator Dei, & hominũ, ad negandã Eccleſiaſticã Hierarchiam. Hoc non facit Eccleſia Catholica Romana, quæ in ſingulis veritatibus fidei loca particularia fere ſemper, vbi fieri poteſt, adducit, & a

ſenſu

ſenſu litterali ſine grauiſſima cauſa nũquam recedit: Videte nunc ſi quid aliud à me deſideretis.

Lucius. Deſideramus vt ſcriptura efficias, quod promiſiſti; In qua ego cuperem, vt tria præſtares primo quidem, vt colligeres ſummam Catholicę Doctrinę, illamq. iuxta methodum Logicam ordinares, ſecundo vt eadem Doctrina, eademque methodo probares, tertio vt oppoſitas hæreſes cõfutares: Cum enim iam ſimus Catholici, conueniens eſt, vt de ſumma Catholicæ Doctrinæ notitiam habeamus. Quia verò propoſitum nobis eſt, toto poſſe eniti, vt plurimos hęreticos vtriuſque ſectæ Lutheranę, & Caluiniſticæ ad gregem Eccleſiæ Romanæ perducamus, expedit, vt cum ſolido certitudinis fundamento poſſimus Catholicam Doctrinam probare, & hęreſes illi oppoſitas confutare, Et de hoc immortales gratias agemus, & habebimus tibi.

Caluius. Optime dixit Lucius, Confirmo ab illo dicta; Gratum erit te de his frequenter voce audire; Scriptura gratiſſima erit, Et quo magis completa, & perfecta fuerit, eo illam iucundius accipiemus.

Ioan. Incredibili affectus ſum lætitia de veſtra ad fidem conuerſione, Deus quod cepit perficiat. Promitto vocem, promitto Scripturam Quo magis potero illam completam, & perfectam efficiam, Rogate Deum, vt illam mihi concedat, & ad fructum copioſum illam perducat. Et de omnibus Deo gratias agamus.

LIBRI PRIMI DISTINCTIO SECVNDA.

De recta ratione philoſophandi de quacumque propoſita re,

Et de completa, ex Logica, tractatione, & de vſu illius.

In explicanda doctrina ſacri Conc. Tridentini, & Catechiſmi Romani.

QVIA finis huius operis eſt de Doctrina Catholica, more Theologorum, Logicalem, & Metaphyſicalem habere diſcuſſionem, De illaque, necnon de verbo Dei, De Regno Chriſti, De Eccleſia, De Romano Pontifice, & de S. Euangelio completam, quoad Deus dederit, iuxta methodum Logicam, inſtituere tractationem, Rectè fieri viſum eſt, ſi de recta Ratione philoſophandi, & de completa ex Logica tractatione, nunc ſummatim, ac breuiter aliquid dictum ſit, Et ſi quis longiorem de hac re deſideret tractationem, videat Praxim ſcientiarum, quia in illa hæc materia fuſius tractata eſt. Hic autem, in gratiam eorum, qui illam non legerunt, de hac re aliquid dicendum fuit.

Ariſto. 2. Metaph. c. 3. et in lib. 1. et 2. Poſt.

Cap. 1. De differentia inter Logicam, & philoſophiam.

LOgica ſic differt à Philoſophia; Illa dat modum ſciendi; Philoſophia vtitur illo, Logica determinat, & præſcribit illa omnia, quæ ad completam de qua-

quacumque propoſita re tractationem habendam neceſſaria ſunt; Ideſt dat regulas, præcepta, & inſtrumēta ad completam de qualibet re tractationem obtinendam dirigentia, Philoſophus vero vtens regulis à Logica ſibi datis, in propoſita re, omnia ad completam tractationem pertinentia obſeruans dat operam vt exactam de illa re obtineat cognitionem.

Eſt autem duplex Philoſophia. Vna eſt prima, quæ dicitur Metaphyſica. Alia non prima, quę ſimplici nomine Philoſophia vocatur. *Ex Metaphyſ. lib. 6. c. 1.*

Metaphyſica non tradit regulas completæ tractationis, ſed dat primas, & generales cognitiones, nempè principiorum, rerum, & terminorum, per quas ſimplex Philoſophus, ſi in re particulari ſibi propoſita illas rectè applicet, proprias dictæ rei cognitiones obtinebit. Ex quo fit, quod finis Philoſophi ſit, proprias de re propoſita obtinere cognitiones. Finis Logicæ eſt, Philoſopho declarare, primo quas debeat quærere cognitiones. Secundo quibus modis, & inſtrumentis illas poterit obtinere. Finis Metaphyſici eſt, Philoſopho tales tradere de terminis, de rebus, & de illarum principijs generales cognitiones, vt ſi illis bene vtatur, proprias de re propoſita cognitiones valeat obtinere. *Metaph. lib 2. c. 3. & lib. 6. cap. 1. In Metaph. per totum. & lib. 6. cap. 1.*

Et ex hoc differentia inter Logicam, & Philoſophiam colligi poteſt.

Hinc etiam patet, quod completa de re tractatio à Philoſopho eſt habenda ſed vt rectè illam habeat, debet a Logico, & Metaphyſico adiuuari.

Cap. 2. De Philoſophica, ſeu ſcientifica tractatione.

Nunc ſermo eſt, non de oratoria, aut hiſtoria, aut Poetica, aut alia ſimili tractatione, Sed de Philoſophica, ſeu Scientifica, quæ ad ſcientiam rerum obtinendam accommodata eſt.

Hæc poteſt ſic Definiri. Eſt eorum, quæ de propoſita re ſunt cognoſcenda, ſcientifica alteri facta explicatio. *Ariſt. Metaph. lib. 1. cap. 2. Et lib. 1. & 1. Poſt.*

Materia illius eſt res propoſita, & omnia, quæ de

illa ſunt cognoſcenda. Forma eſt illa ſcientifica explicatio alteri facta. Finis eſt tradere lectori, vel auditori ſcientificam de re cognitionem. Efficiens eſt ille, qui explicat, ſiue explicet voce, ſiue ſcriptura.

Ari. ibid. Conditiones ſeu proprietates Philoſophicæ tractationis ſunt præcipue ſequentes; Prima quod ſit vera. Secunda propria, ſeu adæquata. Tertia diſtincta. Quarta certa, & ſi fieri poteſt euidens. Quinta Completa. Sexta plenè probata. Aliæ ſunt minus principales, veluti quod ſit longa, vel breuis, clara, vel obſcura, facilis, vel difficilis. Vocalis, vel ſcripta, elegans, vel inelegans, ornata, vel impolita, & alia huiuſmodi, quæ illi accidere poſſunt.

Cap. 3. De completa tractatione ex Logica.

Logica ſcientifica pro completa tractatione habẽda, talia præcepta dat.

1. Meta. cap. 2. Primò Finem Scientificæ tractationis debere eſſe nudam, & ſimplicem veritatem.

Poſt. lib. 1. cap. 23. Secundò Subiectum tractationis eſſe rectè conſtituendum, ita vt ad illud omnia, quæ tractantur, cum ordine reduci poſſunt.

Metaph. lib. 1. c. 2. Tertiò De conſtituto ſubiecto omnia ſcibilia ſunt primo colligenda, ſecundo diſtinguenda, tertio Ordinanda, quarto Explicanda, & hoc in ratione præciſa, & adæquata.

ibidem. Quartò dicta ſcibilia ſic collecta omnia, & ſingula quoad fieri poteſt, cum certitudine vel fidei, vel euidentiæ, vel vtriuſque, iuxta ſubiectam materiam, probari debent.

Cõc. Tri. per totum. 1. Poſt. & 2. Quintò Quæ traditæ doctrinæ opponuntur, opportune, & cum certitudine ſunt confutanda.

Sexto inſtrumentis ſcientificis à Logica datis ad has probationes, & confutationes faciendas vtendũ eſſe.

Qui hæc præcepta obſeruat, completam de re propoſita habebit tractationem.

Cap. 4. De recta, & completa philoſophandi ratione.

MAximè expedit, vt lectori de recta, & completa philoſophãdi ratione aliqualis notitia data ſit: Hoc autem in naturalibus Metaphyſica, in ſupernaturalibus Theologia præſtare poteſt.

Conſtituto ergo iuxta Logicam ſubiecto, de illo, quæ ſequuntur, conſideranda ſunt. *c. Metaph. cap. 2.*

Primò Finis, eſt enim cauſa principaliſſima rei, veluti finis hominis dicatur eſſe Deus vt cognoſcendus, diligendus, colendus, & obediendus. *1. Phiſic. tex 1. 1. Poſt. per totum.*

Secundò Actio finalis, quia finis per illam obtinetur, veluti in homine erit cognitio, dilectio, cultus, & obedientia. *Et 2. Phyſ. cap. 3.*

Tertiò Accidentia, per quæ, in quarto modo per ſe, propria rei operatio producta eſt, veluti in homine, intellectus, voluntas, ſenſus, & potentia operatiua. *ibid.*

Quartò Forma, a qua dicta accidentia fluunt, & a qua res cõſtituitur, & ſpecificatur in eſſe, veluti in homine anima intellectiua, cui ſenſitiua coniuncta ſit. *Ariſto. 1. Phiſi. c. 1.*

Quintò Materia in ratione præciſa, & adequata cõſiderada eſt, hæc enim de eſſentia, & de ſubſtantia rei eſt, veluti corpus hominis materia illius eſt. *2. Phy. c. 3.*

Sextò Ordinatio rei ad finem, aliud eſt enim finis, aliud ordinatio rei ad finem. Hæc enim eſt in re, ille autem extra rem, Veluti homo eſt res ordinata ad Deum, & hæc ordinatio eſt in homine, & conuenit illi in primo modo per ſe.

Septimò Ratio præciſa, & propria, ſub qua res ad finem ordinatur. Hæc enim ratio aliquo modo ab ordinatione diſtincta eſt, vt patet in artificialibus. Si enim res artificialis non recta ratione ordinetur ad finem, habebit quidem ordinationem, ſed non rectam illius rationem, veluti ſi clauis ordinetur ad tale oſtiũ aperiendum, ſed non ponantur in illa, quæ ad hoc præſtandum neceſſaria ſunt. Ita homo peccator eſt quidem ordinatus ad Deum ſed ipſe rectam non retinet rationem ſe habendi ad illum. *ibid. & 1. Poſt. c. 6. et ſeq.*

2. Poſt. t. 1. Octauò Neceſſe eſt conſiderare exiſtentiam rei, & eorum, quæ de ſubſtantia illius ſunt, veluti de exiſtentia hominis, & animæ, & corporis illius.

2. phyſ. tex. 1. Nonò oportet conſiderare de principio applicatiuo ad operandum, & nō operandū: vnaquæque enim res ſiue naturalis, ſiue artificialis, duplex habet principium, a quo operatio finalis eſt deriuata, & vnum dicitur productiuum, aliud applicatiuum, Productiuum ſemper eſt intrinſecum rei, tam in artificialibus, quam in naturalibus, quia in tribus rei intrinſecis, nempè materia, forma, & proprijs accidentibus poſitum eſt. Veluti operatio hominis ab anima, & corpore, & ab intellectu, voluntate, & ſenſu producta eſt. Ita incidere in gladio, & aperire in clauia principio intrinſeco producuntur Principium autem applicatiuum eſt illud, quod pro loco, & tempore applicat, & determinat rem, & principium productiuum illius ad producendam, & non producendam operationem finalem, ideſt ad motum, & quietem in ordine ad illam. Et hoc principium in naturalibus intrinſecum, in artificialibus extrinſecum eſt, veluti homo, & animal intrinſecè per naturam, & famem excitantur ad manducationem, Gladius vero extrinſecè per manum applicatur ad inciſionem. Idem in alijs.

1. phyſ. tex. 1. & 2. phyſ. cap. 3. Decimò Opus eſt coſiderare de cauſa efficiente, a qua res producitur, & conſtituitur in eſſe, & a qua omnia iā dicta determinata ſunt. Hoc eſt enim quod dicitur. Omne agens per intellectum agit propter finem. Item prouidentia Dei eſt ratio ordinis rerum in fines.

Si quis dicta decem ſub ratione propria, & præciſa cum veritate, & certitudine conſideret, atque cognoſcat, hic de propoſita re rectam philoſophandi rationem obſeruaſſe dicendus erit.

Cap. 5. De fine, & ſubiecto in tractatione rectè conſtituendo.

NVnc magis diſtinctè de completa habenda tractatione dicendum eſt.

Digitized by Google

De fine autem rectè ſtatuendo ſufficiant quæ dicta ſunt.

Pro recta autem ſubiecti determinatione aliqua ſunt declaranda.

Primò autem notandum, quod entia alia ſunt completa in genere ſuo, alia non ſunt completa, ſed incompleta. Completa ſunt illa, quæ exiſtunt iuxta genus ſuum, in ſeipſis, & non indigent alio ad exiſtendum, & talia ſunt omnia naturalia, ſupernaturalia, artificialia, & entia rationis, quæ per ſe conſiderantur, & per ſe exiſtunt, & ſunt compoſita ex materia, & forma. ita vt vnum totum completũ conſtituta ſint; veluti homo, equus, gladius, ſcabellum, Babtiſmus, Miſſa, Syllogiſmus, Demonſtratio, & alia huiuſmodi. Entia incompleta ſunt illa, quæ indigent alio ad exiſtendum, & illorum eſſe cum alio, vel in alio, vel ab alio eſſe dependet, veluti ſunt partes, vt anima, & corpus, paſſiones, & accidentia, vt intellectus, voluntas, ſanitas, operationes, vt intellectio, & manducatio, talia enim, & ſimilia ſunt entia incompleta, & ab alio in eſſe dependentia, vtrumque autem ens ſubiectum tractationis eſſe poteſt, ſed ſub diuerſa ratione hoc eſt diſtinguendum. *Ex Ariſt. in Logica & Philoſophia.*

De ente enim completo illa decem, quæ dicta ſunt directè in tractatione conſiderantur, veluti de fine, de operatione finali, de materia, de forma, de exiſtentia, de ordinatione finali, de natura, & de cauſa efficiente hominis. Hæc enim omnia abſolute illi conueniunt.

De ente autem incompleto, poſſunt quidem dicta decem conſiderari, ſed talis cõſideratio ſemper debet in ente completo, cui ineſt, aliquo modo fundari. Item debet coniungi aliqua ex parte cum illo ente cõpleto, ſine quo eſſe non poteſt. Sint exempla. Quis vult de corpore hominis conſiderare finem, operationem finalem, accidentia, exiſtentiam, naturam, & alia, neceſſe erit, vt dictorum cognitionem ab ipſomet homine, & ab anima illius accipiat. Et ratio eſt, quia hoc corpus per ſe, & ſecundum quod ipſum eſt corpus hominis, & illius exiſtentia, atque operatio ab

anima dependet. Idem erit ſi de intellectu, & intellectione tractandum ſit, & hoc maximè eſt notandum.

Secundò eſt notandum quod ſubiectum tractationis poteſt eſſe, tum genus habẽs ſub ſe plures ſpecies, veluti Sacramentum, aut elementum, tum ſpecies ſpecialiſſima, veluti Baptiſmus, aut ignis.

Si eſt genus, vt tractatio completa ſit, neceſſe eſt illam diuidere in tres partes; in quarum prima ſubiectũ erit tale genus in ſua latitudine conſideratum, veluti de ſacramento, & elemento in genere. In ſecunda ſubiectum erunt omnes ſpecies adinuicem conſideratę atque comparatæ, veluti de numero, & comparatione Sacramentorum, & elementorum, inter ſe. In tertia parte ſingulæ ſpecies ſuam propriam tractationẽ habebunt, veluti de Baptiſmo, & igne, & idem de alijs; ſic enim tractatio completa erit.

Tertio Notandum eſt, an ſubiectum tractationis ſit quoddam totum habens plures partes, non dico eſſentiales, vt ſunt materia, & forma, neque ſubiectiuas, veluti ſunt ſpecies ſub genere collocatę; ſed dico quaſi materiales, ſeu integrales, vt in corpore hominis, & animalium eſt videre. Et tunc tractatio in tres partes eſt diuidenda. In quarum Prima de toto in ſe conſiderato. In Secunda de partibus inuicem comparatis. In Tertia de ſingulis partibus eſt dicendum.

Hæc in ſubiecto ſtatuendo ſiue ſit ens completum, ſiue incompletum conſideranda ſunt.

Cap. 6. *De recta ratione omnia ſcibilia colligendi ex Logica.*

1. *Meta. cap. 2.* IN completa tractatione maximè conuenit, vt poſt conſtitutum finem, atque ſubiectum, omnia ſcibilia, & ſcitu digna, quoad fieri poteſt, collecta ſint, ideo danda eſt regula ad hanc collectionem rectè faciendam, plures autem regulæ circa illam à Logico, & à Metaphyſico traditæ ſunt.

A Logico tales regulæ proponuntur.

1. *Poſt. c. 4 & ſeq.* Prima, Omnia, quæ rei per ſe conueniunt, ſiue in primo modo, vt materia, & forma, efficiens, & finis,

nis, item ordinatio ad finem, & ratio finalis, vel in ſecundo, vt propriæ paſſiones, & operationes, & quædam relationes, vel in tertio, vt propria rei exiſtentia ſiue ſint completa, ſiue incompleta, vel in quarto vt ſunt cauſæ intrinſecæ rei, a quibus per ſe aliqui effectus producti ſunt, veluti intellectio ab intellectu, Iſta inquam omnia in completa tractatione conſideranda ſunt.

Secũda regula eſt talis. Omnia ſcibilia ad quattuor capita reducuntur; Primum dicatur. An ſit: in quo de ſimplici rei exiſtentia, ſiue completa, ſiue incompleta ſermo eſt. Secundum quid ſit: in quo de rei eſſentia, nempè de materia, de forma, & partibus integralibus Item de natura, & de ordinatione, & ratione finali, ſecundum aliquos tractatio eſt. Tertium quia ſit, ad quod omnes paſſiones, & operationes, & relationes per ſe rei conuenientes reductæ ſunt. Quartum propter quid, in quo cauſæ dictarum paſſionum, vel opera tionum, vel relationum collectę ſint. Ad hoc ſcibile aliqui reducunt finem, ordinationem finalem, et ratio nem in re fini conuenientem. Quod an ſit verum, mo do diſcutere opus non eſt. *2. Poſt. c. 1. & 2.*

Tertia regula eſt, De propoſita re debent conſiderari. Primo principia. Secundo paſſiones, Tertio partes. Et qui hæc tria complete conſiderat, de re habet completam tractationem. *Poſt. lib. 1 tex. 25. & tex. 42. ſeu c. 8. & 23.*

Per principia intelliguntur materia, forma, efficiẽs, & finis rei, vt hominis. Item exiſtentia, natura ordinatio, & ratio finalis.

Per paſſiones intelliguntur omnia prædicata ſecundi modi per ſe, nempè paſſiones propriæ, vt riſibile, potentiæ, vt intellectus, actiones, vt intellectio, relationes, vt corpus ab anima viuificari, & alia, vt propria figura, vel locus, vel ſitus, & ſimilia.

Per partes licebit intelligere eſſentiales, ſubiectiuas, & integrales.

Qui hęc omnia conſiderat, omnia ſcibilia de rē collegiſſe dicetur.

Iſtæ tres regulæ ſub diuerſis modis idem dicunt. *Ita Ariſt in Phy.*

Quarta regula. Si ſubiectum tractationis ſit genus,

vel

vel totum, ideo tractatio in tres partes diuiſa ſit, neceſſe eſt, pro completa tractatione, vt de qualibet parte omnia à tribus primis regulis explicata conſiderata ſint, & declaratur exemplo. De Sacramentis in genere conſiderandum, an ſit, quid ſit, quia ſit, propter quid ſit. Idem de Sacramentis inuicem comparatis, veluti, An ſint ſeptem, quæ ſint, propter quid ſint tot, & talia. De Baptiſmo eadem ſunt dicenda.

Cap. 7. De recta ratione omnia ſcibilia colligendi ex Metaphyſica.

Metaph. lib. 1. c. 2. Metaphyſica docet ſcibilia tali ratione colligẽda. Primo De quocumque ente ſiue completo, ſiue incompleto, iuxta genus ſuum, decem, quæ ad rectam philoſophandi rationẽ pertineat, ad hoc vt tractatio completa ſit, diſtinctè, & propriè conſiderare neceſſe eſt, veluti finem, operationem finalem, materiã, formam, exiſtentiam, & alia iam dicta.

1. Poſt. c. 3. et ſeq. Secundò de ſingulis decem iam dictis omnia illa conſideranda ſunt, quæ per ſe illis conueniunt, veluti ſi corpus hominis habet plures partes, ſi anima ſenſitiua habet plures ſenſus, & intellectiua plures potentias, talia ſunt conſideranda. Idem de alijs erit.

Tertiò quando ex his decem aliqua ſunt ſenſui nota, aliqua ignota, tunc per illa, quæ nota ſunt, ignota ſunt declaranda. Hæc enim decem inter ſe ita connexa ſunt, vt vnum per aliud probari poſſit, veluti in homine ſenſus docet quattuor reperiri potentias, & operationes principales, quæ ſunt intellectus, voluntas, ſenſus, & potentia operatiua. Ita intelligere, velle, ſentire, & operari. Hinc colligam operationem finalem ex hac quadruplici perfici operatione, & ideo talem finem eſſe conſtituendum; nempè Deus, vt cognoſcendus, diligendus, colendus, obediendus, actio vero finalis erit Dei cognitio, dilectio, cultus, & obedientia.

Quartò Scientificus maximè debet curare, vt proportionem, connexionem, coordinationem, dependentiam, & adæquationem, quæ inter dicta decem

ſemper

ſemper reperiuntur diſtinctè cognoſcat; quia in hoc perfecta rei cognitio poſita eſt, Et hæc de collectione ſcibilium.

Cap. 8. De ſcibilibus diſtinguendis, ordinandis, & explicandis.

ALiud eſt colligere ſcibilia, aliud diſtinguere, & ordinare illa, Colligere enim eſt plura ſimul, & in vnum reducere, Sed hæc reductio poteſt eſſe confuſa; Veluti quis colligit plures lapides, vel milites, vel grana in vnum, ſed ſimul permixta relinquit, Alius dicta iam collecta diſtinguit, ſeparando triticum ab hordeo, & equites à peditibus, Poſſunt autem eſſe diſtincti, ſed non ordinati, Ordinantur autem, cum ſingulis congrua loca ſunt aſſignata.

Vnum ergo ſcibile ab alio eſt diſtinguendum, Et eiſdem regulis, quibus ſcibilia colliguntur, diſtingui poſſunt, veluti quædam erunt in primo modo per ſe, quædam ad finem, alia ad materiam, alia ad formam pertinebunt. Idem de alijs erit.

Ordo maximè á fine, & à materia ſubiecta accipi debet. Si enim finis ſit cum facilitate docere, a notioribus nobis eſt inchoandum. Si etiam de toto, & partibus, vel de genere, & ſpeciebus tractandum ſit, prius de toto, & genere erit dicendum.

Explicatio ſcibilium rectè fit, ſi ſingula ſcibilia ad terminos Logicos, & Metaphyſicales reducantur, Veluti ſic. Homo eſt compoſitum ex materia, & forma, Per ſe ordinatur ad Deum, vt ad finem, Forma illius eſt anima rationalis, Idem de alijs.

De probatione, & confutatione ſuo loco dicetur. Nunc notam eorum, quæ in completa tractatione ſunt diſtinguenda, tentandum eſt explicare.

Cap. 9. Nota eorum, quæ in completa tractatione ſunt obſeruanda.

PRimo ſtatuendum eſt ſubiectum tractationis, & conſiderandum an ſit ens completum, vel incompletum,

pletum, An genus, vel totum ſit.

Secundo Finis tractationis eſt determinandus, iuxta enim propoſitum finem tota tractatio habenda eſt Sæpe enim finis erit, non in totum, ſed in parte completa tractatio.

Tertiò Si ſubiectum ſit genus, vel totum ante omnia diuiſio habenda eſt.

Quartò Si ſubiectum ſit ens incompletum, ad ſuum completum reduci debet.

Quintò De ſubiecto tum completo, tum incompleto, quæ ſequuntur explicanda ſunt.

Nominis ſignificatio opportune eſt explicanda.

Definitio rei tradenda: Et erit optima, ſi detur per quattuor cauſas, Quod ſi ens incompletum habet plures ſubſtantiales relationes, veluti anima conſideratur primo in ſeipſa, ſecundo in ordine ad compoſitū, tertio in ordine ad corpus; rectè fiet, ſi triplex deſinitio tradita ſit: Idem in alijs erit.

Poſt datam definitionem, quattuor cauſæ rei ſunt aſſignandæ.

Finis in ratione præciſa eſt deſignandus: Cum ſiue de ordinatione, & ratione finali poterit conſiderari, Si ordo doctrinæ ita requirat, operatio finalis iuxta finem poterit explicari.

Effectus cauſæ efficientis poteſt dici exiſtentia, quia illud eſt efficiens rei, quod dat illi eſſe, & exiſtere, Ideo ad cauſam efficientem rei exiſtentia reduci debet, Efficiens autem rei dicitur illud, quod primo producit rem, Hæc exiſtentia alia eſt totalis, ut compoſiti; alia partialis, vt materia, & forma: Et exiſtentia partium ab exiſtentia totius eſt deriuata; Et eſt impoſſibile ſeparare exiſtentiam compoſiti ab exiſtentia partium, quia ſi exiſtit homo, neceſſe eſt, quod exiſtat anima, & corpus, de exiſtentia autem animæ ſeparatæ alia ratio eſt. Poteſt autem eſſe, quod efficiens materiæ ab efficiente formæ diuerſum ſit, veluti natura efficit materiam ſcabelli, ars vero dat illi formam, Si plures ſint efficientes, de illis conſideratio habenda eſt.

Materia in ratione præciſa conſiderari debet, Triplicem

plicem autem poteſt habere conſiderationem, Prima erit in ſe ipſa; Secunda in ordine ad formam; Tertia in ordine ad compoſitum, Si habet partes de illis habenda eſt conſideratio.

Forma in propria ratione eſt, vt materia, conſideranda, Item ſub triplici illa ratione, in ſeipſa, reſpectu materiæ, reſpectu compoſiti, In naturalibus forma, quatenus eſt natura, poterit conſiderari, Si forma habet gradus veluti de anima hominis, in qua datur vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum ſinguli ſunt diſtinguendi.

Explicatis quattuor cauſis rei, accidentia de illa debent conſiderari. Voco accidentia illa omnia, quæ ad nouẽ vltima pertinent prędicamenta, veluti quantitas, qualitas, Relatio, vbi, actio, paſſio, habere, & alia, vt in libro prædicamentorum explicatur.

Prima Regula Logica hæc erit: Illa omnia accidentia, quæ per ſe rei conueniunt, de re debent conſiderari.

Secunda Regula talis eſt; Illa omnia accidentia per ſe rei conueniunt, quæ vel fluunt ab eſſentia, nempe materia, & forma, vt ſunt paſſiones, & operationes, Vel a primo producente rei illi tradita ſunt in ordine ad finem, vel operationem finalem: Cum enim res per ſe ad finem à primo producente ſit ordinata, omnia, quæ ad finem conſequendum in prima productione rei data ſunt, per ſe illi conueniunt, veluti igni locus ſurſum, Terræ vero deorſum.

Tertia Hæc accidentia ſub præciſa ratione debent conſiderari, & inuicem comparari, præcipuè in ordine ad finem, & operationem finalem.

Quarta cauſæ horum accidentium debent aſſignari, diſtinguendo, quænam primæ, quæ mediæ, & quæ immediatæ ſunt.

Cap. 10. De vſu Logicæ tractationis circa materiam hic propoſitam.

NVnc aliqua de vſu Logicę tractationis in ordine ad materiam in hoc opere propoſitam ſunt dicenda

cenda, Hic vſus in tribus potiſſimum conſtitutus eſt, nempè vt primo ſubiectum conſtituatur, ſecundo vt finis determinetur, tertio vt iuxta finem, tractatio habita ſit, Et ideo de his tribus modo aliqua ſummatim ſunt attingenda.

Cap. II. De regno Dei, & de his, quæ per ſe illi conueniunt.

OMnis tractatio continet doctrinam, Et omnis doctrina aliquid docet, Et res, quam docet ſubiectum illius eſt.

Doctrina reuelata eminet omnibus doctrinis, quia a Deo eſt.

Huius reuelatæ doctrinæ ſubiectum adæquatū proprium, & primum eſt regnum Dei, Ita docet Catechiſmus, & probat ex Scritpura ſic, Prædicatio Euangelij facta a Chriſto idem eſt, quod doctrina S. Euangelij; Predicare enim & reuelare, & docere in Chriſto idem ſunt, Sed Scriptura aperte docet, quod adæquatū ſubiectum prædicationis Chriſti fuit regnum Dei, Math. cap. 3. verſ. 3. Sanctus Ioannes initium ſuæ prædicationis habuit dicens, Appropinquauit in vos regnum Dei, Math. 4. verſ. 12. Chriſtus cœpit ſuam prædicationem dicens, Pœnitentiam agite; Appropinquauit enim regnum cęlorum. Lucæ 4. verſic. 43. Chriſtus dixit. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo miſſus ſum, Vbi notanda ſunt illa verba, Quia ideo miſſus ſum, Indicant enim finem Chriſti fuiſſe prædicationem de regno Dei. Idem alibi Sacra Scriptura, Ex quo ſequitur, quod ſubiectum adæquatum doctrinæ reuelatæ eſt regnum Dei Reuelat enim quid Deus fecerit, & faciat in mundum gubernatum, & quid mundus fecerit erga Deum illum gubernantem.

Ariſtoteles ait Regnum eſſe totum quoddam, & ens completum in ſuo genere, nulla alia re ad exiſtendum indigens.

Regnum Dei eſt veluti genus, vel totum, quod ſub ſe plures ſpecies, vel partes, vel gradus habet. Diui-

ſum

ſum eſt enim ex Catechiſmo in regnum naturæ, iuſtitiæ, gratiæ, & gloriæ.

Materia cuiuſcumque regni, etiam humani, eſt res gubernata, forma modus gubernandi. Finis eſt bonum commune, ſeu populi gubernati felicitas, Efficiens eſt regni fundator. *Ariſt. in Politic.*

Subiectum principale huius tractationis eſt regnum gratiæ, quod dicitur Regnum Chriſti, & Euangelij. *Catec. de orat. dom. petit. 2.*

De hoc Regno debent conſiderari, primo quattuor cauſæ, ſecundo illa omnia, quæ illi in aliquo modo per ſe conueniunt. *Lib. 1. Poſter.*

Materia huius regni eſt populus gubernatus, qui dicitur Eccleſia. *Cate. ibi.*

Forma eſt S. Euangelium, in quo continetur modus gubernandi; Tradit enim doctrinam, leges, magiſtratus, ſacrificium, ſacerdotium, Sacramenta, & alia, quæ ad rectam Eccleſiæ gubernationem pertinent. *Seſſ. 4. c. 1.*

Finis ex Concilio eſt Gloria Dei, & Chriſti ac vita æterna. *Seſſ. 6. c. 7.*

Efficiens eſt Chriſtus, qui ædificauit Eccleſiam, & ore proprio Euangelium promulgauit, & ſtabiliuit. *Seſſ. 4. 1.*

Actio finalis huius regni eſt completa obſeruantia S. Euangelij. *arg. ex cõcilij. ibid.*

Ad hanc operationem producendam ex Ariſt. quattuor requiruntur, primo ſcire; ſecundo velle; tertio poſſe; quarto exſequi. *3. Ethic. c. 1. et ſeq.*

Quia operatio eſt ſupernaturalis, neceſſe eſt, quod principium productiuum, & applicatiuum, ſit ſupernaturale. *Seſſ. 6. cã. 1. et 2.*

Productiuum eſt tale, Fides dat ſcire; Spes poſſe; Caritas velle; Gratia exſequi, & perficere. *Seſſ. 6. c. 7. & ſeq. Euangel.*

Applicatiuum eſt Spiritusſanctus, qui docet omnia, & ſuggerit omnia.

Huic regno multa conueniunt per ſe, veluti Verbũ Dei; Textus Biblicus; Traditio, Doctrina, Fides, Prędicatio, Intelligentia, & interpretatio Scripturarum, Sacrificium, Sacerdotium, Lex, Sacramenta, Meritum, Demeritum, Præmium, pęna, & alia multa. *Ex Conc. et Catec. per totum.*

Ex ſupradictis apparet, quod de his omnibus doctrina tradenda eſt.

Cap.

Cap. 12. De Doctrina à Deo reuelata de Regno Chriſti.

Catec. de orat. dom. petit. 2. et in præfat. Conc. ſeſſ. 4. cap. 1.

ALiud eſt regnum Chriſti, aliud eſt doctrina de regno Chriſti.

Solus Deus poteſt dare veram & certam doctrinã de regno ſuo, Verbum Dei eſt optimum, & vnicum medium, per quod dicta doctrina tradita ſit, Chriſtus ore proprio hanc dedit doctrinam. Hoc fecit per prædicationem, Et hæc doctrina dicitur reuelata.

De hac doctrina debent conſiderari quattuor cauſę, & accidentia per ſe.

Catec. et Conc. ibi.

Materia eſt regnum Chriſti, & Dei, Forma reuelatio, Finis gloria Dei, & vita æterna; Hæc enim doctrina, manifeſtat magnalia Dei, quæ in Regno Dei ſunt, & homines dirigit in vitam æternam, Efficiens eſt Chriſtus, & Spiritusſanctus.

Seſſ 4. c. 1.

Hæc doctrina continetur in verbo Dei ſcripto, & non ſcripto.

ibid.

Chriſtus per ſeipſum, & per Apoſtolos tradidit illã Eccleſiæ.

Et tradita fuit cum verbo ſcripto, & non ſcripto.

Hæc doctrina reuelata maximam habet veritatem, & certitudinem.

Hanc doctrinam Eccleſia recipit per fidem credendo illi.

Cap. 13. De fide Catholica, & de Obiecto illius.

Cate. p. 1. cap. 1.

FIdes non eſt Doctrina reuelata, ſed cõgnitio, & aſſenſus dictæ Doctrinæ.

Fides Catholica eſt illa, quam Eccleſia Catholica profitetur.

ibidem, et art. 9. Cate. p. 1. cap. 1.

Obiectum, ſeu materia fidei eſt Doctrina à Deo reuelata de regno Dei, Fides enim credit illa omnia, quæ à Deo ſunt reuelata, & ratio formalis in obiecto fidei eſt diuina reuelatio, Deus autem tria potiſſimum de regno Chriſti hominibus reuelat, quæ ſunt, Primo de vltimo fine, Secundo, de medijs, & mediatore,

Tertio,

Digitized by Google

Tertio de bono vſu mediorum, Et hæc tria ſummatim in Symbolo Apoſtolorum explicata ſunt, ideo dicitur Symbolum fidei, quia explicat obiectũ illius

Fides alia eſt explicita, alia implicita. Implicita credit omnia eſſe vera, quæ à Deo ſunt reuelata, ſed de ſingulis non diſtinguit quęnam ſint, Explicita credit diſtinctè hanc, & illam veritatem eſſe à Deo reuelatam, ideo de fide eſſe credendam. *ibid.*

Fideles non tenentur certo credere reuelatas veritates, niſi certi ſint, quod talis veritas ſit reuelata. *ibid.*

Vera, & certa regula ad cognoſcendum, an hæc, vel illa veritas ſit à Deo reuelata, eſt verum verbum Dei cum vera intelligentia illius, quando eſt certum, & de vero verbo, & de vera intelligentia illius. *Seſſ. 4. c. 1. & 2.*

Vera, & certa regula ad cognoſcendum, an hoc ſit verum verbum Dei, & an hæc ſit vera intelligentia illius, eſt authoritas, & determinatio, & iudicium Eccleſiæ Catholicæ. *Seſſ. 4. c. 1. & 2.*

Cauſa huius regulę eſt talis aſſiſtentia Spiritusſancti Eccleſiæ à Chriſto promiſſa, vt, illi conferat priuilegium non errandi in rebus fidei, ac morum. *Euangel.*

Hinc fit, quod ſinguli fideles tenentur ſequi fidem, quam Eccleſia Catholica profitetur. Hęc enim fides certiſſima eſt, Fides vero in ſingulis fidelibus non habet certitudinem, niſi quatenus cum fide Catholica concordat. Fidelis enim partilcularis poteſt in fide errare. *Symbol. Athan.*

Cap. 14. De Doctrina Catholica.

Doctrina Catholica eſt illa, quæ ab Eccleſia Catholica tradita eſt. *Seſſ. 2. et 4.*

Finis huius doctrinæ eſt, cum certitudine docere omnes, & ſingulos fideles, quodnam ſit veum Verbũ Dei Quis Textus Biblicus verus, Quæ traditio, Quę ſit vera intelligentia, & interpretatio Scripturarum, Quod Euangelium verum, Quæ doctrina reuelata ſit vera, Quę ſit vera, & Catholica fides, item doctrina, item prędicatio, Demum omnia illa docere, quę ad doctrinam reuelatam dilucidandam neceſſaria ſunt. *Seſſ. 4. & 25. in fine.*

Seſſ. 4. & Cate. par. 1. cap. 1. Subiectum principale illius eſt doctrina reuelata, & vt reuelata; Ex conſequenti etiam ſubiectũ erit omnes hæreſes, & errores, qui doctrinæ reuelatę aduerſantur, detegere, atque damnare.

ibid. Cat. & Conc. ibid. Forma eſt authoritatiua determinatio de veritate, & certitudine eorum, quæ dicta ſunt.

Efficiens eſt Eccleſia Catholica cum aſſiſtentia Spiritus ſancti, cũ priuilegio in dictis non errandi & cum authoritate dicta cum certitudine determinandi.

Conc. per totum. Hæc Catholica Doctrina eſt vna, eſt antiqua, eſt vera, eſt certa, & illam omnes fideles recipere, & obſeruare tenentur.

Cap. 15. De Doctrina Sacri Concilij Tridentini.

DE hac Doctrina quattuor cauſæ ſunt explicandæ. Motiuum ſeu occaſio, ob quam Conciliũ Trid. fuit congregatum, & doctrina Catholica ab illo determinata, fuerunt hæreſes, & errores innumerabiles circa doctrinam reuelatam ſuſcitatæ. *Seſſ. 4. ſeſſ. 18. ſeſſ. 25 in fine.*

Finis illius eſt, veram doctrinam Catholicam determinare, & hæreſes illi oppoſitas confutare. Demum finis eſt, Doctrinã Catholicã veram, & antiquã, pro temporis opportunitate, proponere, & explicare. *Conc. ibi.*

Cat. par. 1. cap. 1 Materia, ſeu ſubiectum, ſeu illud, quod ſacrum Concilium intendit docere, vera, pura, & certa Doctrina Catholica eſt. Hæc habet pro obiecto Doctrinam reuelatam, Et regnum Chriſti ſubiectum illius eſt; Hinc fit, quod Sacrum concilium debet determinare, Quæ ſit vera fides, Quod verum verbum Dei, & alia iam dicta, quæ a catholica doctrina debent, pro temporis opportunitate, determinari.

Conc. & Catech. ibidem. Hæc doctrina Sacri Concilij habet quatuor proprietates prima eſt quod ſit catholica, ſecũda quod ſit vera, tertia quod ſit certa, quarta quod ſit aliquo modo completa, & bene probata.

Conc. per totum. Eſt Catholica, quia Concilium Triden. fuit generale, & legitimè congregatum, ideo totam Eccleſiam catolicam in Paſtoribus omnium Eccleſiarum repreſentabat. Eſt vera, quia Spiritusſanctus docet Eccleſiam

cleſiam Catholicam omnem veritatem. Eſt certa, quia dicta Eccleſia habet priuilegium non errandi, ideo eſt columna, & firmamentum veritatis Eſt completa; quia omnia tractat, quæ ad doctrinam reuelatam de S. Euangelio, & de Regno Chriſti, & alijs rectè explicandam neceſſaria ſunt. Eſt bene probata, quia fideliter a Verbo Dei deriuata eſt.

Hæc Doctrina à Concilio ſummatim, breuiter, & authoritatiuè tradita eſt, ſed à Catechiſmo Romano in multis fuſius explicata fuit. *Catec. in præfat.*

Cap. 6. De tractatione, quæ in hoc opere habenda eſt.

NVnc quattuor cauſas præſentis tractationis explicabo.

Materia, ſeu ſubiectum huius tractationis eſt Doctrina ſacri Concilij Tridentini, & Catechiſmi Romani. De qua probandum eſt, quod ſit Catholica, vera, certa, completa, & bene, ac certò probata.

Forma eſt, more Theologorum, de hac doctrina completam ex Logica inſtituere tractationem, colligendo, diſtinguendo, ordinando, explicando, probando, & confutando vt ſupra dictum eſt.

Finis eſt de dicta Doctrina aliquo modo Lectori perfectam tradere cognitionem.

Efficiens quo ad Doctrinam eſt Sacrum Conciliũ, quoad modum tractandi Logica eſt.

Clarius quod dictum eſt explicatur.

Regnum Dei, ſeu Regnum Chriſti eſt ſubiectum omnis ſacræ Doctrinæ. Doctrina data de hoc regno triplex eſt. Prima eſt Doctrina à Deo reuelata, in qua Deus de hoc regno per verbum ſuum docet, & reuelat illa omnia, quæ vult per reuelationem ab hominibus ſciri. Secunda eſt Doctrina Catholica, in qua Eccleſia a Spirituſancto edocta, docet fideles illa omnia quæ pro tempore iudicat expedire, vt declarentur, vel determinentur de Regno Dei, & de Doctrina a Deo de illo reuelata. Eccleſia enim Catholica, ante omnia intendit docere, declarare, & determinare,

quænam Doctrina fuerit à Deo de ſuo regno reuela-ta,& quæ non. Item omnia illa determinare, quæ ad illam recipiendam,& obſeruandam pertinent: Tertia doctrina dicitur Scholaſtica. Et hæc in ſua tractatione tria in vnum colligit, illaq. conſiderat de regno Dei, Primo enim conſiderat doctrinam de illo à Deo reuelatam: ſecundo Doctrinam ab Eccleſia Catholica de dicto regno, & de doctrina de illo reuelata traditam: tertio illa omnia de tribus dictis nempe Regno Dei, Doctrina reuelata, & Doctrina Catholica conſiderat, quę lumine naturali tum Logicæ, tum Metaphyſices pro completa tractatione habenda tractāda eſſe videntur.

Hęc doctrina Scholaſtica debet conſiderare de Regno Dei illa omnia, quæ ad completam de illo ex Logica tractationem habendam neceſſaria ſunt: Item omnia, quæ de illo a Deo ſunt reuelata; Item omnia, quæ Eccleſia Catholica de illo, & de doctrina reuelata docet.

Finis ergo huius tractationis, & operis eſt, more Theologorum, omiſſis diſputationibus, & his, quæ ad ornatum dicendi pertinent, de Regno Dei cum breuitate, & facilitate completam ex Logica inſtituere tractationem.

Ideo de regno Dei in generali primo dicere opus eſt, ſecundo de partibus illius, tertio de Regno gratiæ in particulari, quod principaliſſimum eſt ſubiectum, dicendum fuit.

De hoc regno gratiæ materia, forma, efficiens, finis, proprietates, partes, actiones, priuilegia, ſigna, & alia ſunt explicanda. Ideo in hoc opere agitur de Verbo Dei, in quo Doctrina reuelata cōtenta eſt. Tractatur de ipſo regno. De Eccleſia, quæ eſt materia illius. De Euangelio, quod eſt forma eiuſdem. Hæc enim ad completam de illo tractationem habendam conſiderare neceſſe eſt. Omnis autem tractatio in doctrina Sacri Concilij Tridentini, & Catechiſmi Romani fundata eſt.

Reliqua quæ ad hanc tractationem pertinent, in progreſſu Operis apparebunt.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI PRIMI DISTINCTIO TERTIA.

De veritate, & falſitate, & de illarum cognitione.

CVM finis Logicæ ſit diſcernere verũ à falſo, ſeu probare veritatẽ, & confutare falſitatẽ, et finis huius tractationis ſit inueſtigare, & probare quęnam doctrina S. Euangelij ſit vera, & quæ falſa, necnon quænam Eccleſia ſit vera; quod verbum Dei ſit verum; quæ vera illius interpretatio, & ſimilium, omnino expediet aliqua prius de veritate, & illius cognitione more Logicò explicare.

Cap. 1. de Nomine, & Definitione veritatis.

VEritas dicitur quaſi vera entitas, ſeu vere ita eſt. Definitiones illius plures eſſe poſſunt.

Prima eſt hæc. Veritas eſt paſſio entis in ordine ad intellectum: Sicut enim ſe habet album ad albedinem; ita ſe habet verum ad veritatem. Ens autem per ſe in ſecundo modo eſt verum; ideo veritas illi in ſecundo modo conueniet; Prædicatum autem ſecundi modi dicitur illud, in cuius Definitione ponitur ſubiectum. Ideo in Definitione veritatis debet poni ens, & ratio præciſa debet explicari, ſub qua ens per veritatem ad aliquid extra ſe ordinatur. Omne enim accidens ſecundi modi, ſubiectum ſuum ad aliquod illi extrinſecum ordinat; ideo dictum eſt, quod veritas ſit paſſio entis in ordine ad intellectum, vt ſic diſtinguatur à bono, p quod ens ordinatur ad volũtatẽ.

Ex S. Th. 1.p.q. 16. ar.1. et ſeq. ibi. S. Augu. S. Anſel. S. Hila. et Auicenna citatur authoritas à S. Tho.

S. Th. ibi. Ariſtot. in lib. predic. de ſubſtantia. Art. 4. Metaphyſ. cap. 5. tex. 27.

Secunda Definitio eſt hæc. Veritas eſt ratio manifeſtatiua eius, quod eſt, id eſt manifeſtat eſſe; quod eſt, & non eſſe, quod non eſt. Duo enim in quolibet ente ſiue reali, ſiue rationis, ſiue ficto, ſiue naturali, ſiue artificiali, ſiue morali, ſiue ſupernaturali, repeniuntur. Vnum eſt eſſentia, ſeu entitas illius, aliud eſt eſſe. Eſſe autem eſt modus eſſentiæ; Et res magis dicuntur entia per eſſe, quam per eſſentiam; Chimera enim eſſentiam habet determinatam; ſed quia talis eſſentia non habet eſſe, ideo chimera non dicitur ens, ita roſa in Hieme, quando eſt in potentia, & non habet eſſe in re, non dicitur ens; in Vere autem cum habet eſſe, dicetur eſſe ens. Ens ergo dicitur illud, quod eſt, quia dicit tum eſſentiam, tum eſſe ſimul coniuncta, Eſſentia enim poteſt dici illud, quod eſt. Eſſe autem rectè dicetur illud quo eſſentia eſt, veluti eſſentia roſæ tunc eſt, cum in Vere a parte rei habet eſſe. Veritas ergo dicitur eſſe manifeſtatiua tum eſſentiæ, tum eſſe. ſed principalius eſſe, quia manifeſtat eſſe, quod eſt, & non eſſe quod non eſt, vt dictum fuit.

Ex S. Th. ibid. Art. ibid.

S. Th. 1. p q. 16. art. 1. & ſeq.

Tertia eſt communis. Veritas eſt adæquatio inter intellectum, & rem intellectam. Et S. Thomas per intellectum intelligit diuinum, ſaltem principalius, licet etiam veritas per ſe obiectum ſit intellectus creati. Hæc Definitio idem dicit quod prima, & ſecunda. Cum enim res intellecta ſit ens, & veritas ſit ratio ordinatiua entis ad intellectum, & hęc ordinatio in hoc poſita eſt, quod ex vna parte ens manifeſtet ſe intellectui ſecundum quod eſt, ex alia vero intellectus cognoſcat de re eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt, ſequitur, quod adæquatio inter intellectum, & rem intellectam explicet ea, quæ tum in prima, tum in ſecunda Definitione dicta ſunt.

Cap. 2. De quattuor cauſis veritatis.

S. Th. ibid.

Veritas propriè loquendo non eſt ens, ſed paſſio entis.

Ibid.

Materia ergo veritatis erit illud, quod dicitur verū,

Sicut

Digitized by Google

Sicut enim materia albedinis eſt omne, quod dicitur album, vt paries, & nix. Ita materia, ſeu ſubiectum veritatis eſt illud, quod per ſe dicitur verum. Tria autem ſunt, quæ dicuntur vera, nempè, Ens, Intellectus, ſeu illius cognitio, & Oratio. Ens enim dicitur verum Cognitio vera, & Oratio vera. Ideo hæc tria ſubiectũ ſunt, ſeu materia, in qua veritas poſita eſt.

Forma veritatis eſt, quod ſit ratio manifeſtatiua concordans cum re manifeſtata. Hæc enim concordantia, & conuenientia manifeſtantis cum re manifeſtata veritas appellatur. Hæc autem manifeſtatio triplex eſt. Prima in rè, ſeu obiecto. Secunda in intellectu, vel ſenſu cognoſcente, Tertia in oratione ſignificante. Veritas in re, & obiecto dicitur. Ratio à parte rei manifeſtatiua eius quod eſt, veluti aurum verum manifeſtat ſe eſſe tale. Veritas in intellectu poteſt ſic Definiri. Eſt ratio cognoſcitiua eius, quod eſt. Veritas in Oratione dicitur. Ratio ſignificatiua eius, quod eſt. Illa igitur adæquatio, ſeu conformitas, ſeu conuenientia, quę eſt inter manifeſtantem, & rem manifeſtatam, loquendo de ente ſe manifeſtante, & de intellectu cognoſcente, & de oratione ſignificante, forma veritatis rectè dicta erit.

Ex Ariſt. lib. prad. de ſubst. et ex S. Tho. ibidem. Ariſtot. 4. Metaph. cap. 5. text. 27.

Efficiens veritatis primum eſt Deus, qui omnibus rebus, & entis dedit rationem ſui manifeſtatiuam. Voluit enim quod omne ens, quatenus ens, intellectui ſe manifeſtet. Et quod eſſe ſemper habeat coniunctam rationem manifeſtatiuam ſui ad cognoſcentem. Voluit etiam, quod omne cognoſcens habeat rationem cognoſcitiuam rei manifeſtatæ. Cognitio enim eſt quædam manifeſtatio facta in aliquo cum aduertentia illius. Ideo cognitio eſt quædam manifeſtatio rei cognitæ in cognoſcente. Voluit etiam vt Oratio habeat rationem ſignificatiuam alterius rei. Ideo per orationem plurima à nobis ſignificata ſunt. Et horum omnium Deus cauſa eſt prima, Cauſa autem immediata poſſunt eſſe lumen, ſpecies, ſiue ſenſibilis, ſiue intelligibilis. Lumen enim deſeruit ad manifeſtationem, quia mediante lumine ſpecies formantur. Ipſe vero ſpecies rei ſimilitudinem efficiunt,

S. Th. ibi. art. 1. & ſeq.

Intellectus etiam aliquo modo veritatis cauſa eſt, & præcipuè diuinus intellectus, cui omnes veritates conformes ſunt.

Ex S. Th. ibid. q. 16. et 17. *Ex Conc. ſeſſ. 6. c. 7.* Circa finem veritatis mihi videtur, quod quadruplex ſit; & primus, eſt reſpectu Dei; ſecundus, reſpectu mundi; tertius, reſpectu intellectus; quartus, reſpectu voluntatis: Reſpectu Dei finis veritatis eſt gloria Dei. Hæc enim gloria eſt finis principalis mundi, & omnis entis. In creatione enim mundi, Deus habuit pro fine immediato ſuæ bonitatis communicationem. Hæc communicatio habuit pro fine manifeſtationem eiuſdem bonitatis. Communicatio .n. propriè, & per ſe rem communicatam manifeſtat; Hæc manifeſtatio notitiã pro fine habet, Quod enim manifeſtatur, ideo manifeſtatur, vt cognoſcatur. Quæ enim volumus ſciri, manifeſtamus: quæ nolumus ſciri, occultamus. Hæc notitia cum eſt de re excellenti, habet pro fine laudem: Excellentia enim per ſe, & propriè digna eſt laude. Gloria autem nihil eſt aliud, quam clara cum laude notitia; Ideo veritas per ſe, & propriè, erit ordinata ad gloriam Dei, & ad ignominiam peccatorum, & malorum, quorum peccata, & mala opera ad ignominiam manifeſta fiunt.

S. Th. 1. p. q. 16. Veritas reſpectu mundi habet pro fine quaſi quoddam commercium inter res mundi, ex eo enim quod ſingulæ res apparent, & manifeſtant ſe alijs, & præcipuè intellectui, conſurgit quædam communicatio rerum inter ſe; dum vna alteri manifeſtat ſe, vel amicam, & conformem, vel inimicam, & contrariam, vnde oritur proportio, conuenientia, connexio, vnio, & mutua actio, vel paſſio, quæ a veritate res manifeſtante proueniunt.

S. Th. 1. p. q. 16. ar. 3 Intellectus, & illius perfectio eſt finis veritatis. Veritas enim eſt obiectum illius, & cognitio, ſeu contemplatio, ſeu viſio veritatis, eſt perfectio, & felicitas intellectus; ideo veritas habet pro fine perficere intellectum.

S. Th. ibi. art. 4. Voluntas etiam, & illius perfectio, atque felicitas, eſt finis veritatis; Cum enim felicitas voluntatis poſita ſit in poſſeſſione veri boni, & priuatione veri mali;

Digitized by Google

ſi; Sola autem veritas manifeſtat verum bonum, & verum malum; ſequitur, quod ipſa voluntati proponat veram felicitatem, quia docet, quid boni appetat, & quid mali fugiat.

Cap. 3. De multiplici diuiſione Veritatis.

Veritas multis modis diuidi poteſt.

Reſpectu enim formæ ſic diuidi videtur. Veritas alia eſt manifeſtatiua alia cognoſcitiua, alia ſignificatiua. Seu alia eſt in re, alia in intellectu, alia in oratione, vt dictum eſt. Veritas enim genus analogũ eſt. Cuius primum analogatum eſt veritas obiectiua, quia ex eo, quod res eſt, vel non eſt, ait Ariſt. Oratio, & cognitio dicitur vera, vel falſa. *S. Th. 1. p q. 16. et 17.*

Veritas obiectiua alia eſt naturalis, alia ſupernaturalis. Naturalis alia eſt Logica. Alia Phyſica, alia Metaphyſicalis, alia artificialis. Demum iuxta eſſe, quod habent res, veritas ipſa diuidi poteſt. Veluti verum eſt, quod Chimera eſſe fictum habet. *ibid.*

Veritas etiam reſpectu intellectus dicitur certa, & incerta, clara, vel obſcura, facilis, vel difficilis; neceſſaria, vel contingens, probata, vel non probata. *Ariſtot. 1. lib. poſt. cap. 26.*

Reſpectu voluntatis veritas dicitur eſſe tum boni, tum mali, tum virtutis, tum vitij; tum voluptatis, tum doloris, tum felicitatis, tum miſeriæ, & alia. *ibi. q. 16. artic. 4. S. Thom.*

Cap. 4. De vero.

Verum dicitur illud, quod habet veritatem. Sic album dicitur, quod habet albedinem: Sicut autem album duo dicit, nempè albedinem, & rem, quæ dicitur alba, veluti nix; ita verum dicit tum veritatem, tum rem illam, cui veritas ineſt, ſiue hæc ſit obiectum vel intellectus, vel oratio. *Ariſtot. de præd. ſubſtantia.*

Cap. 5. De proprietatibus veritatis, et veri.

Ariſtoteles aliquas de vero proprietates affirmat. Prima eſt hæc. Vero omnia, quæ competunt, conſona ſunt. A falſo autem cito ipſum diſcrepat verum. *Ethi lib. 1. cap. 8.*

Digitized by Google

tum. Quod mihi videtur ſic poſſe intelligi. In quacſi-que re mundi plura poſſunt conſiderari, velutidecem iam dicta, finis, operatio finalis, principium productiuum, materia, forma, & accidentia illorum, item efficiens exiſtentia, & alia, quæ omnia, ſi vera ſunt, inter ſe conſona ſunt. Si autem vnum dictorum ſit falſum, cito diſcrepat ab alijs, quæ vera ſunt. Veritas ergo veritati conſona eſt.

ex lib. prædi. cap. de ſubſt. Poteſt etiam dici ſic: Veritas manifeſtat rem ſicuti eſt; ideo manifeſtat exiſtentiā rei cum omnibus ſuis circumſtantijs, veluti ſi Socrates in tali hora, in tali loco, in tali modo, ſedet, vel cœnat, vel ſcribit; tunc ad veritatem conſtituendā omnia dicta concordātia eſſe debent. Quod ſi vna tantum circumſtantia ſit falſa, tunc cito veritas ab illa diſcordabit, quia non manifeſtatur res ſicuti eſt.

Ari. ibid. Secunda eſt, impoſſibile eſſe, quod veritas veritati contraria ſit. Si enim plures ſint veritates, & ſingulæ manifeſtant eſſe, quod eſt, ergo omnes conueniunt in manifeſtando quod eſt, & vna non ponit contrarium eius, quod alia ponit, quia omnes ponunt eſſe, quod eſt. Confirmatur: Si vna veritas debet eſſe contraria alteri, neceſſe eſt, quod vna manifeſtet contrarium eius, quod ab alia manifeſtatum eſt: Demus ergo quod vna de Socrate manifeſtet, quod eſt, veluti tali hora ſedere, ſi alia debet manifeſtare contrarium, neceſſe eſt, vt dicat, Socratem non ſedere. Vel ergo vtrumque eſt verum de Socrate, nempe tali hora ſedere, & non ſedere, & hoc fieſt ſequitur, quod idem ſimul poſſit eſſe, & non eſſe, quod eſt impoſſibile. Si vnum tantum eſt verum, ergo veritas non poteſt eſſe contraria veritati. Amplius ſi veritas poteſt eſſe contraria veritati, ergo contradictoria poſſunt eſſe ſimul vera, quia vna contradictoria dicit contrarium eius, quod alia dicit. At hoc impoſſibile eſt, ergo.

Ari. 4. Metaph. c. 5. tex. 27. & alibi.

Ariſt. 4. Metap. c. 1. & ſeq. & cap. 5.

Ariſtot. 1. perih. et 4. Meta. c. 5. S. Th. 1. p. q. 17. Tertia proprietas eſt; ſola falſitas eſt contraria veritati, Patet, Veritas dicit eſſe, quod eſt, non eſſe, quod non eſt. Falſitas dicit contrarium, non eſſe quod eſt, & eſſe, quod non eſt: ergo contraria ſunt.

Quarta

Quarta eſt hæc. Impoſſibile eſt, quod ex vero ſequatur falſum; ita omnes ſapientes affirmant, & in hoc fundatur demonſtratio, quæ ducit ad impoſſibile. Probat Ariſt. Si maior, & minor ſit vera, neceſſario ſequitur concluſio vera; ergo ex vero non poteſt ſequi falſum Confirmatur; Si ex vero poteſt ſequi falſum; ergo nulla erit demonſtratio, uel certa probatio, quod falſum eſt; quia omnes dari ſcientiam fatentur Idem probatur ab Ariſtotele in libro Priorum, Confirmatur; Veritas dicit eſſe, quod eſt, & ſicuti eſt; ergo dicit omnia illa eſſe quę neceſſariam habent connexionem cum eo, quod eſt, & dicit omnia illa non eſſe; quę eſſe cum eo, quod eſt impoſſibile ſit Veluti, ſi nunc vere dicitur Dies eſt: omnino neceſſe eſt dicere, quod ſol ſit ſuper terram, & quod non ſit infra terram; ergo impoſſibile eſt, quod ex vera exiſtentia vnius, ſequatur falſa non exiſtentia alterius, vel e contra, ex vera non exiſtentia vnius, ſequatur falſa exiſtentia alterius, Si enim vera eſt exiſtentia diei, vera eſt etiam non exiſtentia noctis: & ſi vere eſt non exiſtentia diei, vera etiam erit exiſtentia noctis, & idem in alijs erit. *Ariſt. 1. poſt. c. 6. tex. 17.*

Quinta eſt; Ex falſo poſſe ſequi verum; & hoc in probatione Syllogiſtica ſic; Omne animal viuit; omnis planta eſt animal, ergo omnis planta viuit, mi nor eſt falſa; & tamen concluſio vera eſt, & ſequitur ex pręmiſſis. *Ariſt. ibi, & 2 priorum c. 2. 3. & 4.*

Sexta, veritas obiectiua vna eſt, probatur. Omne ens eſt vnum, Quia omne, quod eſt, quatenus eſt, vnum eſt, ſed veritas eſt paſſio entis, & dicit eſſe, quod eſt, ergo veritas vna eſt, Sicut enim entia ſunt plurima, & tamen ens vnum eſt, ita plurimæ ſunt veritates, & tamen quia in ſingulis rebus vnum eſt eſſe, vna quoque veritas erit, Ita eſt etiam in vno ente, veluti homine, in quo plurima ſunt, vt exiſtentia, forma, materia, partes integrales, accidentia, finis, efficiens, operationes, potentiæ, & alia, & tamen vnus homo, & vnum ens eſt, ita veritas vna erit, Eſt etiam vna, quia ſingulæ veritates vnum quid dicunt vel eſſe, vel non eſſe. *ex 4. Metaphyſ.*

Perih. lib. 2. c. 8. Septima Ariſtoteles ait, in futuris contingentibus non eſt determinat veritas.

Ariſtot. 4. Metaph. Octaua veritas obiectiua ſemel determina re vera; ſemper uera eſt, Quod enim ſemel fuit verum, ſemper verum erit dicere, quod fuit, veluti Adam peccauit, Chriſtus mortuus fuit, ſemper verum erit dicere, quod ita fuit; Idem de omnibus alijs.

Cap. 6. Notandum pro Catholicis contra hæreticos.

PRoprietates dictæ apertiſſimè demonſtrant, quod doctrina Catholica vera eſt, hæreticorum vero falſa, Catholica enim vna eſt; antiqua, & perpetua, & ſtabilis eſt, Veritates Catholicæ in omnibus ſibi ipſis conſonę ſunt, vt in hoc opere per Logicam aperte demonſtrabitur, Concordant etiam cum lege naturali, cum Scripta, cum Euangelio, cum traditione cum antiquitate, cum ſenſu, cum Logica, cum Philoſophia, & Metaphyſica, Concordant cum Doctoribus, cum Sanctis Patribus, cum Concilijs, cum primitiua Eccleſia, cum vſu, & conſuetudine, etiam antiqua Catholicæ Eccleſiæ, Demum hæc doctrina cum omnibus veritatibus conſona eſt, Ab erroribus vero, & hæreſibus cito, vt ait Ariſtoteles, veritas ſe valdè diſcrepantem eſſe declarat. *1. Ethi. cap. 8.*

Doctrina autem hæreticorum nullam ex dictis proprietatibus habet. Non vna ſed multiplex eſt, Varia eſt, Inſtabilis eſt, vnus hæreticus alteri contrarius eſt, Contraria inter ſe docent, Diſſentiunt, Hæreſes inter ſe contrariantur, Magna inter hæreticos confuſio, Doctrina illorum noua, Ad pauca reſpicientes de facili enunciant, Diſcordant à Sanctis Patribus, à Doctoribus, à Concilijs, à Summis Pontificibus, à Traditionibus, ab antiquitate, à Doctrina, & fide antiqua, ab Eccleſia Catholica, Doctrina illorum eſt magis negatiua, quam affirmatiua, Veritas autem non eſt paſſio non entis, ſed entis, Et doctrina Euangelica debet tradi per affirmationes, & non per negationes, Ex tali doctrina plura ſequuntur falſa, & impoſſibilia, ideo nulla habet ſigna veritatis, immò omnia

omnia habet indicia falſitatis: Quod ex dicendis cla rius apparebit

Cap.7. De falſitate

FAlſitas dicitur, quaſi falſa entitas: eſt contraria veritati. *S.Th.1.p. q.17.*

Sic Definitur: Eſt ratio manifeſtatiua eius, quod non eſt: Item eſt inadæquatio, ſeu diſcrepantia inter intellectum, & rem intellectam. Seu inter orationẽ ſignificantem, & rem ſignificatam, Seu inter apparentiam rei, & realitatem illius.

Falſitas cognoſcitur per veritatem, ſicut priuatio per habitum, Ideo ex dictis de veritate, quid de falſitate dicendum ſit, cognoſcetur.

Cap.8. De cognitione Veritatis.

HÆc tria Ens, Veritas; & Cognitio veritatis, inter ſe diſtinguuntur. Ens enim eſt principale ſubiectum, Verum eſt paſſio entis, Cognitio eſt actio circa ens, & veritatem illius occupata, Ens ergo eſt obiectum intellectus. Veritas eſt ratio formalis, ſub qua ens ſit obiectum intellectus, ſic color, ratio formalis, ſub qua corpora viſibilia fiunt. Cognitio eſt actio in illud. *S.Th.1.p. q.16. & 17.*

Cognitio ſic poteſt Definiri, Eſt manifeſtatio facta in aliquo cum aduertentia illius, Manifeſtatio enim quæ ſine aduertentia fit in aliquo, vt in aere, vel ſpeculo, non eſt cognitio, Quæ vero fit in ſenſu, vel in intellectu, qui manifeſtationi factæ aduertere poſũt, cognitio eſt Dicitur autem Manifeſtatio, quia ſine manifeſtatione cognitio eſſe non poteſt. *ex S. Tho. 1.p.q.106 art. 1. & 2.2.q.173 art. 2.*

Plura autem ad efficiendam cognitionem concurrunt. Primò quidem, obiectum, ſeu ens. Secundo, ratio manifeſtatiua in ente, quæ dicitur veritas, & falſitas, Si enim res manifeſtat quod eſt, illa ratio manifeſtatiua dicitur veritas, veluti ſi aurũ Verum manifeſtat ſe eſſe tale, Si vero manifeſtat, quod non eſt, vt aurum alchimicum, illa ratio manifeſtatiua dici- *S.Th. ibi. et 1. par. q.16.*

tur

quænam Doctrina fuerit à Deo de ſuo regno reuela-ta, & quæ non. Item omnia illa determinare, quæ ad illam recipiendam, & obſeruandam pertinent: Tertia doctrina dicitur Scholaſtica. Et hæc in ſua tractatione tria in vnum colligit, illaq. conſiderat de regno Dei, Primo enim conſiderat doctrinam de illo à Deo reuelatam: ſecundo Doctrinam ab Eccleſia Catholica de dicto regno, & de doctrina de illo reuelata traditam: tertio illa omnia de tribus dictis nempe Regno Dei, Doctrina reuelata, & Doctrina Catholica conſiderat, quę lumine naturali tum Logicæ, tum Metaphyſices pro completa tractatione habenda tractãda eſſe videntur.

Hęc doctrina Scholaſtica debet conſiderare de Regno Dei illa omnia, quæ ad completam de illo ex Logica tractationem habendam neceſſaria ſunt: Item omnia, quæ de illo a Deo ſunt reuelata; Item omnia, quæ Eccleſia Catholica de illo, & de doctrina reuelata docet.

Finis ergo huius tractationis, & operis eſt, more Theologorum, omiſſis diſputationibus, & his, quæ ad ornatum dicendi pertinent, de Regno Dei cum breuitate, & facilitate completam ex Logica inſtituere tractationem.

Ideo de regno Dei in generali primo dicere opus eſt, ſecundo de partibus illius, tertio de Regno gratiæ in particulari, quod principaliſſimum eſt ſubiectum, dicendum fuit.

De hoc regno gratiæ materia, forma, efficiens, finis, proprietates, partes, actiones, priuilegia, ſigna, & alia ſunt explicanda. Ideo in hoc opere agitur de Verbo Dei, in quo Doctrina reuelata cõtenta eſt, Tractatur de ipſo regno. De Eccleſia, quæ eſt materia illius. De Euangelio, quod eſt forma eiuſdem. Hæc enim ad completam de illo tractationem habendam conſiderare neceſſe eſt. Omnis autem tractatio in doctrina Sacri Concilij Tridentini, & Catechiſmi Romani fundata eſt.

Reliqua quæ ad hanc tractationem pertinent, in progreſſu Operis apparebunt.

LIBRI PRIMI DISTINCTIO TERTIA.

De veritate, & falſitate, & de illarum cognitione.

CVM finis Logicæ ſit diſcernere verũ á falſo, ſeu probare veritatẽ, & confutare falſitatẽ: et finis huius tractationis ſit inueſtigare. & probare quęnam doctrina S. Euangelij ſit vera, & quæ falſa, necnon quænam Eccleſia ſit vera; quod verbum Dei ſit verum; quæ vera illius interpretatio, & ſimilium, omnino expediet aliqua prius de veritate, & illius cognitione more Logico explicare.

Cap. 1. de Nomine, & Definitione veritatis.

VEritas dicitur quaſi vera entitas, ſeu vere ita eſt. Definitiones illius plures eſſe poſſunt.

Prima eſt hæc. Veritas eſt paſſio entis in ordine ad intellectum: Sicut enim ſe habet album ad albedinem; ita ſe habet verum ad veritatem. Ens autem per ſe in ſecundo modo eſt verum; ideo veritas illi in ſecundo modo conueniet; Prædicatum autem ſecundi modi dicitur illud, in cuius Definitione ponitur ſubiectum. Ideo in Definitione veritatis debet poni ens, & ratio præciſa debet explicari, ſub qua ens per veritatem ad aliquid extra ſe ordinatur. Omne enim accidens ſecundi modi, ſubiectum ſuum ad aliquod illi extrinſecum ordinat; ideo dictum eſt, quod veritas ſit paſſio entis in ordine ad intellectum, vt ſic diſtinguatur á bono, p quod ens ordinatur ad volũtatẽ.

Ex S. Th. 1.p.q. 16. ar.1. et ſeq. ibi. S. Augu. S. Anſel. S. Hilo. et Auicenna citatur authoritas à S. Tho.

 Secun-

S. Th. ibi. Ariſtot. in lib. predic. de ſubſtantia. Ari. 4. Metaphyſ. cap. 5. tex. 27.

Secunda Definitio eſt hæc. Veritas eſt ratio manifeſtatiua eius, quod eſt, id eſt manifeſtat eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt. Duo enim in quolibet ente ſiue reali, ſiue rationis, ſiue ficto, ſiue naturali, ſiue artificiali, ſiue morali, ſiue ſupernaturali, repeariuntur. Vnum eſt eſſentia, ſeu entitas illius, aliud eſt eſſe. Eſſe autem eſt modus eſſentiæ; Et res magis dicuntur entia per eſſe, quam per eſſentiam; Chimera enim eſſentiam habet determinatam; ſed quia talis eſſentia non habet eſſe, ideo chimera non dicitur ens, ita roſa in Hieme, quando eſt in potentia, & non habet eſſe in re, non dicitur ens; in Vere autem cum habet eſſe, dicetur eſſe ens. Ens ergo dicitur illud, quod eſt, quia dicit tum eſſentiam, tum eſſe ſimul coniuncta, Eſſentia enim poteſt dici illud, quod eſt. Eſſe autem rectè dicetur illud quo eſſentia eſt, veluti eſſentia roſæ tunc eſt, cum in Vere a parte rei habet eſſe. Veritas ergo dicitur eſſe manifeſtatiua tum eſſentiæ, tum eſſe. ſed principalius eſſe, quia manifeſtat eſſe, quod eſt, & non eſſe quod non eſt, vt dictum fuit.

Ex S. Th. ibid. Art. ibid.

S. Th. 1. p q. 16. art. 1. & ſeq.

Tertia eſt communis. Veritas eſt adæquatio inter intellectum, & rem intellectam. Et S. Thomas per intellectum intelligit diuinum, ſaltem principalius, licet etiam veritas per ſe obiectum ſit intellectus creati. Hæc Definitio idem dicit quod prima, & ſecunda. Cum enim res intellecta ſit ens, & veritas ſit ratio ordinatiua entis ad intellectum, & hęc ordinatio in hoc poſita eſt, quod ex vna parte ens manifeſtet ſe intellectui ſecundum quod eſt, ex alia vero intellectus cognoſcat de re eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt, ſequitur, quod adæquatio inter intellectum, & rem intellectam explicet ea, quæ tum in prima, tum in ſecunda Definitione dicta ſunt.

Cap. 2. De quattuor cauſis veritatis.

S. Th. ibid.

Veritas propriè loquendo non eſt ens, ſed paſſio entis.

Ibid.

Materia ergo veritatis erit illud, quod dicitur verū.

Sicut

Digitized by Google

Sicut enim materia albedinis eſt omne, quod dicitur album, vt paries, & nix. Ita materia, ſeu ſubiectum veritatis eſt illud, quod per ſe dicitur verum. Tria autem ſunt, quæ dicuntur vera, nempè, Ens, Intellectus, ſeu illius cognitio, & Oratio. Ens enim dicitur verum Cognitio vera, & Oratio vera. Ideo hæc tria ſubiectū ſunt, ſeu materia, in qua veritas poſita eſt.

Forma veritatis eſt, quod ſit ratio manifeſtatiua concordans cum re manifeſtata. Hæc enim concordantia, & conuenientia manifeſtantis cum re manifeſtata veritas appellatur. Hæc autem manifeſtatio triplex eſt. Prima in rè, ſeu obiecto. Secunda in intellectu, vel ſenſu cognoſcente. Tertia in oratione ſignificante. Veritas in re, & obiecto dicitur. Ratio à parte rei manifeſtatiua eius quod eſt, veluti aurum verum manifeſtat ſe eſſe tale. Veritas in intellectu poteſt ſic Definiri. Eſt ratio cognoſcitiua eius, quod eſt. Veritas in Oratione dicitur. Ratio ſignificatiua eius, quod eſt. Illa igitur adæquatio, ſeu conformitas, ſeu conuenientia, quę eſt inter manifeſtantem, & rem manifeſtatam, loquendo de ente ſe manifeſtante, & de intellectu cognoſcente, & de oratione ſignificante, forma veritatis rectè dicta erit. *Ex Ariſt. lib. præd. de ſubſt. et ex S. Tho. ibidem. Ariſtot. 4. Metaph. cap. 5. text. 27.*

Efficiens veritatis primum eſt Deus, qui omnibus rebus, & entis dedit rationem ſui manifeſtatiuam. Voluit enim quod omne ens, quatenus ens, intellectui ſe manifeſtet. Et quod eſſe ſemper habeat coniunctam rationem manifeſtatiuam ſui ad cognoſcentem. Voluit etiam, quod omne cognoſcens habeat rationem cognoſcitiuam rei manifeſtatæ. Cognitio enim eſt quædam manifeſtatio facta in aliquo cum aduertentia illius. Ideo cognitio eſt quædam manifeſtatio rei cognitæ in cognoſcente. Voluit etiam vt Oratio habeat rationem ſignificatiuam alterius rei. Ideo per orationem plurima à nobis ſignificata ſunt. Et horum omnium Deus cauſa eſt prima, Cauſa autem immediata poſſunt eſſe lumen, ſpecies, ſiue ſenſibilis, ſiue intelligibilis. Lumen enim deſeruit ad manifeſtationem, quia mediante lumine ſpecies formantur. Ipſæ vero ſpecies rei ſimilitudinem efficiunt, *S. Th. ibi. art. 1. & ſeq.*

Digitized by Google

Intellectus etiam aliquo modo veritatis cauſa eſt, & præcipuè diuinus intellectus, cui omnes veritates conformes ſunt.

Ex S. Th. ibid. q. 16. et 17. Circa finem veritatis mihi videtur, quod quadruplex ſit; & primus, eſt reſpectu Dei; ſecundus, reſpectu mundi; tertius, reſpectu intellectus; quartus, reſpectu voluntatis: Reſpectu Dei finis veritatis eſt *Ex Conc. ſeſſ. 6. c. 7.* gloria Dei. Hæc enim gloria eſt finis principalis mundi, & omnis entis. In creatione enim mundi, Deus habuit pro fine immediato ſuæ bonitatis communicationem. Hæc communicatio habuit pro fine manifeſtationem eiuſdem bonitatis. Communicatio .n. propriè, & per ſe rem communicatam manifeſtat; Hæc manifeſtatio notitiã pro fine habet. Quod enim manifeſtatur, ideo manifeſtatur, vt cognoſcatur. Quæ enim volumus ſciri, manifeſtamus: quæ nolumus ſciri, occultamus. Hæc notitia cum eſt de re excellenti, habet pro fine laudem: Excellentia enim per ſe, & propriè digna eſt laude. Gloria autem nihil eſt aliud, quam clara cum laude notitia; Ideo veritas per ſe, & propriè, erit ordinata ad gloriam Dei, & ad ignominiam peccatorum, & malorum, quorum peccata, & mala opera ad ignominiam manifeſta fiunt.

Veritas reſpectu mundi habet pro fine quaſi quod- *S. Th. 1. p. q. 16.* dam commercium inter rès mundi, ex eo enim quod ſingulæ res apparent, & manifeſtant ſe alijs, & præcipuè intellectui, conſurgit quædam communicatio rerum inter ſe; dum vna alteri manifeſtat ſe, vel amicam, & conformem, vel inimicam, & contrariam, vnde oritur proportio, conuenientia, connexio, vnio, & mutua actio, vel paſſio, quæ a veritate res manifeſtante proueniunt.

Intellectus, & illius perfectio eſt finis veritatis. Ve- *S. Th. 1. p. q. 16. ar. 3* ritas enim eſt obiectum illius, & cognitio, ſeu contemplatio, ſeu viſio veritatis, eſt perfectio, & felicitas intellectus; ideo veritas habet pro fine perficere intellectum.

Voluntas etiam, & illius perfectio, atque felicitas, *S. Th. ibi. art. 4.* eſt finis veritatis; Cum enim felicitas voluntatis poſita ſit in poſſeſſione veri boni, & priuatione veri ma-

lis

ſi; Sola autem veritas manifeſtat verum bonum, & verum malum; ſequitur, quod ipſa voluntati proponat veram felicitatem, quia docet, quid boni appetat, & quid mali fugiat.

Cap. 3. De multiplici diuiſione Veritatis.

VEritas multis modis diuidi poteſt.

Reſpectu enim formæ ſic diuidi videtur. Veritas alia eſt manifeſtatiua alia cognoſcitiua, alia ſignificatiua. Seu alia eſt in re, alia in intellectu, alia in oratione, vt dictum eſt. Veritas enim genus analogũ eſt. Cuius primum analogatum eſt veritas obiectiua, quia ex eo, quod res eſt, vel non eſt, ait Ariſt. Oratio, & cognitio dicitur vera, vel falſa. *S. Th. 1. p q. 16. et 17.*

Veritas obiectiua alia eſt naturalis, alia ſupernaturalis. Naturalis alia eſt Logica. Alia Phyſica, alia Metaphyſicalis, alia artificialis. Demum iuxta eſſe, quod habent res, veritas ipſa diuidi poteſt. Veluti verum eſt, quod Chimera eſſe fictum habet. *ibid.*

Veritas etiam reſpectu intellectus dicitur certa, & incerta, clara, vel obſcura, facilis, vel difficilis; neceſſaria, vel contingens, probata, vel non probata. *Ariſtot. 1. lib. poſt. cap. 26.*

Reſpectu voluntatis veritas dicitur eſſe tum boni, tum mali, tum virtutis, tum vitij; tum voluptatis, tum doloris, tum felicitatis, tum miſeriæ, & alia. *ibi. q. 16. artic. 4. S. Thom.*

Cap. 4. De vero.

VErum dicitur illud, quod habet veritatem. Sic album dicitur, quod habet albedinem: Sicut autem album duo dicit, nempè albedinem, & rem, quæ dicitur alba, veluti nix; ita verum dicit tum veritatem, tum rem illam, cui veritas ineſt, ſiue hæc ſit obiectum vel intellectus, vel oratio. *Ariſtot. de præd. ſubſtantia.*

Cap. 5. De proprietatibus veritatis, et veri.

ARiſtoteles aliquas de vero proprietates affirmat. Prima eſt hæc. Vero omnia, quæ competunt, conſona ſunt. A falſo autem cito ipſum diſcrepat verum. *Ethi lib. 1. cap. 8.*

rum. Quod mihi videtur ſic poſſe intelligi. In quacū-que re mundi plura poſſunt conſiderari, veluti decem iam dicta, finis, operatio finalis, principium productiuum, materia, forma, & accidentia illorum, item efficiens exiſtentia, & alia, quæ omnia, ſi vera ſunt, inter ſe conſona ſunt. Si autem vnum dictorum ſit falſum, cito diſcrepat ab alijs, quæ vera ſunt. Veritas ergo veritati conſona eſt.

ex lib. prædi. cap. de ſubſt.

Poteſt etiam dici ſic: Veritas manifeſtat rem ſicuti eſt; ideo manifeſtat exiſtentiā rei cum omnibus ſuis circumſtantijs, veluti ſi Socrates in tali hora, in tali loco, in tali modo, ſedet, vel cęnat, vel ſcribit; tunc ad veritatem conſtituendā omnia dicta concordātia eſſe debent. Quod ſi vna tantum circumſtantia ſit falſa, tunc cito veritas ab illa diſcordabit, quia non manifeſtatur res ſicuti eſt.

Ari. ibid.

Secunda eſt, impoſſibile eſſe, quod veritas veritati contraria ſit. Si enim plures ſint veritates, & ſingulæ manifeſtant eſſe, quod eſt, ergo omnes conueniunt in manifeſtando quod eſt, & vna non ponit contrarium eius, quod alia ponit, quia omnes ponunt eſſe, quod eſt. Confirmatur: Si vna veritas debet eſſe contraria alteri, neceſſe eſt, quod vna manifeſtet contrarium eius, quod ab alia manifeſtatum eſt: Demus ergo quod vna de Socrate manifeſtet, quod eſt, veluti tali hora ſedere, ſi alia debet manifeſtare contrarium, neceſſe eſt, vt dicat, Socratem non ſedere. Vel ergo vtrumque eſt verum de Socrate, nempe tali hora ſedere, & non ſedere, & hoc ſi eſt ſequitur, quod idem ſimul poſſit eſſe, & non eſſe, quod eſt impoſſibile. Si vnum tantum eſt verum, ergo veritas non poteſt eſſe contraria veritati. Amplius ſi veritas poteſt eſſe contraria veritati, ergo contradictoria poſſunt eſſe ſimul vera, quia vna contradictoria dicit contrarium eius, quod alia dicit. At hoc impoſſibile eſt, ergo.

Ari. 4. Metaph. c. 5. tex. 27. & alibi.

Ariſt. 4. Metap. c. 1. & ſeq. & cap. 5.

Tertia proprietas eſt; ſola falſitas eſt contraria veritati. Patet, Veritas dicit eſſe, quod eſt, non eſſe, quod non eſt. Falſitas dicit contrarium, non eſſe quod eſt, & eſſe, quod non eſt: ergo contraria ſunt.

Ariſtot. 1. perih. et 4. Meta. c. 5. S. Th. 1. p. q. 17.

Quarta

Digitized by Google

Quarta eſt hæc. Impoſſibile eſt, quod ex vero ſequatur falſum; ita omnes ſapientes affirmant, & in hoc fundatur demonſtratio, quæ ducit ad impoſſibile. Probat Ariſt. Si maior, & minor ſit vera, neceſſario ſequitur concluſio vera; ergo ex vero non poteſt ſequi falſum. Confirmatur; Si ex vero poteſt ſequi falſum; ergo nulla erit demonſtratio, uel certa probatio, quod falſum eſt; quia omnes dari ſcientiam fatentur. Idem probatur ab Ariſtotele in libro Priorum. Confirmatur; Veritas dicit eſſe, quod eſt, & ſicuti eſt; ergo dicit omnia illa eſſe quę neceſſariam habent connexionem cum eo, quod eſt, & dicit omnia illa non eſſe; quę eſſe cum eo, quod eſt impoſſibile ſit. Veluti, ſi nunc vere dicitur Dies eſt: omnino neceſſe eſt dicere, quod ſol ſit ſuper terram, & quod non ſit infra terram; ergo impoſſibile eſt, quod ex vera exiſtentia vnius, ſequatur falſa non exiſtentia alterius, vel e contra, ex vera non exiſtentia vnius, ſequatur falſa exiſtentia alterius. Si enim vera eſt exiſtentia diei, vera eſt etiam non exiſtentia noctis: & ſi vere eſt non exiſtentia diei, vera etiam erit exiſtentia noctis, & idem in alijs erit. *Ariſt. 1. poſt. c. 6. tex. 17.*

Quinta eſt; Ex falſo poſſe ſequi verum; & hoc in probatione ſyllogiſtica ſic; Omne animal viuit; omnis planta eſt animal, ergo omnis planta viuit, minor eſt falſa, & tamen concluſio vera eſt, & ſequitur ex pręmiſſis. *Ariſt. ibi, & 2 priorum c. 2. 3. & 4.*

Sexta, veritas obiectiua vna eſt, probatur. Omne ens eſt vnum, Quia omne, quod eſt, quatenus eſt, vnum eſt, ſed veritas eſt paſſio entis, & dicit eſſe, quod eſt, ergo veritas vna eſt, Sicut enim entia ſunt plurima, & tamen ens vnum eſt, ita plurimæ ſunt veritates, & tamen quia in ſingulis rebus vnum eſt eſſe, vna quoque veritas erit, Ita eſt etiam in vno ente, veluti homine, in quo plurima ſunt, vt exiſtentia, forma, materia, partes integrales, accidentia, finis, efficiens, operationes, potentiæ, & alia, & tamen vnus homo, & vnum ens eſt, ita veritas vna erit, Eſt etiam vna, quia ſingulæ veritates vnum quid dicunt vel eſſe, vel non eſſe. *ex 4. Metaphyſ.*

omnia habet indicia falſitatis : Quod ex dicendis cla rius apparebit

Cap.7. De falſitate

FAlſitas dicitur, quaſi falſa entitas : eſt contraria veritati. S.Th.1.p. q.17.

Sic Definitur : Eſt ratio manifeſtatiua eius, quod non eſt : Item eſt inadæquatio, ſeu diſcrepantia inter intellectum, & rem intellectam. Seu inter orationẽ ſignificantem,& rem ſignificatam, Seu inter apparentiam rei,& realitatem illius.

Falſitas cognoſcitur per veritatem, ſicut priuatio per habitum, Ideo ex dictis de veritate, quid de falſitate dicendum ſit, cognoſcetur.

Cap.8. De cognitione Veritatis.

HÆc tria Ens, Veritas ; & Cognitio veritatis, inter ſe diſtinguuntur. Ens enim eſt principale ſubiectum, Verum eſt paſſio entis, Cognitio eſt actio circa ens, & veritatem illius occupata, Ens ergo eſt obiectum intellectus. Veritas eſt ratio formalis, ſub qua ens fit obiectum intellectus, ſic color, ratio formalis, ſub qua corpora viſibilia fiunt. Cognitio eſt actio in illud. S.Th.1.p. q.16. & 17.

Cognitio ſic poteſt Definiri, Eſt manifeſtatio facta in aliquo cum aduertentia illius, Manifeſtatio enim quæ ſine aduertentia fit in aliquo, vt in aere, vel ſpeculo, non eſt cognitio, Quæ vero fit in ſenſu, vel in intellectu, qui manifeſtationi factæ aduertere poſsũt, cognitio eſt Dicitur autem Manifeſtatio, quia ſine manifeſtatione cognitio eſſe non poteſt. ex S. Tho. 1.p.q.106 art. 1.& 2.2.q.173 art. 2.

Plura autem ad efficiendam cognitionem concurrunt, Primò quidem, obiectum, ſeu ens, Secundo, ratio manifeſtatiua in ente, quæ dicitur veritas, & falſitas, Si enim res manifeſtat quod eſt, illa ratio manifeſtatiua dicitur veritas, veluti ſi aurũ Verum manifeſtat ſe eſſe tale, Si vero manifeſtat, quod non eſt, vt aurum alchimicum, illa ratio manifeſtatiua dici- S.Th. ibi. et 1. par. q.16.

tur

falſitas. Tertiò ſpecies, ſiue intentionalis, ſiue intelligibilis: Quartò, lumen, cuius virtute ſpecies formatæ ſunt: Quintò, potentia receptiua ſimilitudinis, vel ſpeciei: Hæc & alia huiuſmodi ad cognitionem requiruntur.

ex Teol. Lumen eſt quadruplex; Primum naturale; Secundum fidei; Tertium gratiæ; Quartum gloriæ.

Congnitio ergo non eſt res cognita, ſed manifeſtatio rei cognitæ in ſenſu, & intellectu Cognitio enim auri non eſt aurũ; & cognitio Euangelij non eſt Euãgelium, Et voces ſignificantes non ſunt res ſignificatę.

Cap. 9. De vera, & falſa cognitione.

Ariſto. 1. Eth. c. 8. ex S. Tho. vbi ſup. VEritas obiectiua habet omnia conſona; nihil illi contrariatur; ſemper eadem eſt, & perpetua eſt. Veritas autem in cognitione non ita ſe habet, verum enim eſt paſſio entis, & ſemper eſt in ente, & ab illo ſeparari non poteſt, Secus eſt in cognitione, quæ poteſt eſſe vera, & falſa, Cognitio autem vera vna eſt, quia res quoque, & eſſe illius vnum ſunt, Falſa autem cognitio varia nimis eſſe poteſt, Sicut enim via vel linea recta vna eſt, obliquæ vero, & deuiantes plurimæ ſunt, ita eſt de vera, & falſa cognitione, Ex quo colligitur, quod Doctrina, & cognitio Catholicorum vera eſt, Hæreticorum vero falſa.

S. Th. 1. p. q. 46. ibid. q. 17. Cognitio ergo vera, dicitur illa, quæ cognoſcit eſſe quod eſt, & non eſſe, quod non eſt, Falſa eſt illa, quę cognoſcit non eſſe quod eſt, & eſſe quod non eſt.

Quod autem cognitio poſſit eſſe vera, & falſa, omnibus notum eſt.

Aliud eſt ergo Euangelium, aliud congnitio Euangelij Aliud veritas fidei, aliud cognitio veritatis fidei, idem in alijs. Nunc tradendæ ſunt Regulæ quibus vera a falſa cognoſci poſſit.

Cap. 10. Regulæ ad veram cognitionem à falſa diſcernendam.

PRrima Regula ex Ariſt. talis eſt, Veritas obiectiua certiſſima regula eſt ad diſcernendum, an cogni-

Digitized by Google

tio habita de re vera ſit, Ait enim, Ex eo, quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa, Et quod dicitur de oratione debet intelligi de cognitione, & probatur. Vera cognitio, dicitur illa, in qua cognoſcitur eſſe quod eſt, ergo ſi ita eſt in re, ſicuti cognitum eſt, cognitio erit vera, ſi non eſt ita in re cognitio illa falſa erit, ergo veritas cognitionis dependet à veritate rei, ſeu obiectiua, ergo veritas obiectiua erit certiſſima regula, vt vera, & falſa cognitio diſcernatur.

Vſus huius regulæ conſiſtit in hoc, vt per ſenſum, & intellectum examinemus, an ita ſit in re, ſicut à nobis cognitum eſt: Hac regula vtuntur Catholici, qui volentes examinare, quænam ſit vera Eccleſia, qui veri magiſtratus illius, quis textus Biblicus verus quod Euangelium verum, quod Sacrificium, vel Sacerdotium verum, quæ Sacramenta vera, & alia, obſeruant, an hæc in Eccleſia Catholica, & nunc, & ante hæreticos reperiantur, Et videntes dicta ſemper in Eccleſia fuiſſe, vt ſenſui patet, concludunt veram eſſe Chatholicam Doctrinam, ſeu cognitionem, quia clare vident ita eſſe in re, ſicut ab illis cognitum eſt. E contra verò hæretici faciunt, qui volentes omnia innouare, deſpiciunt antiquitatem, Nolunt obſeruare quid ſit in re, clarè enim vident ante ipſos in Eccleſia fuiſſe Sacrificium Miſſæ, Sacerdotium, Sacramenta in illa eſſe ſeptem, Dari primatum Romani Pontificis, & alia, ideo per Definitionem falſæ cognitionis poteſt probari, quod illorum cognitio falſa ſit, Si enim illa cognitio eſt falſa, quæ aliter cognoſcit, quam ſit in re, & hæretici aliter de Eccleſia, & de Euangelio cognouerunt, quam eſſet in re, Catholici vero cognouerunt vt erat, & eſt in re, ergo cognitio hæreticorum falſa, Catholicorum vera eſt.

Secunda Regula eſt Logica, Hæc enim docet, vt verum, & falſum in cognitione diſcernatur, Hac autem in hoc opere vtemur, vt veritas Catholica cognoſcatur. *Ariſt. lib. præ. & poſter.*

Tertia Regula eſt probatio, Cum enim probatio triplex ſit, Certa, Probabilis, & Sophiſtica, Si quis oſtendat probationem nullam fieri da cognitione, *Ariſt. lib. poſt. Topic Elenchor.*

S. Th. ibi. Ariſtot. in lib. prædic. de ſubſtantia. Ari. 4. Metaphyſ. cap. 5. tex. 27.

Secunda Definitio eſt hæc. Veritas eſt ratio manifeſtatiua eius, quod eſt, id eſt manifeſtat eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt. Duo enim in quolibet ente ſiue reali, ſiue rationis, ſiue ficto, ſiue naturali, ſiue artificiali, ſiue morali, ſiue ſupernaturali, repeciuntur. Vnum eſt eſſentia, ſeu entitas illius, aliud eſt eſſe. Eſſe autem eſt modus eſſentiæ; Et res magis dicuntur entia per eſſe, quam per eſſentiam; Chimera enim eſſentiam habet determinatam; ſed quia talis eſſentia non habet eſſe, ideo chimera non dicitur ens, ita roſa in Hieme, quando eſt in potentia, & non habet eſſe in re, non dicitur ens; in Vere autem cum habet eſſe, dicetur eſſe ens. Ens ergo dicitur illud, quod eſt, quia dicit tum eſſentiam, tum eſſe ſimul coniuncta, Eſſentia enim poteſt dici illud, quod eſt. Eſſe autem rectè dicetur illud quo eſſentia eſt, veluti eſſentia roſæ tunc eſt, cum in Vere a parte rei habet eſſe. Veritas ergo dicitur eſſe manifeſtatiua tum eſſentiæ, tum eſſe. ſed principalius eſſe, quia manifeſtat eſſe, quod eſt, & non eſſe quod non eſt, vt dictum fuit.

Ex S. Th. ibid. Art. ibid.

S. Th. 1. p q. 16. art. 1. & ſeq.

Tertia eſt communis. Veritas eſt adæquatio inter intellectum, & rem intellectam. Et S. Thomas per intellectum intelligit diuinum, ſaltem principalius, licet etiam veritas per ſe obiectum ſit intellectus creati. Hæc Definitio idem dicit quod prima, & ſecunda. Cum enim res intellecta ſit ens, & veritas ſit ratio ordinatiua entis ad intellectum, & hęc ordinatio in hoc poſita eſt, quod ex vna parte ens manifeſtet ſe intellectui ſecundum quod eſt, ex alia vero intellectus cognoſcat de re eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt, ſequitur, quod adæquatio inter intellectum, & rem intellectam explicet ea, quæ tum in prima, tum in ſecunda Definitione dicta ſunt.

Cap. 2. De quattuor cauſis veritatis.

S. Th. ibid.

VEritas propriè loquendo non eſt ens, ſed paſſio entis.

Ibid.

Materia ergo veritatis erit illud, quod dicitur verũ.

Sicut

Sicutenim materia albedinis eſt omne, quod dicitur album, vt paries, & nix. Ita materia, ſeu ſubiectum veritatis eſt illud, quod per ſe dicitur verum. Tria autem ſunt, quæ dicuntur vera, nempè, Ens, Intellectus, ſeu illius cognitio, & Oratio. Ens enim dicitur verum Cognitio vera, & Oratio vera. Ideo hæc tria ſubiectũ ſunt, ſeu materia, in qua veritas poſita eſt.

Forma veritatis eſt, quod ſit ratio manifeſtatiua concordans cum re manifeſtata. Hæc enim concordantia, & conuenientia manifeſtantis cum re manifeſtata veritas appellatur. Hæc autem manifeſtatio triplex eſt. Prima in rè, ſeu obiecto. Secunda in intellectu, vel ſenſu cognoſcente. Tertia in oratione ſignificante. Veritas in re, & obiecto dicitur. Ratio à parte rei manifeſtatiua eius quod eſt, veluti aurum verum manifeſtat ſe eſſe tale. Veritas in intellectu poteſt ſic Definiri. Eſt ratio cognoſcitiua eius, quod eſt. Veritas in Oratione dicitur. Ratio ſignificatiua eius, quod eſt. Illa igitur adæquatio, ſeu conformitas, ſeu conuenientia, quę eſt inter manifeſtantem, & rem manifeſtatam, loquendo de ente ſe manifeſtante, & de intellectu cognoſcente, & de oratione ſignificante, forma veritatis rectè dicta erit. *Ex Ariſt. lib. præd. de ſubſt. et ex S. Tho. ibidem. Ariſtot. 4. Metaph. cap. 5. tex. 27.*

Efficiens veritatis primum eſt Deus, qui omnibus rebus, & entis dedit rationem ſui manifeſtatiuam. Voluit enim quod omne ens, quatenus ens, intellectui ſe manifeſtet. Et quod eſſe ſemper habeat coniunctam rationem manifeſtatiuam ſui ad cognoſcentem. Voluit etiam, quod omne cognoſcens habeat rationem cognoſcitiuam rei manifeſtatæ. Cognitio enim eſt quædam manifeſtatio facta in aliquo cum aduertentia illius. Ideo cognitio eſt quædam manifeſtatio rei cognitæ in cognoſcente. Voluit etiam vt Oratio habeat rationem ſignificatiuam alterius rei. Ideo per orationem plurima à nobis ſignificata ſunt. Et horum omnium Deus cauſa eſt prima, Cauſa autem immediata poſſunt eſſe lumen, ſpecies, ſiue ſenſibilis, ſiue intelligibilis. Lumen enim deſeruit ad manifeſtationem, quia mediante lumine ſpecies formantur. Ipſæ vero ſpecies rei ſimilitudinem efficiunt, *S. Th. ibi. art. 1. & ſeq.*

 Intel-

Intellectus etiam aliquo modo veritatis cauſa eſt, & præcipuè diuinus intellectus, cui omnes veritates conformes ſunt.

Ex S. Th. ibid. q. 16. et 17. *Ex Conc. ſeſſ. 6. c. 7.* Circa finem veritatis mihi videtur, quod quadruplex ſit; & primus, eſt reſpectu Dei; ſecundus, reſpectu mundi; tertius, reſpectu intellectus; quartus, reſpectu voluntatis: Reſpectu Dei finis veritatis eſt gloria Dei. Hæc enim gloria eſt finis principalis mundi, & omnis entis. In creatione enim mundi, Deus habuit pro fine immediato ſuæ bonitatis communicationem. Hæc communicatio habuit pro fine manifeſtationem eiuſdem bonitatis. Communicatio .n. propriè, & per ſe rem communicatam manifeſtat; Hæc manifeſtatio notitiā pro fine habet. Quod enim manifeſtatur, ideo manifeſtatur, vt cognoſcatur. Quæ enim volumus ſciri, manifeſtamus: quæ nolumus ſciri, occultamus. Hæc notitia cum eſt de re excellenti, habet pro fine laudem: Excellentia enim per ſe, & propriè digna eſt laude. Gloria autem nihil eſt aliud, quam clara cum laude notitia; Ideo veritas per ſe, & propriè, erit ordinata ad gloriam Dei, & ad ignominiam peccatorum, & malorum, quorum peccata, & mala opera ad ignominiam manifeſta fiunt.

S. Th. 1. p. q. 16. Veritas reſpectu mundi habet pro fine quaſi quoddam commercium inter rès mundi, ex eo enim quod ſingulæ res apparent, & manifeſtant ſe alijs, & præcipuè intellectui, conſurgit quædam communicatio rerum inter ſe; dum vna alteri manifeſtat ſe, vel amicam, & conformem, vel inimicam, & contrariam, vnde oritur proportio, conuenientia, connexio, vnio, & mutua actio, vel paſſio, quæ a veritate res manifeſtante proueniunt.

S. Th. 1. p. q. 16. ar. 3 Intellectus, & illius perfectio eſt finis veritatis. Veritas enim eſt obiectum illius, & cognitio, ſeu contemplatio, ſeu viſio veritatis, eſt perfectio, & felicitas intellectus; ideo veritas habet pro fine perficere intellectum.

S. Th. ibi. art. 4. Voluntas etiam, & illius perfectio, atque felicitas, eſt finis veritatis; Cum enim felicitas voluntatis poſita ſit in poſſeſſione veri boni, & priuatione veri mali

ſi;Sola autem veritas manifeſtat verum bonum,& verum malum;ſequitur,quod ipſa voluntati proponat veram felicitatem,quia docet,quid boni appetat, & quid mali fugiat.

Cap. 3. De multiplici diuiſione Veritatis.

VEritas multis modis diuidi poteſt.

Reſpectu enim formæ ſic diuidi videtur. Veritas alia eſt manifeſtatiua alia cognoſcitiua, alia ſignificatiua. Seu alia eſt in re, alia in intellectu, alia in oratione, vt dictum eſt. Veritas enim genus analogũ eſt. Cuius primum analogatum eſt veritas obiectiua, quia ex eo, quod res eſt, vel non eſt, ait Ariſt. Oratio,& cognitio dicitur vera, vel falſa. *S.Th. 1. p q.16.et 17.*

Veritas obiectiua alia eſt naturalis, alia ſupernaturalis. Naturalis alia eſt Logica. Alia Phyſica, alia Metaphyſicalis, alia artificialis. Demum iuxta eſſe, quod habent res, veritas ipſa diuidi poteſt. Veluti verum eſt, quod Chimera eſſe fictum habet. *ibid.*

Veritas etiam reſpectu intellectus dicitur certa, & incerta, clara, vel obſcura, facilis, vel difficilis; neceſſaria, vel contingens, probata, vel non probata. *Ariſtot. 1. lib. poſt. cap. 26.*

Reſpectu voluntatis veritas dicitur eſſe tum boni, tum mali, tum virtutis, tum vitij; tum voluptatis, tum doloris, tum felicitatis, tum miſeriæ, & alia. *ibi. q. 16. artic.4. S. Thom.*

Cap. 4. De vero.

VErum dicitur illud, quod habet veritatem. Sicut album dicitur, quod habet albedinem. Sicut autem album duo dicit, nempè albedinem, & rem, quæ dicitur alba, veluti nix; ita verum dicit tum veritatem, tum rem illam, cui veritas ineſt, ſiue hæc ſit obiectum vel intellectus, vel oratio. *Ariſtot. de præd. ſubſtantia.*

Cap. 5. De proprietatibus veritatis, et veri.

ARiſtoteles aliquas de vero proprietates affirmat. Prima eſt hæc. Vero omnia, quæ competunt, conſona ſunt. A falſo autem cito ipſum diſcrepat verum. *Ethi lib. 1. cap. 8.*

tum. Quod mihi videtur ſic poſſe intelligi. In quacũque re mundi plura poſſunt conſiderari, velutidecem iam dicta, finis, operatio finalis, principium productiuum, materia, forma, & accidentia illorum, item efficiens exiſtentia, & alia, quæ omnia, ſi vera ſunt, inter ſe conſona ſunt. Si autem vnum dictorum ſit falſum, cito diſcrepat ab alijs, quæ vera ſunt. Veritas ergo veritati conſona eſt.

ex lib. prædi. cap. de ſubſt. Poteſt etiam dici ſic: Veritas manifeſtat rem ſicuti eſt; ideo manifeſtat exiſtentiã rei cum omnibus ſuis circumſtantijs, veluti ſi Socrates in tali hora, in tali loco, in tali modo, ſedet, vel cenat, vel ſcribit; tunc ad veritatem conſtituendã omnia dicta concordãtia eſſe debent. Quod ſi vna tantum circumſtantia ſit falſa; tunc cito veritas ab illa diſcordabit, quia non manifeſtatur res ſicuti eſt.

Ari. ibid. Secunda eſt, impoſſibile eſſe, quod veritas veritati contraria ſit. Si enim plures ſint veritates, & ſingulæ manifeſtant eſſe, quod eſt, ergo omnes conueniunt in manifeſtando quod eſt, & vna non ponit contrarium eius, quod alia ponit, quia omnes ponunt eſſe, quod eſt. *Ari. 4. Metaph. c. 5. tex. 27. & alibi.* Confirmatur: Si vna veritas debet eſſe contraria alteri, neceſſe eſt, quod vna manifeſtet contrarium eius, quod ab alia manifeſtatum eſt: Demus ergo quod vna de Socrate manifeſtet, quod eſt, veluti tali hora ſedere, ſi alia debet manifeſtare contrarium, neceſſe eſt, vt dicat, Socratem non ſedere. Vel ergo vtrumque eſt verum de Socrate, nempe tali hora ſedere, & non ſedere, & hoc ſi eſt ſequitur, quod idem ſimul poſſit eſſe, & non eſſe, quod eſt impoſſibile. *Ariſt. 4. Metap. c. 1. & ſeq. & cap. 5.* Si vnum tantum eſt verum, ergo veritas non poteſt eſſe contraria veritati. Amplius ſi veritas poteſt eſſe contraria veritati, ergo contradictoria poſſunt eſſe ſimul vera, quia vna contradictoria dicit contrarium eius, quod alia dicit. At hoc impoſſibile eſt, ergo.

Ariſtot. 1. perih. et 4. Meta. c. 5. S. Th. 1. p. q. 17. Tertia proprietas eſt; ſola falſitas eſt contraria veritati, Patet, Veritas dicit eſſe, quod eſt, non eſſe, quod non eſt. Falſitas dicit contrarium, non eſſe quod eſt, & eſſe, quod non eſt: ergo contraria ſunt.

Quarta

Quarta eſt hæc. Impoſſibile eſt, quod ex vero ſequatur falſum; ita omnes ſapientes affirmant, & in hoc fundatur demonſtratio, quæ ducit ad impoſſibile. Probat Ariſt. Si maior, & minor ſit vera, neceſſario ſequitur concluſio vera; ergo ex vero non poteſt ſequi falſum Confirmatur; Si ex vero poteſt ſequi falſum; ergo nulla erit demonſtratio, uel certa probatio, quod falſum eſt; quia omnes dari ſcientiam fatentur Idem probatur ab Ariſtotele in libro Priorum, Confirmatur; Veritas dicit eſſe, quod eſt, & ſicuti eſt; ergo dicit omnia illa eſſe quę neceſſariam habent connexionem cum eo, quod eſt, & dicit omnia illa non eſſe; quę eſſe cum eo, quod eſt impoſſibile ſit Veluti, ſi nunc vere dicitur Dies eſt: omnino neceſſe eſt dicere, quod ſol ſit ſuper terram, & quod non ſit infra terram; ergo impoſſibile eſt, quod ex vera exiſtentia vnius, ſequatur falſa non exiſtentia alterius, vel e contra, ex vera non exiſtentia vnius, ſequatur falſa exiſtentia alterius, Si enim vera eſt exiſtentia diei, vera eſt etiam non exiſtentia noctis: & ſi vere eſt non exiſtentia diei, vera etiam erit exiſtentia noctis, & idem in alijs erit. *Ariſt. 1. poſt. c. 6. tex. 17.*

Quinta eſt; Ex falſo poſſe ſequi verum; & hoc in probatione Syllogiſtica ſic; Omne animal viuit; omnis planta eſt animal, ergo omnis planta viuit, mi nor eſt falſa; & tamen concluſio vera eſt, & ſequitur ex pręmiſſis. *Ariſt. ibi, & 2 priorum c. 2. 3. & 4.*

Sexta, veritas obiectiua vna eſt, probatur. Omne ens eſt vnum, Quia omne, quod eſt, quatenus eſt, vnum eſt, ſed veritas eſt paſſio entis, & dicit eſſe, quod eſt, ergo veritas vna eſt, Sicut enim entia ſunt plurima, & tamen ens vnum eſt, ita plurimæ ſunt veritates, & tamen quia in ſingulis rebus vnum eſt eſſe, vna quoque veritas erit, Ita eſt etiam in vno ente, veluti homine, in quo plurima ſunt, vt exiſtentia, forma, materia, partes integrales, accidentia, finis, efficiens, operationes, potentiæ, & alia, & tamen vnus homo, & vnum ens eſt, ita veritas vna erit, Eſt etiam vna, quia ſingulæ veritates vnum quid dicunt vel eſſe, vel non eſſe. *ex 4. Metaphyſ.*

omnia habet indicia falſitatis: Quod ex dicendis clarius apparebit

Cap.7. De falſitate

FAlſitas dicitur, quaſi falſa entitas: eſt contraria veritati. *S.Th.1.p. q.17.*

Sic Definitur: Eſt ratio manifeſtatiua eius, quod non eſt: Item eſt inadæquatio, ſeu diſcrepantia inter intellectum, & rem intellectam. Seu inter orationẽ ſignificantem, & rem ſignificatam, Seu inter apparentiam rei, & realitatem illius.

Falſitas cognoſcitur per veritatem, ſicut priuatio per habitum, Ideo ex dictis de veritate, quid de falſitate dicendum ſit, cognoſcetur.

Cap.8. De cognitione Veritatis.

HÆc tria Ens, Veritas; & Cognitio veritatis, inter ſe diſtinguuntur. Ens enim eſt principale ſubiectum, Verum eſt paſſio entis, Cognitio eſt actio circa ens, & veritatem illius occupata, Ens ergo eſt obiectum intellectus. Veritas eſt ratio formalis, ſub qua ens fit obiectum intellectus, ſic color, ratio formalis, ſub qua corpora viſibilia fiunt. Cognitio eſt actio in illud. *S.Th.1.p. q.16. & 17.*

Cognitio ſic poteſt Definiri, Eſt manifeſtatio facta in aliquo cum aduertentia illius, Manifeſtatio enim quæ ſine aduertentia fit in aliquo, vt in aere, vel ſpeculo, non eſt cognitio, Quæ vero fit in ſenſu, vel in intellectu, qui manifeſtationi factæ aduertere poſſũt, cognitio eſt Dicitur autem Manifeſtatio, quia ſine manifeſtatione cognitio eſſe non poteſt. *ex S. Tho. 1.p.q.106 art. 1. & 2.2.q.173 art. 2.*

Plura autem ad efficiendam cognitionem concurrunt. Primò quidem, obiectum, ſeu ens. Secundo, ratio manifeſtatiua in ente, quæ dicitur veritas, & falſitas, Si enim res manifeſtat quod eſt, illa ratio manifeſtatiua dicitur veritas, veluti ſi aurũ Verum manifeſtat ſe eſſe tale, Si vero manifeſtat, quod non eſt, vt aurum alchimicum, illa ratio manifeſtatiua dici- *S.Th. ibi. et 1. par. q.16.*

tio habita de re vera ſit, Ait enim, Ex eo, quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa; Et quod dicitur de oratione debet intelligi de cognitione, & probatur. Vera cognitio dicitur illa, in qua cognoſcitur eſſe quod eſt, ergo ſi ita eſt in re, ſicuti cognitum eſt, cognitio erit vera, ſi non eſt ita in re cognitio illa falſa erit, ergo veritas cognitionis dependet à veritate rei, ſeu obiectiua, ergo veritas obiectiua erit certiſſima regula. vt vera, & falſa cognitio diſcernatur.

Vſus huius regulæ conſiſtit in hoc, vt per ſenſum, & intellectum examinemus, an ita ſit in re, ſicut à nobis cognitum eſt: Hac regula vtuntur Catholici, qui volentes examinare, quænam ſit vera Eccleſia, qui veri magiſtratus illius, quis textus Biblicus verus quod Euangelium verum, quod Sacrificium, vel Sacerdotium verum, quæ Sacramenta vera, & alia, obſeruant, an hæc in Eccleſia Catholica, & nunc, & ante hæreticos reperiantur, Et videntes dicta ſemper in Eccleſia fuiſſe, vt ſenſui patet, concludunt veram eſſe Chatholicam Doctrinam, ſeu cognitionem, quia clare vident ita eſſe in re, ſicut ab illis cognitum eſt. E contra verò hæretici faciunt, qui volentes omnia innouare, deſpiciunt antiquitatem, Nolunt obſeruare quid ſit in re, clarè enim vident ante ipſos in Eccleſia fuiſſe Sacrificium Miſſæ, Sacerdotium, Sacramenta in illa eſſe ſeptem, Dari primatum Romani Pontificis, & alia, ideo per Definitionem falſæ cognitionis poteſt probari, quod illorum cognitio falſa ſit, Si enim illa cognitio eſt falſa, quæ aliter cognoſcit, quam ſit in re, & hæretici aliter de Eccleſia, & de Euangelio cognouerunt, quam eſſet in re, Catholici vero cognouerunt vt erat, & eſt in re, ergo cognitio hæreticorum falſa, Catholicorum vera eſt.

Secunda Regula eſt Logica, Hæc enim docet, vt verum, & falſum in cognitione diſcernatur, Hac autem in hoc opere vtemur, vt veritas Catholica cognoſcatur. *Ariſt. lib. pra. & poſter.*

Tertia Regula eſt probatio, Cum enim probatio triplex ſit, Certa, Probabilis, & Sophiſtica, Si quis oſtendat probationem nullam fieri de cognitione, *Ariſt. lib. poſt. Topic. Elenchor.*

 talis

Digitized by Google

talis cognitio pro non probata, & incerta, ſupponi debet. Si autem ſit probata, videndum, An probatio ſit certa, vel probabilis, vel Sophiſtica Si eſt certa; certum etiam erit de veritate cognitionis, Si eſt probabilis, probabile erit, quod cognitio vera ſit. Si Sophiſtica cognitio tamquam falſa exiſtimanda eſt. Qui ergo per Logicam examinat probationes, de vera cognitione poterit iudicare. Et hac Regula in hoc opere nobis vtendum eſt.

ex lib. poſteriorum. Quarta Regula eſt, Ex vna parte examinare proprietates veritatis, ex alia conſiderare, an omnes dictæ proprietates in hac, vel in illa cognitione ſint, & illa erit vera, in qua ſunt, falſa, in qua non ſunt, Et de hoc dictum eſt.

Ariſt. lib. 1. Topic. cap. 8. Quinta eſt examinare, quid de tali re, & illius cognitione iudicent ſapientes, qui magis inſignes ſunt, & quid de illa iudicauerit antiquitas. Quod in Eccleſia præcipuè locum habet, quæ ſemper à Spiritu ſancto edocta fuit. Hac regula vtuntur Catholici examinantes, quid doceat traditio, quid ſenſerint Sancti Patres, Doctores, Scriptores, Concilia, Summi Pontifices, quid vſus, quid conſuetudo, & quid antiquitas, Valdè enim abſurdum eſt cogitare quod Spiritus ſanctus permiſerit omnes Sapientes ante Lutherum, & Caluinum per tot ſecula errare, & à vera cognitione deuiare, facit enim, qui hoc dicit, iniuriã illi. Ideo doctrina Euangelica debet cum doctrina antiquorum comparari, examinari, iudicari Hoc autem hæretici non faciunt, Ipſi ſoli volunt eſſe iudices veritatis, & veræ cognitionis, ideo illorum doctrina nec probabilis, nec veriſimilis eſt.

Cap. 11. De regula, Logica ad examinandam veritatem obiectiuam cuiuſcumque rei.

DAtæ ſunt regulę ad cognoſcendam veritatem, & falſitatem, quæ eſt in cognitione, quæ etiam deſeruient ad veritatem cognoſcendam in oratione; Nunc aliqua Regula danda eſt, perquã veritas obiectiua cognita ſit, Regula autem talis eſt.

Bonum

Bonum, eſt ex integra cauſa, malum autem ex ſingulis defectibus. Senſus eſt, Ad conſtituendam rem veram, & bonam, neceſſe eſt, vt quattuor cauſę illius omnes, & ſingulæ in re veræ, & completæ exiſtant; Ad conſtituendam vero rem malam, vel falſam, ſufficit, quod vna tantum illius cauſa vel falſa, vel mala, vel incompleta ſit, Hæc eſt omnium Philoſoporum ſenrentia. Et probatur ita eſſe, Vnumquodque enim plene vere, complete, perfectè, & bene conſtituitur per quattuor cauſas ſuas, ſi tot cauſas habet, ergo nihil eſt aliud rem eſſe completam, & bonam, & veram, quam habere quattuor cauſas completas, bonas, & veras, ideo qui examinat veritatem dictarum cauſarum, veritatem quoque rei examinaſſe dicendus eſt.

Diony. Areop. de diuio nom. cap. 4. Ariſt. 1. poſt, et phiſic. et Metaphſic. S.Th. 1.2. q.55 ar.4.

Nunc danda eſt Regula Logica ad examinandum, quando cauſæ rei veræ, & bonæ, & Completæ ſint, & Regula talis eſt.

Illæ cauſæ, quæ in prima rei productione a producente rem conſtitutæ, atque determinatæ ſunt, verę, & completæ cauſæ ſunt, & dici debent; Probatur; Omne agens per intellectum, in prima productione rei, ſemper in completa, & adæquata ratione quattuor determinat cauſas rei, nempè finem, materiam, formam, & efficiens; & hoc in omnibus etiam artificialibus, & entibus rationis licet videre; Et in hac cauſarum determinatione ſpecifica rei ſubſtantia poſita eſt; Quia cauſæ rei completæ de ſubſtantia, & completa ratione illius ſunt, Omne autem producens rem, debet ſubſtantialia illius in completa ratione determinare, Determinatio ergo cauſarum facta à primo producente, eſt regula certa ad veras cauſas rei examinandas, & iudicandas, Quę enim rei iam conſtitutæ adueniunt, non ſubſtantialia, ſed accidentalia ſunt; Hinc fit, quod mutatis cauſis, quæ a primo producente determinatæ ſunt; ipſa rei ſubſtantia mutata eſſe dicetur; Et hæc regula valdè notanda eſt.

ex Ariſt. 1.ph. tex. 1 et alibi. Ratio, et ſenſus idē S.Th. vbi ſupra.

Cap.12. De vſu huius Regulæ ad verum Euangelium & veram Eccleſiam dignoſcendam.

NVnc vſum dictæ regulę ad verum Euangelium, & veram Eccleſiam diſcernendam, expedit declarare; Hic vſus ita ſe habet.

Matt. 16. ſeſſ. 4. c. 1. Chriſtus dixit, Aedificabo Eccleſiam meam. Item Chriſtus ore proprio, & propria authoritate promulgauit, ordinauit, inſtituit S. Euangelium. Certum eſt, Eccleſiam, & Euangelium, iuxta genus ſuum, quattuor cauſas habere, & certum eſt, quod omnes, & ſingulæ illorum cauſæ à Chriſto in pręciſa, & completa ratione ordinatæ, atque determinatæ ſunt. Quis enim alius illas determinabit? Amplius neceſſe eſt, quod omnes dictæ cauſæ ſemper à tempore Chriſti vſque ad finem mundi eædem omnio fuerint; nec vnquam ab aliquo potuerint, mutari, quia Regnum Chriſti idem numero cum Eccleſia, & Euangelio perſeuerat vſque ad finem mundi, His ita poſitis, ſequitur hæc concluſio.

arg. ex Ariſt. lib. 1. polit. c. 1. et lib. 2. c. 1. et 2. vbi de identitate ciuitatis. ex Ariſt. arg. ibid. præcipuè. lib. 2. c. 2.

Qui in hoc ſeculo vult examinare, quænam Eccleſia ſit vera, & quod Euangelium ſit verum, neceſſario debet duo examinare, Vnum eſt, An hæc Eccleſia, veluti Catholica, vel Lutherana, habeat quattuor veras cauſas quę à Chriſto in illa fuerunt ordinatæ, Secundò, An dictæ quattuor cauſæ à tempore Chriſti vſque modo in dicta Eccleſia fuerint, ideſt, An dicta Eccleſia fuerit ſemper, & ſemper dictas cauſas habuerit, Et illa Eccleſia, de qua hæc duo verificantur, vera erit, illa de qua non verificantur, falſa.

ex lib. poſter. Modo ponamus, quod Catholici dicant, Hæc duo de Eccleſia Catholica verificantur, E contra Lutherani dicant, Hæc duo non de Catholica, ſed de Lutherana vera ſunt, in hac diſcrepantia, quid Logica docebit? vtique veniendum ad probationes, Et videndum, quænam probatio ita ſit firma, & certa, vt alteri pręualeat, ſui veritatem, & oppoſitæ falſitatem demonſtrando.

ex ſeſſ. 4. c. 1. Quæro lector attende Putaſne hanc probationem

poſſe

poſſe fieri alia ratione, quam per traditionem. Duo enim probanda ſunt de Eccleſia, & de Euangelio. Primo antiquitas; Secundo, continuata per tot ſecula exiſtentia. Nunquid nouitas poterit probare antiquitatem? & continuam exiſtentiam? Nonne implicant nouitas, & antiquitas? Noua, & continuata per tot ſecula exiſtentia? Sola ergo traditio dicta duo probare poteſt. At ſoli Catholici, traditionem affirmant. Hæretici vero negant, ergo ſoli Catholici hanc veritatem probare poſſunt.

Si Lutheranus dicat, probabo per ſcripturam, quod Eccleſia Lutherana ſit vera, & habeat conditiones dictas, Dicam, ſi hoc probas viciſti. Afferas ergo locum Scripturæ, vbi Eccleſia Lutherana nominata ſit, ſicut nos de Eccleſia Catholica articulum fidei adducemus. Si dicat, probabo modo in Eccleſia Lutherana omnia illa eſſe vera, quæ ſacra Scriptura docet in primitiua Eccleſia fuiſſe. Dicam; Et quomodo probabis in illa eſſe Diaconos Sacerdotes, Epiſcopos, Præpoſitos, Apoſtolos, Diſcipulos, Primatum S. Petri, remiſſionem peccatorum, & alia multa, quæ Lutherani negant; Dicam vbi ſunt illa, quæ in primitiua Eccleſia fiebant? Demum nunquam intellexi, quod probatio affirmatiua de dictis ab hæreticis facta ſit. Tota enim illorum intentio ad negatiuas Catholicis veritatibus contrarias probandas directa eſt. Hæc igitur ad veritates Catholicas comprobandas, & ad hæreticas confutandas poterunt deſeruire.

Quia ſcriptura nihil dicit de ſectis hæreticorum, nihil probat de illis.

LIBRI PRIMI DISTINCTIO QVARTA.

De Certitudine, & illius fundamento.

Seſſ.23.in fine.

FINIS huius tractationis eſt, nõ ſolum cognoſcere veritatem de Regno Chriſti, de Eccleſia, de Romano Pontifice, & de S. Euã gelio, ſed ẽt cognoſcere certitudinem veritatis. Cum enim hęretici huius temporis quibuſdã Sophiſticis probationibus conẽtur Doctrinam Catholicam ſubuertere & obtenebrare, optimum medium ad illorum tenebras depellendas erit, ſi per Logicam euidẽs fiat, quod probationes Catholicorum certæ, hęreticorum vero Sophiſticę, & neque Topicæ, aut probabiles ſunt. Quia autem hoc fieri non poteſt, niſi prius de certitudine, & illius fundamẽto tractetur, de illa modo dicendum eſt.

Cap.1. De vera, et falſa certitudine.

Ethic. lib. 7.c.3. & c.9.

ARiſtoteles docet, dari veram, & falſam certitudinem. Falſa eſt illa, quæ errat. Errat autem ſi falſum pro vero, vel dubium pro certo tenet. Impoſſibile eſt enim, quod cognitio falſa poſſit eſſe certa, Et quod de re verè, & realiter dubia poſſit quis veram certitudinem obtinere. Probatur autem dari falſam certitudinem. Heraclius enim philoſophando

Ethic. lib. 7.c.3.

errabat, & illius doctrina, vel cognitio certa non erat, & tamen ait Ariſtoteles, ita in ſua ſententia firmus erat, ac ſi, quod optinabatur, veriſſimum eſſet. Idem modo faciunt hæretici: Errant enim circa fidem, & tamen ita pertinaciter, & firmiter adherent ſuis erroribus,

roribus,ac ſi certiſſima veritas pro illis eſſet.

Vera autem certitudo eſt illa,quæ non errat,ſed ue ra pro veris,& certa pro certis,& hoc cum ſolido fun damento cognoſcit. De vera ergo, & non vera certitu dine modo dicendum eſt. *ibid.c.3. et 9.*

Cap. 2. De conſtantia, inconſtantia,pertinacia, et temeritate.

Expedit explicare aliquos terminos,qui ad cognoſcendam certitudinē,& illius effectus deſeruiūt.

Conſtantia in ſuſcepta ſententia veræ certitudinis effectus proprius eſt. Qui enim certo aliquid cognoſcit,conſtanter,& firmiter in illa cognitione perſeuerat. Conſtans autem dicitur quaſi immobiliter ſtans. Et eſt ille,qui a certa cognitione non recedit. *ex Ariſt. ibid.*

Inconſtans eſt ille,qui à ſuſcepta certa cognitione de facili recedit,& ſolet etiam dici leuis, quia flante leni uento,de loco vbi erat diſcedit. *Ariſt.ibid.*

Temerarius eſt,qui in cognoſcenda rei veritate, & certitudine nimium ſibi tribuit,& præcipitat ſine fūdamento iudicium,vel ſententiam,quod res non vera vel non certa,vera,& certa ſit. *ibid.*

Pertinax eſt ille,qui cum errauerit in rei cognitione,ſi ab aliquo illi oſtendatur cum firma ratione, ac fundamento certa veritas,renuit acquieſcere, & contra veritatem manifeſtatam vult in ſua ſententia permanere. *ibid.c. 9.*

Exempla huiuſmodi eſſe poſſunt. Si Catholicus ſequens fidem Eccleſiæ,quæ non poteſt errare, non audiat hæreticos noua,& vana proponentes, velitq. in fide Catholica permanere,iſte dicetur eſſe conſtās. Quod ſi aliquis Catholicus audiens Sophiſticas hæreticorum argumentationes à Catholica doctrina antiqua recedat,vt nouitatem ſequatur, iſte inconſtans eſſe dicetur,quia à veritate ad errorem de facili, & ſine cauſa tranſit.

Quod ſi quis hæreticus tantum ſibi arroget,vt præſumat in Eccleſia contra antiquitatem nouam fidem, & nouum Euangelium antiquis preferre, eſſe petu- *Seſ.4.c.2.*

lans,audax,& temerarius dicetur. Ita ſi quis temere illi credat.

Ariſt.Eth. lib.7.c.3. & 9. Pertinax autem hæreticus erit,ſi authoritati Eccleſiæ,quæ docet,& probat contrarium,acquieſcere nolit.Pertinacia enim quædam falſa firmitas eſt.

Cap. 3. De fine certitudinis.

Ariſt. ibi. et lib. 1. poſter. Finis certitudinis eſt perficere intellectum, & cognitionem illius.Effectus enim illius eſt rectè in intellectu firmare cognitionem. Hinc ſequitur, quod certitudo per ſe,& propriè eſt cauſa conſtantiæ, & vbi eſt certitudo,ibi eſt conſtantia. Eſt etiam cauſa, vt abſit inconſtantia,&temeritas,& pertinacia.Quia veritas cum certitudine cognita effectus iam dictos producit.

Cap. 4. De Definitione veræ certitudinis.

ex Ariſt. lib.7. Eth. c.3.et 9. Certitudo poteſt habere plures Definitiones. Prima eſt hæc.Certitudo eſt firma adhæſio intellectus ad rem intellectam, id eſt cum intellectus firmiter credit ita eſſe in re,ſicut ab ipſo cognitum eſt tunc dicitur habere certam cognitionem. Hæc autem non eſt Definitio veræ certitudinis, quia poteſt conuenire etiam falſæ:Heraclitus enim, item hæretici,& plurimi errantes,vt ait Ariſtoteles, & experientia docet,hanc habent firmitatem cognitionis, ſed hæc firmitas nec conſtantia,nec certitudo,ſed error,vel pertinacia dicenda eſt.

Ariſt.ibid. Secunda Definitio ex Ariſtotele videtur eſſe talis. Certitudo eſt indubitata cognitio,quod res non poſſit aliter ſe habere,quam à nobis cognitum ſit.Et dicit idem quod præcedes;ideo non eſt vera.Heraclitus enim,& hæretici putant ſe habere hanc indubitatam cognitionem,cum tamen ita non ſit.

Ariſtot. 1. poſt.c.2.6. et 26. Tertia eſt talis ex Ariſtotele. Certitudo eſt clara notitia,quod ita ſit in re,ſicut a nobis cognitum eſt. Et eſt completa. Declaratur. Quis videt Titium in meridiè propè ſedentem tali hora. Hic quia habet claram

claram notitiam, quod ita ſit in re, ſicut ab ipſo cogni tum eſt, certam dicetur habere cognitionem. Quod ſi in nocte, vel a longe videat illum; tunc quia non habet claram notitiam quod ita ſit in re, ſicut ipſe cognoſcit, certus non erit.

Quarta eſt hæc. Certitudo eſt firma, & bene fundata adhæſio intellectus ad rem intellectam. Et conuenit fidei, ac ſcientiæ. Et vera eſt. Quia certitudo vera abſque firmo fundamento eſſe non poteſt, de quo mo do dicetur. *ibid. Ariſt. 2. poſt. & 7. Ethic.*

Cap. 5. De cauſis certitudinis.

FInis eſt iam dictus, nempè perficere intellectum, & firmare cognitiones illius. *Ariſt. ibid.*

Materia certitudinis eſt cognitio. Sicut enim nix di citur alba, ita cognitio dicitur certa. Intellectus etiam aliquo modo eſt materia, quia per certitudinem in co gnitione firmatur. *Ariſt. ibid.*

Forma eſt illa firmitas, quæ aduenit intellectui, & cognitioni. *ibid.*

Efficiens poteſt eſſe triplex. Primo obiectum, vel neceſſarium, vt Deum eſſe, vel clarum, vt Solem eſſe; Secundo euidentia tum ſenſus, tum intellectus; Tertio authoritas dicentis, nempè dictum illius, qui in di cendo non poteſt errare. Si enim cælum ſit incorrupti bile, certus quis erit de exiſtentia illius. Si etiam clarè videam Titium nunc ſedentem, certus ero, quod ſedeat. Et ſi Deus aliquid dixit, certò creditur ita eſſe, ſi cut ab illo dictum eſt. *Ariſtot. 1. poſt. Cat. 1. p. c. 1.*

Cap. 6. De incertitudine, & dubietate.

INcertitudo, & dubietas cognoſcitur ex dictis: Eſt enim cognitio carens certitudine. Eſt incerta cognitio quod res poſſit aliter ſe habere, quam a nobis cognitum ſit. Eſt debilis, vel non bene fundata adhæſio intellectus ad rem intellectam. *ex Ariſt. ibid. & lib. Topic.*

Cauſa efficiens illius ſunt. Primò, ſola probabilitas, vel poſſibilitas, vel obſcura apparentia in obiec- *ibidem, & lib. Topic.*

to. Secundò, non clara viſio ſenſus & intellectus; Tertiò, dictum eius, qui poteſt in dicendo mentiri.

Cap. 7. De fundamento certitudinis.

NVnc de fundamento certitudinis eſt dicendum. Eſt autem triplex.

Ariſt. 1. poſter. per totum. Primum eſt neceſſitas obiectiua. Hæc enim ſit ſit cognita ab intellectu, firmat cognitionem illius, quia facit illum certum, quod res non poſſit aliter ſe habere, quam ab ipſo cognitum ſit. Si enim intellectus cognoſcit cęlum eſſe incorruptibile, ſciet, quod cognitio, quam ipſe habet de exiſtentia cæli, nõ poſſit falli in re, quia non eſt poſſibile, quod cęlum nõ ſit. Idem eſt de propoſitionibus per ſe, vt infra dicetur, quia neceſſariæ ſunt.

Secundum eſt euidentia tum ſenſus, tum intellectus vt omnibus notum eſt. 1. poſt. cap. 24. & 26.

Cate. p. 1. cap. 1. Tertium eſt dictum illius, quem certo ſcimus in dicendo non poſſe errare. Dixi autem certi ſumus, quia ſi non eſt certum, quod non poſſit errare, neque poterit eſſe certitudinis verum fundamentum. Probatur ita eſſe. Vel enim quis poteſt in dicendo mentiri, vel non. Si poteſt mentiri; ergo res poteſt aliter eſſe, quã ab ipſo dictum eſt: ergo non ſum certus, quod res aliter eſſe non poſſit, quam ab ipſo dictum fuit. Ideo impoſſibile eſt, quod certa fides habeatur illi, qui in dicendo poteſt errare. Quod ſi in dicendo non poteſt errare, ergo infallibiliter, & ſemper verum dicit, ergo dictum illius, & veritas ſemper coniuncta ſunt, ergo ſi eſt vnum, eſt & aliud, & ſi cognoſco vnum, ex certo ſigno cognoſco & aliud. Huic ergo dicto certiſſima fides habenda eſt, modo certi ſimus, quod non poſſit errare.

Cap. 8. De duplici certitudine fidei, & euidentiæ.

ex Ariſt. et Catec. ibid. EX dictis colligitur, quod duplex eſt certitudo, vna fidei, alia euidentiæ.

Certitudo enim quæ prouenit ex neceſſitate obiecti om-

ti omnino, vel ad certitudinem fidei, vel euidentiæ reducetur. Quia neceſſe eſt, vt vel per fidem, vel per euidentiam talem obiecti neceſſitatem cognoſcamus.

Certitudo fidei ſic poteſt Definiri. Eſt firma adhæſio intellectus ad rem intellectam, fundata in dicto illius qui in dicendo non poteſt errare. *Catec. p. 1. cap. 1.*

Certitudo euidentiæ ſic Definitur. Eſt firma adhæſio intellectus ad rem intellectam, fundata in clara viſione eius, quod cognitum eſt. Cum enim intellectus, vel ſenſus clarè aliquid vident, de veritate illius rei certi effecti ſunt. *Ariſt. 1. poſt. c. 2. et 24. & 26.*

Incertitudo ſimiliter duplex eſt. Vna fidei habita ei, qui in dicendo poteſt mentiri, ſed ex aliqua parte eſt fide dignus. Alia ineuidentiæ quando res clarè viſa non eſt. In ſcientijs ſola euidentia facit certitudinem, quia, naturaliter loquendo, omnis homo errare poteſt vt Ariſtoteles, & alij, qui humanam ſapientiam profitentur. *Ex locis citatis. Ariſt. 1. poſt. c. 26.*

Cap. 9. De duplici fundamento certitudinis.

SIcut certitudo duplex eſt, nempè iam dicta. Ita fundamentum illius duplex erit. Certitudo enim fidei habebit pro fundamento, dictum illius, qui non poteſt errare. Certitudo euidentiæ ipſammet euidentiam pro fundamento habebit. Quia autem in toto hoc Opere de vtraque certitudine tractatio habenda eſt, expedit, vt de illius fundamento duplici diſtincta cognitio hic ex parte tradita ſit, alibi enim de hoc ſæpius loqui neceſſe eſt. Primo autem dicendum eſt de euidentia, quia certitudo fidei ex aliqua parte euidentiæ certitudinem, vt dicetur, ſupponit. *Ariſt. et Catech. ibid.*

Cap. 10. De euidentia, quid ſit.

EVidentia ſic poteſt, iuxta nominis ſignificationẽ, Definiri. Eſt clara videntia. Seu clara viſio rei. Hæc autem clara uiſio, duo dicit, nempè viſionem & claritatem. Viſio autem dicit immediatam acceptionem *Ari 1. poſt. c. 24. et 26*

tionem

Digitized by Google

tionem ſimilitudinis ab obiecto, ſeu ab ipſa re. Veluti quis immediatè videt leonem; hic dicitur videre illum. Alius videt picturam leonis; hic non dicetur videre leonem, ſed picturam illius, quod ſi dicatur videre leonem, hoc intelligitur fieri mediate per picturam. Claritas dicit præſentiam clari luminis in ordine ad videntem.

ab effectu, et vſu. ex 1. poſt. cap. 14. Hinc fit, vt euidentia ſic poſſit Definiri, Eſt clara, & immediata acceptio cognitionis, vel ſimilitudinis rei ab ipſam, & re. Et declaratur exẽplo. Quis cognoſcit leonem per picturam leonis; non dicitur accipere cognitionem leonis immediatè ab ipſo leone. Si quis autem in nocte, vel a longe videat illum, tunc accipit quidem immediate cognitionem ab ipſo leone, ſed hæc acceptio claræ non eſt. Quod ſi in die, & prope videat leonem, tunc illa cognitio erit accepta ab ipſa re, & clara erit.

Hæc euidentia alia eſt ſenſus, alia intellectus.

Cap. II. De euidentia ſenſus.

Senſus. 1. poſt. c. 24. et 26. Hæc ſenſus euidentia ſic poteſt Definiri. Eſt clara viſio rei habita per ſenſum. Poteſt haberi de re ſimplici, veluti, ignis; item de propoſitione, veluti ignis eſt calidus.

1. poſt. ca. 14. et 2. ca. 18. ex ſcri. Scientiæ ſæpiſſimè fundant ſuam certitudinem in euidentia ſenſus, ideo dicitur. Deficiente vno ſenſu, deficit vna ſcientia.

arg. ex Ariſt. qui ait certitudo ſcientia in ſenſu fundata eſt. 1. poſt. cap. 14. et 2. poſt. c. vlt. experiẽtia Certitudo fidei ſæpè in euidentia ſenſus, ex parte, firmata eſt, veluti. Populus Hebræus habuit euidentiã ſenſus, quod lex à Deo Moyſi data eſt. Apoſtoli per ſenſum habuerunt euidentiam de miraculis Chriſti; Et quod Chriſtus talia verba dixit, talia fecit, & paſſus eſt: veluti mortuus, & crucifixus eſt, & reſurrexit, & in cælum aſcendit. Ita nos modo per ſenſum habemus euidẽtiam. Quod Eccleſia Romana eſt. Et quod in illa eſt Summus Pontifex, & in illa offertur Sacrificium Miſſæ; & Sacerdotes abſoluunt à peccatis, et ſeptem credit eſſe Sacramenta.

De ſectis etiam hæreticorum per ſenſum habemus euiden-

euidentiam, quod ſint,& vbi ſint , & quando inceperint, & quæ non credant, quę credant, quę nouitas, quæ varietas, quæ contrarietas in credendo, & alia multa.

De Textu Biblico per ſenſum plures habemus euidentias, veluti quis ſit Latinus, vel Græcus, vel Hebręus, quis ſit Manuſcriptus, vel impreſſus, antiquus, vel modernus, quo ad Scripturam, quis ab Eccleſia Catholica Romana receptus, & approbatus, Vbi ab hęreticis ſit corruptus, & alia. *experientia.*

Idem de numero, de materia, de forma, & de miniſtris Sacramentorum, idem de magiſtratibus, qui in Eccleſia Romana ſunt, & apud hęreticos non ſunt, qui ſolum miniſtros verbi Dei admittu nt. *experientia.*

Per ſenſum clare videri poteſt, qualis ſit modo Eccleſia Catholica Romana, & qualis fuerit ante Lutherum, & vbi, Ita qualis ſit Eccleſia Lutheri, & Caluini, & aliorum hæreticorum, quia hęc omnia ſenſui nota ſunt, & vanum eſt dicere, quod Eccleſia Catholica nō cognoſcatur, et ignota ſit; Ipſa enim Eccleſia notiſſima eſt, myſteria vero in illa contenta ſenſui nota non ſunt. *experientia.*

Ita Chriſtus vt homo, & actiones illius, vt talis erat, per ſenſum cognoſcebantur, vt autem Deus ſenſui ignotus erat, Idem de alijs multis circa fidem. *ratio.*

Cap. 12. Explicatur, quænam per ſenſum in Regno Chriſti probari poſſint.

HÆC conſideratio eſt maximi momenti, Cum enim inter Catholicos, & hæreticos ſit maxima controuerſia in multis, veluti de vera Eccleſia, de Romano Pontifice, de Magiſtratibus, de Sacramentis, & alijs, Sintque hæretici pertinaces in ſuis erroribus, in remedium dictæ pertinaciæ certa probatio illis facienda eſt, per quam etiam Catholici in vera fide conſtantes effecti erunt, Vt autem hæc certa probatio fiat, ante omnia opus eſt probare, quod ſola Eccleſia Catholica Romana vera eſt, & quod ipſa in rebus fidei, ac morum non poteſt errare Ex hoc *ex Ariſt. lib. 1. poſter. cap. 11. et lib. 2. cap. vltimo.*

enim

enim ſequetur, quod verum Euangelium ſit; quod ab illa propoſitum eſt; Verum hæc probatio non niſi per ſenſum ex magna parte fieri poteſt: Fit enim tali ratione: Ex vna parte probari debet ex Sacra Scriptura, quænam veræ Eccleſię in generali conſideratæ conueniant, & hoc ſenſus præſtare non poteſt; ſed intellectus lumine fidei efficere debet. Ex allia parte debet probari, quod omnia, quæ veræ Eccleſię conueniunt, nunc de ſola Romana verificantur: Et ſectis hæreticorum conueuire non poſſunt; & hæc probatiò per ſenſus euidentiā certiſſima fit ſimili modo.

Maior. Vera Eccleſia habet Diaconos, Sacerdotes, Epiſcopos, & Romanum Pontificem, Et hæc per ſcrpturam probanda eſt.

Minor. Sed ſola Eccleſia Romana dicta habet, Et hæc non poteſt probari per Scripturam reſpectu temporis præſentis, vt ſic conſiderati. Probabitur autem per ſenſum, qui certiſſimè intuetur, in ſola Eccleſia Romana dicta reperiri, apud hæreticos vero nihil dictorum eſſe.

Idem in allis multis erit, veluti, Maior, Eccléſia Catholica ſemper fuit, vt Symbolum docet, Minor, Sed ſola Eccleſia Romana ſemper fuit, Sectæ vero hæreticorum nouæ ſunt, Hęc per ſenſum probatur.

Ita Ecclſia Catholica eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus, At ſola Eccleſia Romana eſt per vniuerſum orbem diſperſa, Hæc per ſenſum probatur.

Ita vera Eccleſia eſt vna, Sola autem Romana eſt vna, patet ſenſui, quia Eccleſię hæreticorum plurimæ & nimis diuerſæ ſunt.

Ita vera fides vna eſt, Sola autem Eccleſia Romana vnitatem hanc in fide habet, quod ſenſui manifeſtum eſt.

Ideo euidentia ſenſus ad certam probationem faciendam maximè prodeſt.

ex Ariſt. 1 poſt c. 14. & 2. poſt. c. vlt. Probatur etiam ratione ſic, Ex eo, quod res eſt, vel non eſt, oratio, & cognitio dicitur vera, vel falſa, ergo ſi volo certam habere congnitionem de veritate orationis, & cognitionis, neceſſe eſt, vt conſiderem,

an

an ita ſit in re, ſicut vel dictum vel cognitum eſt, quod ſi cum euidentia ſenſus cognouero, ita in Eccleſia Romana eſſe in re, veluti quod habeat Sacerdotes, & Epiſcopos, in Sectis vero hæreticorum aperte videam talia non repetiri, ero certus, quod Hæretici falſam Eccleſiam conſtituant, Chatolici autem veram, ideo probatio per ſenſum in multis circa fidem probandis accommodatiſſima eſt.

Cap. 13. De euidentia intellectus.

Euidentia intellectus ſic poteſt Definiri Eſt clara viſio rei habita per intelectum, Eſt triplex iuxta tres operationes intellectus. *ex 1. poſt cap. 26.*

Prima eſt clara viſio rei, ſimplicis, Vt, quid ſit anima. *ex Ariſt. lib. 2. poſt. c. 1. et ſeq. et lib. 1. pertotum.*

Secunda eſt clara viſio propobationum, Veluti, totum eſt maius ſua parte.

Tertia eſt clara viſio argumentationis, Veluti ſi eſt motus, & motor.

De hac tertia cognitione, & illius euidentia in ſequenti diſtiuctione dicendum eſt, Nunc de prima, & ſecunda aliquid eſt dicendum.

Cap. 14. De euidentia ſimplicis rei.

INtellectum cognoſcere res ſimplices, veluti Deum, Angelum, & hominem certum eſt, Omne enim ens eſt verum, & vt tale ab intellectu cognoſcibile eſt, Vtrum autem intellectus à ſeipſo, an à ſenſu accipiat euidetiam rerum ſimplicium, non ita clarum eſt. Entia enim rationis à ſolo intellectu cognoſcuntur, Artificialia etiam ab illo producuntur, Verum dici poteſt, quod euidentia rerum ſenſibilium ab intellectu per ſenſum accipi debet, Hic enim immediate à rebus ipſis accipit cognitionem, Intellectus vero per ſenſum; Certitudo enim prouenit ex hoc, quod euidenter cognoſcatur ita eſſe in re, ſicut ab intellectu cognitũ eſt, Ad ſenſum autẽ ſpectat cognoſcere an ita ſit in re, ſicut ab intellectu cognitum fuit, *Ariſt. 1. poſt. c. 14. et 2. poſt. c. vlt.*

Cap. 15. De euidentia propoſitionum.

HAec euidentia, vt mihi videtur, quattuor modis fit.

Primus per ſenſum; veluti Cęlum eſt, ſol lucet.

1. poſt. en. 4. & 2. eſt cap. 11. poſt. c. 8. Meta. lib. 1. Secundus per declarationem terminorũ, veluti declarato, quid ſit totum, & quid pars; Quid definitio, & quid Definitum. ſtatim apparet, quod totum eſt maius ſua parte; Et quod Definitio vere prædicatur de Definitio.

Tertius ex communi conſenſu ſapientum aliquam propoſitionem tãquam certam affirmantium, veluti quod cauſæ ſint quattuor, Et quod in illis non datur proceſſus in infinitum.

1 poſt c. 6. & 7. Quartus per regulas Logicas de per ſe, & vniuerſali primo, Ariſtoteles enim & alij Sapientes affirmant quod omnes propoſitiones per ſe in primo, vel in ſecundo, vel tertio, vel quarto modo, ſunt neceſſariæ, certæ, & infallibilis veritatis, Et ſcientia ex illis potiſſimum deriuatur, ita vt modi per ſe ſint veluti ſignum certum, & euidens, quod illa propoſitio ſit veriſſima, & pro certa habenda.

Cap. 16. De propoſitionibus per ſe, & illorum euidentia.

MAximè refert, vt euidentia propoſitionum per ſe cognita ſit, Quattuor ſunt modi per ſe, de quibus aliquid breuius eſt dicendum.

poſt. c. 4. tex. 9. Primus continet omnia, quæ ſunt de ſubſtantia, vel de eſſentia rei, Id eſt continet omnia, quæ pertinent ad completam rationem quattuor cauſarum, nempè materiæ, formæ, efficientis, ac finis, Per has enim quattuor cauſas tota ſubſtantia rei completa eſt Hoc autem intelligitur in prima rei productione, Quæ. n. aduenjunt rei iam exiſtenti in actu non ſunt de ſubſtantia rei, quia res abſque ſua ſubſtantia eſſe non poteſt, ideo accidentia erunt Item ad hunc modum reducitur, natura cujuſcumque rei, quia rei primo

ineſt

Digitized by Google

ineſt,& reducitur ad materiam, & formam in ordine ad finem,Ideo hæc cõueniet homini in primo modo per ſe, Subſtantia, corpus, animatum, Anima ſenſitiua, vegetatiua, rationalis, Rationale, corpus, caput,pedes, natura, Exiſtentia reſpectu productionis,conſeruationis, corruptionis, quia hęc tria pertinent ad cauſam efficientem. Idem de alijs eſt. *ibidem.*

Secundus modus continet omnes proprietates, & operationes,quæ ſubſtantiam & eſſentiam, & naturam rei per ſe, & infallibiliter conſequuntur, veluti in homine proprietates ſunt, potentia vegètatiua, ſenſitiua, intellectus, volluntas, memoria, ſenſus, quantitas,figura, eſſe diſciplinæ capax,admiratiuum riſibile Operationes ſunt nutriri,ſentire, intelligere, reminiſci,videre,ſequi, diſcurrere, eſſe grauem, ferri deorſum,manducare, currere, & aliæ ſimiles operationes,quæ per ſe ab eſſentia hominis fluunt; Si enim iſtæ neceſſariò conſequuntur eſſentiam hominis, eſſentia autem hominis neceſſariò eſt cum illo, ſequitur quod iſtæ operationes, & proprietates neceſſariò pro loco, & tempore iuxta finem homini illi conueniet,ideo certum eſt illi conuenire. *ibid.*

Tertius modus dicit exiſtentiam prout eſt modus eſſentiæ, in re enim conſideratur tum eſſentia, tum exiſtentia, Eſſentia dicit primam entitatem rei. Exiſtentia dicit modum,quo dicta entitas à parte rei exiſtit, Cum autem impoſſibile ſit à parte rei ſeparari eſſentiam ab exiſtentia, nunc enim de abſtractione non eſt ſermo,neceſſario ſimul connexæ erunt, ideo tum eſſentia, tum exiſtentia à re ipſa inſeparabilia apud naturam erunt, hæc autem exiſtentia iuxta proprium modum cuiuſcumque rei conſiderari debet

Quartus modus continet cauſas illas,quæ per ſe,& ſecundum ſuam eſſentiam aliquos effectus, vel operationes producunt, Veluti intellectus intelligit, voluntas vult,os loquitur, oculus videt, muſicus canit, & ſimilia, quæ ex propria ſua natura tales operationes producunt,& ad illas producendas per ſe à primo efficiente ſunt ordinatę, Tales enim cauſæ ex propria natura ad ſuos effectus neceſſariam relationem, & *ibid.*

connexionum habent, ideo cum certitudine cognoſcitur, quod inter ſe talem connexionem habent.

Iſti quattuor modi per ſe veræ certitudinis in omni facultate fondamentum ſunt.

Cap. 17. De propoſitionibus per ſe notis ex Metaphyſicâ.

PRopoſitiones dictæ ſunt certæ, & per ſe notæ ex Logica: nunc aliæ proponentur, quæ ex Metaphyſica certiſſimæ ſunt, veluti ſequentes.

ex Meta per totum Quattuor tantum cauſæ ſunt, Per illas quælibet res in eſſe conſtituta eſt: Omnes ſunt neceſſariæ: Duæ ſunt extrinſecæ, duæ intrinſecę: In illis non datur progreſſus in infinitum: Materia, & forma ſunt partes compoſiti: Compoſitum per formam ſpecificatur Forma recipitur in materia: Compoſitum per ſe exiſtit; materia, & forma per compoſitum, Exiſtentia aliquo modo diſtinguitur ab eſſentia, & a natura, Vnaquæque res ordinatur ad finem, Hæc ordinatio fit à primo producente. Fit per operationem finalem, Omnis res hanc habet operationem. Hæc operatio producitur per materiam, & formam, iſtæ producunt cum à natura, vel ab arte, vel ab alia cauſa ſunt ad producendam applicatæ. Dum compoſitum exiſtit, neceſſario materia, & forma illius cum illo habent exiſtentiam. Separatio materiæ a forma neceſſario ſecum affert compoſiti corruptionem, De quolibet verum eſt affirmare, vel negare. Idem non poteſt ſimul eſſe, & non eſſe. Omne totum eſt maius ſua parte. Definitio neceſſario verificatur de Definito. Quod ſemel eſt de ſubſtantia rei; manente eadem re, & non immutata ſubſtantia ſemper de illius ſubſtantia erit. Iſtæ, & ſimiles propoſitiones in Metaphyſica ſunt per ſe notę; quia ſi termini illorum declarantur, euidenter intellectui illorum veritas apparebit.

Cap. 18. Notandum inſigne circa modos per ſe. & propoſitiones per ſe notas.

OBſecro lectorem tum Catholicum, tum hæreticum, vt ad diſcernendam euidentiam dictarum propoſitionum in materia propoſita, et ad cognoſcendum illarum rectum ex Logica vſum, notent diligenter, quod modo dicam.

Qui cupit videre certam veritatem, & Logicam euidentiam in Doctrina Euangelica de verbo Dei, de Eccleſia, de Romano Pontifice, & de alijs, omnino, ſi rectè ſit procedendum, neceſſe eſt ſtatuere ſubiectum principale, & adæquatum Logicæ tractationis, Regnum Chriſti, vt ſupra dictum eſt. Ratio eſt: quia hoc Regnum eſt ens completum per ſe exiſtens in genere ſuo. Et in illo omnes modi per ſe reperiuntur. Et per illud propoſitiones per ſe notæ ex Metaphyſica innoteſcunt. Quod ſi hoc non fiat, vt mihi videtur; impoſſibile eſt, quod recte, & ordinate hæc tractatio procedat, non enim poteſt cognoſci conuenientia, & inconuenientia, quæ inter partes huius regni, & alia ad illud pertinentia, conſiderantur. Et rem ita declaro. *ex Ariſt. lib. 1. poſt.*

Statuatur ſubiectum Regnum Chriſti; & de illo iuxta Logicam inquiramus omnia, quæ pertinent ad quattuor modos per ſe: tunc in primo modo conuenient illi quattuor cauſæ, efficiens, materia, forma, & finis; Et de ſingulis habeatur Logica diſcuſſio, & conſideratio; ponamuſque finem eſſe gloriam Dei, & hominum ſalutem; Materiam, Eccleſiam; Formam S. Euangelium; Efficiens Chriſtum. Hæc ita eſſe apertiſſime Metaphyſica ſuppoſitis principijs fidei demonſtrabit; nempe. per Definitionem materiæ, formæ, efficientis, & finis, vt in demonſtratione per principia per ſe nota in Praxi, declaratum eſt. *1. poſt. c. 4.* *Vide ĩ Praxi ſeten lib. 3. diſt. 1. & Ari. 1. poſt. c. 8.*

Conſideretur ſecundo proprietates et operationes dicto regno conuenientes.

Tertiò conſideretur de ijs, quæ pertinent ad exiſtentiam illius. An ſit; a quo ſit; quando, & quomo- *1. poſt. c. 4.*

do inceperit, de duratione, & perſeuerantia illius, cum alijs ad exiſtentiam pertinentibus.

I. poſt c. 4.

Quartò conſideratio habeatur de his, quæ pertinét ad quartum modum per ſe, veluti de Chriſto capite, & manente in hoc regno, idem de Spirituſancto; de Sacra Scriptura; de priuilegio non errandi, & de effectibus, qui ab his cauſis per ſe procedunt, vt ſuo loco dicetur. Hæc ex Logica.

lib. Polit.

Idem fiat ex Politica, conſiderando quænam huic regno conuenientia ſint.

vt ait Ariſt.

I. poſt c. 8.

Idem ex Metaphyſica diſcurrendo ab his, quę huic regno conueniunt, quid de materia, & forma illius dicendum ſit; veluti de fine S. Euangelij, & Eccleſiæ, item quę rationes, quæ regno Chriſti conueniunt de eſſentia, exiſtentia, proprietatibus, operationibus, priuilegijs, & alijs, eadem tum materiæ, tum formæ conueniant. Veritas enim vt dictum fuit in omnibus conſona eſſe debet; Vnde colligetur cum aliqua euidentia intellectus, cui lumen fidei ſit coniunctum, & euidentia ſenſus auxilietur Quænam Eccleſia modo vera ſit, & in præteritis ſeculis talis fuerit; Et hoc modo ſufficiat innuiſſe; ſuis enim locis res iſta tractãda eſt.

Hæc de euidentia intellectus dicta ſint; De euidentia enim argumentationis in Diſtinctione ſequenti dicendum eſt.

Cap. 19. De certitudine fidei, et illius fundamento.

Dictum eſt de certitudine euidentiæ, nunc de certitudine fidei eſt dicendum.

Catec. I. par. c. I.

Quod autem certitudo in fide Chriſtiana neceſſaria ſit, omnibus notum eſt; Quodnam autem ſit huius certitudinis fundamentum, opus eſt explicare. Res autem, vt mihi videtur, ita ſe habet.

Pſal. 92.

Deus vult, quod teſtimonia ſua credibilia ſint valdè; ideo certitudinem fidei partim in fide, partim in euidentia ſiue ſenſus, ſiue intellectus vult eſſe fundatam. Res declaratur exemplis.

Cat. ar. I.

Primum fundamentum certitudinis fidei eſt euidentia

Digitized by Google

dentia,ni fallor,intellectus. Hæc enim cognitio, Deus non poteſt errare,nec falli, nec mentiri, nec ignorare,eſt per ſe nota intellectui, qui certo cognoſcit primæ veritati hoc conuenire,& ita eſſe omnes ſapientes concedunt. S.Th. 1.p. q. 6. art. 1.& ſeq.

Hinc oritur ſecunda cognitio,quæ eſt, quod dicto Dei certiſſima fides habenda ſit; Dubitare enim an dictum Dei ſit verum,eſt dubitare,quod poſſit errare; quod eſt valde iniurioſum illi. Hæc ſecunda cognitio eſt certa,& illius certitudo fundatur in euidentia intellectus,quia ex eo,quod Deus non poteſt errare, euidenter ſequitur, ergo, illi certo credendum eſt: item ergo indubitanter illud eſt verum,quod ab illo vel affirmatum,vel negatum eſt. Cate. 1.p. cap. 1.

Ex hac duplici cognitione formatur quædam Maior propoſitio, per quam particulares veritates de fide cum certitudine fidei comprobantur. Maior autem talis eſt. Omne dictum à Deo certiſſima fide credendum eſt. ex S. Tho. & Caiet. ibid.

Hac poſita Maiori,quæ certa eſt per euidentiam intellectus, oportet addere Minorem,quæ talis ſit,Sed hoc eſt dictum à Deo. Tunc enim ſequetur Concluſio,ergo hoc certa fide credendum eſt. Neceſſe eſt autem,quod hæc Minor certa ſit.Si enim non ſit certum Deum hoc dixiſſe,vtique non erit certum ; quod illi credendum omnino ſit.Tota ergo difficultas eſt in probatione huius Minoris. Cate.ibid.

Hinc oritur controuerſia inter Chriſtianos,& infideles. Chriſtiani enim pro certo ſupponunt, quod omne dictum Chriſti, ſit dictum Dei ; Ideo faciunt hanc argumentationem; Omne dictum Chriſti, eſt dictum Dei,& ideo certo credendum eſt , & in hac Maiori conueniunt tum Catholici , tum hæretici, quia omnes Ario excepto , & ſimilibus , fatentur Chriſtum eſſe Deum. Infideles illam negant, ideo neceſſe eſt probare illis,quod Chriſtus ſit Deus: Et hoc fecit Chriſtus,& Apoſtoli in primitiua Eccleſia: tunc enim miraculis hæc veritas comprobata eſt. Minor autem talis eſt.Sed Chriſtus hoc dixit. Et in hac Minori tota eſt controuerſia inter Catholicos, & Cauſa controuerſia inter Chriſtianos, et infideles. Item inter Catholicos, & hæreticos.

hæreticos. Catholici enim dicunt. Chriſtus dixit, Septem eſſe Sacramenta, dari ſacrificium Miſſæ, & Primatum Romani Pontificis. Hæretici hæc dicta, & alia multa negant Chriſtum dixiſſe.

Hinc apparet quod ſumma totius fidei Chriſtianæ in his duobus poſita ſit, nempe primò in hoc, quod Chriſtus ſit Deus; ſecundò, Quod iſta, & illa dixit. Et primum eſt probandum infidelibus, & ſecundum fidelibus. Et de vtroque neceſſe eſt, quod certitudo fidei habita ſit. Si enim non eſt certitudo, quod Chriſtus ſit Deus, & quod hoc dixit, non erit certum, quod huic dicto certa fide credendum ſit.

Medium, quo Chriſtus probauit, ſe eſſe Deum, fuerunt miracula, item teſtimonium Patris in Baptiſmo, & Transfiguratione, & probatio ita fit.

ex Euang. Ioan. c. 5. verſ. 36. & c. 10. verſ. 25. 37. et 38. & c. 14. verſ. 10. & 12. & c. 15. ver. 24.

Qui propria virtute, & authoritate facit ea, quæ ſolus Deus facere poteſt, Deus eſt. Eſt per ſe nota intellectui, quia operatio fit ab eo, cuius eſt operatio.

Sed Chriſtus propria virtute faciebat opera, quę ſolus Deus facere poteſt. Ergo &c. Cum enim Chriſtus ex vna parte diceret, ſe eſſe Deum, ex alia faceret opera, quę à ſolo Deo fieri poſſunt, ſequitur certum, quod Deus ſit.

Hæc probatio partim fundatur in euidentia ſenſus qui de miraculis Chriſti claram, & indubitatam habebat viſionem. Partim in euidentia intellectus, qui certo ſciebat, talia opera ſupra naturam non poſſe fieri niſi ab eo, qui ſupra naturam, & author naturæ eſt, qui eſt Deus. Partim fundatur in fide, & lumine illius quod a Deo intime infuſum erat. Vnde certitudo fidei partim in euidentia tum ſenſus, tum intellectus, partim in lumine fidei poſita eſt. Sed principaliùs in fide collocatur.

Certitudo autem de dictis à Chriſto, triplicem habet gradum a tempore acceptum, primus gradus eſt tempore Chriſti, ſecundus in primitiua Eccleſia, tertius his ſeculis noſtris.

Apoſtoli multum à Chriſto

Tempore Chriſti, illi, qui auribus proprijs Chriſtum audiebant loquentem, per euidentiam ſenſus, & non per fidem erãt certi de dicto Chriſti, ſicut de

S.Thoma

S. Thoma dixit Chriſtus. Qui vero non immediate à Chriſto audiebant,ſed alijs narrantibus intelligebant iſti non in euidentia,ſed in Traditione, Deo intus operante,ſuam certitudinem firmabāt,de dictis à Chriſto. Et ſic tempore Chriſti omnis certitudo, & fides de dictis ab illo fundata erat,vel in euidentia, vel in Traditione.

de dictis,et factis euidētiam per ſenſum habuerunt.

In primitiua Eccleſia, cum iam Chriſtus ex hac vita diſceſſerat,certitudo de dictis à Chriſto non poterat fundari in euidentia ſenſus,quæ dicta eſt. Fundabatur autem in alia euidentia ſenſus, quæ talis eſt. Fideles illius temporis in duplici erant differentia; Aliqui enim auribus proprijs audiebant Apoſtolos dicentes,ſe talia audiuiſſe proprijs auribus a Chriſto, & videbant ab Apoſtolis miraculis confirmari, quæ dicta erant. Et iſti, quo ad miracula habebant euidentiam ſenſus.Item quo ad teſtimonium Apoſtolorum de dicto Chriſti per aures euidentiam habebant, ideo euidentia erat de dicto Apoſtolorum,ſed non de dicto Chriſti.

In primitiua Eccleſia fideles habebant euidentiā ſenſus de teſtimonio et de miraculis,et de doctrina Apoſtolorū et de Traditione in tota Eccleſia diuulgata.

Alij vero,qui Apoſtolos non viderant, vel audierant,ſed ab alijs narrata audiebant, & tamen credebant,per ſenſum habebant euidentiam de Traditione, ideſt quod in Primitiua Eccleſia erat Traditio vniuerſalis,quod talia ab Apoſtolis dicta,& miraculis confirmata fuere. Habebant etiam euidentiam,quod à fidelibus Chriſti talia,& talia,vt certa de fide,credebātur,& quod hæc,vel illa faciebant,& quod talem Scripturam vt authenticam recipiebant.

Itē de authentica ſcriptura. Itē de completa ſumma S. Euāgelij nunc cōſiter obſeruata ut à Chriſto ordinata.

Cum ergo nunc ſermo ſit de vniuerſali fundamento certitudinis fidei;tale fundamentum in primitiua Eccleſia fuit. Vnum authentica Scriptura. Aliud, generalis Traditio de dictis,& factis à Chriſto. Et vnū ab alio confirmatur; Traditio enim docet,quæ Scriptura ſit authentica. Et Scriptura, docet quod Traditio Eccleſiæ columna, & firmamentum ſit veritatis. Scriptura enim authentica non cognoſcitur niſi per hoc,quod communiter in Eccleſia pro tali accepta,et habita eſt.

Scriptura & Traditio ſemper in Eccle-

Hæc Scriptura,& Traditio non poſſet eſſe certitu-

Digitized by Google

ſia fuerũt fundamentum primum certitudinis, et per traditionem habetur certitudo de ſcriptura.

Eccleſia dat certũ teſtimoniũ de ſcriptura et traditione.

dinis fundamentum, niſi Deus,& Spiritusſanctus, ita aſſiſteret Eccleſiæ, quod per ſuam aſſiſtentiam effideret, vt Eccleſia in acceptandis Sacris Scripturis,& Traditionibus non poſſet errare. Ideo, priuilegium non errandi illi conceſſum eſt, quia ſine illo impoſſibile eſt in Eccleſia conſtituere fidei certitudinem, De hoc autem priuilegio ſuo loco dicendum eſt , nunc ita eſſe ſupponatur.

Primum ergo fundamentum certitudinis fidei eſt Sacra Scriptura,& Traditio, per quæ Eccleſia cognoſcit facta,& dicta Chriſti. item facta,& dicta Apoſtolorum. Traditio etiam docet facta , & dicta Eccleſiæ, quæ ſucceſſiue in præcedentibus ſeculis fuit.

Primum fundamentũ certitudinis ex parte Dei

Secundum fundamentũ, ſeu immediatum ex parte noſtri.

Hoc fundamentum Scripturæ,& Traditionis in ſe ipſo conſideratum eſt completum, quia in dicto,& facto Dei fundatum eſt, ſed, reſpectu noſtri completum non eſt, quia nos, vt homines , poſſumus errare circa veram cognitionem illorum,& nos ſemper poſſumus de nobis dubitare an bene cognouerimus de illis. Tanta enim inter Catholicos , & hęreticos circa illa controuerſia,& contrarietas, neceſſario arguit homines circa illa errare poſſe.

Secundum igitur fundamentum certitudinis eſt Spiritusſanctus, qui ſua aſſiſtentia Eccleſię dat priuilegium circa Scripturam,& Traditiones non errandi. Vnde quod Eccleſia de illis credit, iudicat , determinat, verum eſt,& certum; Ideo teſtimonium, fides, doctrina, prędicatio, vſus, conſuetudo Eccleſiæ certitudinis fidei in nobis cauſa eſt, eo tamen modo, quo infra dicendum eſt.

Hæc ſunt fundamenta generalia ad certitudinem fidei ſtabiliendam.

Tempore Chriſti euidentia ſẽſus fuit cauſa certitudinis in Apoſtolis.

Tempore igitur Chriſti hæc minor, Chriſtus hoc dixit,& hoc fecit, habuit fundamentum certitudinis in his, qui Chriſtum audiebant, euidentiam ſenſus, in alijs vero traditionem,& euidentiam traditionis.

Tẽpore Apoſtolorũ dicta minor habuit fũdamẽtũ certitudinis in teſtimonio Apoſtolorũ, qui tum voce, tũ ſcriptura de dictis,& factis à Chriſto teſtimonium tradiderunt , & ſuum teſtimonium miraculis confirmarunt,

marunt. Huius autem teſtimonij certitudinem quidam per euidentiam ſenſus, alij per Traditionem habuerunt. De hac autem Traditione certitudo per euidentiam ſenſus habebatur. Quia in illo primo ſeculo fideles habebant euidentiam ſenſus, quod communiter in Eccleſia talis ſcriptura, & talis traditio de dictis, & factis à Chriſto vt certa, & vera, & Apoſtolica habebatur. Vnde tunc euidentia ſenſus faciebat fideles certos, quod talis traditio eſſet certa in Eccleſia. Hæc traditio faciebat certam fidem de teſtimonio Apoſtolorum. Hæc faciebat fidem certam, vt miracula demõſtrabant, de dictis, & factis a Chriſto. Et ſic minor probata erat. *Eadem ſi per fuit ex parte cauſa certitudinis fidei.*

In ſecundo, & ſequẽtibus ſeculis, hęc Minor, Chriſtus hoc fecit, & hoc dixit, fit certa per Scripturam, et Traditionem. Certitudo autem de Scriptura, & Traditione habetur per teſtimonium Eccleſiæ, quæ teſtatur talem Scripturam, & talem Traditionem verè ab Apoſtolis fuiſſe acceptam, & hoc teſtimonium eſt certum ob priuilegium non errandi Eccleſię datum. Certitudo autem de teſtimonio Eccleſiæ habetur per euidentiam ſenſus: Senſus enim modo apertiſſimè videt, quod hic Textus Biblicus, veluti vulgatæ editionis, ab Ecclsſia Catholica Romana pro authentico declaratus eſt. Item, quod hæc Eccleſia vt certam de fide traditionem tenet, quod Sacramenta ſint ſeptem, & quod mater Chriſti fuerit virgo ante partum, in partu, & poſt partum. Hæc enim, & alia multa notiſſima ſenſibus ſunt. *Euidentia ſenſus in cunctis ſeculis aliquo modo fuit cauſa certitudinis fidei.*

Vnde fit, quod immediatum fundamentum certitudinis ſit euidentia ſenſus; Mediatum teſtimonium Eccleſiæ; Primum ſacra Scriptura, & diuina Traditio; Quę ſupponunt euidentiam in intellectu, quod Deo ſit credendum.

Verum his noſtris temporibus heretici inſurrexerunt, qui ad modum ſimię, quę ſe hominem eſſe ſimulat, nouas Eccleſias fingentes, audent dicere eſſe veras, & in dubium vocant, an modo Eccleſia Catholica Romana vera Eccleſia ſit. *Caſt. ar. 9. nu. 1.*

Hęc dubitatio apud Catholicos nulla eſt, ideo fi- *Catholi-*

ſi habent ordinata certitudinis fundamẽta, hæretici non.

dei certitudo penes illos in tribus dictis gradibus poſſita eſt. Hæretici vero, quia non ſunt certi de vera Eccleſia, non poſſunt à ſuo errore liberari, niſi cum certitudine fidei illis probetur, quęnam Eccleſia vera ſit. Ideo ſi tractatio etiam hæreticis ſit accommodanda neceſſe eſt, primo probare cum certitudine fidei, quænam Eccleſia vera ſit. Hoc enim declarato, ſtatim fundamentum certitudinis apparebit. Si enim probatum ſit, Eccleſiam Romanam eſſe veram, ſtatim per euidentiam ſenſus apparebit quodnam ſit de dictis, & factis à Chriſto, nec non de Scriptura, & Traditione datum teſtimoniũ; Et ex dictis habetur coordinatio eorum, quæ completam in modo fidei certitudinem efficere poſſunt, quæ tali ratione eſt.

Cap. 20. Coordinatio eorum, quæ fidei certitudinem efficiunt.

HAEC minor. Chriſtus hoc fecit, & hoc dixit, in noſtris ſeculis certa fit ſic.

Conc. ſeſſ. 4. cap. 1. Primò per veram Scripturam, & veram traditionem, de quibus certa fidei cognitio habita ſit. Non omnis autem Scriptura, nec omnis Traditio vera, & certa de fide eſt. Multi enim circa illas errant. Et illorum error patet ex hoc, quod contradictoria, & contraria multa circa dicta loquuntur, vnde aliquem errare neceſſe eſt.

Seſſ. 4. c. 2. Catec. 1. par. c. 1. Secundò Vera Sacra Scriptura, & vera Traditio cum certitudine habetur per certum teſtimonium veræ Eccleſiæ aſſerentis, quod talis Scriptura, & talis Traditio vera eſt, & quod ex illa certo colligitur, quod Chriſtus talia dixit, & fecit, cum enim Eccleſia habeat priuilegium non errandi teſtimonium illius verum erit, quod ſi idem teſtimonium ſit certum, certitudinis quoque cauſa vera erit.

art. 9. Cate. ibi. S. Paul. 1. Timot. 3. verſ. 15. Tertiò Vera Eccleſia eſt Catholica, de qua in Symbolo Apoſtolorum, & eſt certum de fide, quod ita ſit, quia articulus fidei eſt. Et hæc eſt columna, & firmamentum veritatis; quia abſque errore docet, quænam ſit vera Traditio, vera Scriptura, & vera illius intel-

intelligentia circa dicta,& facta Chriſti.

Quarto Catholici firmiſſima fide credunt, quod ſola Eccleſia Catholica,Apoſtolica,Romana ſit illamet,quæ in Symbolo credenda proponitur, & ideo columna,& firmamentum ſit veritatis. Hanc autem Eccleſiam vere,ac realiter modo eſſe,& in præteritis ſeculis ab immemorabili hominum,vel ſcriptorũ me moria fuiſſe ſemper per euidentiam ſenſus certiſſimũ eſt,ita vt etiam hæretici,qui illi contrariantur,id nega re non poſſint.

Eccleſia Rom. omnibus modis probatur vera, etiam per ſenſum.

Quintò Teſtimonium,quod hæc Eccleſia dat de vera Scriptura,& de vera Traditione,& de dictis,& factis Chriſti a Scriptura,& Traditione deriuatis, per ſenſum notiſſimum eſt.Senſus enim clariſſimè videt, quinam textus Biblicus ab illa ſit approbatus. Quæ Traditio ab illa accepta. Quid doceat de numero Sacramentorum,& alijs Et ipſimet hæretici per ſenſum dicta cognoſcunt,& vident.

per ſenſum habetur euidentia de teſtimonio Eccleſia Romana.

Sextò Spiritusſanctus intima virtute per fidem mouet corda fidelium ad certiſſimè credendum,illa omnia,quæ Eccleſia de Sacra Scriptura, & de diuinis traditionibus,& de dictis,& factis Chriſti determinauit Et qui dicta credere renuit,fidem non habet,,& fidelis non eſt.

Virtus fidei eſt cauſa certitudinis.

Hæc eſt completa coordinatio ad certitudinem fidei Euangelicæ ſtabiliendam.

Hinc apparet, quod omnis certitudo fidei a Deo primo deriuatur.,Deus enim

Deus prima cauſa certitudinis.

Primò dat intellectui euidentiam in lumine naturali fundatam,quod Deus non erret.

Secundò verbum diuinum ſcriptum,& non ſcriptum tradit.

Tertiò Spiritusſanctus Eccleſiam docet omnem veritatem, & dat illi priuilegium non errandi; Et per illam omnes fideles docet.

Quartò Deus in corda fidelium lumen fidei infundit,per quod mouet illos,vt omnia ab Eccleſia propoſita certiſſime credant.

Primum ergo principiũ certitudinis vndequaque Deus eſt. Eccleſia enim eatenus eſt cauſa certitudi-

nis, quatenus eſt inſtrumentum Dei, à quo docetur, et à quo accipit priuilegium non errandi. Fideles quoque, ſi certo credunt, à Deo ſolo in genere cauſę efficientis ad illum actum primo, & aliquo modo immediatè promoti ſunt: Eccleſia vero non effectiuè, ſed obiectiuè certam efficit credentis fidem. Ipſa enim, Deo, ita ordinante, obiectum, in quod fideles per actū fidei tendant, determinatum proponit. Et Deus omnes fideles per fidei præceptum obligat, vt præciſè in obiectum ab Eccleſia propoſitum, tendant.

Cap. 21. De differentia inter certitudinem, & priuilegium non errandi.

Cate. 1. p. cap. 1. Conc. ſeſſ. 4. cap. 2.

AEquiuocationes in ſcientia tollendæ ſunt. Poteſt autem fieri æquiuocatio inter certitudinem, & priuilegium non errandi, vt aliqui hæretici faciunt, exiſtimantes ſingulos fideles, quia à Spirituſancto immediate accipiunt lumen fidei, cuius virtute certo credunt, accipere quoque ab illo priuilegium non errandi, vnde negant fideles ab Eccleſia certos fieri, de credendis. Hoc enim falſum eſt, & declaratur.

Cate. 1. p. cap. 1.

Aliud eſt certitudo fidei, aliud priuilegium non errandi. Singuli fideles dum ſunt fideles, & habent veram fidem neceſſario habent certitudinem fidei, quia abſque certitudine non eſt, & nihilominus aliqui fideles poſſunt errare, & de facto errant in fide: Vbi autem eſt poſſe errare, ibi non eſt priuilegium non errādi; Deus autem vult, vt ſinguli fideles ob priuilegium libertatis poſſint recedere à fide ſuſcepta, ideo ſimul ſtant certitudo fidei & poſſe errare. Quis enim poteſt hodie eſſe certus de fide, & cras dubitare. Ita quis nunc poteſt eſſe ſciens, & certus de ſcientia, & poſt aliquod tempus per obliuionem amittere ſcientiam, & certitudinem. Et hoc ſenſui notum eſt. Multi enim a fide ſuſcepta, vt hæretici receſſerunt. Certitudo ergo non habet annexum priuilegium non errandi, ideo in fidelibus ſingillatim conſideratis poteſt eſſe fides abſque priuilegio iam dicto.

Cate. ibi.

Fides autem Eccleſiæ ſemper cum certitudine habet

bet coniunctum priuilegium non errandi; quia Eccleſia non poteſt circa fidem errare, Ideo fides ipſius eſt certa regula ad credendum.

Eccleſia ergo ſola ſua authoritate, & priuilegio ex ſcriptura, & traditione determinat in particulari, quænam à Chriſto & dicta, & facta ſunt; velut quot Sacramenta inſtituerit, & hæc determinatio dat certitudinem de fide rei determinatæ, vt dictum eſt. *Cate. ibi.*

Cate. ibi. S. Tho. 1. p. q. 106. art. 1.

Cap. 22. De differentia inter cauſam certitudinis effectiuam, & obiectiuam.

ALia æquiuocatio tollenda eſt; Duplex eſt cauſa certitudinis; vna effectiua, alia obiectiua, vt dictum eſt, Effectiua eſt illa, quæ in genere cauſæ efficientis efficit certitudinem fidei, & ipſam fidem; & hæc cauſa non eſt Eccleſia, ſed Deus. Deus enim in genere cauſæ efficientis in ſingulis fidelibus, & in ipſamet Eccleſia influit, & producit fidem, & certitudinem illius: Obiectiua eſt illa, quæ proponit, diſtinguit, ordinat, explicat, illuminat obiectum ipſius fidei, Et hoc modo Patres, Magiſtri, Doctores Lectores, ſuaſores, proponunt obiectum, & cauſa dicuntur ſcientię, & cognitionis eorum quos docent. Et Eccleſia tali ratione eſt cauſa fidei, & certitudinis illius, quia obiectum illius primo determinat, ſecundo fidelibus proponit, & in hoc præſtando errare non poteſt.

Cap. 23. De neceſſitate proponendi obiectum fidei cum certitudine.

Cate. ibi. De neceſſitate determinandi obiectum fidei

SVpponamus, quod Spiritusſanctus in genere cauſæ efficientis moueat cor cuiuſcumque fidelis ad eliciendum actum fidei, qui eſt credere, Vtique actus fidei debet tendere in aliquod obiectum, nempe in illam veritatem, quæ creditur, Vel ergo ſingulis fidelibus hoc obiectum opportune, & recte proponitur, vel non, Si non, ergo regnum Chriſti male ordinatum eſt, ex vna enim parte obligat fideles ad credendum

dendum; ex alia non determinat obiectum, in quod fides tendat. Si determinat, quæritur, à quo, & quomodo, & quodnam ſit hoc obiectum.

Conc. ſeſſ. 4. cap. 1. Circa obiectum fidei dicamus ad propoſitum noſtrum de S. Euangelio, quod duas principales veritates continet; quarũ Prima eſt quod Chriſtus ſit Deus, Secunda, dicta, & facta illius, prout in illis Euangelium cõtentum & explicatum eſt.

de cauſa. huius neceſſitatis. Circa primum Arius, & alij dubitarunt, an Chriſtus ſit Deus.

Circa ſecundum de dictis, & factis a Chriſto, nunc hæretici maximam cõmouerunt confuſionem, quia vnus hoc dicit, alius aliter, & inter ſe pugnantia loquuntur, Veluti circa Sacramenta innumerabiles hæreſes ſuſcitatæ ſunt. Idem circa alia plurima de quibus ſuo loco.

Quæritur, a quo fiat hac determinatio, & quomodo. Quæritur an ſingulis fidelibus in quocũque ſeculo neceſſarium fuerit proponere cum certitudine fidei vtramque iam dictam veritatem? Si dicatur non: Cum fides ſit ex auditu, quomodo audient ſine prædicante? & quomodo exercebũt actum fidei in obiectum, quod ignorant? Cum enim dictæ veritates ſint ſupernaturales, impoſſibile eſt quod propria virtute, & à ſeipſis illas cognoſcant.

Si dicatur proponitur obiectum, Quæro a quo, & quomodo.

Si dicatur proponitur à Spirituſancto ſingulis fidelibus immediate, contra hoc non eſſe alibi per ſenſum aperte probatũ eſt, multi enim circa illud errant.

Si dicatur proponitur a Deo per ſacram Scripturã, addant Catholici, & per Traditionem, Bene, Sed hæc Scriptura nonne propoſita eſt Ario, Sabellio, Pelagio, Luthero, Caluino, & alijs hæreticis innumerabilibus, qui omnes in eademmet Scriptura varia, & contraria, & contradictoria de Chriſto, & dictis, & de factis illiud annunciant, Nonne ſinguli dicti vario modo eamdem Scripturam interprtantur? Quomodo fideles, pueri, rudes, ruſtici, mulieres, & alij ſcient, quænam ex dictis vera interpretatio ſacræ Scripturæ ſit, cui illi credant?

Vel ergo Chriſtus vult i regno ſuo ſingulos fideles eſſe certos de vera intelligentia Scripturarum, & de eo, quod credant; vel non, Si non; ergo Regnum Chriſti eſt male ordinatum,& in regno ſuo certitudo fidei de dictis, & factis illius omnino ablata eſt. Si vult eſſe certus; Cum ſenſus apertiſſime doceat, in iam dictis ſacram Scripturam, vt ſic conſideratam, non dare omnibus dictam certitudinem; oportet aſſignare aliquam aliam cauſam, per quam obiectum fidei in tanta opinionum varietate cum certitudine ſingulis fidelibus proponatur; & ideo debet eſſe vniuerſalis, quia tali cauſa, & medio ſinguli fideles vniuerſaliter in omni tempore,& loco opus habent.

Si dicatur Traditio hoc docebit, Bene apud Catholicos, qui illam admittunt, Sed apud hæreticos non; Nihilominus ſicut multi errant in Scriptura,ita multi poſsũt errare in Traditione.ergo aliquod aliud medium in Regno Chriſti ſtatuere neceſſe eſt; Quodnam autem erit hoc.

S.Paulus ait. ecclaſia, quę eſt columna,& firmamentum veritatis. *Eccleſia eſt, quæ determinat.*

Eccleſia ergo per Scripturam, & Traditionem veritates iam dictas determinabit;& determinatas ſingulis fidelibus credendas proponet,& fideles illi certo credent, quia priuilegium non errandi illi a Deo conceſſum eſt.

Cap. 24. De neceſſitate cognoſcendi cum certitudine fidei completam ſummam S.*Euangelij.*

Expedit declarare neceſſitatem, quæ in Eccleſia eſt tum declarandi, tum cognoſcendi cum certitudine fidei completam ſummam S. Euangelij.

Per hanc ſummam intelligo completam collectionem illorum omnium, quæ Chriſtus in S. Euangelio ordinauit ab omnibus fidelibus eſſe facienda de neceſſitate ſalutis. *ex Conc. ſeſſ. 4. c. 1. ex Catec. in prefat. nu. 12.*

Hanc ſummã Chriſtum, feciſſe,& ordinaſſe,quod omnes de illa doceantur,& quod ab omnibus debeat obſeruari;clare in Euangelio S. Matthæi cap. vltim expli-

explicatum eſt, his verbis, quæ ſunt ipſius Chriſti.

Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mãdaui vobis, Illud enim verbum; Mandaui; ſignificat obligationem, Illud; Omnia, Quæcumque; denotat Collectionem, illamq; completam, Illud; Obſeruare; declarat vna cum cognitione obſeruantiam vniẽdam eſſe, Illud; Docentes; Explicat neceſſitatem, vt omnes de illa doceantur, & ad obſeruantiam inducãtur Hæc completa ſumma, & collectio non reperitur clarè in ſcriptura, ideo in traditione, vt ſupra dictum fuit contenta erit.

ex ſcriptura Bellar tom. 1. Contr. 1. lib. 4. c. 4.

Nunc probo, quod ſemper in cunctis ſeculis hæc completa ſumma, non quomodocumque, ſed cum certitudine fidei debuit explicari.

Matth. c. vlt.

Si. n. illius completa obſeruantia eſt de neceſſitate ſalutis, illud autem, quod ignoratur, obſeruari non poteſt, omnino neceſſe eſt, quod populi de illa edoceantur: nemo autem teneretur illam obſeruare, niſi illi certum de fide eſſet, quod ſit illa eadem, quæ à Chriſto tradita fuit, Si enim eſſet dubium, an à Chriſto tradita ſit, liceret etiam dubitare, an fideles ad illius obſeruantiam tenerentur; De hoc autem nullo modo debet eſſe dubitatio. Sicut ergo Chriſtus in primitiua Eccleſia præcepit illam omnes doceri vt à ſe traditam, ita voluit, vt idem ab Eccleſia in cunctis ſeculis exerceretur.

per ſenſum Conc. ſeß. 25. in fine.

Confirmatur, Neceſſitas huius certitudinis patet ex tot erroribus, & opinionibus, quæ per hæreticos circa illam introducuntur. Hæc enim ſumma eſt quidem vna apud Catholicos, ſed apud hæreticos quanta ſit varietas, & contrarietas, impoſſibile eſt explicare, ergo debet cum certitudine proponi.

Ioãn. 16.

Confirmatur Chriſtus dixit, Spiritusſanctus docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia, ergo docebit Eccleſiam hanc ſummam completam, & docebit illam in cunctis ſeculis, & cum certitudine fidei illam docebit. Eccleſia eadem certitudine ſingulis fidelibus illam proponet.

Catec. in præfat. 12

Hæc completa, & diſtincta, & certa ſumma ab Eccleſia Catholica determinata eſt, & in cunctis præteritis

teritis ſeculis obſeruata. Et de hoc alibi dicendum eſt. Modo ſufficiat neceſſitatem certitudinis illius ſignificaſſe.

Cap. 25. De neceſſitate cognoſcendi cum certitudine fidei, quænam Eccleſia vera ſit.

IDem probandum de neceſſitate certitudinis in cognoſcendo quænã Eccleſia vera ſit. Veram enim Eccleſiam Catholicam ſemper, & in cunctis ſeculis fuiſſe, Symbolum Apoſtolorum apertiſſimè docet eſſe de fide, Idem probant illa verba Chriſti. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. ergo in cunctis ſeculis neceſſarium fuit, vt articulum fidei credere Eccleſiam eſſe, illamq; Catholicam. *Symb. Apoſt. a. 9. Cate. ibi.*

Quod ſi vera Eccleſia vna eſt, ſicut vnum eſt regnum Chriſti, & vna fides, neceſſe eſt dicere, quod multæ Eccleſiæ falſæ ſunt, & vna tantum vera, Cui ſoli alijs omnibus contemptis, credendum, & obediendum ſit. *Cate. ar. 9. nu. 11. & c.*

De hac vera Eccleſia ait S. Paulus, Eſt columna, & firmamentum veritatis. Et Criſtus pręcepit illi eſſe credendum. Hæc ſola veram, & completam ſummam S. Euangelij ex Scripturis, & ex Traditione colligere poteſt. Ergo qui veram Eccleſiam ignorat, ignorabit etiam verum Euangelium. veram fidem, verum Textum Biblicum. veram Traditionem, veram interpretationem verbi Dei, veram ſummam S. Euangelij, demum articulum fidei ignorabit. Idem eſt, ſi cum dubitatione cognoſcat. Qui enim dubitat, an hæc ſit vera Eccleſia, omnino dubitabit de fide, Euangelio, & alijs, quæ ab illa propoſita ſunt. At iſta dubitatio totum deſtruit Euangeliũ, & illius certitudinem, ergo neceſſe eſt, quod ſinguli fideles cum certitudine fidei cognoſcant, quænã Eccleſia vera ſit. *1. Tim. 3*

Cap. 26. De modo probandi certitudinem Euangelicæ ſummæ.

VEra ſumma S. Euangelij cum certitudine fidei probatur per veram Eccleſiam, quia illa eſt ve- *Conc. ſeſſ. 4. c. 2.*

Cat. 1. p. cap. 1. ra Eccleſia, quæ habet veram fidem, & verum Euangelium, & veram ſummam illus, Et eſt impoſſibile quod hęc duo ab inuicem ſeparentur; Vera Eccleſia, & verum Euangelium; ideo certa demonſtratione ſigni per veram Eccleſiam probatur verum Euangelium, & vera ſumma illius.

Cap. 27. De certa probatione, quænam Eccleſia ſit vera.

lib. 4. inf. HÆC probatio fiet ſuo loco, vbi de Eccleſia tractatio eſt: ibi enim probatur, quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera eſt; aliæ omnes falſæ ſunt, Vera enim Eccleſia vna tantum eſſe poteſt, quia vna eſt fides. Vnum regnum Chriſti, vnum Euangelium. Et ideo hoc loco talis probatio ſupponenda eſt. Verum ſi quis cupiat de illa aliquid breuius dici, vt de certitudine concludatur, dicam ſequentia.

Ariſto. 1. et 2. poſt. et ex dictis Primò media certæ probationis eſſe omnes propoſitiones, quæ ſunt in aliquo modo per ſe, vt in Logica; Item quæ per ſe notæ ſunt in Metaphyſica. Item quæ ab euidentia ſenſus certæ fiunt. Item quæ ex Scriptura, & traditione probatæ ſunt; Per hæc enim, vt dictum eſt, fiunt probationes, quæ certæ ſunt.

1. poſt c. 4 Secundo propoſitiones per ſe ſunt, in quibus de re prædicatur propria eſſentia Definitio, exiſtentia, quatuor cauſæ, proprietates, propriæ operationes, & ſigna, quæ propria ſunt.

ibid. c. 6. et ſeq. Tertio ex dictis fit probatio certa vtendo pro medio veræ Eccleſiæ exiſtentiam, eſſentiam, proprietates, & alia ſit.

Maior, Illa Eccleſia, quæ habet exiſtentiam, eſſentiam, Definitionem, quattuor cauſas, proprietates, operationes, & ſigna veræ Eccleſiæ, eſt vera Eccleſia; Hæc eſt certiſſima intellectui tum per Logicã, tum per Metaphyſicam.

Minor affirmatiua eſt; ſed ſola Eccleſia Catholica Romana dicta habet, ergo.

Minor negatiua eſt; Sed Secta Caluini, ſeu Eccleſia

cleſia ipſius, & quorumcumque hæreticorum dicta non habet.

Concluſio ergo ſola Eccleſia Romana eſt vera, reliquæ omnes falſæ ſunt.

Minor fit certa tali ratione.

Primo per Metaphyſicam eſt euidens, quod ſi regnum Chriſti eſt vnum numero, & æternum, & ſemper idem manens, Eccleſia quoque vera talis erit, Ideo vera Eccleſia poteſt conſiderari, primo in tempore Chriſti, & primitiuę Eccleſiæ quando fuit ædificata, & fundata, ſecundo in ſeculis, quę poſt primum vſque ad pręſens ſuceſſerunt, tertio in ſeculo pręſenti, & præcedenti *ex 1. poſt cap. 4.*

Secundo Hoc ſuppoſito conſideretur, Quid à Sacra Scriptura, & a Traditione præcipuè Symboli Apoſtolorū dicatur de exiſtētia, eſſentia, cauſis, proprietatibus verę Eccleſię à Chriſto ædificatæ, veluti, quod fundata eſt ſuper petram, quæ erat Petrus. Supra fundamentum Apoſtolorum, Quod habebat Epiſcopos, Sacerdotes, Diaconos, Doctores, Prępoſitos, & alia huiuſmodi multa.

Tertio Hoc quoque ſuppoſito conſideretur, Quid Traditio doceat de eſſentia, & exiſtentia, & alijs, quę in vera Ecleſia in ſequentibus ſeculis reperiebantur.

Quarto demum nunc per ſenſus euidentiam conſideretur, in quanam Eccleſia ex his, quę in hoc ſeculo eſſe dicuntur, reperiantur, quæ in primitiua Eccleſia, & poſtea per Scripturam, & Traditionem ineſſe probatum erat, Veluti in quanam Eccleſia modo ſint Diaconi, Sacerdotes, Epiſcopi, Romanus Pontifex. Item de quanam Eccleſia poſſit verificari, quod in pręcedentibus ſeculis ſemper fuerit, Et illa quæ per euidentiam ſenſus cum Scriptura & Traditione collata, dicta habebit, erit certiſſimè probata vera, Illa falſa, quę dicta non habebit, Si enim ſenſui euidens eſt, quod ſola Eccleſia Romana Epiſcopos, & ſumum Pontificem modo habet, & ſemper habuit, Eccleſiæ vero hęreticorum euidenter nec habent, nec habuerunt Item Romanam ſemper fuiſſe certum eſt, Aliæ non ſemper fuerunt, Erit cum certitudine

nis,quatenus eſt inſtrumentum Dei, à quo docetur,et à quo accipit priuilegium non errandi. Fideles quoque ſi certo credunt,à Deo ſolo in genere cauſę efficientis ad illum actum primo,& aliquo modo immediatè promoti ſunt: Eccleſia vero non effectiuè, ſed obiectiuè certam efficit credentis fidem. Ipſa enim, Deo,ita ordinante,obiectum,in quod fideles per actũ fidei tendant,determinatum proponit. Et Deus omnes fideles per fidei præceptum obligat, vt præcisè in obiectum ab Eccleſia propoſitum, tendant.

Cap. 21. De differentia inter certitudinem, & priuilegium non errandi.

Cate. 1. p. cap. 1. *Conc. ſeſſ. 4. cap. 2.* AEquiuocationes in ſcientia tollendæ ſunt. Poteſt autem fieri æquiuocatio inter certitudinem, & priuilegium non errandi, vt aliqui hæretici faciunt, exiſtimantes ſingulos fideles, quia à Spirituſancto immediate accipiunt lumen fidei, cuius virtute certo credunt, accipere quoque ab illo priuilegium non errandi, vnde negant fideles ab Eccleſia certos fieri, de credendis. Hoc enim falſum eſt, & declaratur.

Cate. 1. p. cap. 1. Aliud eſt certitudo fidei, aliud priuilegium non errandi. Singuli fideles dum ſunt fideles, & habent veram fidem neceſſario habent certitudinem fidei, quia abſque certitudine non eſt, & nihilominus aliqui fideles poſſunt errare, & de facto errant in fide: Vbi autem eſt poſſe errare, ibi non eſt priuilegium non errãdi; Deus autem vult, vt ſinguli fideles ob priuilegium libertatis poſſint recedere a fide ſuſcepta, ideo ſimul ſtant certitudo fidei & poſſe errare. Quis enim poteſt hodie eſſe certus de fide, & cras dubitare. Ita quis nunc poteſt eſſe ſciens, & certus de ſcientia, & poſt aliquod tempus per obliuionem amittere ſcientiam, & certitudinem. Et hoc ſenſui notum eſt. Multi enim a fide ſuſcepta, vt hæretici receſſerunt. Certitudo ergo non habet annexum priuilegium non errandi, ideo in fidelibus ſingillatim conſideratis poteſt eſſe fides abſque priuilegio iam dicto.

Cate. ibi. Fides autem Eccleſiæ ſemper cum certitudine habet

bet coniunctum priuilegium non errandi; quia Eccleſia non poteſt circa fidem errare, Ideo fides ipſius eſt certa regula ad credendum.

Eccleſia ergo ſola ſua authoritate, & priuilegio ex ſcriptura, & traditione determinat in particulari, quænam à Chriſto & dicta, & facta ſunt; velut quot Sacramenta inſtituerit, & hæc determinatio dat certitudinem de fide rei determinatæ, vt dictum eſt. *Cate. ibi.*

Cap. 22. De differentia inter cauſam certitudinis effectiuam, & obiectum.

Cate. ibi. S. Tho. 1. p. q. 106. art. 1.

ALia æquiuocatio tollenda eſt; Duplex eſt cauſa certitudinis; vna effectiua, alia obiectiua, vt dictum eſt, Effectiua eſt illa, quæ in genere cauſæ efficientis efficit certitudinem fidei, & ipſam fidem; & hæc cauſa non eſt Eccleſia, ſed Deus. Deus enim in genere cauſæ efficientis in ſingulis fidelibus, & in ipſamet Eccleſia influit, & producit fidem, & certitudinem illius: Obiectiua eſt illa, quæ proponit, diſtinguit, ordinat, explicat, illuminat obiectum ipſius fidei, Et hoc modo Patres, Magiſtri, Doctores Lectores, ſuaſores, proponunt obiectum, & cauſa dicuntur ſcientię, & cognitionis eorum quos docent. Et Eccleſia tali ratione eſt cauſa fidei, & certitudinis illius, quia obiectum illius primo determinat, ſecundo fidelibus proponit, & in hoc præſtando errare non poteſt.

Cap. 23. De neceſſitate proponendi obiectum fidei cum certitudine.

Cate. ibi. De neceſſitate determinandi obiectum fidei

SVpponamus, quod Spiritusſanctus in genere cauſæ efficientis moueat cor cuiuſcumque fidelis ad eliciendum actum fidei, qui eſt credere, Vtique actus fidei debet tendere in aliquod obiectum, nempe in illam veritatem, quæ creditur, Vel ergo ſingulis fidelibus hoc obiectum opportune, & recte proponitur, vel non, Si non, ergo regnum Chriſti male ordinatum eſt, ex vna enim parte obligat fideles ad cre-

dendum

Digitized by Google

dendum; ex alia non determinat obiectum, in quod fides tendat. Si determinat, quæritur, à quo, & quomodo, & quodnam ſit hoc obiectum.

Conc. ſeſſ. 4. cap. 1.

Circa obiectum fidei dicamus ad propoſitum noſtrum de S. Euangelio, quod duas principales veritates continet; quarũ Prima eſt quod Chriſtus ſit Deus, Secunda, dicta, & facta illius, prout in illis Euangelium cotentum & explicatum eſt.

de cauſa. huius neceſſitatis.

Circa primum Arius, & alij dubitarunt, an Chriſtus ſit Deus.

Circa ſecundum de dictis, & factis a Chriſto, nunc hæretici maximam comouerunt confuſionem, quia vnus hoc dicit, alius aliter, & inter ſe pugnantia loquuntur, Veluti circa Sacramenta innumerabiles hæreſes ſuſcitatæ ſunt. Idem circa alia plurima de quibus ſuo loco.

Quæritur, a quo fiat hac determinatio, & quomodo.

Quæritur an ſingulis fidelibus in quocũque ſeculo neceſſarium fuerit proponere cum certitudine fidei vtramque iam dictam veritatem? Si dicatur non: Cum fides ſit ex auditu, quomodo audient ſine prædicante? & quomodo exercebũt actum fidei in obiectum, quod ignorant? Cum enim dictæ veritates ſint ſupernaturales, impoſſibile eſt quod propria virtute, & à ſeipſis illas cognoſcant.

Si dicatur proponitur obiectum, Quæro a quo, & quomodo.

Si dicatur proponitur à Spirituſancto ſingulis fidelibus immediate, contra hoc non eſſe alibi per ſenſum aperte probatũ eſt, multi enim circa illud errant.

Si dicatur proponitur a Deo per ſacram Scripturã, addant Catholici, & per Traditionem, Bene, Sed hæc Scriptura nonne propoſita eſt Ario, Sabellio, Pelagio, Luthero, Caluino, & alijs hæreticis innumerabilibus, qui omnes in eademmet Scriptura varia, & contraria, & contradictoria de Chriſto, & di dictis, & de factis illiud annunciant, Nonne ſinguli dicti vario modo eamdem Scripturam interprtantur? Quomodo fideles, pueri, rudes, ruſtici, mulieres, & alij ſcient, quænam ex dictis vera interpretatio ſacræ Scripturæ ſit, cui illi credant?

Vel

Vel ergo Chriſtus vult i regno ſuo ſingulos fideles eſſe certos de vera intelligentia Scripturarum, & de eo, quod credant; vel non, Si non; ergo Regnum Chriſti eſt male ordinatum,& in regno ſub certitudo fidei de dictis, & factis illius omnino ablata eſt. Si vult eſſe certus; Cum ſenſus apertiſſime doceat, in iam dictis ſacram Scripturam, vt ſic conſideratam, non dare omnibus dictam certitudinem; oportet aſſignare aliquam aliam cauſam, per quam obiectum fidei in tanta opinionum varietate cum certitudine ſingulis fidelibus proponatur; & ideo debet eſſe vniuerſalis, quia tali cauſa, & medio ſinguli fideles vniuerſaliter in omni tempore,& loco opus habent.

Si dicatur Traditio hoc docebit, Bene apud Catholicos, qui illam admittunt, Sed apud hæreticos non; Nihilominus ſicut multi errant in Scriptura,ita multi poſſūt errare in Traditione,ergo aliquod aliud medium in Regno Chriſti ſtatuere neceſſe eſt; Quodnam autem erit hoc.

S.Paulus ait. eccleſia, quę eſt columna,& firmamentum veritatis.

Eccleſia eſt, quæ determinat.

Eccleſia ergo per Scripturam, & Traditionem veritates iam dictas determinabit;& determinatas ſingulis fidelibus credendas proponet,& fideles illi certo credent, quia priuilegium non errandi illi a Deo conceſſum eſt.

Cap. 24. De neceſſitate cognoſcendi cum certitudine fidei completam ſummam S. Euangelij.

Expedit declarare neceſſitatem, quæ in Eccleſia eſt tum declarandi, tum cognoſcendi cum certitudine fidei completam ſummam S. Euangelij.

Per hanc ſummam intelligo completam collectionem illorum omnium, quæ Chriſtus in S. Euangelio ordinauit ab omnibus fidelibus eſſe facienda de neceſſitate ſalutis.

ex Conc. ſeſſ. 4. c. 1. ex Catec. in præfat. nu. 12.

Hanc ſummā Chriſtum, feciſſe,& ordinaſſe,quod omnes de illa doceantur,& quod ab omnibus debeat obſeruari;clare in Euangelio S. Matthæi cap. vltim expli-

explicatum eſt, his verbis, quæ ſunt ipſius Chriſti.

Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mādaui vobis, Illud enim verbum; Mandaui; ſignificat obligationem, Illud; Omnia, Quæcumque; denotat Collectionem, illamq; completam, Illud; Obſeruare; declarat vna cum cognitione obſeruantiam vnièdam eſſe, Illud; Docentes; Explicat neceſſitatem, vt omnes de illa doceantur, & ad obſeruantiam inducātur

ex ſcriptura Bellar tom. 1. Contr. 1. lib. 4. c. 4. Hæc completa ſumma, & collectio non reperitur clare in ſcriptura, ideo in traditione, vt ſupra dictum fuit contenta erit.

Nunc probo, quod ſemper in cunctis ſeculis hæc completa ſumma, non quomodocumque, ſed cum certitudine fidei debuit explicari.

Matth. c. vlt. Si.n. illius completa obſeruantia eſt de neceſſitate ſalutis, illud autem, quod ignoratur, obſeruari non poteſt, omnino neceſſe eſt, quod populi de illa edoceantur: nemo autem teneretur illam obſeruare, niſi illi certum de fide eſſet, quod ſit illa eadem, quæ à Chriſto tradita fuit, Si enim eſſet dubium, an à Chriſto tradita ſit, liceret etiam dubitare, an fideles ad illius obſeruantiam tenerentur; De hoc autem nullo modo debet eſſe dubitatio. Sicut ergo Chriſtus in primitiua Eccleſia præcepit illam omnes doceri vt à ſe traditam, ita voluit, vt idem ab Eccleſia in cunctis ſeculis exerceretur.

per ſenſum Conc. ſeſſ. 25. in fine. Confirmatur, Neceſſitas huius certitudinis patet ex tot erroribus, & opinionibus, quæ per hæreticos circa illam introducuntur. Hæc enim ſumma eſt quidem vna apud Catholicos, ſed apud hæreticos quanta ſit varietas, & contrarietas, impoſſibile eſt explicare, ergo debet cum certitudine proponi.

Ioan. 16. Confirmatur Chriſtus dixit, Spiritusſanctus docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia, ergo docebit Eccleſiam hanc ſummam completam, & docebit illam in cunctis ſeculis, & cum certitudine fidei illam docebit. Eccleſia eadem certitudine ſingulis fidelibus illam proponet.

Catec. in pr. fin. 12 Hæc completa, & diſtincta, & certa ſumma ab Eccleſia Catholica determinata eſt, & in cunctis præ-

Digitized by Google

teritis ſeculis obſeruata. Et de hoc alibi dicendum eſt. Modo ſufficiat neceſſitatem certitudinis illius ſignificaſſe.

Cap.25. De neceſſitate cognoſcendi cum certitudine fidei, quænam Eccleſia vera ſit.

IDem probandum de neceſſitate certitudinis in cognoſcendo quænã Eccleſia vera ſit. Veram enim Eccleſiam Catholicam ſemper, & in cunctis ſeculis fuiſſe, Symbolum Apoſtolorum apertiſſimè docet eſſe de fide, Idem probant illa verba Chriſti. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. ergo in cunctis ſeculis neceſſarium fuit, vt articulum fidei credere Eccleſiam eſſe, illamq; Catholicam. *Symb. Apoſt. a. 9. Cate. ibi.* *Cate. ar. 9. nu. 11. & c.*

Quod ſi vera Eccleſia vna eſt, ſicut vnum eſt regnum Chriſti, & vna fides, neceſſe eſt dicere, quod multæ Eccleſiæ falſæ ſunt, & vna tantum vera, Cui ſoli alijs omnibus contemptis, credendum, & obediendum ſit.

De hac vera Eccleſia ait S. Paulus, Eſt columna, & firmamentum veritatis. Et Criſtus præcepit illi eſſe credendum. Hæc ſola veram, & completam ſummam S. Euangelij ex Scripturis, & ex Traditione colligere poteſt. Ergo qui veram Eccleſiam ignorat, ignorabit etiam verum Euangelium. veram fidem, verum Textum Biblicum. veram Traditionem, veram interpretationem verbi Dei, veram ſummam S. Euangelij, demum articulum fidei ignorabit. Idem eſt, ſi cum dubitatione cognoſcat. Qui enim dubitat, an hæc ſit vera Eccleſia, omnino dubitabit de fide, Euangelio, & alijs, quæ ab illa propoſita ſunt. At iſta dubitatio totum deſtruit Euangeliũ, & illius certitudinem, ergo neceſſe eſt, quod ſinguli fideles cum certitudine fidei cognoſcant, quænã Eccleſia vera ſit. *1. Tim. 3*

Cap.26. De modo probandi certitudinem Euangelica ſumma.

VEra ſumma S. Euangelij cum certitudine fidei probatur per veram Eccleſiam, quia illa eſt ve- *Conc. ſeſſ. 4. c. 2.*

Digitized by Google

Cat. 1. p. cap. 1. ra Eccleſia,quæ habet veram fidem, & verum Euangelium, & veram ſummam illus, Et eſt impoſſibile quod hęc duo ab inuicem ſeparentur; Vera Eccleſia, & verum Euangelium; ideo certa demonſtratione ſigni per veram Eccleſiam probatur verum Euangelium,& vera ſumma illius.

Cap. 27. De certa probatione. quænam Eccleſia ſit vera.

lib. 4. inf. HÆC probatio fiet ſuo loco, vbi de Eccleſia tractatio eſt: ibi enim probatur, quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera eſt; a hæ omnes falſæ ſunt, Vera enim Eccleſia vna tantum eſſe poteſt, quia vna eſt fides. Vnum regnum Chriſti, vnum Euangelium. Et ideo hoc loco talis probatio ſupponenda eſt. Verum ſi quis cupiat de illa aliquid breuius dici, vt de certitudine concludatur, dicam ſequentia.

Ariſto. 1. et 2. poſt. et ex dictis Primò media certæ probationis eſſe omnes propoſitiones, quæ ſunt in aliquo modo per ſe, vt in Logica; Item quæ per ſe notæ ſunt in Metaphyſica. Item quæ ab euidentia ſenſus certæ fiunt Item quæ ex Scriptura,& traditione probatæ ſunt; Per hæc enim, vt dictum eſt, fiunt probationes, quæ certæ ſunt.

1. poſt c. 4 Secundo propoſitiones per ſe ſunt, in quibus de re prædicatur propria eſſentia Definitio, exiſtentia, quattuor cauſæ, proprietates, propriæ operationes, & ſigna, quæ propria ſunt.

ibid. c. 6. et ſeq. Tertio ex dictis fit probatio certa vtendo pro medio veræ Eccleſiæ exiſtentiam, eſſentiam, proprietates,& alia ſit,

Maior, Illa Eccleſia, quæ habet exiſtentiam, eſſentiam, Definitionem, quattuor cauſas, proprietates, operationes,& ſigna veræ Eccleſiæ, eſt vera Eccleſia; Hæc eſt certiſſima intellectui tum per Logicā, tum per Metaphyſicam.

Minor affirmatiua eſt; ſed ſola Eccleſia Catholica Romana dicta habet, ergo.

Minor negatiua eſt; Sed Secta Caluini, ſeu Eccleſia

cleſia ipſius, & quorumcumque hæreticorum dicta non haber.

Concluſio ergo ſola Eccleſia Romana eſt vera, reliquæ omnes falſæ ſunt.

Minor fit certa tali ratione.

Primo per Metaphyſicam eſt euidens, quod ſi regnum Chriſti eſt vnum numero, & æternum, & ſemper idem manens, Eccleſia quoque vera talis erit, Ideo vera Eccleſia poteſt conſiderari, primo in tempore Chriſti, & primitiuę Eccleſiæ quando fuit ædificata, & fundata, ſecundo in ſeculis, quę poſt primum vſque ad pręſens ſucceſſerunt, tertio in ſeculo pręſenti, & præcedenti *ex 1. poſt cap. 4.*

Secundo Hoc ſuppoſito conſideretur, Quid à Sacra Scriptura, & a Traditione præcipuè Symboli Apoſtolorũ dicatur de exiſtētia, eſſentia, cauſis, proprietatibus verę Eccleſię à Chriſto ædificatæ, veluti, quod fundata eſt ſuper petram, quæ erat Petrus. Supra fundamentum Apoſtolorum, Quod habebat Epiſcopos, Sacerdotes, Diaconos, Doctores, Prępoſitos, & alia huiuſmodi multa.

Tertio Hoc quoque ſuppoſito conſideretur, Quid Traditio doceat de eſſentia, & exiſtentia, & alijs, quę in vera Ecleſia in ſequentibus ſeculis reperiebantur.

Quarto demum nunc per ſenſus euidentiam conſideretur, in quanam Eccleſia ex his, quę in hoc ſeculo eſſe dicuntur, reperiantur, quæ in primitiua Eccleſia, & poſtea per Scripturam, & Traditionem ineſſe probatum erat, Veluti in quanam Eccleſia modo ſint Diaconi, Sacerdotes, Epiſcopi, Romanus Pontifex. Item de quanam Eccleſia poſſit verificari, quod in pręcedentibus ſeculis ſemper fuerit, Et illa quæ per euidentiam ſenſus cum Scriptura & Traditione collata, dicta habebit, erit certiſſimè probata vera, Illa falſa, quę dicta non habebit, Si enim ſenſui euidens eſt, quod ſola Eccleſia Romana Epiſcopos, & ſumum Pontificem modo habet, & ſemper habuit, Eccleſiæ vero hęreticorum euidenter nec habent, nec habuerunt Item Romanam ſemper fuiſſe certum eſt, Aliæ non ſemper fuerunt, Erit cum certitudine

H 2 tum

tum fidei, tum intellectus, tum ſenſus, probatur quod ſola Eccleſia Romana vera eſt; Et hoc ſufficiat nunc attigiſſe.

Cap. 28. De certitudine Catholicorum, & incertitudine Hæreticorum.

Seſſ. 4. c. 1 & 2. *Cate. 1. p. cap. 1.*

EX dictis aperte colligitur, quod apud Catholicos ſit maxima fidei certitudo; quia ipſi habent certitudinem fidei, & ſenſus de vera Eccleſia, & per illam quæ non poteſt errare, & eſt certitudinis firmamentum, habent certitudinem de vero Verbo Dei, De vera interpretatione illius: De completa Summa S. Euangelij; De vera fide, & demum de omni Euangelica veritate.

Hæretici vero, cum non poſſint non ſolum certo, ſed neque topice probare, quod illorum Secta, vel Eccleſia vera ſit, Et quod habeat magiſtratus, quos Eccleſia vera in præcedentibus ſeculis habebat. Item non poſſunt probare, quod ſemper fuerit, Sola enim Traditione, quam ipſi negant, iſta probari poſſunt, apparet, quod omnia apud illos incerta ſint, Scriptura, ſeu textus Biblicus, Traditio, Vera Scripturæ interpretatio, Vera ſumma S. Euangelij, demum allia omnia, quæ dicta ſunt.

Quod ſi dicant, ſumus certi, quod Lutherus, vel talis alius habuit veram interpretationem Scripturarum. Et habuit priuilegium non errandi, Quæritur, in quo fundent hanc certitudinem, An in Scriptura, an in Traditione, an in miraculis, an in euidentia ſenſus, & intellectus, Quod ſi nullum omino huius fundamenti reperitur veſtigium, vel vmbra, Scriptura enim nihil penitus dixit de Luthero Et non poteſt dari maior ratio de Luthero, quam de Caluino, aut alio quocumque, quod illi priuilegium non errandi, ſine quo ceritudo eſſe non poteſt, datum ſit, Hæretici enim ſuam doctrinam miraculis non confirmarunt, Apertè concluditur, quod hæreticorum Sectæ nullum penitus certitudinis fundamentum habent, Sed illorum falſitatem de fide certiſſimam eſſe.

LIBRI

LIBRI PRIMI DISTINCTIO QVINTA.

De certis, & incertis probationibus. Et de regulis Logicis illas conficiendi, & cognoſcendi.

VERVM, & vnicum medium, ſtudioſè Lector, ad cognoſcendum cum certitudine, quiſnam Textus Biblicus ſit verus, quæ vera interpretatio illius, quæ doctrina, quę fides, quæ prædicatio vera, quod Euangelium verum quę completa ſumma illius ſit vera, quæ Eccleſia vera, qui magiſtratus veri, demum quænam veritates ſingillatim conſideratæ vere Euangelicæ ſint, veluti, quot ſint Sacramenta, & aliæ, verum inquam, & vnicum medium eſt certa probatio. Hæc enim de veritate rei propoſitæ omnem tollit dubitationem. *Ariſt. 1. & 2. poſt.* Veritatem enim ſeparari à certitudine poſſibile eſt, quia veritas non ſemper cum certitudine cognita eſt, Certitudinem autem ab ipſa veritate ſeparari impoſſibile eſt. Quia vera certitudo de ſola veritate haberi poteſt. Cum ergo finis huius operis ſit certitudinem oſtendere Euangelicæ veritatis, hoc per certam probationem fieri neceſſe eſt. Sed quia Lector non poterit iudicare, quænam probationes certæ, & quæ incertæ ſint, niſi diſtinctè cognoſcat, quid ſit probatio certa, & quid incerta, de hoc modo tradenda cognitio eſt, & Lector debet diligenter conſiderare dictam explicationem.

Cap. 1. De probatione quid ſit.

Ex Ariſt. lib. prior. & poſter.

PRobatio dicitur quaſi proba ratio. Propriũ enim rationis eſt diſcurrere ex vno in aliud, & ex noto in ignotum. Cum autem hic diſcurſus rectè fit, ratio dicitur proba, & bona, cum fit male, mala; à meliori autem æquum fuit hunc diſcurſum denominare, ideo dicitur probatio ſeu proba ratio.

ex lib. prio rũ, & lib. 1. poſter. c. 1. et ſeq.

Probatio ſic poteſt definiri. Eſt vnius cognitionis ex alia recta deductio: iuxta illud Ariſtotelis. Omnis Doctrina & diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione, quia cognitio ex cognitione fit.

Ariſt. ibi.

Finis probationis eſt facere nouam cognitionem, ſi res probanda ignota ſit. Si autem cognita ſit, ſed debiliter, & non plenè. Probatio autem intendit perficere illam cognitionem, veluti non certam facere certam, tunc finis probationis eſt nouum efficere gradũ cognitionis, ſeu etiam in cognitione confirmare. Effectus igitur probationis eſt efficere cognitionem, ita demonſtratio, quæ eſt perfecta probatio, dicitur ab Ariſt. efficere perfectam cognitionem, quę ſcientia eſt.

ibid.

Materia probationis eſt concluſio probanda, quia de illa cognitio facienda eſt.

ibid.

Forma eſt illa deductio cognitionis, & concluſionis, quę dicitur conſequentia, & fit Syllogiſmo, Enthymemate, Inductione, & Exemplo.

ibid.

Efficiens concluſionis ſunt premiſſę. Efficiẽs cognitionis concluſionis eſt cognitio prę miſſarum ex vna parte, & lumen rationis ex alia.

Cap. 2. De vera, & certa probatione.

ibid.

AD veram probationem tria requiruntur. Primò, quod pręmiſſę ſint verę: Secundo quod deductio, ſeu conſequentia legitimè fiat. Tertiò quod deducens cognoſcat veritatem tum præmiſſarum, tum deductionis.

ex lib. poſt.

Ad certam probationem tria requiruntur; Primò, quod

Digitized by Google

quod præmiſſę habeant infallibilem veritatem; Secundo quod conſequentia legitima ſit; Tertio quod deducens habeat certam cognitionem de vtroque.

Cap. 3. De differentia inter certam, topicam, & ſophiſticam probationem.

MAximè refert, vt cognoſcatur, quomodo inter ſe differant certa, Topica, & Sophiſtica probatio. Si enim probationes Catholicorum certæ ſunt, & hęreticorum ſunt Sophiſticæ, vel ad ſummum aliquando Topicæ, opus eſt talia declarare. Sciendum ergo quod probationes in triplici ſunt differentia ex Ariſtotele, & ex natura rei. Prima dicitur certa, quia certam efficit cognitionem, & de hac Ariſt. agit in libro Poſteriorum. Secunda dicitur Topica, quæ efficit probabilitatem cognitionis, & de hac Ariſt. agit in libro Topicorum. Tertia dicitur Sophiſtica, ſeu deceptiua, quæ non eſt vera probatio, ſed apparet. Et illius finis, & effectus non eſt cognitio, ſed deceptio. Et de hac Ariſt. agit in libro Elenchorum. *ex lib. Poſter. Topi. Elenchor.*

Finis certæ probationis eſt certa cognitio. Effectus eſt facere certam cognitionem. Materia eſt concluſio cum certitudine cognoſcenda. Efficiens concluſionis ſunt præmiſſæ: Efficiens certæ cognitionis eſt certa cognitio præmiſſarum, & certa deductio ex illis. De certitudine dictum eſt ſupra. *ex lib. poſter.*

Finis Topicæ probationis eſt cognitio probabilis, Effectus eſt facere hanc cognitionem; Materia concluſio probabiliter cognoſcenda. Efficiens, probabilis veritas, & cognitio premiſſarum. *lib. Topic.*

Finis ſophiſticæ probationis eſt deceptio. Effectus eſt facere hanc deceptionem. Hæc deceptio fit per Sophiſticam apparentiam veritatis in concluſione. Materia eſt concluſio non vera, cui apparentia veritatis ſit afferenda. Efficiens eſt apparentia veritatis in præmiſſis ordinariè fundata in aliqua terminorum æquiuocatione, vel confuſione. Forma eſt illa deceptiua deductio apparentiæ. Exempla huius probationis ſint hæc, Animal eſt genus. Homo eſt animal: *lib. Elench.*

Digitized by Google

ergo homo eſt genus. Item. Nomen eſt generis neutri. Poeta eſt nomen, ergo Poeta eſt generis neutri. Item, Quod eſt poſſibile eſt probabile, ſed Spiritum ſanctum docuiſſe Lutherum poſſibile eſt, ergo probabile eſt, vel ſic. Quod poteſt realiter eſſe, poteſt poni eſſe, ſed Spiritumſanctum docuiſſe potuit realiter eſſe, ergo poteſt poni eſſe. Ita malus homo non eſt verus homo, hic eſt malus homo, ergo non eſt verus homo.

Elench. lib. 1. Hac Sophiſtica probatione hæretici ſæpiſſimè vtũtur, æquiuocando in vocibus, & in rebus, vnum pro alio accipientes, & terminos confundentes, Modus deregendi, & confutandi Sophiſticam probationem, ait Ariſtoteles, eſt diſtinctio. Sit exemplum. Fiat hæc probatio Malus Põtifex non eſt verus Pontifex. Hic eſt malus Pontifex. ergo non eſt Pontifex: eſt Sophiſtica, & ſoluitur diſtinctione. In Pontifice duo conſiderantur. Cathedra, & hæc eſt ſemper bona, & ſedens ſuper illam, & hic poteſt eſſe malus. Item aliud eſt poteſtas, & hæc ſemper eſt bona; aliud vſus poteſtatis, & hic poteſt eſſe bonus, & malus. Aliud ergo eſt habere poteſtatem; aliud digne habere, & bene vti illa. Ideo conſequentia Sophiſtica eſt.

Elench. lib. 1. Notandum valde eſt, quod probatio Sophiſtica nihil probat. Topica incompletę, & cum quadam dubietate, vel certe cum carentia certitudinis probat. Certa autem probatio aliquo modo cõpletę probat, quia omnem tollit dubitationem. Hinc fit, vt ſi de eadem concluſione ex vna parte fiant mille Topicæ probationes negatiuæ, ex alia vnica tantum fiat probatio certa affirmatiua, hæc ſola omnibus illis ſine dubio præualebit, quia hęc ſola omnem tollit dubitationem, illæ non tollunt. Immò per hanc ſolam fiet, vt omnes alię tamquam falſę, vtpotè verę contrarię habitę ſint.

ex lib. Topic. et Elenchor. Valde etiam notari debet, quod modo dico. Si ergo ex Logica oſtendam, quod probationes Catholicorum de Primatu Romani Pontificis, vel de ſimili veritate, ſi non omnes, ſaltem aliquę certę ſunt; è contra, quod probationes hęreticorum de illa nullę certę

ſunt,

ſunt,multę ſunt Sophiſticę, aliquę tãtum probabiles ſunt,erit ex Logica clarè probatum, quod Apud Catholicos veritas,apud Lutheranos,& Caluiniſtas falſitas ſit.Quia ex Logica quanta certitudine cognoſcitur veritas vnius contradictoriæ, tanta etiam cognoſcitur falſitas alterius,quæ illi oppoſita eſt.

Cap. 4. Enumerantur quindecim certæ probationes.

VT clarius certę probationes cognoſcantur, illas ſingillatim enumerabo,omnes,quas potui colligere,ad quindecim reducendo. Horum aliquæ fundantur in certitudine fidei. Aliquæ in euidentia intellectus,aliæ in euidentia ſenſus. Et aliæ mixtim in tribus dictis certitudinem fundant. Sunt autem,quæ ſequuntur. *ex lib. poſter.* *ex Conc.* *ex Catec.*

Prima certa probatio eſt ex teſtamento veteri. *Seſſ. 4. c. 1.*

Secunda ex Euangelio. *ibid.*

Tertia ex antiquiſſimâ, ſeu ex Apoſtolis deriuata Traditione. *ibid.*

Quarta Ex doctrina,fide,iudicio,vſu, conſuetudine,ſenſu,& determinatione Catholicę Eccleſiæ. *ibid. c. 2.*

Quinta Ex Definitionibus terminorum, qui in probatione accepti ſunt. *lib. poſt.*

Sexta Per principia per ſe nota. In Praxi ſcient. lib. 1. Diſt. 1. *ibid.*

Septima Per cauſam propriam. *Prax. lib. 3. diſt. 3.*

Octaua Per cauſam remotam, ſed neceſſariam, vel certam. *ibi. diſt. 3.*

Nona Per effectum proprium rei. *ibi. diſt. 3.*

Decima Per ſignum proprium rei. *ibi. diſt. 4.*

Vndecima Per diuiſionem demonſtratiuam. *ibi. diſt. 5.*

Duodecima Per demonſtrationem diuiſiuam. *ibi. diſt. 7.*

Decimatertia Ducendo ad impoſſibile. *ibi. diſt. 8.*

Decimaquarta Per inductionem demonſtratiuam. *ibi. diſt. 9.*

Decimaquinta Eſt probatio mixta, & compoſita ex præcedentibus. *ibi. diſt. 9.* *ibid. per totum.*

Nunc aliquas Regulas proponam, quibus cognoſcatur,quando dictæ probationes certæ,vel non certę ſint.

Cap. 5. De certa probatione ex Sacra Scriptura.

DE hoc dictum eſt ſupra, ſed aliquid hoc loco repetere opus eſt.

Sciendum, quod ad hanc certam probationem faciendam tres potiſſimum certitudines ſunt habendæ, quæ ſunt.

ex ſeſſ. 4. cap. 1. Prima certitudo eſt. Quod hic locus Scripturę pręciſe conſideratus contineat vere verbum Dei, ita vt cum certitudine fidei omnia, & ſingula illius verba tamquam verba Dei accipi poſſint.

ibid. c. 2. Secunda Certitudo eſt. Quod dicti loci Scripturæ hæc præciſa ſignificatio, vel intelligentia, vel interpretatio vera, & certa ſit, & vt talis ab omnibus ſit habenda.

ibid. c. 1. et 2. Tertia Certitudo eſt. Quod ex dicto loco Scripturæ ita certo, & cum dicta certitudine ita interpretato, cum euidentia Logica hæc, vel illa cõcluſio ſequatur.

ex perihe. lib. 1. et 2. Quattuor autem modis potiſſimum cum euidentia Logica fit deductio ex loco dicto Scripturæ alicuius concluſionis; Primus eſt per regulam æquipollentiæ, *ibid.* per quam euidenter probatur, quod omnis propoſitio æquipollens veræ, eſt vera, & certæ, certa. Si enim hoc non eſt, non erit æquipollens. Secundus eſt per Regulam veræ oppoſitionis, præcipue contradictionę per quam cum euidentia probatur, quod omnis propoſitio, quæ perfectè opponitur veræ, eſt falſa, & certitudo pari paſſu ambulat in vtriſque, ita vt ſi certum ſit vnam eſſe veram; certum erit aliam eſſe falſam, *ex lib. 1. Poſter.* & e contra; Tertius eſt Sillogiſticæ conſequentiæ, ſeu certæ deductionis vnius propoſitionis ex alijs; vt fit in demonſtratione; Quartus eſt, quando deductio vnius propoſitionis ex aliquo loco Scripturæ expreſſe fit ab eo, qui in facienda tali deductione, ex *ſeſſ. 4. c. 2. et Catec. ar. 9. n. 18. & 1. par. cap. 1.* priuilegio illi conceſſo, non poteſt errare. Tunc enim etiam ſi deductio Logicam euidentiam directe non habeat, ex ſigno tamen demonſtratiuo euidenter colligit illam: ſi enim hæc deductio non poteſt habere errorem, ergo de neceſſitate certã habet veritatem.

Hinc

Hinc clariſſime patet, quod Catholici Romani poſſunt ex Scriptura certam facere probationem. Lutherani vero, & Caluiniſtæ, & demum omnes hæretici illam facere non poſſunt. Cum enim poſſit certo probari, quod Eccleſia Catholica Romana vera eſt, & ideo in explicanda ſacra Scriptura, & in deducendis concluſionibus ex illa, & in determinando quiſnā Textus Biblicus verus, & certus ſit, non poſſit errare; Catholici poſſunt per Eccleſiam veram, & certam obtinere cognitionem de vero verbo Dei, de vera interpretatione illius, & de certa deductione ex illo, vt clare patet conſideranti. E contra hæretici, cum non poſſint neque per fidem, ſeu Scripturam; neque per Traditionem, neque per ſenſum, aut intellectum, cum certitudine probare quod illorum Eccleſia vera ſit. Idem quod Lutherus & Caluinus, vel alius talis habuerit priuilegium non errandi, vt ſupra probatum eſt, ſequitur, quod certitudines iam dictas habere non poſſint, & ideo neque certam ex Scriptura facere probationem.

ibidem ex Conc. & Catech.

vt ex ſeſſ. 4. c. 1. & 2.

Cap. 6. De certa probatione per Traditionem.

PRobatio per Traditionem, vt ſit certa plures certas requirit cognitiones, & præcipuè ſequentes.

Primò, debet certo cognoſcere, quænam ſit vera Eccleſia. Et quod à tempore Chriſti vſque modo ſemper fuerit. Et quod Spiritusſanctus ſemper in illa māſerit, & docuerit illam omnem veritatem. Et quod nō poſſit in rebus fidei errare, quia ſemper eſt columna, & firmamentum veritatis.

ex Cōc. ſeſſ. 4. c. 2. Cat. 1. p. cap. 1. & art. 9. nu. 18.

Secundò, Debet per ſenſum euidenter cognoſcere, quod Eccleſia Catholica modo talem propoſitionē vt certam de fide tenet. Veluti quod mater Chriſti fuerit Virgo ante partum, in partu, & poſt partum, & ſimilia.

ex Cōc. per totum Cat.

Tertiò, Debet euidenter per ſenſum, & intellectum cognoſcere quod Eccleſia Catholica. Ideo dictam propoſitionem certiſſimam de fide tenet, non quia ex Scriptura clare deducat, ſed quia de certitudine huius

Concil. vbique.

huius veritatis per Traditionem in Eccleſia ſemper opera Spiritusſancti conſeruatam, ita edocta eſt. De qua Traditione Eccleſia etiam à ſacris Doctoribus teſtimonium habet.

Concil. vbique et Catech. Hanc certam probationē Catholici facere poſſunt quia habēt certitudinē, quod Eccleſia Catholica Romana vera eſt, & euidenter cognoſcunt, quod illa dictam propoſitionem, vt certam de fide acceptat, & hanc certitudinem firmat in Traditione. Cui Traditioni illa certiſſimè credit. At hęretici cum non poſſint probare certo, quod illorum Eccleſia ſit vera, & quod ſemper fuerit a tempore Chriſti vſque modo, coguntur, dum ſuas volunt tueri falſitates, negare Traditiones, quæ à ſola antiquisſima Eccleſia haberi poſſunt, ideo hæc probatio ab illis fieri non poteſt.

Cap. 7. De certa probatione ab Eccleſia Catholica.

AD hanc probationem faciendam plures certę cognitiones requiruntur.

Seſſ. 4. c. 2 art. 9. nu. 18. Cat. 1. p. cap. 1.

Prima certa cognitio quod hæc Eccleſia præcisè conſiderata, vt Romana, ſit vera, & Catholica.

Secunda certa cognitio, quod illa in rebus fidei nō poteſt errare.

Tertia certa cognitio, cum euidentia intellectus, vel etiam ſenſus, quod dicta Eccleſia talem propoſitionem de fide determinauit, veluti dari Primatum Romani Pontificis.

Hæc probatio poteſt fieri à Catholicis, ab hæreticis non, ob rationes iam dictas.

Quod ſi Lutherani, & Caluiniſtæ dicant, certitudinem ſuæ doctrinæ fundare in authoritate Lutheri, & Caluini, quos ſupponunt a Spiritusſancto fuiſſe illuminatos, quærendum eſt ab illis. An credant, quod Lutherus, & Caluinus a Spiritusſancto habuerint priuilegium non errandi, & An certi ſint ita eſſe. Et ſi dicant Non. Sequitur euidenter, quod authoritas Lutheri, & Caluini non poſſit facere fidei certitudinem. Ad ſummum poſſunt facere probabilitatem. Si dicant, ſe eſſe certos, quod hoc priuilegium illis con-

conceſſum ſit, quærendum eſt in quo ſuam hanc certitudinem fundent. Et comperto, quod nullum poſſunt verum adducere fundamentum, oſtendere illis, quod nullam fidei certitudinem habent.

Cap.8. De certa probatione lumine naturali.

DE hac probatione agit Ariſtoteles in libro Poſteriorum, & requirit ſequentia.

Primo quod habeatur vera cognitio de certitudine, & fundamento illius, Secundo quod vtraque præmiſſa ſit certa, Tertio quod conſequentia legitima ſit Et hæc tria in multis lumine naturali cognoſci poſſunt, Et ſæpè certitudo maioris, quia eſt vniuerſalis, per intellectus lumen certa fit. Minor vero, cum eſt particularis per ſenſum, ſi ſenſibilis ſit, certa fieri poteſt, Euidentia autem tum ſenſus, tum intellectus cauſa certitudinis eſt. *ex lib. Poſter.*

Cap. 9. De effectu certæ probationis.

EFfectus certæ probationis ex Ariſtot. triplex eſt. Primus eſt conſtantia, ſeu firmitas in cognitione, vel ſententia, quæ certa probatione confirmata ſit. Certitudo enim quædam cognitionis firmitas eſt. *Ariſt. Eth. lib. 7. c 3. & 9.*

Secundus effectus eſt remouere inconſtantiam: Certa enim probatio rectè cognita facit, vt qui erat dubius de ſua cognitione, per certam probationem firmetur in illa. *Ari. ib.*

Tertius eſt remouere pertinaciam, Pertinacia enim eſt firmitas ſententiæ contra rectam rationem. Et eſt, cum cognitio, & ſententia prauo fundamento nixa eſt. Certa enim probatio prauitatem dicti fundamenti manifeſtat. *ibid. c. 9.*

Cap. 10. De cauſis pertinaciæ.

ARiſtoteles tres affert cauſas pertinaciæ. Prima eſt Dolor. Secunda Voluptas. Tertia Superbia, Quæ cauſæ in Catholicis ceſſant. In hæreticis maxi- *7. Ethic. c. 3. et 9.*

mè

tum fidei, tum intellectus, tum ſenſus, probatur quod ſola Eccleſia Romana vera eſt; Et hoc ſufficiat nunc attigiſſe.

Cap. 28. De certitudine Catholicorum, & incertitudine Hæreticorum.

Seſſ. 4. c. 1 & 2. Cate. 1. p. cap. 1.

EX dictis aperte colligitur, quod apud Catholicos ſit maxima fidei certitudo; quia ipſi habent certitudinem fidei, & ſenſus de vera Eccleſia, & per illam quæ non poteſt errare, & eſt certitudinis firmamentum, habent certitudinem de vero Verbo Dei, De vera interpretatione illius: De completa Summa S. Euangelij; De vera fide, & demum de omni Euangelica veritate.

Hæretici vero, cum non poſſint non ſolum certo, ſed neque topice probare, quod illorum Secta, vel Eccleſia vera ſit, Et quod habeat magiſtratus, quos Eccleſia vera in præcedentibus ſeculis habebat. Item non poſſunt probare, quod ſemper fuerit, Sola enim Traditione, quam ipſi negant, iſta probari poſſunt, apparet, quod omnia apud illos incerta ſint, Scriptura, ſeu textus Biblicus, Traditio, Vera Scripturæ interpretatio, Vera ſumma S. Euangelij, demum allia omnia, quæ dicta ſunt.

Quod ſi dicant, ſumus certi, quod Lutherus, vel talis alius habuit veram interpretationem Scripturarum. Et habuit priuilegium non errandi, Quæritur, in quo fundent hanc certitudinem, An in Scriptura, an in Traditione, an in miraculis, an in euidentia ſenſus, & intellectus, Quod ſi nullum omino huius fundamenti reperitur veſtigium, vel vmbra, Scriptura enim nihil penitus dixit de Luthero Et non poteſt dari maior ratio de Luthero, quam de Caluino, aut alio quocumque, quod illi priuilegium non errandi, ſine quo ceritudo eſſe non poteſt, datum ſit, Hæretici enim ſuam doctrinam miraculis non confirmarunt, Apertè concluditur, quod hæreticorum Sectæ nullum penitus certitudinis fundamentum habent, Sed illorum falſitatem de fide certiſſimam eſſe.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI PRIMI DISTINCTIO QVINTA.

De certis, & incertis probationibus. Et de regulis Logicis illas conficiendi, & cognoſcendi.

VERVM, & vnicum medium, ſtudioſè Lector, ad cognoſcendum cum certitudine, quiſnam Textus Biblicus ſit verus, quæ vera interpretatio illius, quæ doctrina, quę fides, quæ prædicatio vera, quod Euangelium verum quę completa ſumma illius ſit vera, quæ Eccleſia vera, qui magiſtratus veri, demum quænam veritates ſingillatim conſideratæ vere Euangelicæ ſint, veluti, quot ſint Sacramenta, & aliæ, verum inquam, & vnicum medium eſt certa probatio. Hæc enim de veritate rei propoſitæ omnem tollit dubitationem, Veritatem enim ſeparari à certitudine poſſibile eſt, quia veritas non ſemper cum certitudine cognita eſt, Certitudinem autem ab ipſa veritate ſeparari impoſſibile eſt. Quia vera certitudo de ſola veritate haberi poteſt. Cum ergo finis huius operis ſit certitudinem oſtendere Euangelicæ veritatis, hoc per certam probationem fieri neceſſe eſt. Sed quia Lector non poterit iudicare, quænam probationes certæ, & quæ incertæ ſint, niſi diſtinctè cognoſcat, quid ſit probatio certa, & quid incerta, de hoc modo tradenda cognitio eſt, & Lector debet diligenter conſiderare dictam explicationem.

Ariſt. 1. & 2. poſt.

Cap. 1. De probatione quid ſit.

Ex Ariſt. lib. prior. & poſter. PRobatio dicitur quaſi proba ratio. Propriũ enim rationis eſt diſcurrere ex vno in aliud, & ex noto in ignotum. Cum autem hic diſcurſus rectè fit, ratio dicitur proba, & bona, cum fit male, mala; à meliori autem æquum fuit hunc diſcurſum denominare, ideo dicitur probatio ſeu proba ratio.

ex lib. priorũ, & lib. 1. poſter. c. 1. et ſeq. Probatio ſic poteſt definiri. Eſt vnius cognitionis ex alia recta deductio: iuxta illud Ariſtotelis. Omnis Doctrina & diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione; quia cognitio ex cognitione fit.

Ariſt. ibi. Finis probationis eſt facere nouam cognitionem, ſi res probanda ignota ſit. Si autem cognita ſit, ſed debiliter, & non plenè. Probatio autem intendit perficere illam cognitionem, veluti non certam facere certam, tunc finis probationis eſt nouum efficere gradũ cognitionis, ſeu etiam in cognitione confirmare. Effectus igitur probationis eſt efficere cognitionem, ita demonſtratio, quæ eſt perfecta probatio, dicitur ab Ariſt. efficere perfectam cognitionem, quę ſcientia eſt.

ibid. Materia probationis eſt concluſio probanda, quia de illa cognitio facienda eſt.

ibid. Forma eſt illa deductio cognitionis, & concluſionis, quę dicitur conſequentia, & fit Syllogiſmo, Enthymemate, Inductione, & Exemplo.

ibid. Efficiens concluſionis ſunt pręmiſſę. Efficiẽs cognitionis concluſionis eſt cognitio pręmiſſarum ex vna parte, & lumen rationis ex alia.

Cap. 2. De vera, & certa probatione.

ibid. AD veram probationem tria requiruntur. Primò, quod pręmiſſę ſint verę; Secundo quod deductio, ſeu conſequentia legitimè fiat. Tertiò quod deducens cognoſcat veritatem tum præmiſſarum, tum deductionis.

ex lib. poſt. Ad certam probationem tria requiruntur; Primò, quod

quod præmiſſę habeant infallibilem veritatem ; Secundo quod conſequentia legitima ſit ; Tertio quod deducens habeat certam cognitionem de vtroque.

Cap. 3. De differentia inter certam, topicam, & ſophiſticam probationem.

MAximè refert, vt cognoſcatur, quomodo inter ſe differant certa, Topica, & Sophiſtica probatio. Si enim probationes Catholicorum certæ ſunt, & hæreticorum ſunt Sophiſticæ, vel ad ſummum aliquando Topicæ, opus eſt talia declarare. Sciendum ergo quod probationes in triplici ſunt differentia ex Ariſtotele, & ex natura rei. Prima dicitur certa, quia certam efficit cognitionem, & de hac Ariſt. agit in libro Poſteriorum. Secunda dicitur Topica, quæ efficit probabilitatem cognitionis, & de hac Ariſt. agit in libro Topicorum. Tertia dicitur Sophiſtica, ſeu deceptiua, quæ non eſt vera probatio, ſed apparet. Et illius finis, & effectus non eſt cognitio, ſed deceptio. Et de hac Ariſt. agit in libro Elenchorum. *ex lib. Poſter. Topi. Elenchor.*

Finis certæ probationis eſt certa cognitio. Effectus eſt facere certam cognitionem. Materia eſt concluſio cum certitudine cognoſcenda. Efficiens concluſionis ſunt præmiſſæ: Efficiens certæ cognitionis eſt certa cognitio præmiſſarum, & certa deductio ex illis. De certitudine dictum eſt ſupra. *ex lib. poſter.*

Finis Topicæ probationis eſt cognitio probabilis, Effectus eſt facere hanc cognitionem ; Materia concluſio probabiliter cognoſcenda. Efficiens, probabilis veritas, & cognitio premiſſarum. *lib. Topic.*

Finis ſophiſticæ probationis eſt deceptio. Effectus eſt facere hanc deceptionem. Hæc deceptio fit per Sophiſticam apparentiam veritatis in concluſione. Materia eſt concluſio non vera, cui apparentia veritatis ſit afferenda. Efficiens eſt apparentia veritatis in præmiſſis ordinariè fundata in aliqua terminorum æquiuocatione, vel confuſione. Forma eſt illa deceptiua deductio apparentiæ. Exempla huius probationis ſint hæc. Animal eſt genus. Homo eſt animal ; *lib. Elench.*

ergo homo eſt genus. Item. Nomen eſt generis neutri. Poeta eſt nomen, ergo Poeta eſt generis neutri. Item, Quod eſt poſſibile eſt probabile, ſed Spiritum ſanctum docuiſſe Lutherum poſſibile eſt, ergo probabile eſt, vel ſic. Quod poteſt realiter eſſe, poteſt poni eſſe, ſed Spiritumſanctum docuiſſe potuit realiter eſſe, ergo poteſt poni eſſe. Ita malus homo non eſt verus homo, hic eſt malus homo, ergo non eſt verus homo.

Elench. lib. 1. Hac Sophiſtica probatione hæretici ſæpiſſimè vtũtur, æquiuocando in vocibus, & in rebus, vnum pro alio accipientes, & terminos confundentes, Modus deregendi, & confutandi Sophiſticam probationem, ait Ariſtoteles, eſt diſtinctio. Sit exemplum. Fiat hæc probatio Malus Pōtifex non eſt verus Pontifex. Hic eſt malus Pontifex. ergo non eſt Pontifex: eſt Sophiſtica, & ſoluitur diſtinctione. In Pontifice duo conſiderantur. Cathedra, & hæc eſt ſemper bona, & ſedens ſuper illam, & hic poteſt eſſe malus. Item aliud eſt poteſtas, & hæc ſemper eſt bona; aliud vſus poteſtatis, & hic poteſt eſſe bonus, & malus. Aliud ergo eſt habere poteſtatem; aliud digne habere, & bene vti illa. Ideo conſequentia Sophiſtica eſt.

Elench. lib. 1. Notandum valde eſt, quod probatio Sophiſtica nihil probat. Topica incompletę, & cum quadam dubietate, vel certe cum carentia certitudinis probat. Certa autem probatio aliquo modo cōpletę probat, quia omnem tollit dubitationem. Hinc fit, vt ſi de eadem concluſione ex vna parte fiant mille Topicæ probationes negatiuæ, ex alia vnica tantum fiat probatio certa affirmatiua, hæc ſola omnibus illis ſine du bio præualebit, quia hęc ſola omnem tollit dubitationem, illæ non tollunt. Immò per hanc ſolam fiet, vt omnes aliç tamquam falſç, vtpotè verę contrarię habitę ſint.

ex lib. Topic. et Elenchor. Valde etiam notari debet, quod modo dico. Si ergo ex Logica oſtendam, quod probationes Catholicorum de Primatu Romani Pontificis, vel de ſimili veritate, ſi non omnes, ſaltem aliquę certę ſunt; è contra, quod probationes hęreticorum de illa nullę certę

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, multę ſunt Sophiſticę, aliquę tātum probabiles ſunt, erit ex Logica clarè probatum, quod Apud Catholicos veritas, apud Lutheranos, & Caluiniſtas falſitas ſit. Quia ex Logica quanta certitudine cognoſcitur veritas vnius contradictoriæ, tanta etiam cognoſcitur falſitas alterius, quæ illi oppoſita eſt.

Cap. 4. Enumerantur quindecim certæ probationes.

VT clarius certę probationes cognoſcantur, illas ſingillatim enumerabo, omnes, quas potui colligere, ad quindecim reducendo. Horum aliquæ fundantur in certitudine fidei. Aliquæ in euidentia intellectus, aliæ in euidentia ſenſus. Et aliæ mixtim in tribus dictis certitudinem fundant. Sunt autem, quæ ſequuntur. *ex lib. poſter. ex Conc. ex Catec.*

Prima certa probatio eſt ex teſtamento veteri. *Seſſ. 4. c. 1.*

Secunda ex Euangelio. *ibid.*

Tertia ex antiquiſſimâ, ſeu ex Apoſtolis deriuata Traditione. *ibid.*

Quarta Ex doctrina, fide, iudicio, vſu, conſuetudine, ſenſu, & determinatione Catholicę Eccleſiæ. *ibid. c. 2.*

Quinta Ex Definitionibus terminorum, qui in probatione accepti ſunt. *lib. poſt.*

Sexta Per principia per ſe nota. In Praxi ſcient. lib. 1. Diſt. 1. *ibid.*

Septima Per cauſam propriam. *Prax. lib. 3. diſt. 3.*

Octaua Per cauſam remotam, ſed neceſſariam, vel certam. *ibi. diſt. 3.*

Nona Per effectum proprium rei. *ibi. diſt. 3.*

Decima Per ſignum proprium rei. *ibi. diſt. 4.*

Vndecima Per diuiſionem demonſtratiuam. *ibi. diſt. 5.*

Duodecima Per demonſtrationem diuiſiuam. *ibi. diſt. 7.*

Decimatertia Ducendo ad impoſſibile. *ibi. diſt. 8.*

Decimaquarta Per inductionem demonſtratiuam. *ibi. diſt. 9.*

Decimaquinta Eſt probatio mixta, & compoſita ex præcedentibus. *ibi. diſt. 9. ibid. per totum.*

Nunc aliquas Regulas proponam, quibus cognoſcatur, quando dictæ probationes certæ, vel non certę ſint.

Digitized by Google

Cap. 5. De certa probatione ex Sacra Scriptura.

DE hoc dictum eſt ſupra, ſed aliquid hoc loco repetere opus eſt.

Sciendum, quod ad hanc certam probationem faciendam tres potiſſimum certitudines ſunt habendæ, quæ ſunt.

ex ſeſſ. 4. cap. 1. Prima certitudo eſt. Quod hic locus Scripturę pręciſe conſideratus contineat vere verbum Dei, ita vt cum certitudine fidei omnia, & ſingula illius verba tamquam verba Dei accipi poſſint.

ibid. c. 2. Secunda Certitudo eſt. Quod dicti loci Scripturæ hæc præciſa ſignificatio, vel intelligentia, vel interpretatio vera, & certa ſit, & vt talis ab omnibus ſit habenda.

ibid. c. 1. et 2. Tertia Certitudo eſt. Quod ex dicto loco Scripturæ ita certo, & cum dicta certitudine ita interpretato, cum euidentia Logica hæc, vel illa cōcluſio ſequatur.

ex perihe. lib. 1. et 2. Quattuor autem modis potiſſimum cum euidentia Logica fit deductio ex loco dicto Scripturæ alicuius concluſionis; Primus eſt per regulam æquipollentiæ, *ibid.* per quam euidenter probatur, quod omnis propoſitio æquipollens veræ, eſt vera, & certæ, certa. Si enim hoc non eſt, non erit æquipollens. Secundus eſt per Regulam veræ oppoſitionis, præcipue contradictorię per quam cum euidentia probatur, quod omnis propoſitio, quæ perfectè opponitur veræ, eſt falſa, & certitudo pari paſſu ambulat in vtriſque, ita vt ſi certum ſit vnam eſſe veram; certum erit aliam eſſe falſam, *ex lib. 1. Poſter.* & e contra; Tertius eſt Sillogiſticæ conſequentiæ, ſeu certæ deductionis vnius propoſitionis ex alijs; vt fit in demonſtratione; Quartus eſt, quando deductio vnius propoſitionis ex aliquo loco Scripturæ expreſſe fit ab eo, qui in facienda tali deductione, ex *ſeſſ. 4. c. 2. et Catec. ar. 9. n. 18. & 1. par. cap. 1.* priuilegio illi conceſſo, non poteſt errare. Tunc enim etiam ſi deductio Logicam euidentiam directe non habeat, ex ſigno tamen demonſtratiuo euidenter colligit illam: ſi enim hæc deductio non poteſt habere errorem, ergo de neceſſitate certā habet veritatem.

Hinc

Hinc clariſſime patet, quod Catholici Romani poſſunt ex Scriptura certam facere probationem. Lutherani vero. & Caluiniſtæ, & demum omnes hæretici illam facere non poſſunt. Cum enim poſſit certo probari, quod Eccleſia Catholica Romana vera eſt, & ideo in explicanda ſacra Scriptura, & in deducendis concluſionibus ex illa, & in determinando quiſnã Textus Biblicus verus, & certus ſit, non poſſit errare; Catholici poſſunt per Eccleſiam veram, & certam obtinere cognitionem de vero verbo Dei, de vera interpretatione illius, & de certa deductione ex illo, vt clare patet conſideranti. E contra hæretici, cum non poſſint neque per fidem, ſeu Scripturam; neque per Traditionem, neque per ſenſum, aut intellectum, cum certitudine probare quod illorum Eccleſia vera ſit. Idem quod Lutherus & Caluinus, vel alius talis habuerit priuilegium non errandi, vt ſupra probatum eſt, ſequitur, quod certitudines iam dictas habere non poſſint, & ideo neque certam ex Scriptura facere probationem. *ibidem ex Conc. & Catech.* *vt ex ſeſſ. 4. c. 1. & 2.*

Cap. 6. De certa probatione per Traditionem.

PRobatio per Traditionem, vt ſit certa plures certas requirit cognitiones, & præcipuè ſequentes.

Primò, debet certo cognoſcere, quænam ſit vera Eccleſia. Et quod á tempore Chriſti vſque modo ſemper fuerit. Et quod Spiritusſanctus ſemper in illa mã ſerit, & docuerit illam omnem veritatem. Et quod nõ poſſit in rebus fidei errare, quia ſemper eſt columna, & firmamentum veritatis. *ex Cõc. ſeſſ. 4. c. 2. Cat. 1. p. cap. 1. & art. 9. nu. 18.*

Secundò, Debet per ſenſum euidenter cognoſcere, quod Eccleſia Catholica modo talem propoſitionẽ vt certam de fide tenet. Veluti quod mater Chriſti fuerit Virgo ante partum, in partu, & poſt partum, & ſimilia. *ex Cõc. per totum Cat.*

Tertiò, Debet euidenter per ſenſum, & intellectum cognoſcerè quod Eccleſia Catholica. Ideo dictam propoſitionem certiſſimam de fide tenet, non quia ex Scriptura clare deducat, ſed quia de certitudine huius *Concil. vbique.*

conceſſum ſit, quærendum eſt in quo ſuam hanc certitudinem fundent. Et comperto, quod nullum poſſunt verum adducere fundamentum, oſtendere illis, quod nullam fidei certitudinem habent.

Cap.8. De certa probatione lumine naturali.

DE hac probatione agit Ariſtoteles in libro Poſteriorum, & requirit ſequentia.

Primo quod habeatur vera cognitio de certitudine, & fundamento illius, Secundo quod vtraque præmiſſa ſit certa, Tertio quod conſequentia legitima ſit Et hæc tria in multis lumine naturali cognoſci poſſunt, Et ſæpè certitudo maioris, quia eſt vniuerſalis, per intellectus lumen certa ſit. Minor vero, cum eſt particularis per ſenſum, ſi ſenſibilis ſit, certa fieri poteſt, Euidentia autem tum ſenſus, tum intellectus cauſa certitudinis eſt. *ex lib. Poſter.*

Cap. 9. De effectu certæ probationis.

EFfectus certæ probationis ex Ariſtot. triplex eſt. Primus eſt conſtantia, ſeu firmitas in cognitione, vel ſententia, quæ certa probatione confirmata ſit. Certitudo enim quædam cognitionis firmitas eſt. *Ariſt. Eth. lib. 7. c 3. & 9.*

Secundus effectus eſt remouere inconſtantiam: Certa enim probatio rectè cognita facit, vt qui erat dubius de ſua cognitione, per certam probationem firmetur in illa. *Ari. ib.*

Tertius eſt remouere pertinaciam, Pertinacia enim eſt firmitas ſententiæ contra rectam rationem. Et eſt, cum cognitio, & ſententia prauo fundamento nixa eſt. Certa enim probatio prauitatem dicti fundamenti manifeſtat. *ibid. c. 9.*

Cap. 10. De cauſis pertinaciæ.

ARiſtoteles tres affert cauſas pertinaciæ. Prima eſt Dolor. Secunda Voluptas. Tertia Superbia, Quæ cauſæ in Catholicis ceſſant. In hæreticis maximè *7. Ethic. c. 3. et 9.*

quid dubitationis reliquens, quod res probata aliter eſſe poſſit; quam ſit probatum. Dicitur, Probatio, quia ex parte probat. Dicitur, Aliquid dubitationis relinquens, quia non omnem tollit dubitationem, quod res aliter eſſe poſſit. *ibidem.*

Tertia eſt ab effectu, & fine. Probatio Topica, eſt probatio effectiua probabilitatis. Probatio eſt genus. Probabilitas differentia.

Quarta eſt talis. Eſt argumentatio facta ex præmiſſis probabilibus cum legitima conſequentia. Duo enim in hac probatione requiruntur. Vnum, quod premiſſæ ad minus probabiles ſint, vel etiam vna ſit certa, probabilis alia, ſecundum eſt quod legitima ſit conſequentia. Hoc tamen ſecundum in Topica probatione non ita ſtrictè, ſicut in certa accipiendum eſt. In Exemplo, enim, Enthimemate, & Inductione integra forma Syllogiſmi non ſeruatur. *ibidem.* *ibidem.*

Quinta eſt. Probatio Topica eſt illa, quę medium probabile habet. Quid autem ſit probabile, & probabilitas, nunc explicadum eſt.

Cap. 12. Quid ſit probabile, & probabilitas.

HAEC vox, probabile, eſt media inter non probatum, & probatum. Certum enim aliquo modo dici poteſt probatũ. Probabile vero eſt quid plus quam non probatum. Ideo probabile dicit probationem imperfectam. Ita ens in potentia eſt quid medium inter non ens, & ens. *ex lib. Poſter. Top. & Elench*

Probabile ergo ſic definitur. Eſt illud, quod habet probabilitatem. *ex 1. Top.*

probatio probabilis eſt illa, quæ efficit probabilitatem, & fundata eſt in probabilitate, ſeu habet medium probabile. *ibid.*

Probabilitas ſic videtur poſſe definiri.

Primò ſic. Eſt incompleta rei manifeſtatio. Manifeſtatio eſt genus. Incompleta differentia. Vbi enim dubietas eſt, ibi manifeſtatio completa non eſt. Manifeſtatio autem alia ſit in re, alia in intellectu, alia in oratione. *ex lib. Poſter. Top. Elench.*

Secun-

ibid. 1. Poſter. c. 24. tex. 44. Secundo ſic. Probabilitas eſt cognitio cum aliqua dubitatione, quod res poſſit aliter ſe habere, quam à nobis cognitum ſit; Genus eſt cognitio; quia probabilitas dicit aliquam notitiam rei: Dicitur cum dubitatione, quia probabilis cognitio eſt dubia, & debilis cum certa non ſit.

ibid. Tertiò ſic Probabilitas eſt non firma adhæſio intellectus ad rem intellectam; vel ſic; Eſt non plene fundata adhæſio intellectus ad rem intellectam.

ibid. Probabilitas ergo ex parte dicit cognitionem, ex parte dubitationem: Certitudo completam aliquo modo dicit ſine dubitatione cognitionem: Sophiſticę apparentiæ dicunt ſolam dubitationem abſque aliqua cognitione.

Cap. 13. De fundamento probabilitatis.

Ariſt. lib. Poſt. Top. Elench. Sicut certitudo habet ſua fundamenta, ita, & probabilitas: Imo vtriuſque eadem ſunt, ſolum modo in plus, & minus differentia: Tria enim ſunt certitudinis fundamenta: primum eſt dictum illius, qui in dicendo non poteſt errare; ſecundum eſt euidentia ſenſus; tertium eſt euidentia intellectus. Et eadem ſunt probabilitatis. Primum eſt authoritas, ſeu dictum alicuius fide digni, licet in dicendo poſſit errare, *Ariſt. lib. 1. Topic. cap. 8.* In quantum enim eſt fide dignus facit cognitionem; inquatum poteſt errare facit dubitationem; Hinc fit, quod authoritates ſcriptorum, & dicta, vel opiniones hominum ſapientum maximum probabilitatis faciunt fundamentum; ita vt Ariſtoteles lib. 1. Topicorum cap. 8. videatur definire probabilem, & Dialecticam propoſitionem eſſe illam, quæ vel omnibus, vel plurimis, vel ſapientibus, non dico certa, ſed probabilis, & veriſimilis iudicatur; veluti quod contrariorũ ſit eadem diſciplina. Illa enim propoſitio, quæ à ſapientibus certa ne dicatur, plus quam Dialectica, & probabilis eſt iudicanda.

Ariſt. ibi. Hinc colligitur hęreticos male ſe gerere in docendo, quia hoc fundamentum probabilitatis de medio tollunt. Negant enim Traditiones, authoritatem Con

ciliorum,

ciliorum, Doctorum, ſanctorum Patrum, & ſimilium, & veluti omnia metiri iudicio ſuo, Probabilitas autem in iudicio ſapientum fundari debet.

Secundum fūdamentum certitudinis eſt euidētia ſenſus, fundamentum autem probabilitatis eſt non clara cognitio ſenſus. Si quis enim à longe, vel in nocte, vel tantum in dorſo videat Socratem, clare autem non videat, per coniecturas, & indicia poterit probabiliter iudicare, quod Socrates ſit. Et hęc cognitio probabilis eſſe dicetur. Idem erit de cognitionibus, quę per indicia, & coniecturas, & ſigna, quæ certa non ſunt, obtinentur, demum omnis cognitio habita per ſenſum ſine euidentia probabili tantum, & non certa dicenda eſt. *ex lib. 1. poſt. tex. 44.*

Hoc fundamentum potiſſimum in rebus ipſi collocatum eſt, quia ſenſus res ipſas intuetur. Et hęretici nolunt illo vti. Catholici autē maximè illo vtuntur. Hęretici enim nolunt conſiderare, quid à parte rei ſenſus doceat de Eccleſia, & de Euangelio, veluti an in Eccleſia ante Lutherum fuerit Primatus Romani Pontificis, Sacrificium Miſſę, Septem Sacramenta, & alia. Iſta enim omnia deſpiciunt, ſed à ſolo Verbo Dei omnia volunt cum nouitate deriuare. Si enim Verbum Dei verum eſt, ergo dicit eſſe quod eſt. Et ſi dicit eſſe quod eſt, ergo ſignificatio Verbi Dei cum re ſignificata concordat, ergo ex vna parte conſiderandum eſt, quid Verbum Dei ſignificet, ex alia an ita ſit in re, ſicut à Verbo Dei ſignificatum eſt. Et hoc faciunt Catholici examinantes Traditiones, & conſuetudines, & ea, quæ in Eccleſia per cuncta ſecula facta ſunt. Quæ omnia ad ſenſum pertinere dubium non eſt. Vnde concludi poteſt, quod doctrina hęreticorum neque habet probabilitatem à parte rei, quia per ſenſum manifeſtè apparet contrarium eius, quod ipſi docent. *1. Poſt. tex. 43. & 2. poſt. tex. 27.* *ex Ariſt. lib. prædi. de ſubſtantia.*

Tertium fundamentum certitudinis eſt euidentia intellectus, quę euidentia reperitur in propoſitionibus, quæ vel ſunt in aliquo modo per ſe, vel ſunt per ſe notę vt prima principia. Sed quia intellectus in omnibus non poteſt habere hanc claram euidentiam, *lib. poſter. 1. & 2.*

 & multi

& multi homines rudes ignorãt propoſitiones per ſe notas; ideo intellectus multas habet non certas cognitiones; quę cognitiones quidem ſunt;tamen deficiunt à certitudine, & ab euidentia; tales cognitiones non certę, ſed probabiles erunt. Ideo cognitio intellectus non euidens fundamentum erit probabilitatis. Vnde poteſt ex dictis fieri talis concluſio.

1. poſter. tex. 44. Illa cognitio,quę aliquod habet fundamentum veritatis,vel in authoritate dicentis,vel in lumine intellectus, aut ſenſus; ſed tamen non habet fundamentum certę veritatis,probabilis cognitio eſſe dicetur.

ex lib. poſter. et Topic. Probabilis ergo,ſeu Topica probatio erit illa, quæ medium probabile habet;illa vero certa, quæ certum obtinet medium Cum enim tota vis probationis in medio poſita ſit, qua'e medium eſt, talis probatio erit. Nunc magis diſtinctè probationes Topicæ explicabuntur.

Cap 14. *De probatione Topica ex ſcriptura.*

ex dictis ſupra c. 5. NON omnis probatio ex ſacra ſcriptura certa eſt;ſed illa tantum, quæ habet conditiones ſuperius explicatas Vbi ergo in probatione dicta deeſt aliqua ex dictis conditionibus; illa probatio non erit certa, poterit tamen eſſe, quod probabilis ſit. ſi namque certum non ſit. Quot hoc ſit verum verbum Dei, & hęc vera illius interpretatio,& hæc concluſio vere ex illo loco deducatur, illa probatio non erit certa, & ſæpè etiam non erit probabilis, niſi habeat aliquod fundamentum probabilitatis.

Probatio ergo ex ſacra Scriptura tunc erit Topica, cum certa probatio non eſt,ſed probabilitatis ſolummodo fundamentum habet.

Cap. 15. *De Topica probatione per Traditionem.*

ex dictis ſupra c. 6 PRrobatio per Traditionem eſt certa, cum habeat conditiones iam dictas,cum non habet illas, & tamen habet fundamentum veritatis, Topica erit, Si enim Traditio proponat rem nõ vt certam de fide,

veluti

Digitized by Google

veluti quod Beata Virgo abſque peccato originali concepta ſit; per illam non poterit probari, quod veritas de fide ſit. In quo autem gradu veritatis ſit doctrina per Traditionem probata, an probabilitatis, vel quid amplius, ſtandum eſt iudicio, & determinationi Eccleſiæ; cuius eſt de vero gradu veritatis iudicare, atque determinare; & cum ipſa non vult determinare, neque nos hoc facere debemus. *Seſſ. 5. de pec. orig.* *Seſſ. 4. c. 2*

Cap. 16. De probatione per Eccleſiam.

QVando Eccleſia determinat aliquam veritatem de fide; Tunc authoritas Eccleſiæ facit certam probationem, quod ſit de fide. Si vero Eccleſia expreſſe, & aperte aliquam tradit doctrinam, & tamen non determinat, quod illa doctrina de fide ſit, tunc authoritas Eccleſiæ erit certum medium ad probandum, quod illa doctrina Catholica ſit; Non erit tamen certum medium ad probandum, quod de fide ſit; Eccleſia ergo cum circa fidem, & mores non poſſit errare, illius authoritas erit certum medium ad aliquam veritatem in illis cum certitudine probandã. Cum etiam expreſſe aliquid determinat, tunc talis determinatio certiſſimam facit probationem. Si vero Eccleſia declaret, ſe propendere in vnam partem, ſed nolle plenam facere determinantionem, tunc incompleta determinatio incompletam faciet reſpectiue probationem. *ex Conc. ibid.*

Cap. 17. De probatione ab authoritate Doctorum.

VNaminis conſenſus ſanctorum Patrum facit certam probationem; quia Eccleſia ita iudicat, & determinat, Authoritas vero vnius, vel duorum ex ſed ſanctis Patribus ſimpliciter conſiderata, nõ certã, ſed probabilem facit probationem, ſi tamen illius doctrinæ aliquis ex Patribus non contradicat, vel ſi Eccleſia diuerſæ ab illa doctrinæ non videatur magis fauere. *Seſſ. 4. c.*

Cap. 18. *De probatione ex Ariſtotele, & Philoſophis.*

SOla authoritas Ariſtotelis in ijs, quæ lumine naturali cognoſcibilia ſunt, facit probabilitatem; Quod ſi doctrina Euangelij, vel Eccleſiæ illi contradicit; nihil probat: Idem de alijs Philoſophis eſt dicendum.

Cap. 19. *De Topica probatione ex lumine naturali.*

ex 1. *Top.* DE hac probatione agit Ariſtot. in libris Topicorum & illius plura aſſignat loca.

Sic poteſt diffiniri; Eſt probatio habens medium probabile lumine naturali notum; Quot ergo erunt *argum. ex dictis.* media probabilia, tot erunt Topicæ probationes.

Media autem probabilia poſſunt cognoſci ex medijs, quæ certa ſunt; Cum ergo decem ſint inſtrumenta ſcientifica, tot etiam poterunt dici Topicæ probationes.

Ariſt. 1. *Topi.c.* 8. *et alibi.* Primum inſtrumentum ſciendi eſt diffinitio quæ datur ex genere, & differentia, Huic reſpondet deſcriptio per accidentia, & per illa, quæ generi & differentiæ non per ſe, ſed probabiliter conueniunt, vt ſimilia, contraria, & huiuſmodi.

ibid. Secundum eſt demonſtratio per principia per ſe nota. Cui reſpondet probatio, quæ fit per probabiles non certas propoſitiones, & præmiſſas.

1. poſt. tex. 44. & lib. Topic. Tertium eſt demonſtratio per cauſam propriam, ſiue, ſit materia, ſiue forma, ſiue efficiens, ſiue finis. Item quartum eſt per cauſam remotam, ſed certam. Et in his cauſis probatio Topica eſt. Primo ſi quis de cauſa certa habeat tantum probabilitatem, & opinionem, talis cauſa illi medium Topicum erit. Secundo illa omnia, quę probabiliter conueniunt cauſæ certæ ſunt Topicum medium ad illius cauſæ probandum effectum. Si enim cauſa certa habet neceſſariam connexionem cum ſuo effectu, ergo quod habet probabilem connexionem cum cauſa, habebit probabilem

lem connexionem cum effectu: Tertio cauſa, quæ, non dico certo, ſed probabiliter producit effectum, erit Topicum medium ad probandum ipſum, & omnia, quæ illi, vel neceſſario, vel probabiliter connexa ſunt. Demum dato, quod cauſa habeat vel certam, vel probabilem connexionem cum effectu, tunc omnia, quæ habent probabilem connexionem cum cauſa, vel cum effectu poterunt ſeinuicem Topicæ probare, atque probari, quia vis probationis in connexione medij cum extremis poſita eſt.

Quintum inſtrumentum eſt demonſtratio ab effectu, & de hoc dicitur idem cum priori, ſi enim effectus certus, ſit tantum probabiliter cognitus, erit tantum probabile medium, & idem de illi annexis. Si vero ſit effectus probabilis, veluti talis ventus ſæpe efficit pluuiam, erit medium probabile. Illa etiam, quæ tali effectui ſunt annexa, proobabilem efficient probationem, licet illi effectui neceſſario annexa ſint. *ibid.*

Sextum eſt demonſtratio per ſignum certum. Cui *ibid.* reſpondet Topica probatio, quæ habetur per ſigna, cõiecturas, & indicia, quæ certa non ſunt, vel ſi ſunt certa, vt talia non cognoſcuntur. Et hæc loca plurima ſunt.

Septimum eſt demonſtratio ad impoſſibile, cui re- *ibid.* ſpondet probatio topica deducens ad illud, quod non certo, ſed probabiliter impoſſibile eſt, vel non eſt impoſſibile, ſed tantum ſequitur inconueniens, & improbabile.

Octauum, & nouum ſunt demonſtratio diuiſiua; et *ibid.* diuiſio demonſtratiua, quibus reſpondet diuiſio probabilis, & probatio quæ in illa fundata eſt.

Decimum eſt inductio demonſtratiua, cui reſpon- *ibid.* det, inductio, & exemplum, quæ ſcientifica, & demonſtratiua non ſunt.

Alia loca ex libris Topicorum colligi poſſunt; Hic dicta ſunt allata ad clarius certam probationem à topica diſcernendam.

Cap. 10. De ſophiſtica probatione, & de fundamentis illius.

Ariſt. lib. 1 Elench. HAec probatio non eſt vere probatio, ſed tantum apparens, & effectus illius eſt deceptio, & de illa videndum, quid ſit, quæ fundamenta, & quæ remedia illius.

ibid. Sic poteſt definiri, Sophiſtica probatio eſt non vera ſed apparens probatio. Vel ſic eſt deceptiua probatio. Vel ſic. Eſt argumentatio carens certitudine, & probabilitate ſola apparentia contenta.

ibid. Medium illius eſt quid non vere, ſed apparenter cōtingens, vel disiungens extrema.

ibidem. Fundamenta illius principalia ſunt iſta tria, primū eſt verborum æquiuocatio, & ambiguitas; ſecundum confuſio rerum & cognitionum, tertium. Apparentia diſtincta à realitate, & veritate rei.

ibidem. Aequiuocatio, & ambiguitas verborum facit apparentem probationem, cum talia verba accipitur pro medio ad probandum, & in Maiori accipiuntur in vna ſignificatione, in Minori cum alia, veluti iam dictę: Nomen eſt generis neutri, Poeta eſt nomen, ergo Poeta eſt generis neutri. & ſimilia.

ibid. Confuſio rerum, & cognitionum idem facit, Confuſio enim oritur ex inordinata plurium rerum, vel cognitionum per mixtione, vel ſi non eſt inordinata, certe ordo illarum notus non eſt. Cum enim talia accipiuntur pro medio ad probandum, modo poſſunt accipi pro vna re, modo pro alia ad probandū. Veluti in Chriſto erat diuinitas, & humanitas; & ſola humanitas apparebat; ideo Arius vtebatur humanitate ad probandum, quod nullo modo erat æqualis Patri. Ita in Romano Pontifice aliud eſt poteſtas, aliud perſona vtens poteſtate, aliud vſus poteſtatis. Ita Eccleſia in vnum colligit bonos & malos. Vnde hęretici vnam rem tantum attendentes ſophiſticam faciunt probationem, quod Romanus Pontifex non detur. Et quod Eccleſia Catholica non ſit vera, quæ probatio ſimilis eſt huic. Homo infirmus non eſt homo,

Digitized by Google

mo. Socrates eſt infirmus, vel malus, vel vitioſus, ita iſte muſicus, vel medicus, vel grammaticus, vel Doctor peccat in ſua arte, iſte ciuis non obſeruat ſuas leges, ergo dicti non ſunt homines, non muſici, non ciues, quæ probatio aperte ſophiſtica eſt, & in ſola apparentia fundata; immò neque in illa, quia aperte apparet, quod talis eſt homo, & medicus, & ciuis, licet malus ſit.

Apparentia a veritate, & realitate rei diſcordans facit ſophiſticam probationem, cum quis illa vtitur apparentia ad veritatem, & realitatem rei deſtruendam. Veluti ſi aurum alchimicum, vel aurichalchum habet veritatem, & realitatem auri non veri, ſed alchimici, vel aurichalchi, ſit autem habens apparentiam veri auri, ſi quis vtatur tali apparentia pro medio ad probandum, quod illud ſit verum aurum, tunc ſophiſtica erit probatio, non in veritate, aut realitate, ſed in ſola apparentia fundata, quæ nihil verum probat. *ibid.*

Hac probatione frequentiſſime vtuntur hæretici, dum externam apparentiam non quidem bonam, & virtuoſam, ſed malam, & vitioſam in Magiſtratibus, in Epiſcopis & Sacerdotibus, & alijs attendentes exactiſſime vndequaque per cuncta ſecula ſtudent colligere, & coacervare plurima minus rectè geſta, & ipſi multa addunt, fingunt, ampliant, calumnias, blaſphemias, iniurias, opprobria, improperia, maledicta, imprecationes, & omnia ignominioſa in illos coniiciunt, ita vt Romanum Pontificem dicant eſſe Antichriſtum. Et talis apparentiæ iacto fundamento, tamquam in firmiſſimo ſolo, ſuas fundent probationes ad negandum Primatum Romani Pontificis, ad negandos Epiſcopos, & Sacerdotes, & viſibiles magiſtratus, demum ipſam Eccleſiam. O magna, & inaudita cæcitas. His fundamentis certitudines fidei ſunt probandæ. In hac apparentia, quæ in accidentibus pluſquam communibus, & contingentibus poſita eſt (Peccata enim omnino contra naturam ſunt, & nullo modo poſſunt eſſe ſecundum naturam; ideo per accidens rei conueniunt) certæ, & ſcientificæ

probationes ſunt ſtabiliendæ? Quis vnquam Philoſophorum tales probationes admiſit? excogitauit? Hæc ſi hæretici conſiderent videbunt ſuas probationes Sophiſticas eſſe, & non certas; Catholicorum autem certas, vt in hoc opere ſu o loco probatum erit.

Cap. 21. *Explicantur quædam hæreticorum Sophiſticæ probationes.*

VT res clarior fiat exempli gratia aliquas hæreticorum afferam Sophiſticas probationes.

Prima eſt hæc. Ex illo loco Scripturæ, Spiritus ſanctus, vbi vult; ſpirat, ſic arguunt, ergo Spiritus ſanctus non eſt alligatus Eccleſiæ; ergo ſi vult poteſt in alios ſpirare, ergo potuit ſpirare in ſingulos fideles, ergo potuit ſpirare in Lutherum, & Caluinum, & alios, ergo illi poſſunt Scripturam interpretari, ergo illorum doctrina recipienda eſt. Hæc probatio pluſquam Sophiſtica eſt. Hæc enim conſequentia, poſſibile eſt eſſe, ergo eſt, vel erit, Sophiſtica omnino eſt. Veluti cras poteſt pluere, ergo pluet? Spiritus ſanctus potuit ſpirare in Arium, & docere illum veritatem, ergo hoc fecit? Recta probatio ex illo loco fit. Tria in Spirituſancto conſiderantur; Primo poſſe ſpirare; Secundo velle ſpirare; Tertio actu ſpirare. Hæc conſequentia Spiritusſanctus ſpirat vbi vult; ergo poteſt ſpirare vbi vult, vera. Hæc conſequentia Spiritusſanctus ſpirat, vbi poteſt ſpirare, falſa eſt, quia ſpirat tantum, vbi vult, ex illo loco Scripturæ, & ex ratione. Hæc conſequentia Spiritusſanctus voluit ſpirare in Caluinum, ergo ſpirauit, bona eſt; ſi antecedens probetur. Ideo ſi Caluiniſtæ volunt ex illo loco doctrinam Caluini probare, debent ita procedere. Spiritusſanctus vbi vult ſpirare, ibi ſpirat. Sed voluit ſpirare in Caluinum; ergo in illum ſpirauit. Et tunc Minor eſt probāda, quod Spiritusſanctus voluerit in Caluinum ſpirare, & ſi hoc non probatur probatio nulla, & ridicula eſt. Quod ſi minorem ita probent. Potuit ſpirare, ergo voluit ſpirare. Blaſphemia eſt. Sic enim probabitur, quod in Arium ſpirauerit,

uerit, quia potuit in illum ſpirare. Si autem Deus per miracula manifeſtaſſet, quod Spiritus ſanctus voluerit in Caluinum ſpirare, tunc per illa minor probata eſſet. Si etiam Scriptura ſacra hanc Spiritusſancti voluntatem de Caluino in particulari manifeſtaſſet; tunc minor certam haberet probationem, verum cum nihil horum ſit verum; nec aliud detur medium ad minorem probandam, videant hæretici an in re tanti momenti æquum ſit, vt probatione Sophiſtica ſit vtendum. Si enim non probant minorem, corruit doctrina Caluini. Si probant Sophiſtica ratione, dicta probatio nulla eſt. Ecce apertiſſima decepto.

Secunda probatio Sophiſtica eſt hęc. Illum locum Euangelij. Hoc eſt corpus meum, ita interpretantur. Eſt, intelligitur pro, Apparet. Et hanc interpretationem ita probant. Sacra Scriptura aliquando accipit. Eſt, pro. Apparet, veluti cum Angelos in forma hominum apparentes ait eſſe homines, ibi enim neceſſe eſt intelligere. Eſſe, pro, Apparere, quia non ſunt, ſed apparent homines. Hanc ego dico eſſe Sophiſticam probationem, quæ in re tanti momenti abſurdiſſima eſt: Oſtendo: Decies mille vicibus Scriptura vtitur verbo. Eſt, pro Realitate eſſendi. Ter autem, vel Quater, vel Decies, vtitur illo ex occaſione manifeſta, vt iam dicta, ad ſignificandam non realitatem, ſed apparentiam, & apparet cauſa, cur hoc faciat, nempe quia illi, qui apparuerunt, vere erant Angeli, ſed in apparentia homines erant. Nunc oſtendo Sophiſticam conſequentiam. Dicunt, poteſt accipi tali modo. ergo ita eſt accipiendum: Hic duplex conſequentia Sophiſtica. Prima eſt hæc. Poteſt hic accipi, ergo accipi debet: Tranſit enim vt ſuperiora poſſibili ad eſſe: Alia eſt hæc. Alibi Eſſe, accipitur pro, Apparere, ergo poteſt hic accipi: Hęc enim nihil concludit: Si enim in decem mille locis, Eſſe, accipitur pro, Realitate eſſendi, in decem autem locis accipitur pro Apparentia, quis ſanæ mentis non videt, hanc conſequentiam eſſe faciendam: ergo Eſſe debet hic accipi eo modo, quo ordinariè, & ſępiſſimè,

& fere ſemper accipitur a Scriptura, ideſt pro realitate eſſendi: Si enim conſequentia non valet ad id, quod eſt fere ſemper, multo minus valebit, vbi per accidens, & raro fit. Et ſi tu hæretice vis interpretari, eſſe, pro, Apparet, quia in paucis admodum locis Scripturæ inueniſti ita acceptum eſſe, qua ratione non licebit vero Catholico interpretari pro realitate eſſendi; cum hanc interpretationem, non in decem locis Scripturæ, vt tu, ſed in decem millibus fundatam accipiat? Quod enim vt plurimum fit, multo eſt probabilius eo, quod raro fit. Quod ſi hæreticus dicat. In hoc loco eadem eſt cauſa accipiendi, Eſſe, pro, Apparere. Oſtendo hoc eſſe falſiſſimum, immò in contrarium omnino rem ſe habere. In Angelis enim dictis duo erant: Realitas Angeli, & Apparentia hominis. In Euchariſtia Catholici duo affirmant, vnum eſt, nõ dico Apparentia, ſed Realitas Corporis Chriſti. In Euchariſtia enim nulla penitus eſt externa apparentia corporis Chriſti. Aliud eſt, non Realitas, ſed ſola Apparentia panis. Hoc enim in Euchariſtia non habet realitatem, ſed ſolam apparentiam. Nunc Sophiſtica conſequentia apparet. Si Catholicus dicat. Vbi Scriptura dicit, Euchariſtia eſt panis, ibi panis accipitur ſpiritualiter, vel ſi iuxta ſenſum ſit ſermo, eſt panis quo ad apparentiam, quia apparet panis, Verum erit, quod fit eadem cauſa, quæ de Angelo dicta eſt. Si vero hæreticus dicat. Hoc eſt corpus meum, interpretatur. Hoc apparet corpus meum, omnino falſum eſt, quia Corpus Chriſti nullam habet in Euchariſtia apparentiam. Sicut ergo Angelus eſt Angelus, & apparet homo; ita Corpus Chriſti in Euchariſtia eſt Corpus Chriſti, ſed apparet panis, ergo ſicut Scriptura ait, Angelos eſſe homines, quia apparent homines, ita Euchariſtia dicetur eſſe panis, quia apparet panis, ergo hæc propoſitio falſa erit. Hoc apparet corpus meum, quia in Euchariſtia reperitur quidem realitas, ſed non apparentia corporis Chriſti. Cum ergo probatio Sophiſtica ſæpiſſimè confundant realitatem cũ apparentia, vt hoc loco fit, apparebit hanc, & huiuſmodi eſſe Sophiſticas probationes. De quibus ſuis locis

Hoc expreſſo Ariſt. 1. Topic.

Catec. de Euch. nu. 40.

Digitized by Google

locis dicetur. Hic enim exempli gratia duæ dictæ propoſitæ ſunt.

Cap. 22. De remedijs contra ſophiſticas probationes, et deceptiones.

PRimum, & optimum medium ad confutandam ſophiſticam probationem eſt probare, quod ſophiſtica ſit. Probabitur autem per Definitionem ſophiſticæ probationis iam allatæ, oſtendendo, quod in medio termino ſit æquiuocatio in verbis, vel aliqua ambiguitas. Item declarando, quod res, & cognitiones confunduntur, vel quod medium in ſola apparentia fundatum eſt. Vnde fit, quod medius terminus vel probet ſolam apparentiam, non realitatem. Vel aliter accipiatur in Maiori, quam in Minori, veluti Nomen eſt generis neutri. Poeta eſt nomen, & ſimilia.

Secundò Notanda eſt conſequentia an legitima ſit. Sæpe enim deceptio ſit in conſequentia, veluti, Poſſibile eſt, ergo affirmandum. Alibi ita accipitur, ergo ita hic accipi debet.

Tertiò Opportuna, & bene fundata, atque probata diſtinctio, per quam æquiuocatio, & confuſio, & ambiguitas auferatur, & realitas ab apparentia diſtinguatur, remedium contra ſophiſticas probationes optimum eſt.

Cap. 25. De vſu traditæ doctrinæ circa propoſitam materiam.

NVnc de vſu traditæ doctrinæ aliquid eſt dicēdū. Hic vſus vt ſit rectus tria requirit, nempe, vt; Primo ſtatuatur ſubiectum, de quo concluſiones probandæ ſunt; Secundo quod concluſiones probandę colligantur in vnum; Tertio vt certę probationes de illis habitę ſint. *Quis vſus probationis.*

De ſubiecto huius tractationis dictum eſt ſupra: Eſt enim ſubiectum adęquatum regnum Chriſti, ſubiecta partialia ſunt, Verbum Dei, Eccleſia, Romanus *Regnum Chriſti ſubiectū probationum*

nus

Digitized by Google

nus.Pontifex,ſeu Magiſtratus Eccleſiæ,Demum principale ſubiectum eſt S.Euangelium.

De illo colligēda concluſiones. De hoc ſubiecto totali,& partiali colligendæ ſunt concluſiones,quæ ſcibiles ſunt. Hanc autem collectionem docent facere tum Logica tum Metaphyca ſicuti ſupra dictum eſt. Logica enim docet de dictis ſubiectis colligendas eſſe omnes concluſiones,ſeu propoſitiones in quibus de dictis ſubiectis aliquid per ſe prædicatur. Metaphyſica docet decem iam dicta de ſingulis ſubiectis eſſe conſideranda,nempe finem, & alia.

vnũ ſubiectũ,multa concluſiones, Subiectum ergo in ſingulis libris huius tractationis vnum eſt,ſed concluſiones de illo probandæ plures erunt. Diſtinctio autem concluſionum a diuerſitate eorum, que prędicantur deſumi debet. Sic autem in prędicatis diſtinctio attendi poteſt.

Diſtinctio prædicatorum. Omnia prædicata ad tria capita reduci poſſunt; Primò quædam ſunt phyſica,ſeu realia;Secundò quędam ſunt Logicalia;Tertiò quædam Metaphyſica.

Quid prædicatum reale. Phyſica ſunt illa, quæ vere, & realiter rei conueniunt veluti homo habet animam, corpus, intellectum,Regnum Chriſti habet verbum Dei, Eccleſiam. Euangelium,Magiſtratus, & alia.

Quid prædicatum Metaphyſicale. Termini Metaphyſicales ſunt quædam prædicata generalia omnibus communia,veluti cauſa, effectus, exiſtentia,eſſentia,veritas,certitudo,materia, forma, finis,operatio,& alia multa.

Quæ prædicata Logicalia. Terminus Logicalis eſt veluti genus, propoſitio, ſubiectum,prędicatum,affirmatio, negatio per ſe in primo modo,vel ſecundo,vel tertio, vel quarto demonſtratio,& alia multa.

Concluſiones probandæ de Regno Dei, & alijs ſubiectis habent prædicatatum Phyſica,tum Logicalia, tum Metaphyſicalia.

Prædicata realia de regno Dei. Prædicata Phyſica ſunt illa decem,quę de omni re debent conſiderari,nempe finis,operatio finalis, & alia. Veluti Regnum Chriſti habet Textum Biblicum,Eccleſiam, Euangelium, Sacramenta, Leges, Magiſtratus, Sacrificium, Sacerdotium, publicum Dei cultum,premium, & pęnam, aſſiſtentiam Spiritus

ritus

ritus ſancti, priuilegium non errandi. Eſt vnum, ſanctum, Catholicum, æternum, & alia multa.

Predicata Metaphyſicalia de illo.

De hoc regno multa dicuntur prædicata Metaphyſicalia, veluti iſta Gloria Dei eſt finis illius. Eccleſia eſt illius materia. Euangelium forma. Eſt ens completum, Exiſtentia illius eſt perpetua, Operatio finalis eſt completa obſeruantia S. Euangelij. Primatus Romani Pontificis, & magiſtratus Eccleſiaſtici ſunt de ſubſtantia, & eſſentia illius, aliaq. multa.

Predicata Logicalia de eodem.

Prædicata Logicalia ſunt huiuſmodi, Regnũ Chriſti eſt principale ſubiectum doctrinæ reuelatæ, per ſe exiſtit, Non indiget alio ad exiſtendum. Per ſe in primo modo habet Eccleſiam, & Euangelium, & magiſtratus, & Sacrificium, & Sacerdotium, & Leges. Per ſe in ſecundo modo eſt Vnum, Sanctum, Catholicum, Aeternum; Per ſe in quarto modo intendit, & efficit obſeruantiam S. Euangelij, meritum, publicum cultum Dei, & alia multa.

Iſtæ ſunt concluſiones, quæ de regno Chriſti colligi poſſunt; Et idem eſt de Eccleſia, de Verbo Dei, & alijs.

De his concluſionibus probationes tum certæ, tum probabiles ſunt habendę. Qua ratione autem habeantur, nunc eſt dicendum.

De probatione termini Logicalis, et Metaphyſicalis per definitionem.

Quando terminus eſt Logicalis vel Metaphyſicalis probatio ita fiet; Accipietur definitio dicti termini pro medio ad probandum tam negatiuam, quam affirmatiuam concluſionem; Veluti Concluſio probanda ſit hæc, Eccleſia eſt materia regni Chriſti. Itẽ hæc, Eccleſia conuenit regno Chriſti in primo modo per ſe: Si definiatur, quid ſit materia in genere; item quæ ſit materia cuiuſcumque regni, tunc habebitur medium certum ad probandum, quod Eccleſia ſit materia regni Chriſti. Materia enim in genere ſic definitur, Eſt pars compoſiti à forma determinata. Materia regni ſic. Eſt populus in regno gubernatus, Iſtæ definitiones ſubminiſtrãt maiorem certiſſimam, quia in illa diffinitio prædicatur de definito Minor deſumitur ab Eccleſia ſic. Sed Eccleſia eſt pars regni Chriſti, & determinatur à forma illius. Materia enim re-

in lib. Politicorum

gni

gitur eſt populus in illo gubernatus; Omne enim regnum ait Ariſt. diuiditur in partem gubernantem, & hæc tenet locum formæ; & in partem gubernatam, qualis eſt populus, & hæc tenet locum materiæ. Eccleſia autem in regno Chriſti eſt populus gubernatus vt patet ſenſui, & intellectui. & probatur per Scripturam; ideo tum maior, tum minor certiſſimæ erunt, Idem fiet de termino Logico, veluti, Quæ ſunt de ſubſtantia regni Chriſti, conueniunt illi in primo modo per ſe. Eccleſia eſt talis, vt probatum eſt, ergo.

Probatio ab authoritate. Probatio etiam dictorum terminorum poteſt fieri ab authoritate. Veluti ex Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. probatur, quod gloria Dei eſt finis iuſtificationis, & per conſequens regni Chriſti.

Hæc probatio fundatur in definitione tum prædicati, tum ſubiecti, veluti maior habet definitionem prædicati, minor includit definitionem ſubiecti, veluti Eccleſia eſt populus in regno Chriſti gubernatus? ſic enim tum maior, tum minor erit immediata.

Hoc modo decem dicta, quæ rei conueniunt probantur de ſubiecto ſub termino Metaphyſicali, & Logicali. Veluti quattuor cauſæ ſub hoc termino finis, materia, forma, efficiens, operatio finalis, & alia.

De probatione prædicati realis. Prædicata verò Phyſica, & realia, ſub termino proprio conſiderata, veluti in regno Chriſti eſt Eccleſia, eſt Euangelium, ſunt Magiſtratus, ordinatur ad gloriam Dei, Eſt vnum, eſt Catholicum, & alia poſſunt probari quindecim modis ſupradictis, veluti, quod regnum Chriſti ſit vnum, ſit ſanctum, ſit Catholicum probatur ex verbo Dei tum veteris, tum noui teſtamenti, per Traditionem, per Eccleſiam, per euidentiam ſenſus, & intellectus, arguendo à cauſa finali, materiali, formali, efficienti, ab effectu, à ſigno, & alijs, veluti eſt vnum, quia habet vnam materiam, vnam formam vnam operationem, vnam exiſtentiam, vnum finem, vnum efficiens, & alia. De hac autem probatione ſunt declaranda, quæ ſequuntur.

Ariſt. 1. poſt. *Idem medium...* Primo quod medium certæ probationis tam affirmatiuæ quam negatiuæ idem eſt, veluti volo probare, quod Regnum Chriſti apud Catholicos eſt vnum,

apud hæreticos non eſt vnum, medium ſit populus gubernatus vnus: ideo dicam: Vbi populus gubernatus eſt vnus, ibi regnum poteſt eſſe vnum, ſecus vbi non eſt vnus. Apud Catholicos vnus eſt populus; apud hæreticos, multi, & diuiſi populi ſunt, veluti Caluiniſtæ, Lutherani, & alij, item in alijs. ergo.

dictam probationis affirmatiua, & negatiua.

Secundo dicta probatio duplici potiſſimum, vt ſit certa, nititur fundamento; primum eſt hoc. Quando duo, vel tria, vel decem talem inter ſe habent connexionem, vt impoſſibile ſit, quod vnum ſine alio reperiatur; tunc ſi certo, vel euidenter conſtet, quod vnum dictorum hic adeſt; certa fiet probatio affirmatiua; Si vero conſtet, non adeſſe, certa fiet probatio negatiua. Ratio eſt, quia vnum non poteſt adeſſe, vel abeſſe, niſi alia ſimiliter adſint, vel abſint. Secundum eſt hoc; Quando aliqua duo, vel plura ita inter ſe ſunt contraria, vel diuerſa, vt impoſſibile ſit quod in eadem re ſimul eſſe poſſint; veluti eſſe, & non eſſe; affirmare, & negare contradictoria; verum, & falſum, aliaque multa, tunc ſi certo conſtet, quod in hac re vnum dictorum adſit, certa fiet probatio, quod aliud abſit, & ſi certo conſtet quod vnum dictorum abſit à ſubiecto apto nato, tunc certa fiet probatio, quod aliquid adſit, veluti adeſt viſio, ergo abeſt cæcitas. Adeſt cæcitas, ergo adeſt viſio. Item in alijs.

De duplici fundamento certæ probationis.

Tertio Hinc colliguntur probationes ex perihermenia ſic. Hæc propoſitio eſt vera, & certa, ergo omnis propoſitio æquipollens illi erit vera. Et omnis illa erit falſa, & cum eadem certitudine, quæ ita opponitur illi, vt ſimul cum illa vera eſſe non poſſit, veluti, contradictoriæ, vel quæ illi directè oppoſitæ ſint. Sic qui probat Eccleſiam Catholicam Romanam eſſe veram, probauit alias eſſe falſas.

De certis probationibus ex perihermenia.

Quarto Ex libro poſteriorũ talis probatio fit Quæ per ſe rei inſunt, neceſſario illi inſunt, & ab illo ſeparari non poſſunt, & ideo certa de illis cognitio habenda eſt. Cuilibet autem rei per ſe inſunt, primo quattuor cauſæ illius, ſecundo potentię, proprietates, operationes, relationes, & alia, quæ rei in ordine

De certis probationibus ex libro poſteriorum.

ad

Ita eſt de decem dictis. Cum ergò per intellectum conſtet, quod in regno Chriſti decem dicta ſunt; Si probetur Doctrinam Catholicam omnia conſona de illis affirmare, Hæreticos vero, vel nihil de dictis affirmare, ſed tantum doctrinam ab Eccleſia de illis traditam negare; Vel ſi aliqua de illis affirment, aperte magnā continere diſſonantiam, aperta data erit via ad probandam Catholicorum fidem veram, & hæreticorum falſam.

Sexto ex dictis colligitur, quod optima ratio ad probationes rectè habendas eſt, vt ita procedatur, primo de regno Chriſti debent conſiderari omnia, quæ per ſe illi conueniunt, nempè materia, forma, finis, efficiens, exiſtentia, proprietates, operationes, relationes, priuilegia, leges, Sacramenta, & alia iā dicta; ſecundo dicta oīa per verbū Dei, per Eccleſiā, per euidentiā tum ſenſus, tū intellectus probatæ, veluti examinando, quid de dictis doceat Scriptura, item Traditio, item Sancti Patres, item qualе fuerit hoc regnū in cunctis ſeculis præteritis, & quænam fuerit illius continuata exiſtentia, & vbi fuerit, & qualis modo ſit, Demum probare illa, quæ huic regno per ſe inſunt. Quo facto, ſecundo ex his, quæ de Regno Chriſti probata ſunt, debet fieri probatio de his, quæ per ſe tum Eccleſiæ, tum Magiſtratibus illius, tum S. Euangelio conueniunt, Hoc autem ita rectè fiet. *Primā probatio debet eſſe de regno Dei.* *Secunda probatio de Eccleſia in generali conſiderata. De exiſtentia.*

Exiſtentia Eccleſiæ omnino erit eadem cum exiſtentia regni Chriſti, ita vt ſi vnum exiſtat, & aliud, ſi vnū deficiat, & aliud. Eſt enim impoſſibile, quod cōpoſitum abſque propria materia, & forma exiſtat. *De materia, & forma illius.*

Materia regni Chriſti nihil eſt aliud, quam Eccleſia, quæ eſt populus gubernatus.

Forma regni Chriſti eſt S. Euangelium, tota autem forma cōpoſiti recipitur in materia, quam informat; ideo impoſſibile erit ſeparare Euangelium ab Eccleſia, & quidquid continet Euangelium, illud totum recipitur in Eccleſia, ideo de S. Euangelio nihil poteſt à parte rei probari, niſi per illud, quod in Eccleſia receptum eſt. *De fine.*

Finis regni Chriſti, & finis S. Euangelij & Eccleſia

omnia conueniant. Cum autem ſenſui,& intellectui euidens ſit, quattuor,vt ita dicam, dari Eccleſias, prima Romana, ſecunda Lutherana, tertia Caluiniſtica: quarta mixta dicta prætenſa reformata, examinandum eſt, cuinam ex dictis omnia, quæ Eccleſiæ in generali conſideratæ conuenire probatum eſt, inſint, & illa erit probata vera Eccleſia,cui per ſenſum euidens erit dicta omnia conuenire.

Hoc ita poſito per ſenſum,& intellectum certa, & euidens fiet probatio, quod ſoli Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanę dicta omnia conueniunt; alijs vero non conueniunt; Ideo fiet certiſſima probatio, quod Romana ſit vera, reliquæ falſæ, Sic enim neceſſe eſt,quod modo ſit vna vera Eccleſia, cui dicta omnia conueniant,& non poteſt eſſe alia niſi Romana; certiſſime erit probatum,quod hæc ſola vera ſit.

Quarta probatio à poſteriori de omnib' quæ per ſe regno Chriſti conueniunt.

Facta probatione, quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica,Romana vera ſit; aliæ vero falſæ,ſtatim Methaphyſicus,& Logicus euidenter probabũt;quod in illa ſola; ſint illa omnia, quæ per ſe regno Chriſti conueniunt, nempè verum verbum Dei; Verus Textus Biblicus,vera Scripturæ interpretatio, vera Traditio, vera fides, vera doctrina, vera prædicatio, verum Euangelium, verum Sacrificium, verum Sacerdotium, vera Sacrameta, veri magiſtratus, vera aſſiſtentia Spiritusſancti cum priuilegio non errandi, demum omnia eſſe vera, quæ dicta vera Eccleſia de S.Euangelio,& de ijs, quæ ad illud pertinent, docet, & obſeruat. In regno enim Chriſti vero iam dicta ab inuicem ſeparare impoſſibile eſt, quia illi per ſe, & neceſſario inſunt. Ideo vera Eccleſia certo cognita, atque probata in particulari,erit certiſſimum medium ad omnia, quæ dicta ſunt cum certitudine probanda.

Quinta de doctrina ſacri Concilÿ Triden.

Alia etiam probatio per illam fiet,,& eſt,quod ſacrum Concilium Tridentinum ſit legitimum, & generale, quia in illo omnes paſtores Eccleſiæ Catholicæ,& veræ, vocati, & , quantum poſſibile fuit, collecti ſunt, idque ſub Romano Pontifice capite totius Eccleſię Catholicæ. Vnde doctrina illius vere Catho-

Digitized by Google

lica erit, & per conſequens certa, & hoc modo per authoritatem ſacri Concilij Tridentini probatur, quod doctrina ab illo propoſita ſit Catholica, ſit vera, ſit certa, ideo ab omnibus deuote recipienda, & fideliter obſeruanda.

Vltima probatio ampliſſima de dictis.

His iam dictis probationibus additur alia ampliſſima probatio, Doctrina enim Catholica à ſacro Concilio Tridentino determinata omnibus modis probata eſt, nempe per legem naturæ, per teſtamentum vetus, per teſtamentum nouum, per Traditionem, per vſum, conſuetudinem, iudicium, & determinationem Eccleſiæ in pręteritis ſeculis, per vnanimem conſenſum ſanctorum Patrum, per ſenſum, per intellectum per Logicam, Ethicam, Politicam, Metaphyſicam, per ius gentium, & ex communi ſapientum iudicio, & alijs. Omnibus enim dictis modis probatur, quod in regno Chriſti debet eſſe vnus ſummus magiſtratus in ſingulari perſona conſtitutus, in illo debent eſſe ſenſibiles magiſtratus, debent eſſe leges, quę obligent ad obſeruantiam, debere dari publicum cultum Deo, qui in loco publico, ritu publico, a miniſtro publico, & in tempore ſolemni exhibitus ſit. In illo debere eſſe ſacrificium, & Sacerdotium, In illo omnes teneri ad obſeruantiam diuinarũ legum. In illo obedientia, & bona opera neceſſaria eſſe, dari præmium, & pœnam, meritum, & peccatum, liberum arbitrium, & gratiam, id eſt media ad obtinendum finem regni, & ad producendam operationem finalem neceſſaria. Finem huius regni eſſe gloriam Dei, & Chriſti, qui glorioſe in illo regnat. Finem eiuſdem eſſe beatam vitam eorum, qui in hoc regno ſunt gubernati. Hic enim ex Ariſt. eſt finis omnis regni. Hæc, & alia multa quæ ab hæreticis negantur, omnibus modis iam dictis probata ſunt, quia omnis lex, omnis ſapiens, omnis populus, omnis natio de regno bene cõſtituto omnia iam dicta credit, affirmat, docet, obſeruat. Ideo probatio vndequaque completa eſt.

In lib. Politic.

Tom. 4. ſub Leone X. ſeſſ. 8.

Notabis hoc loco lector, in vltimo Concilio Lateranenſi fuiſſe iudicatum, maximè expedire, ſi oſten-

datur,

datur, & explicetur, Doctrinam Catholicam a Philoſophia. & Logica non diſcordare et non ſolum non diſcordare, ſed cum illa maximè concordare, quia tum naturę, cum gratiæ Deus author eſt. Ideo non ingratum eſſe debet, ſi in hoc opere ita factum ſit.

Et hæc de vſu Logicæ; necnon de probationibus, & de illarum vſu dicta ſint. In progreſſu enim operis quæ hic conciſe dicta ſunt, clarius patebunt. *de uſu Logica, nec non.*

LIBRI SECVNDI DISTINCTIO PRIMA.

De verbo Dei in genere conſiderati. Et de illius certa cognitione.

GENVS verbi Dei non ſcripti eſt verbum Dei in vniuerſali conſideratum. Genus verbi Dei, aliquo modo dici poteſt verbum abſolute dictum, prout conuenit tum Verbo Dei, tum verbo hominum. Ideo ab hoc magis vniuerſali genere eſt inchoandum.

Cap. 1. De vocibus, ſeu de verbis, & oratione.

PER verba intelligo omnes voces aliquid ſignificantes, ſiue ſint nomina, vt amor, ſiue verba, vt amo. *Ariſt. 1. perih. c. 1.*

Verbum dicitur a verberando, quia cum voces proferimus, aerem verberamus.

Ariſtoteles, pro explicatione harum vocum, quattuor gradus conſtituit in rebus. *Perih. lib. 1. c. 1.*

Primum gradum dat rebus cognitis, in quibus reperitur veritas obiectiua, per quam entia manifeſtant ſe intellectui, & cognoſcibilia ſunt.

Secundum dat intellectui, ſeu cognitioni, per quam res ipſæ cognitæ ſunt.

Tertium dat vocibus, & verbis, quæ cognitionum, & affectionum, quæ cognitiones conſequantur, ſunt ſignificatiuæ.

Quartum aſſignat Scripturæ, quam vocum dicit eſſe ſignificatiuam. Ideo ad mentem ipſius realitas eſt in rebus. Cognitio realitatis eſt in intellectu. Si-

Digitized by Google

gnificatio cognitionis eſt in vocibus. Significatio verborum, & vocum eſt in Scriptura. Vnde fit, quod realitas rei ſit fundamentum cognitionis. Cognitio vocum. Voces autem Scripturæ. Et hoc in naturalibus verum eſt.

1.p.q.16. art. 1. & ſeq. Sanctus Thomas ait alium ordinem debere ſeruari reſpectu diuini intellectus, & eorum, quæ ab artifice fiunt. Primus enim gradus dandus eſt cognitioni, artificis; Secundus verbis, quibus hanc exprimit cognitionem; Tertius Scripturæ, ſi per illam vult voces ſignificare; Quartus exequutioni, & reali rei productioni. Et hoc etiam verum eſt. Poteſt autem ex dictis colligi definitio vocis, vel verbi in generali conſiderati.

Cap. 2. *De definitione verbi in genere conſiderati.*

Ariſt. periher. lib. 1. c. 1. 2. & 3. SIc poteſt definiri. Verbum eſt vox ſignificatiua eorum, quæ in cognoſcente latent. Dicitur, vox, quia eſt genus illius. Vox enim alia eſt ſignificatiua, alia non ſignificatiua, & Verbum, vox ſignificatiua, appellatur. Sed, quia multa ſunt, quæ ſignificat, explicatur, quid ſignificet, nempè ea, quæ in cognoſcente latent, ſiue pertineant ad cognitionem, ſiue ad affectionem.

Cap. 3. De *quattuor cauſis verborum.*

Ex Ariſt. ibid. MAteria verborum ſunt res ſignificatæ. Sed quia verba ſignificant immediatè cognitiones, mediatè res cognitas, cognitiones erunt materia proxima, res vero cognitæ materia remota erunt.

Forma eſt illa ratio ſignificatiua dictorum.

ibid. Finis eſt manifeſtare ea, quæ intus latent.

ibid. Effectus eſt ſignificatio, per hanc enim, & cognitiones, & res cognitę manifeſtæ fiunt.

ibid. Efficiens eſt ille, qui loquitur. Item illi, qui vocibus

ibid. talem dederunt ſignificationem.

Cap. 4. De diuiſione verbi in non ſcriptum, & ſcriptum.

VErbum diuidi in non ſcriptum, & ſcriptum omnibus notum eſt. Vtrum autem diſtinguantur ſpecie, & eſſentialiter, non ita certum eſt. Ex vna enim parte videtur, quod hoc verbum, Deus idem ſit, & ſignificet ſcriptum, & non ſcriptum, ex alia videtur, quod ſcriptura aliquid ſuperaddat voci, non ſcriptæ. Mihi videtur, quod differentia non ſit eſſentialis, ſed accidentalis, ſed tamen explicanda. *Ex Ariſt. ibid. & ex vſu.*

Cap. 5. De verbo non ſcripto.

VErbum non ſcriptum ſic poteſt definiri. Eſt verbum ore prolatũ ad ea ſignificanda quæ in animo loquentis abſcondita ſunt. Materia proxima ſunt cognitiones. Remota ſunt res cognitæ. Forma eſt illa ratio ſignificatiua. Effectus eſt ſignificatio. Finis eſt manifeſtatio, ordinariè loquendo, facta præſenti. Ordinariè n. verba non ſcripta ad præſentes, & audientes ſunt ordinata. Efficiens eſt ille qui loquitur, & verba profert. Proprietas huius verbi eſt, quod cito tranſeat. *Ex Ariſt. ibid.*

In hoc verbo tria conſiderantur; Primò. Verbum; Secundo, ſignificatio verbi; Tertiò, Res ſignificata ab illo. Primum cito tranſit, ſed ſignificatio illius poteſt diu permanere. *Ariſt. ibi.*

Cap. 6. De verbo ſcripto.

VErbum ſcriptum ſic poteſt definiri. Eſt verbum ſcriptura exaratum ad illa ſignificanda, quę in animo ſcribentis latent. Materia eſt res ſignificata, nempe, Primò voces, Secundò cognitiones, Tertiò res à ſcribente cognitæ. Forma eſt illa ratio ſignificatiua cum quadam permanentia. Vox enim ore prolata cito tranſit. Scriptura autem poteſt diu permanere. Finis eſt manifeſtatio rei ſignificatæ, potiſſimum ab- *Ex Ariſt. ibid.*

ſenti. Verba enim ore prolata præſentibus, & audientibus rem ſignificatam manifeſtant. Scriptura etiam abſentibus facit manifeſtationem. Efficiens eſt ille, qui ſcribit.

In tribus ergo verbum ſcriptum videtur differre à non ſcripto; Primò, quia ſcriptum ſignificat verba ore prolata; Secundò, Quia ſcriptum magis permanet; Tertio, Quia abſentibus potiſſimum deſeruitur. Ordinarie enim loquela fit præſentibus, Scriptura vero abſentibus.

Cap. 7. De cognitione verbi, & ſignificationis illius.

Ab experientia. QVod aliud ſit verbum, aliud cognitio verbi, ſenſui clariſſimum eſt. Verba enim Latina, vel Græca tam ſcripta, quam non ſcripta, vere, & realiter reperiuntur, & tamen multis, vt rudibus ſunt ignota, ideo aliud eſt verbum, aliud cognitio verbi. Item clare apparet, aliud eſſe cognitionem verbi, aliud eſſe cognitionem ſignificationis illius. Multi enim rudes, & pueri ſciunt verba orationis Dominicalis, ſed neſciunt ſignificationem illarum. Amplius poteſt eſſe, vt quis habeat cognitionem verbi, & ſignificationis illius, & tamen ignoret rem ſignificatam, veluti quis ſcit hoc verbum, Leo, ſignificare animal quoddam, ſed ignorat illud, quia numquam vidit, Cognitio ergo verbi a verbo ipſo hoc modo diſtincta eſt.

Cap. 8. De oratione.

ORatio componitur ex verbis. Alia eſt indicatiua, alia imperatiua, alia optatiua, alia enunciatiua, *Ariſt. ibid. cap. 4.* quæ videtur eſſe idem cum indicatiua.

ibid. c. 4. Sola enunciatiua ſignificat veritatem, ſiue ſit ſcripta, ſiue ore prolata, ideo hæc oratio poteſt eſſe vera, & falſa. Illa eſt vera, quæ habet veritatem, ideſt ſignificat eſſe quod eſt, & non eſſe quod non eſt. Illa falſa erit, quæ ſignificat non eſſe quod eſt, et eſſe quod non eſt. Et in illa aliud eſt oratio, aliud ſignificatio

illius

illius,aliud res ab illa ſignificata Item aliud eſt oratio aliud cognitio illius,ſicut de verbo dictum eſt.

Cap.9.De verbo Dei.

VErbum Dei ſic dicitur,quia a Deo prolatum eſt, Sic poteſt definiri.Et vox ſignificatiua eorum, quæ in Deo latent ab ipſomet Deo prolata: Et deſumitur à definitione ſuperius allata. *Ex Ariſt. ibid.*

Genus ſignificatur per illa verba;Eſt vox ſignificatiua eorum,quæ in Deo latent. Differentia explicatur per illa verba, A Deo prolata.

Hoc loco eſt dubitatio, Vtrum verbum Dei ſpecie differat à verbis hominum,& mihi videtur, quod ſpecie differat.Ratio eſt,quia quattuor cauſæ verbi Dei à quattuor cauſis verborum hominum diſtinguuntur, vt modo explicatum erit.

Cap.10. De quattuor cauſis verbi Dei.

MAteria verbi Dei ſũt res ab illo ſignificatæ,quæ ſunt,cognitiones diuini intellectus, & placita diuinæ voluntatis non omnes,ſed illæ tantum,quæ hominibus ſunt manifeſtatæ, vel manifeſtandę:Item res à Deo cognitæ,vel volitæ hominibus manifeſtandæ Item res à verbo Dei ſignificatæ. *Ex Ariſt. ibid. Catech. par. 1.n.1.*

Forma eſt illa ratio ſignificatiua, ad placitum non hominum ſed Dei. Verba enim Dei rationem ſpecialem habent ſignificandi. Vnde dicta verba quattuor ſenſus habent,qui ſunt litteralis, moralis, allegoricus,& anagoricus. Quod eſt proprium verborum Dei,Ideo formam propriam habent. *ibid.*

Finis proximum verborũ Dei eſt ſignificatio eorũ quæ in Deo latent, & Deus vult hominibus reuelare. Hæc enim ſignificatio eſt effectus, qui immediatè à verbo Dei productus eſt. Finis huius ſignificationis eſt manifeſtatio, quæ etiam dicitur Reuelatio eorum, quæ à vebo Dei ſignificata ſunt. Finis huius reuelationis,ſeu manifeſtationis eſt notitia,ſeu cognitio in hominibus eorum, quæ à Deo reuelata *Ex Ariſt. ibid. Concil. Seſſ. 4.c.1. Catec. in præfat. nu.12.*

ſunt.

Digitized by Google

ſunt: Reuelatio enim ad hoc ordinata eſt, vt cognitio diuinorum hominibus data ſit. Finis huius notitiæ & cognitionis eſt gloria Dei, & ſalus hominum. Quod ita explicatur. Res principaliter ſignificata à
Seſſ.6.c.7. verbo Dei eſt S. Euangelium, cuius finis eſt ex Concil. Trid. Gloria Dei, & vita beata hominum. Hoc enim Euangelium ex vna parte dat notitiam diuinæ bonitatis; vnde per illud conſurgit clara cum laude notitia de Deo, quæ dicitur gloria. Ex alia parte docet ea, quæ Deus vult, ad obtinendam, & efficiendam hominum ſalutem deſeruire; vnde ſalus hominum deriuatur.

Efficiens verbi Dei eſt ipſemet Deus, qui profert illud. Ora Prophetarum, & Apoſtolorum ſunt inſtrumenta Dei loquentis.

Cap. 11. De ſignificatione verbi Dei, & de re ab illo ſignificata.

Ex Ariſt. ex Catec. ex Conc.

Ex dictis colligitur. Aliud eſſe Verbum Dei; Aliud ſignificationem illius. Aliud rem ab illo ſignificatam. Verbum enim eſt vox ſignificatiua, ſignificatio verbi non eſt verbum, ſed actio Verbi. Res vero ſignificata eſt illud, ad quod ſignificatio terminata eſt. Sic domus, & res edificata non eſt ędificatio, ſed illud, ad quod edificatio terminatur.

Cap. 12. De veritate verbi Dei.

Seſſ.4.a.1. Plures ſunt proprietates verbi Dei, veluti quod ſit diuinum, excelſum honorabiliſſimum, fons omnis ſapientiæ, lux mundi, & alia, ſed hoc loco de aliquibus tantum dicendum eſt. Veritas ergo illi maximè conuenit.

Cate. ar. 1. nu. 12. S.Th. 1.p. q. 16. art. 5. & 6. Cum enim veritas ſit manifeſtatiua eius quod eſt, & impoſſibile ſit, Deum mentiri, quia eſt prima veritas; omnino Verba illius erunt ſignificatiua eius, quod eſt; & ideo ſummam, & infallibilem veritatem obtinebunt.

Ex Ariſt. Hæc veritas in hoc poſita eſt, quod hæc tria, Ver-

bum

bum ſignificans, & ſignificatio, & res ſignificata inter ſe omnino concordent, cum quibus quartum etiā debet concordare, quod eſt intentio Dei loquentis, Verbum enim Dei debet, iuxta placitum Dei ſignificare. Ideo veritas in verbo diuino requirit adęquationem inter diuinum intellectum, & verbum, & ſignificationem, & rem ſignificatam. Si enim inter dicta ſit diſcrepantia, non erit veritas, quia verbum non ſignificabit eſſe, quod eſt.

lib. præd. de ſubſtā. & lib. 1. perihɛr. S. Th. 1. p. q. 16. art. 1. & ſq.

Hinc colligitur, quod ſi verbum Dei eſt vnum, eſt ęternum æſtimmutabile, eſt firmum, omnino etiam res ab illo ſignificata erit vna, ęterna, immutabilis, firma; & ſemper eadem; Probatur. Ex eo quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa. Veluti ſi oratio dicit. Socrates ſedet; ſedente illo erit vera; non ſedente, falſa, ergo veritas verbi Dei conſiſtit in hoc, quod ita ſit in re, ſicut ab illo ſignificatum fuit; Vel ergo res ſignificata à verbo Dei, ſiue ſit Euangelium, ſiue Regnum Chriſti, ſemper concordauit cum verbo Dei, vel aliquando ſic, aliquando non; Si hoc ſecundum, ergo verbum Dei aliquando fuit verum, aliquando non; Hoc autem ſupponitur impoſſibile eſſe, ergo ſemper concordauit, ergo Euangelium, & Eccleſia, & Regnum Chriſti ſemper à parte rei vere; & realiter fuerunt, ſicuti a verbo Dei de illis ſignificatum eſt; alioquin verbum Dei non eſſet verum ergo cum verbum Dei ſemper fuerit idem, & inuariabile; res quoque ab illo ſignificata a tempore Chriſti vſque ad finem mundi erit vna, & eadem, & inuariabilis, ergo Regnum Chriſti ſemper fuit, & erit idē, Idem Euangelium, Eadem Eccleſia, quia ſemper debent concordare cum verbo Dei, ergo illa nouitas, quam hæretici moderni introducere volunt in Euangelio, in Eccleſia in, Sacrificio, in Sacramentis, in magiſtratibus, in fide, in doctrina & alijs cum veritate verbi Dei ſtare non poteſt; quod ita probatur, vel hæc nouitas eſt vera, vel non, Si non, ergo hæretici docent falſa, Si vera, ergo antiquitas erat falſa, ergo ante Lutherum antiqua erant falſa, lex, Euangelium, Eccleſia, ergo non concordabant cum verbo Dei,

ibi. Ariſt. Catɛh. S. Thom.

ergo

ergo aliter erat à parte rei, quam à verbo Dei ſignificatum erat, ergo tempore antiquitatis verbum Dei non ſignificabat eſſe, quod eſt; ergo falſum erat. At hoc eſt impoſſibile, ergo neceſſe eſt dicere, quod a tempore Chriſti vſque ad finem mundi, ſemper vnũ, & idem erit Regnum Chriſti, Euangelium, Eccleſia, & alia omnia quæ de ſubſtantia regni Chriſti ſunt. Vnde diſcrepantia, quam hæretici fingunt, & ſomniant inter antiquitatem, &, vt ſic dicam, modernitatem, vt res falſiſſima, & verbo Dei contraria eſt anathematizanda.

Cap. 13. De cognitione verbi Dei.

Experientia.

Aliud eſſe verbum Dei aliud cognitionem illius ex dictis patere poteſt; Verbum enim Dei multis ignotum eſt, vt patet de infidelibus, & pueris, & rudibus; & ratio etiam ſuadet, quia verbum Dei eſt res à Deo producta. Cognitio autem noſtra, non actio eſt Dei, ſed noſtra. Item verbum Dei noſtræ cognitionis obiectum eſt, ideo ab illa differens erit.

Cap. 14. De triplici re cognita in verbo Dei.

Experientia.

IN verbo Dei tria à nobis cognoſci poſſunt, primo ipſum verbum, ſecundo ſignificatio verbi, & cognitio huius dicitur intelligentia, vel intepretatio verbi Dei, tertio res à verbo Dei ſignificata, hæc .n. tria pertinent ad cognitionem verbi Dei. Ideo cognitio, & ignorantia illius in his tribus poſita eſt.

Cap 15. De vera, & falſa cognitione verbi Dei.

Experientia.

VErbum Dei ſemper eſt verum, & ſignificatio illius ſemper vera eſt, & res ab illo ſignificata eſt vera, nihilominus noſtra de Verbo Dei, & illius ſignificatione, & re ſignificata cognitio tum vera tum falſa eſſe poteſt. Infideles enim vel hæc omnia ignorant, vel falſam de illis cognitionem habent, Hæretici etiam in multis circa omnia dicta in errore ſunt,

Negant

Digitized by Google

Negant enim verbum Dei non ſcriptum, & aliquos libros ſacræ Scripturæ non admittunt: Falſas quoque de illa interpretationes habent; Et circa res ab illo ſignificatas errores, & hæreſes multas diſſeminarunt. Multi etiam Catholici rudes, & illiterati, non habent cognitionem dictorum! Demum multi poſſunt verba Dei ignorare, & aliqui falſam de illis cognitionem habere.

Cap. 16. De neceſſitate, vt in Eccleſia ſit, & ſemper fuerit vera cognitio verbi Dei.

NOn dico eſſe neceſſarium, vt in ſingulis fidelibus vera reperiatur cognitio de verbo Dei, & de ſignificatione, & re ſignificata illius: Hoc enim per ſenſum patet eſſe non poſſe, vt modo dictum eſt: Sed dico neceſſarium eſſe, quod in vera Eccleſia Dei, vera cognitio de verbo illius ſemper fuerit, & futura ſit; & probatur: Eccleſia, impoſſibile eſt, quod ſit vera; niſi integraliter, ſaltem quo ad ſubſtantialia, habeat verum Euangelium: Eccleſia enim Arij erat falſa, quia in vna veritate Euangelica aberrabat. Sed eſt impoſſibile, quod Euangelium ſit verum, niſi ſit fundatum in vera cognitione Verbi Dei; ergo eſt impoſſibile, quod Eccleſia ſit vera, & quod non habeat veram cognitionem verbi Dei. Confirmatur. Spiritusſanctus per verbum Dei ſemper docuit Eccleſiam omnem veritatem, at hoc ſupponit veram cognitionem verbi Dei; ergo vera illius cognitio neceſſario ſemper fuit in vera Eccleſia.

à ratione in dictis fundata. Seſſ. 4. c. 1. & 2.

Hinc deducitur, quod cognitio Lutheri, & Caluini non fuit vera, quia ante illos in Eccleſia non fuit, vt ſenſus apertiſſime docet. Sicut enim Verbum Dei eſt vnum, & perpetuum, ita vera cognitio illius eſt vna, & perpetua, quia Spiritusſanctus ſemper illam docet. Ita Euangelium, & fides, & doctrina illius erit vna, & perpetua. Et vera Eccleſia erit vna, & perpetua, ergo Doctrina & intelligentia noua ſcripturarum, quæ datur ad hæreticis, falſa eſt.

Cap.

Cap. 17. De neceſſitate, vt in Eccleſia ſemper fuerit vera intelligentia, & interpretatio verbi Dei.

Seſſ. 4. c. 1. & 2.

PEr veram interpretationem intelligo veram cognitionem, & intelligentiam ſignificationis verbi Dei: Interpretari enim verbum Dei non eſt aliud, quam ſignificationem illius explicare: Probatur ergo, quod neceſſario hæc vera interpretatio ſemper fuit in Eccleſia Dei, non dico autem in ſingulis fidelibus. Probatur ex iam dictis; Vbi eſt vera doctrina, vera fides, vera cognitio Euangelij, & verum Euangelium, ibi neceſſario eſſe debet vera interpretatio verbi Dei; quia ad hæc dicta deriuantur. Sed dicta omnia in vera Eccleſia reperiuntur; quia ſine illis vera eſſe non poteſt; Vera autem Eccleſia perpetua eſt; ergo dicta ſemper fuerunt, & fuerunt omnino eadem, quia verbum Dei ſemper idem fuit; Et Euangelium ſemper vnum, & idem eſt.

Cap. 18. De neceſſitate, quod in Eccleſia ſemper fuerit vera cognitio de re à verbo Dei ſignificata.

Seſſ. 4. c. 1. & 2.

Mat. vlt.

PEr rem à Verbo Dei ſignificatam intelligo ſanctum Euangelium; quia Chriſtus ore proprio illud promulgauit. Per Euangelium autem intelligo non ſolum veritates fidei in verbo Dei explicatas; ſed illa omnia, quæ Chriſtus pro obtinenda ſalute eſſe facienda ordinauit, iuxta illud, docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis, vt Baptiſmum, & alia; De quibus omnibus vera cognitio ſemper in Eccleſia neceſſaria fuit; & probatur. In Eccleſia ſemper fuit verum Euangelium; vera doctrina; vera fides, quia Spiritusſanctus docebat illam omnem veritatem. Item in illa ſemper fuit, ſi non in omnibus, ſaltem in multis completa obſeruantia S. Euangelij; quia eſt præcepta à Chriſto, & eſt de neceſſitate ſalutis, & ſemper in Eccleſia fuerunt homines iuſti, & in gratia conſtituti, vt etiam hæretici fatentur; At eſt impoſſibile obſeruare ea, quæ in Euan-

Ioa. c. 16. verſ. 13.

gelio

gelio præcepta ſunt, niſi de illis habeatur vera cognitio, ideo Chriſtus dixit. Docentes eos ſeruare omnia, &c. Docere autem omnino arguit cognitionem in docente, & per illam in diſcente, ergo neceſſario hæc vera cognitio rei à verbo Dei ſignificatæ ſemper in Eccleſia fuit, & eadem ſemper fuit. Nouitas ergo doctrinæ ab hæretici excogitatæ non veritas, ſed vanitas, & mendacium dici debet.

Quod ſi hæreticus dicat, Noſtra doctrina, & cognitio, & fides, & Eccleſia eſt antiqua, & à tempore Chriſti vſque modo ſemper fuit, & Euangelium noſtrum ſemper idem fuit. Sed iſta omnia ante Lutherum erant occulta, & incognita. Etiam ſi hæc videatur ſomnia nihilominus dicam. Probate vos hanc antiquitatem, ſicut nos Catholici illam probamus, ſed quomodo vos probabitis antiquitatem, ſi Traditiones, & authoritates Scriptorum negatis? Deinde ſi illa cognitio, & Eccleſia erat ignota, quomodo ſcitis, quod veſtra Eccleſia ſit eadem cum illa? Hoc modo dormientes adhibetis teſtes: & per ignotam Eccleſiam, & doctrinam vultis probare veſtrā. Nunquid Turca non poterit de ſua religione eamdem facere probationem? Demum ante Lutherum realiter, & vere erat Eccleſia Catholica Romana, ſicut modo eſt, & ſenſus ita eſſe teſtatur. Ad quid ergo ad rem ignotā fingēdam vel ſomniandam eſt deueniēdum?

Cap. 19. De neceſſitate quod in Eccleſia ſemper fuerit non ſolum vera ſed etiam certa cognitio de verbo Dei.

EX ſupradictis apparet, quod Euangelium eſt res ſignificata à verbo Dei, & quod aliud eſt Euangelium, aliud cognitio Euangelij. Hæc etiā cognitio poteſt eſſe vera, & falſa. Demum vera cognitio poteſt eſſe certa, & incerta, & nunc proponitur probandum, quod cognitio verbi Dei debet eſſe non ſolum vera, ſed etiam certa, & hoc ſemper in Eccleſia Dei, Quod ita probatur. *Seſſ. 4. c. 1. Q. 1.*

Fides dicit certiſſimam cognitionem, ergo doctri

quæ in animo ſuo abſcondita ſunt; Ratio eſt; quia ſolus Deus certo congnoſcit ea, quæ vult reuelare, vel manifeſtare: ideo ſcit, quibus verbis vult hoc facere. & verba Dei iuxta placitum ipſius, uim habent ſignificandi. ergo ſolus primo cognoſcit certo, quid voluerit per verba ſua ſignificare: & per conſequens quid ſit ſignificatio vera, & res ab illa ſignificata.

Dictum eſt autem, primo, ad ſignificandum, quod Deus poteſt, cui vult, dare ex priuilegio hanc certam verbi ſui, & ſignificationis, rei ſingnificatæ cognitionem. Et probatur demonſtratiue, quod poſſit dare, imo quod dederit ab effectu ſic. Hæc certa cognitio & doctrina, & fides, vere, & realiter eſt in Eccleſia, quia fides eſt certiſſima cognitio, ergo Deus potuit dare, & dedit illam, quia ab ipſo ſolo talis certitudo haberi poteſt. Et in hoc conueniunt tum Catholici, tum hæretici, nempe, quod certa cognitio verbi Dei à ſolo Deo, & à Spirituſancto primo ſit deriuata. Quomodo autem Deus ſingulis fidelibus hanc certam cognitionem det, inter Catholicos, & hæreticos maxima eſt diſcrepãtia, quę modo proponetur. *Ex ſcriptura.*

Cap. 11. Proponitur prima radix Controuerſiarum inter Catholicos & hæreticos.

NI fallor prima radix Controuerſiarum eſt hæc. Catholici ita dicunt, Spiritus ſanctus immediate docet Eccleſiam omnem veritatem de vero verbo Dei, & de vera ſignificatione, & re ſignificata illius, & hanc cognitionem certiſſimam illi tradit, intãtum vt Eccleſię det priuilegiũ in hac cognitione non errandi, & ita aſſiſtat illi, & ita doceat illam, vt non permittat in hac cognitione errare. Quo facto in Eccleſia, Spirituſanctus ita procedit; Ex vna parte dirigit, & mouet Eccleſiam, vt veritates ab ipſa cognitas per verbum Dei accommodet captui omnium fidelium. illasque continua prædicatione, & ſcriptione, fidelibus proponat, explicet, doceat, & ita dirigit, & aſſiſtit, vt non permittat illam errare in veritatibus fidei edocendis. Ex alia vero parte Spiritus *Seſſ. 4. & 2* *Can. 1. & cap. 1. Seſſ. 4. & 1 & 2.*

nes fidei ſic.

Prima, fides eſt virtus, cuius vi omnino aſſentimur ijs, quæ tradita ſunt diuinitus, vel ſic. Fides eſt certiſſima cognitio eorum, quæ a Deo ſunt reuelata.

Vbi quattuor cauſę fidei explicantur. Materia enim ſeu obiectum fidei ſunt veritates, non ab Eccleſia inuentæ, aut ab alijs, ſed a Deo reuelatæ. Forma eſt illa certa cognitio intellectus, & firmiſſimus aſſenſus voluntatis. Finis eſt dare hominibus cognitionem de vltimo fine, & de mediatore, atque medijs ad illum obtinendum. Circa hoc enim veritates reuelatæ principaliter occupantur. Efficiens fidei eſt Deus, qui ſingulis fidelibus virtutem, & lumen fidei infundit ad dicta firmiter cognoſcenda.

Secunda definitio eſt hæc. Fides eſt virtus, cuius vi id ratum habemus, quod a Deo traditum eſſe, ſanctiſſimæ matris Eccleſiæ authoritas comprobarit. *Cate. ibi.*

Hæc ſecunda idem dicit, quod prima. Solummodo explicat conditionem requiſitam in obiecto reſpectu fidei, quæ in ſingulis fidelibus eſt. Materia enim fidei duplex eſt. Vna in qua, nempè illud, in quo recipitur fides. Alia circa quam nempè obiectum, circa quod fides occupatur, & in quod tendit. Materia in qua adæquata, ſeu ſubiectum fidei adæquatum eſt Eccleſia Catholica, ſinguli etiam fideles ſubiectum illius ſunt. Fides Eccleſiæ aliquam admittit diſtinctionem, non tamen eſſentialem, ſed accidentalem à fide, quæ in ſingulis fidelibus eſt, & eſt illa, quæ inter primam, & ſecundam definitionem fidei reperitur. Prima enim definitio conuenit fidei Eccleſiæ, ſecunda vero fidei, quæ in ſingulis fidelibus eſt. Eccleſia enim immediate a Spirituſancto accipit determinationem obiecti, in quod certa cognitio, & firmus aſſenſus fidei Catholicæ tendat. Singuli autem fideles immediatæ ab Eccleſia accipiunt determinationē obiecti, ſed a Spirituſancto immediatè obtinent fidem, & lumen illius, quia fideles ſingillatim conſiderati non tenentur credere, quod aliqua veritas ſit reuelata à Deo, niſi Eccleſiæ authoritate ita eſſe determinatum ſit, Deo ſic ordinante, ad infinitas con- *Cat. ibi. & Conc. ſeß. 4. c. 1. & 2.*

 fuſiones

Digitized by Google

ſuſiones à regno Chriſti amouendas.

Catt. p. 1. cap. 1. Certum eſt enim quod omnes, & ſinguli fideles abſolutè, & indiſtinctè tenentur certiſſime aſſentiri omnibus veritatibus, nulla penitus excepta, quæ à Deo ſunt reuelatæ, quia Deo in omnibus eſt credendum. Sed certum etiam eſt, quod non tenentur credere veritati reuelatæ, niſi certi efficiantur, quod illa veritas ſit reuelata. Si enim mihi dubium ſit an hæc veritas ſit a Deo reuelata, omnino etiam dubium erit, an illi certa fide credendum ſit. Si enim reuelatio eſt *Ex Catt. ibid.* adæquata cauſa credendi, omnino ſi dubium ſit de cauſa, erit etiam dubium de effectu illius. Singuli ergo fideles antequam credant veritati reuelatæ, debent fieri certi, quod illa veritas ſit reuelata. Nunc quæritur quid eſt illud, per quod tamquam per cauſam ſinguli fideles, non dico primo, quia iam ſupponitur certum, quod ſoli Deo hoc conuenit, ſed immediatè ſunt certi, quod hæc, & illa, & illa veritas a Deo ſit reuelata.

Conc. Tri. vbique in proœmio, illis verbis, in Spiritusſancto, Catt. p. 1. c. 1. & ar. 8. & 9. Conc. ſeſſ. 9. c. 1. & 2. Symb. Athanaſij. ibid. Doctrina Catholica talis eſt, Spiritusſanctus primo, & immediatè cum certitudine fidei docet Eccleſiam omnem veritatem reuelatam, & per illam determinat, quænam veritas ſit reuelata. Docet enim primo, & immediatè Eccleſiam, quodnam ſit verũ verbum Dei, quæ vera illius interpretatio, & quænam ſit res à verbo Dei ſignificata. Hæc autem res ſignificata idem eſt quod veritas à Deo reuelata. Reuelatio enim eſt effectus, & verbum Dei cauſa propria, & adæquata illius. Antequam ergo Eccleſia determinet, quod hæc veritas ſit à Deo reuelatá, ſinguli fideles non tenentur credere illi, tamquam veritati reuelatæ, quia nondum certum eſt, eſſe talem. Sed poſtquam Eccleſia determinauit eſſe reuelatam, tunc omnes tenentur credere illi vt reuelatæ.

Eccleſia ergo non eſt cauſa verbi Dei, nec ſignificationis, nec rei ſignificatæ illius, nec eſt cauſa veritatis à Deo reuelatæ. Hæc enim ſoli Deo conuenit. Non eſt etiam prima cauſa veræ intelligentiæ, & interpretationis verbi Dei, quia hæc primo a Spiritusſancto procedit, qui primo, & immediatè Eccleſiam illam

illam

illam docet. Sed authoritas Eccleſiæ eſt vera, propria, adæquata, & immediata cauſa, ad dandam ſingulis fidelibus certitudinem, quod hęc, vel illa veritas à Deo ſit reuelata, & per hanc authoritatem omnes, & ſinguli fideles tenentur doctrinam, & fidem Eccleſiæ integram, inuiolatamque ſeruare, vt in Symbolo Athanaſij concluſum eſt.

Notandum, non dicitur, quod Deus ſit alligatus Eccleſiæ, & quod non poſſit, vel nolit docere fideles, & tradere illis cognitionem Euangelicarum veritatum, niſi per Eccleſiam; Catholici enim affirmant, Deum ſæpe huic & illi homini veluti S. Hieronymo, S. Auguſtino, & alijs, plures docuiſſe veritates circa verbum Dei, & ſignificationem, & rem ſignificatam illius, quia dicti vere multa de dictis cognouerunt. Sed dicitur, quod Eccleſia eſt cauſa non dico omnis cognitionis, quia Deus multis immediate dat cognitiones, ſed dico omnis certitudinis cognitionis, eo modo, quo ſupra dictum eſt. Nempe dat certitudinem cognitionis, quod hæc veritas a Deo reuelata ſit. Et addo talis certitudinis, vt omnes, & ſinguli fideles de neceſſitate ſalutis illi credere teneantur. Id eſt authoritas Eccleſiæ eſt medium ordinarium, & obligatiuum ad dictā certitudinem fidei efficiendam, quia etſi poſſit eſſe quod doctrina alicuius Sancti ſit vera, & certa, nihilominus fideles non tenentur credere illi niſi ſciant ab Eccleſia illam eſſe approbatam. Hęc eſt explicatio Catholicæ doctrinæ a Catechiſmo Romano accepta. Nunc probabitur veritas Catholicæ doctrinæ, & falſitas hæreticorum.

Conc. ſeſſ. 4. c. 2. Cate. vbi ſupra.

Cap. 23. Probatur quod Spiritus ſanctus per Eccleſiam docet fideles.

CONcluſio probanda eſt talis. Medium ordinariū, & obligatiuum, per quod Deus reddit homines certos de doctrina a ſe reuelata, id eſt de vero verbo Dei, & de vera ſignificatione, & re ſignificata illius, Authoritas Eccleſiæ eſt, & ſine hoc medio, ordinariè loquendo, fideles ſingillatim conſiderati, non ha-

bent certitudinem de veritatibus à Deo reuelatis; quia ſine hoc medio nō poſſunt habere certitudinem quod hoc ſit verbum Dei, & hæc illius vera, & certa interpretatio. Vel ſic poteſt poni concluſio. Certum eſt de fide, quod Eccleſia habet à Deo priuilegium in rebus fidei non errandi; Quod vero ſingillatim fideles poſſint ignorare veritates fidei, & in illis errare, ſacra Scriptura docet, & ratio ſuadet, & per experientiam, & ſenſum manifeſtatiſſime probari poteſt, & modo hic, poſtea alibi probatum erit. Probatio autē eſt a lumine naturali, a lege ſcripta, ab Euangelio, ab Eccleſia, a ſenſu, & ab experientia.

Experientia. Prima, probatio a lumine naturali. Sicut ſe habet lumen naturale ad veritates naturales, & ad cognitionem illarum; ita ſe habet ſupernaturale ad ſupernaturales, quia Deus vtriuſque luminis author eſt. Sed ſimul ſtant habere lumen naturale, & ignorare veritates naturales, & actu errare circa illas, ergo idem de lumine ſupernaturali, niſi ſit ex priuilegio, eſt affirmandum.

Senſus, & ratio. Secundò, aliud eſt lumen, aliud vſus luminis, ſed in cauſa libera, qualis eſt homo, vſus rerum poteſt eſſe bonus, & malus; lex autem Euagelij non tollit libertatem, ergo fideles poſſunt bene, & male vti lumine ſupernaturali; ergo poſſunt errare; ergo non ſunt certi, quod illorum cognitio vera ſit.

Ratio. Tertiò, Sinderesis eſt habitus naturalis cognoſcitiuus primorum principiorū operabilium; & conſcientia applicat dictam cognitionem, & lumen ad actiones particulares, & in hac applicatione poteſt errare, & ſæpe errat; ergo idem in lumine ſupernaturali contingere poteſt.

Experientia. Quartò, Pueruli habent intellectum, & rationem, & lumen naturale, & tamē in infantia, & vſque ad aliquod tempus carent vſu rationis, & luminis illius; & egent à Patribus, & Magiſtris edoceri; ergo Deus ita diſponit, vt homo egeat lumine, & directione aliorū ad vſum luminis ſibi à Deo dati.

Ab effectu. Quintò, Infantes Baptizati, cum perueniunt ad vſum rationis, habent fidem, & lumen fidei, & Spiri

tus

Digitized by Google

tusſanctus eſt in illis,& tamen ſenſus apertiſſimè docet,illos ignorare veritates fidei,& Verbum Dei, & illius interpretationē,& neſciunt legere ſacrã Scripturam,& Spiritusſanctus non docet illos dicta , omnia, ſed opus eſt,vt maxima diligentia edoceantur à Patribus,& Magiſtris,& alijs ergo Spiritusſanctus non docet immediatè ſingulos fideles omnem veritatem,ſed opus eſt,vt ab alijs edocti ſint.

Sextò,De mulieribus,rudibus,ruſticis, agricolis,& alijs idem apertiſſimè videtur,ergo hæretica concluſio apertè ſenſumnegat, Catholica in illo fundata eſt. *Senſus.*

Septimò,Incredibile eſt,quanta fuerit inter Philoſophos de natura , & rebus ſenſibilibus diſputantes varietas,contrarietas ,ambiguitas, falſitas , deceptio, error,& ignorantia,quod ſi hoc contingit in ſenſibilibus,quæ nobis notiora ſunt,quid erit de ſupernaturalibus,quæ multo difficiliora exiſtunt ? *A ſigno.*

Octauò,Deus ordinauit in gratiam meriti virtutẽ eſſe labore parandam , & ſemper indiuiduam comitem habere laborem ,& potiſſimum in acquirendis ſcientijs , etiam humanis hoc fieri certiſſimum eſt, vnde publica Gymnaſia cum inſignibus magiſtris ad docendas ſcientias inſtituuntur . Quis ergo dicet in diuina de Deo ſcientia acquirenda excluſum eſſe , laborem ? *A d impoſſibile.*

Nonò,Totus mundus experitur, & probat hanc legem à Deo eſſe datam , vt pro ſcientijs acquirendis, immò etiam artibus,opus eſſet ſtudio,labore,libris,atque magiſtris,ergo Deus multo magis in ſcientia ſupernaturali hoc ordinabit. *A naturali lege.*

10. In lege veteri omnia iam dicta manifeſtè apparent,pueri Hebræorum legem, & ſcripturas ignorabant,opus erat illos de dictis edoceri, tunc erãt Sacerdotes doctrinam legis interpretantes , ſæpiſſimè in populo illo oriebantur circa legẽ dubitationes, et pro ſolutione ad ſummum Sacerdotem,vel ad alios ibant , & tamen Spiritusſanctus erat in multis illorum,ergo Spiritusſanctus tunc intrinſecè , & immediatè non docuit ſingillatim hebræos omnes veritatem,ſed per externum miniſterium hoc faciebat. *A lege ſcripta.*

A valde ſimili. 11. Deus immediate per ſeipſum poſſet angelos vltimi ordinis de omnibus veritatibus edocere; idem poſſet facere in omnibus, & tamen Deus vult per angelos edocere homines, & ſuperiores angelos illuminare inferiores, & hoc non derogat diuinæ bonitati; immo illam exaltat, vt ſuo loco dicetur; ergo Deus non docet per ſeipſum immediate omnem veritatem ſingulos fideles.

Ab effectu ſenſibili, de hoc S. Th. 1. p. q. 22. art. 3. 12. Hæretici à toto cęlo abberrant, exiſtimantes derogari diuinæ bonitati, ſi per ſecundas cauſas, & mediate faciat inſigniores actiones, quas ipſe per ſeipſum immediate facere poteſt, ob hoc enim dicunt in Eccleſia non dari viſibiles magiſtratus, & Deum per Eccleſiam non docere fideles, ſed Deum immediate per ſeipſum docere, & gubernare populum ſuum. Quis non videt omnia in mundo etiam inſigniora, excepta mundi creatione, per ſecundas cauſas effici ac gubernari? Nunquid cælum non operatur in terra, & angeli in homines?

diuiſio demonſtratiua. 13. Si Spiritusſanctus per ſeipſum intrinſece, & immediate ſingulos Hebræos docebat, & gubernabat, vt quid Sacerdotes inſtituebat, & prophetas mittebat qui populum illum docerent? Et magiſtratus, & iudices ordinabat, qui illum continuo gubernarent? Hoc nonne eſt mediate docere, & gubernare? Vel ergo conuenit Deo per ſecundam cauſam viſibilem populos docere, & gubernare, vel non. Si non. Cur ergo hoc fecit in gubernatione mundi, & in veteri teſtamento? Si conuenit, Cur ergo ab hæreticis tam obſtinate, & pertinaciter de Sancto Euangelio, & de regno Chriſti negatum eſt?

Ad impoſſibile. 14. Si Spiritusſanctus immediate, & abſque externo medio totum populum Hebræum, & ſingulos in illo adſcriptos docebat, & gubernabat, ad quid ergo Lex Scripta data eſt. Vel enim intima gubernatio Spiritusſancti erat completa, vel incompleta: Si completa, ergo lex externa ſuperuacanea eſt, ergo nihil operatur, ergo fruſtra data eſt, ergo derogat Spiritui ſancto, quaſi indicans internam illius gubernationẽ non eſſe completam. Si dicatur eſt incompleta; O

bone

bone Deus, Actionem Dei appellabimus incompletam? Quid ergo dicemus? Dicendum eſt, Gubernatio nem Dei eſſe completam, & eſſe vnam, ſed in duas partes diuiſam eſſe, quia Deus partim intrinſecè per ſeipſum, partim per extrinſecas cauſas vult docere, gubernare, & operari, quia ita a prouidentia ipſius diſpoſitum eſt.

15. Eadem probatio fit in teſtamento, Si enim Spiritusſanctus intrinſecè ſingulos fideles docet omnem veritatem, ad quod opus eſt ſacra Scriptura? Hæc enim medium extrinſecum eſt. Vel enim Spiritusſanctus ſine medio Scripturæ docet ſingulos fideles, vel hoc facit mediante Scriptura, Si abſque Scriptura, ergo illa dimitti, & negligi poteſt, quod eſt contra hæreticos ipſos, qui volunt omnia a Scriptura deriuari. Si per ſcripturam, ergo Spiritusſanctus vtitur externo medio ad Eccleſiam, & ſingulos fideles edocendos. *Ducit ad impoſſibile.*

16. Res explicatur, & probatur exemplo. Deus in herbis, arboribus, & animalibus producit ſingillatim illorum operationes, Duplici autem vtitur medio ad dictas operationes efficiendas, Vnum eſt intrinſecum nempè, natura, cuius inſtinctu animalia, & cetera operantur, & Deus intime vtitur natura, vt medio, & inſtrumento ad motiones naturales efficiendas; Aliud eſt extrinſecum, nempe cælum, quo Deus vtitur tamquam alio inſtrumento, & hæc duo inſtrumēta completam Dei motionem faciunt. Et vnum ſe accomodat alteri. Veluti in hieme arbores non producunt, quia cæli influctus opportunius abeſt, & natura accommodat ſe cælo. In æſtate cęlum influit in terreſtria, ſed accommodat ſe naturæ, quia illius influxus iuxta cuiuſque rei propriam naturam operatur. Aliā enim in nuce, aliam in caſtanea operationem habet; ſi ergo Deus ex vna parte intrinſece mouet in dictis per naturam, ex alia per cælum extrinſece mouet, & vtriuſque motionis Deus author eſt, & ipſe vtramque ordinauit, & vna motio alteram non impedit, non excludit, ſed adiuuat, & vna perficitur per aliā, quis audebit hoc negare in Eccleſia Dei, in qua omnia *ab effectu S. Th. 1. p. q. 22. art. 4.*

nia

nia apertiſſime clamant.rem omnino ita ſe habere ?

A ſigno certo. 17.Si ſolus Spiritusſanctus completam, & certam cognitionem per intimum lumen,& intimam motio nem dare voluiſſet:quod fateor potuiſſe, ſingulos fideles docere,& gubernare,peto. Ad quid ergo Chriſtus,& illius incarnatio,atque prædicatio ? Chriſti enim humanitas & illius prædicatio medium externũ & ſenſibile fuit,ergo Deus voluit tum intime,per Spi tumſanctum,tum extrinſece, per Chriſtum populos fideles docere,& gubernare.

ab effectu certo. 18.Miracula,quæ Chriſtus, & Apoſtoli fecerunt. quoddam medium ſunt ad fideles certos faciendos, quod Deus in illis loquebatur. Spiritusſanctus etiam mouebat illos per fidem,& lumen fidei ad credendũ; ergo intima motio Spiritusſancti admittit ex Dei vo luntate aliam externam motionem ad certitudinem fidei efficiendam.

ab effectu certo. 19. Spiritusſanctus intime in ſingulis fidelibus iuſtificatis efficit gratiam, quia ſolus Deus cauſa efficiens gratiæ eſſe poteſt. Et tamen Deus voluit vti medio externo,veluti Circumciſione,Baptiſmo,& Sacramentis ad illam efficiendam, ergo intima motio Spiritusſancti medium externum a Deo ordinatum non excludit.

ab effectu 20. Si intima motio Spiritusſancti dat plenam, & certam cognitionem tum verbi Dei,tum rei ab illo ſignificatæ. Ad quid deſeruiet Euangelica prædicatio facta à Chriſto,& ab Apoſtolis. Ad quid Chriſtus dixit. Prędicate Euangelium omni creaturę? Docete omnes gentes? Docentes eos ſeruare omnia,&c. Si enim Spiritusſanctus complete docet ergo externa prædicatio ſuperflua eſt. Quod ſi otioſa non eſt,ergo motio interna externam motionem ſecum admittit.

argumentũ ad hominem. 21. Hæretici per miniſtros verbi Dei, vt ipſi dicunt, tum voce,tum ſcriptura hęreſes ſuas docent. Ad quid ergo hoc faciunt, ſi Spiritusſanctus externum medium ad docendum non admittit?

ad hominem. 22. Non intelligo, quomodo hęretici ſibijpſis non contradicant,dũ ex vna parte dicant, Spiritumſanctũ cõpletã ſingulis fidelibus intime tradere cognitionẽ

ex alia negant Traditiones,& verbum Dei non ſcriptum, ſeu doctrinam ab illo deriuatam; Si enim Traditio non eſt aliud, quam Doctrina a verbo Dei non ſcripto deriuata, & a Spirituſancto in Eccleſia continuata ſucceſſione conſeruata, mirum eſt, quod internam Traditionem negent à Spirituſancto in Eccleſia conſeruari, etſtamen dicant Spiritumſactum intimam doctrinam in fidelibus efficere, & conſeruare, hæc enim intima doctrina S. Euangelij, idem quod Traditio eſſa videtur. *ab effectu*

23. Vbi eſt periculum errandi, ibi non poteſt eſſe certa cognitio, ſed fideles ſingilatim cõſiderati poſsũt in ſua cognitione errare; veluti Arius, Sabellius, & alij errarunt. ergo certitudinem cognitionis ſingillatim fideles à ſeipſis non habent.

24. Si S. Paulus acceſſit ad S. Petrum, vt Euangelium cum illo conferet, ergo multo magis ſingillatim fideles certitudininem fidei ab Eccleſia accipere debent. *ex Actib. Apoſt.*

25. In Actibus Apoſtolorum legitur, quod Apoſtolij congregauerunt Concilium ad veritatem de lege diſcernendam; ergo externum medium certitudini deſeruit. *Actu Apoſtol.*

26. Eccleſia dicitur eſſe columna & firmamentum veritatis, ergo ab illa firmitas prouenit. *S.Paul.*

27. Singuli fideles de neceſſitate ſalutis tenentur credere Eccleſiæ,& fidem illius integrã, inuiolatamq. ſeruare, ergo certitudo fidei in illa poſita eſt. Si enim hæc certitudo in ſingulis eſſe, non fidem Eccleſiæ, ſed ſuam ſequi tenerentur. *Symb. Athanaſij.*

28. Spiritusſanctus vel omnibus fidelibus, vel nullis, vel aliquibus tantum dat completam,& certam verbi Dei cognitionem. Si nullis, ergo hæretici male dicunt; Si omnibus, ergo nullus errabit,& ſinguli habebunt priuilegium non errandi, quod apertè falſum eſt, cum multi errent; Et ſcriptura docet eſſe hæreticos,& homines, qui ſcripturas deprauant, Si aliquibus ſic, aliquibus non, ergo nullus poterit eſſe certus, quod ſibi, vel alteri hoc priuilegium non errandi datum ſit, ergo ne ſola Eccleſia habebitur certitudo. *à completa diuiſione.*

quod

quod hoc priuilegium illi datum ſit.

Experientia. 29. Qui ſcripturam interpretantur apertè contraria, & contradictoria, & pręcipuè hæretici inter ſe dicunt, ergo neceſſe eſt, quod aliqui errent in interpretatione illius.

Ex ſcriptura. 30. Apoſtolis, & Prophetis datum eſt priuilegium non errandi, quia Spiritus ſactus loquebatur in illis. Sed ſi omnibus, & ſingulis fidelibus datur, non erit priuilegium, quia omnibus datum eſt, ergo hæreticorum doctrina abſurdiſſima eſt.

Ex dictis apparet quam conſona ſint omnia Catholicæ veritati, & diſſona hæreticæ falſitati.

Cap. 24. Probatur hæreticos non poſſe habere certitudinem de verbo Dei.

NVnc intendo probare, quod hæretici non poſſunt habere certitudinem de verbo Dei, neque de ſignificatione, & re ſignificata illius. Ideſt non poſſunt certo ſcire, quod Textus Biblicus, quo ipſi vtuntur, ſit verus, & quod doctrina, quam ipſi docent, ſit vera, quod interpretatio illorum ſit vera, probatur ſic.

Maior. Vbi eſt certitudo, ibi neceſſariò eſt cauſa, & verum fundamentum illius.

Minor. Sed apud hæreticos nulla eſt cauſa, nullum fundamentum certitudinis de dictis.

Concluſio, Ergo hæretici non poſſunt habere certitudinem de dictis.

Ex ſupradictis de certitudine maior per ſe nota eſt. Minor ita pobatur.

Fundamentum certitudinis ad ſummum quadruplex eſſe poteſt. Primum eſt dictum illius, qui in dicendo errare non poteſt. Et talis eſt Deus per naturam, Si alij non poſſunt errare, hoc eſt ex priuilegio à Deo illis conceſſo, ſed temere non eſt credendum, quod Deus huic, vel illi hoc priuilegium conceſſerit, ſecundum ſunt miracula, per quæ Deus teſtatur factis ſe eſſe illum, qui loquitur, & ideo ſermonem miraculis confirmare, tertium eſt euidentia ſenſus, quae *Supra diſtin. 4.*

tum

rum Euidentia intellectus. Si ergo probatum fuerit, quod apud hæreticos nullum fundamentum ex dictis reperitur, erit probatum, quod apud illos certitudo de dictis eſſe non poteſt.

Quod autem hæretici huius temporis non fecerint miracula ad probandum, quod Textus Biblicus verbum Dei contineat, omnibus notum eſt, ideo per miracula non ſciunt. *Ex ſenſu.*

Idem patet de euidentia ſenſus, quia ipſi non viderunt, nec ſenſibiliter audierunt Deum verba in Textu Biblico contenta proferentem: Hoc enim Apoſtolis, & iis qui tẽpore Chriſti fuerunt, conceſſum eſt. *per ſenſum. experientia.*

Intellectus non poteſt habere euidentiam de his, quæ ſupra naturam ſunt.

Reſtat videre, an fundent certitudinem in dicto illius, qui non poteſt errare.

Si dicat hæreticus, fundo certitudinem in verbo Dei ſcripto, quod in Textu Biblico continetur. Dicam ò hæretice, tu neſcis Logicam? Petis enim principium & ſupponis certum, quod tu debes probare. Nunc enim querimus, an tu certo ſcias, quod hic Textus Biblicus, quo tu vis vti ad tuam doctrinam probandam, contineat verbum Dei, Vel enim certo ſcis, continere, vel neſcis, Si neſcis; ergo verum eſt, quod probamus; Si dicis, Certo ſcio ita eſſe; querimus a te, quodnam affers fundamentum huius certitudinis tuæ. Et ſi nullum affers, ſupponemus, quod tua certitudo potius incertitudo, & error dicenda ſit. Expecto igitur, vt dicas hoc fundamentum, ſi habes. Tu non potes probare per ſenſum, Non per intellectum. Non per miracula; Non per ſcripturam, quia negamus conſtare tibi, quod hæc ſcriptura verbum Dei ſit, & ſi non probas tibi conſtare, ſupponimus te ignorare, quod verbum Dei ſit.

Si dicat hereticus, Spiritusſanctus intrinſece hoc me docet, & certo docet, & de hoc me certum facit. Iam ſupra hoc dictum confutatum eſt; Et addo: Es ne certus, quod Spiritusſanctus ſit in te, & doceat te; & abſque periculo errandi tu docearis ab illo? Si dicis non, ergo dubius es de cauſa, & per conſequens

de effectu: Si dicis, ergo ſum certus: Quæro à te, In quo hanc certitudinem fundes quod Spiritus ſanctus ita doceat te ſolum, & non doceat alios, qui Sectę, & doctrinæ tuæ contrarij ſunt? Quæ enim maior ratio de te, quam de illis? Vel proba, vel ridebimus tuam vanitatem. Quid dicis? probabo Scriptura, quod mihi Spiritus ſanctus datus ſit, et aſſiſtat: Dicam afferas locum Scripturę qui in particulari loquatur de te; & promittat tibi certam aſſiſtentiam Spiritus ſancti, & priuilegium non errandi; Quod ſi non inuenis in Scriptura hanc promiſſionem factam eſſe in ſpeciali Luthero, aut Caluino, aut tibi, aut alijs, ne vſurpes, quod tibi promiſſum non eſt: Si dicas Scriptura ait; Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem; & ego in illa generalitate comprehendor: Oppono, Arius, & Manichæus hoc idem dicere poteſt: Conſequentia non valet: Quia Non omnis generalitas de ſingularibus neceſſario verificatur; ſicut S. Paulus de populo Hebræo argumentatus eſt. Deinde ille locus Scripturæ nō dicit; An Spiritus ſāctus mediante Eccleſia, vel immediate doceat: Dato enim quod immediate doceat Eccleſiam, & per illam fideles, omnino locus ille verificatur, quod doceat omnem veritatem illlos qui in vera Eccleſia ſunt. Hæretici ergo nullo modo poſſunt habere certitudinem de verbo Dei.

Cap. 25. Probatur Catholicos habere certitudinem de verbo Dei.

NVnc probabo Catholicos hanc certitudinem habere de verbo Dei.

S. Paul. 1. Cor. c. 2. Spiritus ſanctus habet certitudinem de verbo ſuo, & de ſignificatione illius; Hoc eſt certiſſimum, & probatione non eget.

Seſſ. 4. c. 2. Cate. 1. p. c. 1. Idem Spiritus ſanctus docet immediatè Eccleſiam omnem veritatem, & cum certitudine docet; Et Eccleſiæ dat priuilegium non errandi.

Seſſ. 4. c. 1. Medium, quo docet Eccleſiam immediatè, Quod hic Textus Biblicus contineat verbum Dei eſt diuina

Traditio

Traditio fundata in verbo Dei non ſcriptoſquæ Traditio opera Spiritusſancti continuo in Eccleſia ſeruata eſt; de qua modo dicendum erit. Nunc oſtendo certitudinem Catholicorum.

Supponamus Eccleſiam non poſſe in docendo errare. Hoc enim ſuo loco probatum erit. Cauſa cur non poſſit errare eſt, quia à Deo habet priuilegium non errandi, & certam, ac infallibilem exiſtentiam Spiritusſancti; Quia dicta à Chriſto promiſſa illi fuerunt. Ex quo euidenter ſequitur, quod dictum Eccleſiæ eſt verum, & reale certitudinis fundamentum. Quod ſi in Eccleſia per cuncta ſecula continuata Traditione ab Apoſtolis, & à Primitiua Eccleſia deriuata, ſemper tamquam certiſſimum dè fide propoſitum ſit, quod Textu Biblicus, præcipuè Editionis Vulgatæ, verè, & realiter verbum Dei contineat, & in hac Traditione antiquiſſima, necnon in tam continuato Eccleſiæ teſtimonio Catholici ſuam certitudinem fundant: clarè omnino patet, quod Catholici ſuper ſolido fundamento ſuam certitudinem firment. *Cate. art. 9. nu. 17.* *Seſſ. 4. c. 1.* *ibid. c. 2.*

Hinc fit probatio de certa interpretatione verbi Dei; & de certitudine rei ab illo ſignificatę. Certitudo enim in dicto Eccleſiæ firmata eſt.

Cap. 16. Soluuntur quædam argumenta hæreticorum.

CONtra Doctrinam Catholicam iam propoſitam hæretici aliqua faciunt argumenta, quorũ principalia ſunt ſequentia.

Primo impoſſibile eſt, quod verbum Dei accipiat ſuam certitudinem, & firmitatem ab Eccleſia.

Secundo ex dictis authoritas Eccleſiæ videtur poni ſupra authoritatem Dei, quod impium eſt.

Tertio Spiritus ſanctus ex ſacra Scriptura docet fideles omnem veritatẽ; ergo non Eccleſia illas docet.

Quarto Spiritus ſanctus vbi vult ſpirat, ergo non eſt alligatus Eccleſiæ, & poteſt in omnes ſpirare.

Horum argumentorum ſolutio ex dictis accipi poteſt.

Ad primum Catholici non dicunt, quod verbum Dei accipiat firmitatem, vel certitudinem ab Eccleſia, ſed dicunt, ſingulos fideles accipere firmitatem ſuæ cognitionis,& fidei, & doctrinæ, & intelligentiæ ſcripturarum ab Eccleſia. Certitudo enim & firmitas aliter conſideratur in verbo Dei, aliter ĩ noſtra cognitione illius. Item dicunt, fideles accipere firmitatem ſuæ cognitionis à Spiritu ſancto primo, ſed immediate ab Eccleſia. Spiritus ſanctus enim primo & immediate docet Eccleſiam omnem veritatem, Per Eccleſiam vero mediate docet fideles certam veritatem. Item dicunt. Fideles credunt Verbo Dei hac ſola ratione, quia eſt verbum Dei, ſed quia non poſſunt certo ſcire, quod ſit verbum Dei, niſi Eccleſia de hoc Deo ita diſponente, teſtimonium perhibeat, ideo accipiunt ab Eccleſia cognitionem, quod hoc ſit verbum Dei. Res declaratur exemplis. Primum eſt de rege, qui ſumma authoritate facit legem, & determinat verba illius. Hæc lex à ſolo rege accipit vim obligandi, & firmitatem. Sed promulgatio dictæ legis neceſſaria eſt, quia per illam lex populis nota ſit, Hæc promulgatio fit à præcone. Cancellarius etiam regis ſubſcribit. Apponitur etiam ſigillum regis. Et iſta non dant legi authoritatem, ſed rex: Deſeruiunt autem ad dandam populis notitiam, quod illa lex à rege facta ſit: ſecundum eſt de teſtatore; Solus teſtator determinat ſuum hęredem, & dat illi hæreditatem. Notarius vero, & teſtes, & Scriptura teſtamenti non dant hæreditatem; Sed tantum faciũt fidem plubicam, & certam, quod talis teſtator talem ſibi conſtituit hæredem. Idem contingit in contractibus. Soli enim contrahentes efficiunt contractum. Sed notarius, ſcriptura, & teſtes faciunt publicam fidem, quod dicti contrahentes talem contractum fecerunt. Tertium exemplum eſt ex ſacra Scriptura: Sanctus Ioannes Baptiſta non erat lux, ſed teſtimonium perhibuit de lumine: Ita Apoſtoli fuerunt teſtes reſurrexionis, & prædicationis & Doctrinæ Chriſti; & ſuo teſtimonio homines certos reddebant, quod Chriſtus talia dixit, & fecit. Miracula etiam homines

nes certos de Chriſti doctrina reddebant, Vnde apparet, bene dici; Quod verbum Dei habet veritatem, & certitudinem, & credibilitatem a ſeipſo, ſed Eccleſiam facere homines certos, quod hoc ſit verbum Dei, & hæc vera illius interpretatio, quaſi ſimili modo iam dicto. Nempè Cancellario, Præconi, Notario, teſtibus, Inſtrumento, Teſtamento, Ioanni Baptiſtę & Apoſtolis, vt dictum fuit.

Ad ſecundum, Authoritas Eccleſiæ non ponitur ſupra autoritatem Dei; ſicut neque authoritas Cancellarij, vel prçconis, vel notarij ponitur ſupra authoritatem Regis, vel Teſtatoris; Amplius ſi Eccleſia habet hanc autohritatem illam à Chriſto, & à Spiritusancto accepit, ideo quidquid in hac re tribuitur illi, ipſimet Spiritusancto tributum eſſe certum eſt; Sic Cancellarius regis à Rege facultatem ſubſcribendi habet. Ita Ioannes Baptiſta dicitur homo miſſus à Deo.

Ad tertium Spiritusſanctus immediatè docet Eccleſiam omnem veritatem, & per Eccleſiam omnes fideles docet modo iam dicto, neque Scriptura dicit, quod immediatè docet ſingulos fideles, imo contrarium colligitur ex illa, vt dictum eſt.

Ad quartum Catholici dicunt; Spiritusſanctus immediatè docet Eccleſiam omnem veritatem, & eſt certum de fide, quod ita ſit. Ex hoc tamen non ſequitur, quod dictum ſit ab illis, quod Spiritusſanctus non poſſit ſpirare, vbi vult, & quod ſit alligatus Eccleſiæ. Verum eſt, ipſos affirmare; Certum de fide eſſe ob Chriſti promiſſionem, quod Spiritusſanctus poteſt, & vult ſpirare modo iam dicto in Eccleſiâ. Item poſſe ſpirare in homines particulares, ſed verû non dico, potuerit, ſed voluerit ſpirare, in hunc, vel in illum hominem, veluti Lutherum, & Caluinû, vel alium, ordinariè loquendo, non eſt certum, ſicut eſt de Eccleſia, & ideo Eccleſiæ non illis, certo credendum eſt.

Digitized by Google

Cap.27. Probatur in Eccleſia ſemper fuiſſe veram & certam intelligentiam, & interpretationem Verbi Dei, & rei ab illo ſignificatæ.

ex Ariſt. in periher. ex vſu communi, ex Conc. ſeſſ. 4. c. 1. & 2.

NVnc probo, quod vera, & certa intelligentia, & interpretatio Verbi Dei, & rei ab illo ſignificatę, ſemper fuit, & erit in Eccleſia Dei. Et probatur ſic, interpretatio, & intelligentia Verbi Dei non eſt aliud, quam vera, & certa cognitio tum ſignificationis, tum rei ſignificatæ illius, hęc enim tria, verbum ſignificans, et ſignificatio, et res ſignificata, omnino adæquatè ſeinuicem coſequuntur, & non poteſt eſſe, quod vnum ab alio in veritate, & certitudine ſeparetur. Vbi autem eſt vera intelligentia ſacræ Scripturæ, ibi eſt vera doctrina, vera fides, & vera prædicatio: Item verum Euanglium; hoc enim eſt res à Verbo Dei primo ſignificata. Et veritates Euangelicæ adæquatum obiectum fidei ſunt. Impoſſibile eſt autem, quod Eccleſia poſſit eſſe vera, niſi habeat veram fidem, & verum Euangelium, vt ſuo loco probatum erit. Vera autem Eccleſia ſemper fuit. Quia regnum Chriſti eſt æternum, & Eccleſia eſt materia illius, ergo in illa ſemper fuit vera fides, vera doctrina, vera prædicatio, verum Euangelium. At impoſſibile eſt, illa eſſe vera, & certa, vbi non eſt vera, & certa intelligentia, & interpretatio verbi Dei, quia veritas dictorum ab hac interpretatione dependet, ergo hæc ſemper fuit in Eccleſia Dei.

Concil. ibid.

Confirmatur. Si regnum Chriſti eſt æternum, & nunquam defecit; ſed à tempore Chriſti vſque ad finem mundi ſemper vnum, & idem numero fuit, eo modo, quo talis vnitas in regno reperitur, neceſſe eſt, quod omnia ſubſtantialia dicti Regni ſemper eadem numero fuerint, quia mutatio facta in ſubſtantialibus rem diuerſificat non ſolum in numero, ſed etiam in ſpecie, quod in regno Chriſti eſſe non poteſt. Quod ſi omnia ſubſtantialia regni Chriſti eadem numero perſeuerant, neceſſe eſt affirmare, quod materia,

&

& forma dicti regni, cum ſint de ſubſtantia illius, eadem numero perſeuerent; Materia autem Regnî Chriſti eſt Eccleſia, & Euangelium forma, vt ſuo loco probatum erit, ergo ſemper fuit eadem numero Eccleſia,& idem numero Euangelium. Et vtrumque ſemper fuit verum,quia ſine vera materia, & vera forma verum compoſitū eſſe non poteſt:Euangelium autem eſt res contenta in Verbo Dei,et res ſignificata ab illo,ergo in regno Chriſti, & in vera Eccleſia ſemper fuit verum Euangelium,& vera fides, & vera doctrina,& vera prædicatio illius.Fides enim,et doctrina,& prædicatio de eodem Euangelio ſunt,ergo Spiritusſanctus ſemper docuit Eccleſiam omnem Euangelicam veritatem. At veritates Euangelicæ ſunt res à Verbo Dei ſignificatæ,Vera autem res ſignificata non poteſt cognoſci,niſi per veram ſignificationem,Vera autem ſignificatio coincidit cum vera intelligentia,& interpretatione, & doctrina, & fide, quia ille ſolus habet veram intelligentiam Verbi Dei, qui verām illius percipit ſignificationem,& per hanc veram rem à Verbo Dei ſignificatam. ergo ſi verum Euangelium ſemper fuit in Regno Chriſti,& in Eccleſia Dei,item vera fides,& vera doctrina, & vera prædicatio,neceſſe eſt,quod ſemper fuerit in illis vera intelligentia & vera interpretatio Verbi Dei, item neceſſe eſt,quod fuerit certa,quia fides certiſſima eſt: Quod ſi fides,vt ait S. Paulus,Vna eſt, & ſemper fuit vna.Hæc autem fides idem eſt cum intelligentia,& doctrina,& prædicatione Verbi Dei, oportet fateri, quod omnia dicta ſemper fuerint eadem in Regno Chriſti.

Ex quo clarè colligitur, quanta ſit hæreticorum arrogantia, qui volunt ad libitum ſuum omnia dicta mutare,& innouare, nouum Euangelium, nouam Eccleſiam, nouum Verbum Dei, nouam interpretationem,nouam doctrinam, nouam fidem, & omnia noua ſomniare.Hæc enim nouitas cum veritate Euangelica, quæ eſt antiquiſſima, ſtare non poteſt.

Colligitur etiam, quam inſipienter Traditiones ab illis negatæ ſint, ſi cum Euangelium ſemper fuit idem, cur non conſiderandum qualenam in præteritis ſeculis à Spirituſancto in Eccleſia ſeruatum ſit?

Colligitur maiorum Traditionem eſſe verum, & optimum medium ad Verbi Dei veram interpretationem, & intelligentiam hauriendam, quia quo magis aqua primo fonti proxima eſt, eo purior exiſtit.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI SECVNDI DISTINCTIO SECVNDA.

De diuiſione Verbi Dei in ſcriptum, & non ſcriptum & de verbo Dei non ſcripto.

DICTVM eſt de verbo Dei in generali. Nunc dicendum de diuiſione illius in verbum Dei ſcriptum, et non ſcriptum. Hęc enim tractatio ad Catholicam doctrinam probandum vtiliſſima eſt. Primo autem doctrina Catholica ex Cōcilio Tridentino. & Catechiſmo Romano proponetur; Secundo probabitur; Tertio errores illi contrarij confutabuntur.

Cap. 1. Proponitur doctrina Catholica de diuiſione verbi Dei in ſcriptum, & non ſcriptum.

SAcrum Concilium Tridentinum Seſſ. 4. cap. 1. talem de Verbo Dei tradit doctrinam.

Sacroſanta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, &c. Hoc ſibi perpetuo ante oculos proponens, vt, ſublatis erroribus, puritas ipſa Euangelij in Eccleſia conſeruetur, quod promiſſum ante per Prophetas in Scripturis ſāctis Dominus nōſter Ieſus Chriſtus, Dei filius proprio ore primum promulgauit, deinde per ſuos Apoſtolos tamquam fontem omnis, & ſalutaris veritatis, & morum diſciplinæ omni creaturæ prædicari iuſſit, Perſpicienſque hanc veritatem, & diſciplinam contineri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto Traditionibus, quę ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis, Spiritu ſancto dictante, quaſi per manus traditæ, ad nos vſque *Seſſ. 4. c. 1.*

peruenerunt. Orthodoxorum Patrum exempla ſecuta, omnes libros, tam veteris, quam noui Teſtamenti, cum vtriuſque vnus Deus ſit author, necnon Traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, vel tamquam oretenus à Chriſto, vel a Spiritu-ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatas pari pietatis affectu, ac reuerentia ſuſcipit, & veneratur. Sacrorum vero librorum Indicem, &c.

Seſſ. 4. c. 2. in fine. In fine indicis ita determinat. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina Editione habentur, pro ſacris, & Canonicis non ſuſceperit, & Traditiones prædictas ſciẽs & prudens contempſerit, anathema ſit: Omnes itaque intelligant, quo ordine, & via ipſa Synodus, poſt iactum fidei confeſſionis fundamentum, ſit progreſſura, & quibus potiſſimum teſtimonijs, ac præſidijs in confirmandis dogmatibus, & inſtaurandis in Eccleſia moribus ſit vſura.

Seſſ. 6. proœm. Idem Conc. ſeſſ. 6. in proœmio ita ait. Sacroſancta Synodus, &c Exponere intendit omnibus Chriſti fidelibus veram, ſanamque doctrinam ipſius iuſtificationis, quam ſol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus fidei noſtræ author, & conſumator docuit. Apoſtoli tradiderunt, & Catholica Eccleſia, Spirituſancto ſuggerente, perpetuo retinuit.

Seſſ. 7. in proœm. Idem ſeſſ. 7. ita ait. Sacroſancta, &c. Ad errores eliminandos, & extirpandas hæreſes, quæ circa ſanctiſſima ipſa Sacramenta hac noſtra tempeſtate tũ de damnatis olim à Patribus noſtris hæreſibus ſuſcitatę, tum etiam de nouo adinuentę ſunt, quæ Catholicæ Eccleſiæ puritati, & animarum ſaluti magnopere officiunt, Sanctarum Scripturarum doctrinæ, Apoſtolorum traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum conſenſui inhærendo, hos præſentes Canones ſtatuẽdos, & decernendos cenſuit.

Seſs. 13. in proœm. Idem ſeſſ. 13. reperit his verbis. Sacroſancta &c. Et ſi in eum finem non abſque peculiari Spiritusſancti ductu, & gubernatione conuenerit, vt veram, & anti-

Digitized by Google

antiquam de fide,& Sacramentis doctrinam exponeret,& Idem repetit multis in locis.

Catechiſmus Romanus in Præfatione ita ait: Omnis autem doctrinæ ratio,quæ fidelibus tradenda ſit, verbo Dei continetur,quod in Scripturam, Traditionesque diſtributum eſt. *In praf. nu. 12.*

Idem Catechiſmus art. 9 num. 17. ita ait. Sed ex origine etiam,quam reuelata gratia ab Apoſtolis ducit, Eccleſiæ veritatem agnoſcimus.Si quidem eius doctrina veritas eſt,non recens,neque nunc primum orta, ſed ab Apoſtolis iam olim tradita,& in omnem orbẽ terrarum diſſeminata.Ex quo fit, &c. *art. 9. nu. 17.*

Ex quibus locis doctrina Catholica de verbo Dei, & de re ab illo ſignificata, & in illo contenta, ideſt Euangelio clariſſime accipi poteſt,vt modo patebit.

Cap. 2. De diuiſione verbi Dei in ſcriptum aſt non ſcriptum.

ANte omnia apparet ex dictis, quod verbum Dei diuiditur in ſcriptum,& non ſcriptum, ſeu in Scripturam,& Traditiones,& quod omnis doctrina S. Euangelij in vtroque contenta eſt, quia S. Euangelium eſt res à verbo Dei ſignificata,vnde fit, quod inter verbum Dei ſignificans,& illius ſignificationem, & Euangelium ab illo ſignificatum, omnino adæquata proportio,& connexio ſit,ita vt ſi vnum eſt, & aliud ſit,& ex vno aliud probari poſſit. *Ex Conc. & Cat. ubi ſup.*

Hæretici moderni negant verbum Dei non ſcriptum,ſeu Traditiones,& concedunt ſcriptum. Ideo de non ſcripto ſpecialis probatio ex Logica habenda eſt.

Cap. 3. De nomine verbi Dei non ſcipti.

PRimo autem ex Logica quid nominis declarare oportet.

Hoc igitur verbum duo nomina Catholicis vulgatiſſima habet. Et vnum dicitur verbum Dei non ſcriptum. Aliud dicitur Traditio. Occurrit autem; Primò conſiderare,an hæc duo nomina idem ſignificent, an *ibid.*

verò diuerſa. Et an vna, vel duæ res ſint. Ex dictis autem ſupra a Sacro Concilio patet, quod vna, et eadem res ſunt, licet per accidens aliquo modo diſtinguantur. Tria enim in hoc verbo cõſiderantur; Primò quod ſit verbum Dei; Secundo quod ſit non ſcriptum; Tertiò, Quod per manus traditum ſit. Hoc nomen, verbum Dei non ſcriptum, explicat duo prima, Traditio tertium cum duobus primis coniungit. Et hæc eſt inter duo dicta nomina differentia.

Cap. 4. De definitione verbi Dei non ſcripti.

Seſſ. 4. c. 1. VErbum Dei non ſcriptum ex ſacro Concilio ſic poteſt definiri.

Eſt verbum oretenus, & abſque ſcriptura à Deo prolatum, vel à Spirituſancto immediate dictatum: Dicitur, Verbum à Deo prolatum, quia nunc loquimur de Verbo Dei; Dicitur abſque ſcriptura, vt diſtinguatur à ſcripto. Dicitur oretenus ad explicandum, quod de ore Dei procedit, etiam ſi Deus, vt inſtrumẽto ore Prophetarum, & Apoſtolorum vſus ſit. Dicitur à Spirituſancto immediate dictatum, ad ſignificandum quod cum Spiritusſanctus alicui ex Apoſtolis veluti S. Paulo veritates Euangelicas reuelabat, & docebat illum omnem veritatem, illa reuelatio fiebat per verbum Dei a Spirituſancto immediate illi Apoſtolo, cui fiebat reuelatio, dictatum, Hæc eſt igitur definitio Verbi Dei non ſcripti.

Cap. 5. De definitione Traditionis.

Bellar. to. 1 lib. 4. TRaditio triplex eſt, alia, quæ habet originem à Deo. Alia, quæ habet originem ab Apoſtolis. Alia, quæ habet originem ab Eccleſia.

Ex Conc. ſeſſ. 4. c. 1. Definitio Traditionis in genere conſideratæ talis eſſe poteſt. Eſt de ſeculo in ſeculum quaſi per manus traditio. Hoc enim omni conuenit traditioni.

Bellarm. ibid. Differentia ſpecifica trium dictarum traditionum ab origine rei traditę accipi debet. Traditio enim diuina habet pro materia rem, vel doctrinam à Deo

Digitized by Google

deriuatam. Traditio Apoſtolica rem, vel doctrinam ab Apoſtolis ordinatam, Et Eccleſiaſtica rem ab Eccleſia inſtitutam.

Definitio ergo diuinæ Traditionis talis erit. Eſt verbum Dei oretenus, & abſque ſcriptura prolatum, vel à Spirituſancto Apoſtolis immediate dictatum, & in Eccleſia continua ſucceſſione quaſi per manus opera Spiritusſancti traditum, & conſeruatum. Hæc eſt diſtinctio verbi Dei non ſcripti, & Traditionum. Seſſ. 4. c. 1.

Nunc ſupponamus, quod idem ſint verbum Dei non ſcriptum, & diuina traditio, vt dictum eſt, & iuxta methodum Logicam examinemus quattuor cauſas illius.

Cap 6. Explicantur quattuor cauſa verbi Dei non ſcripti.

MAteria verbi Dei non ſcripti, eſt res, ab illo ſignificata, ſeu res in illo contenta. Hæc autem ait ſacrum Concilium eſt ſanctum Euangelium, in quo omnes veritates fidei; & omnis morũ diſciplina continentur. Ideo materia adæquata illius erunt omnes veritates fidei, & omnis morum diſciplina. *Seſſ. 4. c. 1. Catech. per. 1. nu. 1 Ex Conc. ibid. & Catec. in praf. nu. 1. & ſeq.*

Circa finem huius verbi dici poteſt, quod ſit reuelatio, vel manifeſtatio, vel cognitio danda toti mundo, & omni creaturæ de omnibus veritatibus fidei, & de completa morum diſciplina. Talis eſt finis verbi Dei, vt dictum eſt. *Conc. ſeſſ. 4. c. 1. Catec. in praf.*

Circa formam tria poſſunt conſiderari, primo ſignificatio; ſecundo promulgatio, ſeu publicatio; tertio obligatio. Ideo forma talis affirmari poteſt, nempe completa, & publica, & authoritatiua reuelatio, & ſignificatio, & promulgatio omnium veritatum fidei, & completæ morum diſciplinæ à Deo oretenus facta. *Conc. & Cate. ibi.*

Cauſa efficiens fuit Deus. Apoſtoli autem inſtrumentum Dei fuerunt. Iſtæ ſunt quattuor cauſę verbi Dei non ſcripti, ſicut ex dictis ſupra probari poteſt.

Cap. 7. Examinatur vtrum completa doctrina S. Euangelij fuerit data tempore Apoſtolorum.

Seſs. 4. c. 1. EXaminare hoc valde dilucidat præſentem tractationem.

Catech. in præfat. et art. 9. nu. 17. Sacrum Concilium, & Catechiſmus docent, completam doctrinam S. Euangelij datã eſſe tum à Chriſto, tum a Spirituſancto tempore Apoſtolorum, ideo doctrina S. Euangelij non eſt noua, ſed antiqua, & ab Apoſtolis deriuata. Hinc colligitur, quod omnes veritates fidei, & cõpleta morum diſciplina Apoſtolis reuelata eſt, deinde per Apoſtolos toti mundo publicata fuit.

Quod ſi hæretici hoc negant, abſurdiſſima eſt illorum negatio, & ita probatur.

Mar. vlt. Primo Chriſtus dixit Apoſtolis, prædicate Euangelium omni creaturę, ergo Chriſtus completum, Euãgelium tradidit illis.

Mat. vlt. Secundò, dixit Apoſtolis, Docentes eos ſeruare omnia, quęcumque mandaui vobis, ergo completam ſummam S. Euangelij illis dedit.

Ioa. c. 16. Tertiò, dixit, Spiritusſanctus docebit vos omnem veritatem, non dicit aliquam, ſed omnem, ergo Apoſtoli completam doctrinam S. Euangelij habuerunt.

à ratione Quarto Euangelium, quod Apoſtoli docuerunt, erat medium ſufficiens ad ſalutem, ergo erat completum, & nihil deerat illi.

à ratione Quinto fit iniuria Chriſto, ſi dicatur, quod Euangelium ab illo incomplete traditum eſt.

à ratione ducente ad impoſſibile. Sextò ſi Apoſtoli habuerũt Euangelium incompletum, quis poſt ipſos potuit illud complere? Nunquid alius à Chriſto illud complebit?

Mat. c. 5. Septimò, Chriſtus venit non ſoluere, ſed adimplere legem, ergo perfectam illam dedit.

à ratione. Octauo diuina prouidentia complete ordinat res ad fines ſuos, ergo Euangelium à Chriſto datum erat complete ordinatum ad finem ſuum obtinendum.

à ratione. Nonò Opera Dei ſunt perfęcta, ergo multo magis Euangelium.

Deci-

Digitized by Google

Decimo Euangelium poteſt trpliciter conſiderari; Primo in ſeipſo; & ſic ſemper idem fuit,& eſſe completum habuit. Secundo in cognitione Eccleſiæ, & ſic ſemper in Eccleſia fuit completa cognitio eorum, quæ de ſubſtantia ſunt Euangelij, in ijs vero, quæ non ſunt de ſubſtantia illius, Eccleſia poteſt proficere in cognitione. Tertio in cognitione ſingulorum hominum etiam fidelium, & hæc cognitio poteſt eſſe imperfecta, & diminuta, immo, vt in hæreticis, falſa. *ab effectu & experientia.*

Hinc colligitur, quod doctrina S. Euangelij complete tradita eſt ſanctis Apoſtolis, quia omnes veritates fidei, & completa morum diſciplina illis tradita ſunt. Et quod doctrina S. Euangelij eſt antiqua, & per Chriſtum in Iudæa, & ab Apoſtolis in toto mundo publicata fuit, & quod idem numero Euangeliū, & eadem numero fides, & doctrina illius ſemper, & per cuncta ſecula fuit, & erit in Eccleſia Dei: Et ideo veritas, & puritas S. Euangeli in ſola antiquitate per traditionem eſt requirenda; Et quod diuinæ traditiones in Eccleſia neceſſariæ ſunt ad veritatem, & puritatem S. Euangelij diſcernendas; Nouitas vero hæreticalis veritati contraria eſt. *Ex dictis Conc. Catechiſ. & ſcriptura.*

Cap. 8. De ſignificatione, & re ſignificata à verbo Dei non ſcripto.

EX ſupra dictis aperte colligitur, quod in verbo Dei non ſcripto tria conſideranda ſunt, nempè primo, verbum ſignificans, ſecundo, illius ſignificatio; tertio, res ab illo ſignificata. Hæc enim tria in omni verbo certum eſt reperiri. *Experientia. Conc. ſeſſ. 4. cap. 1.*

Per verba intelligi debent voces non ſcriptæ, ſiue à Chriſto prolatæ, ſiue à Spiritu ſancto Apoſtolis dictatæ, nunc enim per verbum Dei non ſcriptum intelligimus illa tantum verba, quæ tempore Apoſtolorum à Deo ad reuelandam completam doctrinam S. Euangelij prolata fuere; De alijs autem verbis Dei modo ſermo non fit. *Conc. ibi.*

Quod dicta verba ſimul collecta iuxta placitum Dei habuerint præciſam, & propriam ſignificationē, *Ex Ariſt. lib. 1 peri. her.*

neceſſe

Ex Conc. ſeſſ. 4. c. 1 Ex Cath. in præfat. neceſſe eſt affirmare, quia ſi ſignificatio eſt proprius effectus, & aliquo modo finis verborum, et verba ſunt medium ad ſignificandum, inter medium autē, & finem debet eſſe proportio, & completa adæquatio, quia ſi medium excederet finem, illud plus eſſet fruſtra, ſi minus eſſet, quam finis requirat, non conſequeretur finem, omnino neceſſe eſt dicere, quod Deus appoſite vſus ſit vocibus ad ſignificādum, quod in mente ipſius ſignificare propoſitum erat. Ideo inter verbum Dei, & ſignificationem illius neceſſaria proportio erit.

Ex Conc. et Catec. ibid. ex lib. prædic. de ad aliquid, de ſubſt. Res quoque ſignificata cum ſignificatione eamdem proportionem habebit, quia inter ſe mutuam habent relationem. Significatio enim eſt rei ſignificatæ ſignificatio, & res ſignificata eſt á ſignificatione ſignificata. Res enim ſignificanda, vel ſignificata, eſt veluti finis ſignificationis Et ſignificatio eſt veluti finis verbi ſignificantis, ideo inter hæc tria totalis, & adæquata proportio reperitur.

Conc. & Catech. ibid. Dictum eſt autem, quod res ſignificata eſt S. Euangelium quod eſt contentum, & ſignificatum á verbo Dei non ſcripto. Finis enim & intentio Dei loquentis fuit S. Euangelij hominibus reuelatio, ſeu publicatio vt dictum eſt.

Seſſ. 4. c. 1 Dictum etiam fuit, quod Euangelium duo dicit, & continet. Et vnum ſunt omnes veritates fidei. Aliud completa morum diſciplina, ideo eadem erunt res ſignificata á verbo Dei non ſcripto.

Cap. 9. Explicatur quædam differentia inter verbum Dei non ſcriptum, & diuinas traditiones.

AD aliquam probationem rectè faciendam maximè expedit terminos diſtinctè explicare, & declarare. Ideo nunc quædam differentia inter verbum Dei non ſcriptum, & Traditiones eſt afferenda.

Seſſ 4. c. 1 ex Symb. Apoſt. Verbum ergo Dei duobus modi accipi poteſt. Vno modo pro ſola voce ſignificante, alio modo pro tribus iam dictis, nempè voce ſignificante, ſignificatione, & re ſignificata. Si primo modo accipiatur, aliquan-

aliquando Traditio illud verbum, continet, & tradit; veluti fit in Symbolo Apoſtolorum; Verba enim illius non continẽtur in Textu Biblico ita collecta, vt in Symbolo ſunt; ideo ſunt verba Dei à Spiritu ſancto dictata immediatè Apoſtolis; & per Apoſtolos Eccleſiæ, vt verba Dei plublicata & per manus in Eccleſia per ſecula continua ſucceſſione, vt alia conſeruata: Verba enim Symboli præciſè, ſecundum quod Apoſtoli tradiderunt, in Eccleſia conſeruantur.

Si autem verbum Dei accipiatur ſecundo modo, tunc traditiones aliquo modo diſtinguuntur ab illo, quia ſæpè Traditio magis eſt de re à verbo Dei ſignificata, quam de ipſo verbo ſignificante; verbum enim Dei, ni fallor, prius dicit vocem ſignificantem poſtea ſignificationem, demum rem ſignificatam Diuinæ autem Traditiones idem dicunt, ſed ſæpè ordine mutato, quia prius dicunt rem ſignificatam, & cum illa includunt ſignificationem, & vocem ſignificantem: Sit exemplum, Traditio diuina docet, ſeptem eſſe Sacramenta, & ita fuiſſe à Deo reuelatum: Vtique res ſignificata ſunt Sacramenta; Verbum autem Dei eſt illud, per quod hæc veritas à Deo reuelata eſt. *Cont. Tr. in toto opere, vbi de vſu, et conſuetudine Eccleſ. loquitur.*

Traditio ergo per dicta duobus modis fieri poteſt: primo tradendo præciſum verbum Dei, & per conſequens rem ab illo ſignificatam; ſecundo tradendo rem ſignificatam, & per conſequens verbum, à quo illa ſignificatur.

Cap. 10. Proponantur aliqua exempla diuinarum Traditionum.

PER diuinam Traditionem intelligo Euangelicã veritatem à Deo tempore Apoſtolorũ ſine ſcriptura reuelatam. Et hic aliqua exempla proponentur. *Seſſ. 4. c. 1.*

Primum, Tot ſunt libri Canonici veteris Teſtamenti. Hæc enim veritas non habetur, nec haberi poteſt de omnibus ex ſcriptura. Sed omnino per Traditionem diuinam eſt accipienda.

2. Tot ſunt libri Canonici noui Teſtamenti. Hoc *ibid.*

enim

ibid. enim ſola traditio docet.

3. Textus Biblicus vulgatæ editionis authenticus, *ibid.* & canonicus eſt. Hoc docet Traditio.

4. Dantur diuinæ traditiones, Hoc tum ſcriptura, tum Traditione probatur.

Catec. in præf. 5. Completa ſumma S. Euangelij in his quatuor poſita eſt, nempè in Symbolo Apoſtolorum, in Sacramentis, in Decalogo, & in Oratione Dominicali.

Catec. p. 1. c. 1. 6. Symbolum Apoſtolorum non per ſcripturam, ſed per traditionem acceptum eſt; & colligit principales veritates, quæ ad fidem, & Euangelium ſpectant. Et eſt regula veræ fidei, & ab Apoſtolis diuino ſpiritu affiatis compoſitum eſt.

Seſſ. 7. can. 1. 7. Sacramenta ſunt ſeptem, & nec plura, nec pauciora.

Catec. de Sacram. 8. Formæ, & materiæ Sacramentorum ſunt illæ, quæ in vſu Catholicæ Eccleſiæ ſunt.

Eccleſia. 9. Mater Chriſti fuit virgo ante partum, in partu & poſt partum.

Eccleſia. 10. Pueri ante vſum rationis ſunt baptizandi.

Seſſ. 4. c. 1. in initio & fine. Hæc gratia exempli poſita ſunt, vt ex illis veritas, & neceſſitas traditionum probetur. Exiſtimo enim ad mentem ſacri Concilij, omnes Euangelicas veritates, & completam morum diſciplinam, æque per Traditionem, ac per ſcripturam probari. Et ſentio, quod probatio, quæ fit per Scripturam, ſemper debeat cum Traditione concordari, Ratio eſt, quia verbum Dei, vt ſit verum, ſemper debet cum re ſignificata concordare: Res autem à verbo Dei ſignificata eſt Euangelium à parte rei conſideratum, Euangelium autem ita conſideratum per traditionem in Eccleſia fuit receptum, & conſeruatum, ideo traditio illius probabit veritatem.

Cap. 11. De proprietatibus verbi Dei non ſcripti.

NVnc explicandæ ſunt aliquæ proprietates verbi Dei non ſcripti, quæ ſunt.

Prima Vnitas.

Secunda Antiquitas.

Tertia Æternitas.
Quarta Sanctitas.
Quinta Authoritas.
Sexta Veritas.
Septima Certitudo.
Octaua Per manus traditio. Et aliquæ dictorum explicantur.

Cap. 12. De vnitate verbi Dei non ſcripti.

SIcut exercitus plures milites in vnum colligit, & omnes ad eumdem finem ordinat, vnde, non obſtante tanta multitudine, vnus exercitus ſanctus eſt. Ita verba Dei plurima quidem ſunt; ſed tamen ita in vnum collecta, & ad vnum finem ordinata ſunt, vt vnum verbum aliquo modo dici poſſit. Illud enim verè, & propriè eſt vnum, quod vnum habet finem, vnam materiam, vnam formam, & vnum efficiens: Efficiens autem omnis verbi Dei non ſcripti vnus eſt Deus: Materia vna nempè S. Euangeliũ; Forma vna; hoc eſt plubicatio, & promulgatio S. Euangelij per verbum Dei; Finis vnus, nempe notitia S. Euangelij mundo, & hominibus data, vel danda. Iſtæ ſunt quattuor cauſæ verbi Dei non ſcripti, Et ſingulæ vnæ ſunt ergo vnum eſt. *Seſſ. 4. c. 1*

Hoc verbum Dei nõ ſcriptum nõ ſolum eſt vnum ſpecie, ſed vnitatem quoque numericam habet: Ratio eſt, quia actu exiſtit: Omne autem, quod actu eſt, vnum numero eſt: ita exercitus verè vna res numero eſt. *arg. ibid.*

Verbum Dei non ſcriptum eiuſdem omnino ſpeciei cum verbo ſcripto eſt: Probatur, quia omnino eaſdem quattuor cauſas habet. Vtrumque enim verbum habet Deum authorem; materiam Euangelium; formam publicationem illius; finem notitiam eiuſdem; Confirmatur quia verbum ore prolatum ſi idē ſignificat, quod ſcriptum, idem cum illo eſt, veluti hæc dictio, aurum, ſiue voce, ſiue ſcriptura proferatur eadem eſt. *ex Conc. ibid. Experientia. Ex Ariſt. lib. 1. periher.*

Eſt dubium, vtrum verbum Dei ſcriptum à non *arg. ſeſſ. 4. c. 1.*

Digitized by Google

Experientia. *Ratio.* *Vſus.*

ſcripto numero diſtinguatur. Sicut enim Socrates, quia diuerſam à Platone exiſtentiam, & accidentia habet, dicitur numero diſtingui, non ſpecie; ita videtur eſſe de vtroque verbo. Scriptum enim videtur habere diuerſam exiſtentiam, à non ſcripto. Mihi videtur probabile, quod numero diſtinguantur Et ſint veluti duo teſtes quibus doctrina Euangelica comprobetur: Licet enim ſolum verbum non ſcriptũ à Chriſto prolatum ſufficiẽtiſſimè Euangelium publicabat, tamen ad maiorem, & commodiorem manifeſtationem tum præſentibus, tum abſentibus factam, Deus voluit verbo non ſcripto addere ſcriptum; & probatur conuenientia: Sicut enim in naturalibus manifeſtatio fit tum voce præſentibus, tum ſcriptura abſentibus, & vna manifeſtatio adiuuatur per aliam; ita in ſupernaturalibus fieri expediens eſt: Deus enim tum naturæ, tum gratiæ author eſt.

Cap. 13. De antiquitate, & æternitate vtriuſque verbi Dei.

Seſſ. 4. c. 1. Cate. ar. 9. nu. 17.

QVia nunc eſt ſermo de verbo Dei, quod tempore Apoſtolorũ prolatum eſt ad S. Euangeliũ docendum, & publicandum, de illius antiquitate nemo poterit dubitare: Illud enim eſt antiquum, quod ante longa tempora factum eſt: Ideo vtrumque verbum antiquum erit.

Experientia. *Ex S. Th. 1. p. q. 16. art. 7. & 8. & q. 1. art. 7.*

Quod etiam verbum Dei ſcriptum ſit æternum, videtur clarum, quia Scriptura manet, de verbo autem non ſcripto apud hæreticos obſcurum eſt; Vox enim ſtatim tranſire videtur: verbum ſi res bene conſideretur clare patebit, quod etiam verbum non ſcriptum æternum eſt: Ad quod probãdũ ſupponere opus eſt.

Ariſt. 1. Periher. S. Th. ibi. ex Conc. Seſſ. 4. c. 1.

Quod verba ad placitum eorum, qui loquuntur ſuam habent ſignificationem; Loquens enim vtitur verbo tum ſcripto, tum non ſcripto ad ſignificandum quod vult, vbi vult, quando vult, quomodo vult: Cum ergo Deus loquens aliqua profert verba ad aliquid per cuncta futura ſæcula manifeſtandum; tunc illud verbum neceſſario, etiam ſi cito tranſeat, per

dicta

dicta ſecula permanebit. Probatur, quia tali intentione prolatum eſt, vt ſit æternum, & vt illius ſignificatio æterna ſit, Potiſſimum autem Deus hanc verbo ſuo poteſt dare æternitatem. Idem aliquo modo homines poſſunt. Cum ergo Chriſtus verba ſua protulerit ea intentione vt tum ipſa, tum illorum veritas, & ſignificatio, & res ſignificata maneat in ęternum, oportet dicere, quod verbum Chriſti non ſcriptum ęternum ſit. Nunc ita eſſe probatur.

Primo ſi rex per præconem publicet legem ea intentione, vt in regno ſuo per cuncta ſecula obſeruetur. Vox quidem præconis cito tranſit, ſed verba legis, & ipſa lex promulgata vſque ad tempus à rege determinatum manet. *Experientia.*

2. Pater facit pręcepta filio ad multos annos duratura, & illa permanent. *Vſus.*

3. Contrahentes verbis cito traſeuntibus ligant ſe, ſed quia verba proferuntur ea intentione, vt diu cum ſua ſignificatione, & obligatione maneant, iuxta intentionem ipſorum, ſuàm habent permanētiam, Et iudices ita decernunt. *Vſus.*

4. Quis dicit verbum iniurioſum alicui, uox cito tranſit, ſed de verbo dicto fit maxima ſępe contentio, & in memoria offenſi indelebiliter manet. *Vſus.*

5. Quis murmurat, & detrahit alteri, verba illa diutius conſiderantur. *Vſus.*

6. Memoria data eſt hominibus, vt per illam verba, quæ tranſeunt, habeant permanentiam. *Ratio.*

7. Verba habent eſſe primo in corde loquentis, ſecundo in ore illius, tertio in auribus audientis, quarto in corde, & animo illius. Verbum prout eſt in ore & in auribus cito tranſit, in corde autem diu permanere poteſt. *Ratio.*

8. Sicut aliud eſt domus, aliud ædificatio illius, ædificatio enim cito tranſit, domus autem permanet diu, ita aliud eſt verbum, aliud prolatio verbi. Hæc cito tranſit, verbum autem prolatum diu manere poteſt. Sic prolatio ſententiæ à Iudice latæ cito tanſit, ſententia vero diu manet. *Vſus.*

9. Si quis modo dicat blaſphemiam, prolatio illius *Ratio.*

ſit in momento, ſed tale verbum vſque ad diem iudicij permanebit, & in æternum puniri poteſt.

Ratio. 10. De verbo ſemel dicto ſemper, & in æternum verum erit, quod dictum ſit.

Ratio. 11. Si verba non manent, vt quid in die iudicij iudicatur de illis, Vt quid pœna æterna multis Verbis, aſſignata eſt?

Vſus. 12. Magiſter verbis docet diſpulos, & verba illius in memoria retinentur cum doctrina, quæ per illa efficitur, ergo verba ſuam habent permanentiam.

Ratio. 13. Peccatum Adæ cito quidem tranſijt, & tamen æternam habet permanentiam.

Seſſ. 4. c. 1 14. Euangelium eſt æternum, & continetur in verbo à Chriſto oretenus prolato; ergo ſi Euangelium eſt æternum, & verbum Chriſti erit æternum;

ibid. 15. Chriſtus publicauit Euangelium ad omnia ſecula, ergo illius verba ſe extendunt ad illa.

Pſal. 16. Scriptura ait. Verbum Domini permanet in æternum, ita veritas & præceptum illius.

Ratio. 17. Noua lex data eſt in cordibus fidelium, ergo in verbo Dei non ſcripto fundata eſt.

Ratio. 18. Quattuor Euangelia fundata ſunt in verbo à Chriſto prolato; ergo verbum ſcriptum fundatur in non ſcripto, & ab illo accipit firmitatem.

Seſs. 4. c. 1 19. Traditio facit, quod verbum Dei non ſcriptum æternum ſit, conſeruatur enim in intellectu, & memoria fidelium, & Eccleſiæ, & ab vno ſeculo in aliud deriuatur.

Conc. ibi. Item Vſu experientia, ratione, authoritate. 20. Sicut ſe habet carta ad ſcriptionem, ita ſe habet intellectus, & memoria ad locutionem, & ſicut liber ſcriptus conteritur, & deſtruitur, ita & memoria obliuione deletur, & ſicut libri per tranſcriptionem perpetuantur, ita memoria per traditionem perpetua fit; Verbum ergo Dei non ſcriptum ita eſt æternum ſicut ſcriptum, Cum enim Verbum Dei habeat eſſe primo in mente Dei, ſecundo in voce prolata, tertio in re ab illo ſignificata, ſemper enim manet à verbo Dei ſignificata, vt de Euangelio patet, quarto in intellectu, & memoria illius; qui immediatè illud verbum audit, quales in verbo Chriſti fuerunt An-

geli

geli,& dæmones,& multi homines,vt Apoſtoli,quin to in intellectu,& memoria illorum, qui mediate per alios, veluti per Apoſtolos, & nos per priora ſecula audierunt;Sextò in ſcriptura non quidem authentica,ſed a ſcriptoribus, qui de traditionibus loquuntur data,manifeſte apparet, quod verbum Dei non ſcriptum multis modis æquè ac ſcriptum æternum eſt.Sicut enim verbum ſcriptum perpetuatur per librorum tranſcriptionem,ita verbum Dei non ſcriptum perpetuatur per Traditionem. Et ſicut Spiritus ſanctus in tanta varietate tranſcriptionum Textum Biblicum,& verbum Dei in illo contentum per Eccleſiam purum conſeruat,ita per eamdem Eccleſiam verbum Dei non ſcriptum per varias traditiones purum conſeruabit.

Cap. 14. De authoritate,veritate,& certitudine verbi Dei non ſcripti.

AVthoritas vtriuſque verbi æqualis eſt;Probatur, Author vtriuſque Deus eſt. Idem autē author eamdem tradit authoritatem. Confirmatur. Scriptio, & prolatio verbi accidentia quædam communia, vt ſic dicam,ſunt,Verba enim Hebræa Græca Latina,et alia diuerſam prolationem,& ſcriptionem habent.Eſſentia enim verbi in ſignificatione poſita eſt.Ideo cū verbum Græcum,& Latinum idem ſignificant.Ita cū duo verba Latina veluti ruſtica,& veſtis eandem habent ſignificationem.Ita cum idem verbum vt aurum tum voce,tum ſcriptura,profertur,idem verbum erit. Scriptura ergo,vt ſic conſiderata,Verbo Dei nihil tradet authoritatis,ſed tota authoritas a dignitate Dei loquentis accipi debet. *Seſſ. 4. c.1. Ita ab vſu et ratione, et experientia. Ex Ariſt. Periher.*

Circa veritatem verbi Dei non ſcripti videtur ſic poſſe diſtingui.

Verbum Dei poteſt dupliciter conſiderari; Primò, in ſeipſo;Secundò,in hominum cognitione. *Vſus.*

Conſideratum in ſeipſo duplicem, vt ſic dicam, poteſt habere veritatem, nempè vnam exiſtentiæ, veluti an hoc ſit vere verbū Dei, Aliā ſignificationis, *Cent. ibid.*

 veluti

velut an hæc ſit vera dicti verbi Dei ſignificatio.

argum. Vtraque veritas tum exiſtentiæ, tum ſignificationis poteſt conſiderari, vel vt probabilis, vel vt certa. Probabilis habetur per indicia.

Cate. p. 1. cap. 1. *Catt. ibi.* Certitudo duplici modo fieri poteſt; Primò, per miracula; Secũdò, per dictum, vel teſtimonium eius qui in dicendo non poteſt errare. Chriſtus primo, modo vſus eſt ad probandum, quod verbum ipſius eſſet verbum Dei. Apoſtoli vſi ſunt tum primo, tum ſecundo. Secundus modus in viu eſt.

S. Th. 1. p. q. 16. art. 7 & 8. Verbum, ergo Dei in ſeipſo conſideratum omnino habet veritatem, et certitudinem, ſeu firmitatem, quod ſit verbum Dei, quia ſi eſt verbum Dei, verè eſt verbũ illius, & apud Deum certiſſimum eſt & aliter eſſe nõ poteſt, quod ſit verbum illius, & hoc tam de non ſcripto, quam de ſcripto verum erit.

Cap. 15. De cognitione vera, & certa verbi Dei non ſcripti.

Seſſ. 4. c. 1. VT dictum fuit. Aliud eſt verbum Dei, & ſignificatio, & res ſignificata illius, Aliud eſt cognitio dictorum. Verbum Dei ſemper in ſeipſo conſideratum habet veritatem tum exiſtentiæ, tum ſignificationis. Cognitio autem dictorum poteſt eſſe tum vera, tum falſa, tum certa, tum non certa. Infideles nullam habent cognitionem. Hæretici habent falſam cognitionem tum de exiſtentia verbi Dei, præcipuè verbi non ſcripti, quod ab illis negatur. Tum ſignificationis illius, quia male interpretantur ſcripturas. Hæc autem illorum cognitio neque eſt certa, neque probabilis.

Non eſt certa, quia nullum certitudinis habent fundamentum, vt dictum fuit.

Non eſt probabilis, quia neque etiam in probabilitate fundata eſt, vt apertè apparet ex rationibus ſupra allatis ad probandam æternitatem verbi Dei non ſcripti.

Cate. p. 1. cap. 1. Cognitio Catholicorum duplex eſt. Vna eſt penes Eccleſiam; Alia penes fideles ſingillatim cõſideratos.

Cogni-

gnitio Eccleſiæ,tum de ei aſſiſtentia verbi Dei, tã ,quam non ſcripti,tum d e ſign ficatione, & re cata illius,& vera,& certa eſt, quia ex promiſ- Chriſti talem habet Spiritus ſancti aſſiſtentiam ,icta cognitione non poſſit errare,deinum habet leg um non errandi; *Cate. art, 9. nu.17. Conc. ſeſs. 4.c. 2.*

ognitio fidelium non ſimul ſed ſingillatim conſi orum,vt ſic conſiderata,poteſt eſſe vera,& habe obabilitatem veritatis,non tamen erit certa, niſi tenus concordat,& conformat ſe Eccleſiæ cogni ni. Tunc enim ſuam cognitionem fundat in teſtimo o eius,qui in dicendo non poteſt errare, ideo certa erit. *Cate.p. 1. cap. 1. & ſeſs.4.c.2.*

Hinc apparet quod doctrina Catholicorum de uer bo Dei non ſcripto,eſt certa, Hæreticorum vero,ne que probabilis.

Cap. 16. Probatur dari verbum Dei non ſcriptum, & Traditiones in Regno Chriſti.

NVnc Catholicam doctrinam de verbo Dei non ſcripto,& de Traditionibus per ſenſum,per intellectum,tum ratione tum authoritate probabo. Et aliquę afferentur probationes Topicæ ad oſtendendū, quod neque probabilitas apud Hæreticos eſt.

Concluſio probanda eſt hæc. In regno Chriſti, & in Eccleſia Dei reperitur verbum eiuſdem Dei tam non ſcriptum,quam ſcriptum,& doctrina Euangelica ab vtroque verbo comprobatur,& verbum Dei ſcriptum in Textu Biblico. Non ſcriptum in Traditione contentum eſt. Probatio ita fit.

Primò, in vnaquaque familia dantur Traditiones de rebus a Maioribus inſigniter dictis,& geſtis, ſiue à dicentibus ſint viſa,ſiue ab alijs audita, ergo & in Eccleſia. *ab vſu.*

2. Horatius ait. Senex eſt laudator temporis acti,id eſt libenter narrat tum viſa,tum audita ,item res à ſe geſtas,& hoc a natura eſt, ergo ſenes vnius ſeculi iunioribus narrabunt res magis inſignes,quæ in illo geſtæ fuere,etiam de religione. *in poetica Verſus idem.*

Ex Conc. ſeſſ. 4. c. 1
Ex Cath. in præfat.

neceſſe eſt affirmare, quia ſi ſignificatio eſt proprius effectus, & aliquo modo finis verborum, et verba ſunt medium ad ſignificandum, inter medium autẽ, & finem debet eſſe proportio, & completa adæquatio, quia ſi medium excederet finem, illud plus eſſet fruſtra, ſi minus eſſet, quam finis requirat, non conſequeretur finem, omnino neceſſe eſt dicere, quod Deus appoſite vſus ſit vocibus ad ſignificãdum, quod in mente ipſius ſignificare propoſitum erat. Ideo inter verbum Dei, & ſignificationem illius neceſſaria proportio erit.

Ex Conc. et Catec. ibid. ex lib. prædic. de ad aliquid, de ſubſt.

Res quoque ſignificata cum ſignificatione eamdem proportionem habebit, quia inter ſe mutuam habent relationem. Significatio enim eſt rei ſignificatæ ſignificatio, & res ſignificata eſt à ſignificatione ſignificata. Res enim ſignificanda. vel ſignificata, eſt veluti finis ſignificationis Et ſignificatio eſt veluti finis verbi ſignificantis. Ideo inter hæc tria totalis, & adæquata proportio reperitur.

Conc. & Catech. ibid.

Dictum eſt autem, quod res ſignificata eſt S. Euangelium quod eſt contentum, & ſignificatum à verbo Dei non ſcripto. Finis enim & intentio Dei loquentis fuit S. Euangelij hominibus reuelatio, ſeu publicatio vt dictum eſt.

Seſſ. 4. c. 1

Dictum etiam fuit, quod Euangelium duo dicit, & continet. Et vnum ſunt omnes veritates fidei. Aliud completa morum diſciplina, ideo eadem erunt res ſignificata à verbo Dei non ſcripto.

Cap. 9. Explicatur quædam differentia inter verbum Dei non ſcriptum, & diuinas traditiones.

AD aliquam probationem rectè faciendam maximè expedit terminos diſtinctè explicare, & declarare. Ideo nunc quædam differentia inter verbum Dei non ſcriptum, & Traditiones eſt afferenda.

Seſſ. 4. c. 1 ex Symb. Apoſt.

Verbum ergo Dei duobus modi accipi poteſt. Vno modo pro ſola voce ſignificante, alio modo pro tribus iam dictis, nempè voce ſignificante, ſignificatione, & re ſignificata. Si primo modo accipiatur, aliquan-

aliquando Traditio illud verbum, continet, & tradit; veluti fit in Symbolo Apoſtolorum; Verba enim illius non continentur in Textu Biblico ita collecta, vt in Symbolo ſunt; ideo ſunt verba Dei à Spiritu ſancto dictata immediatè Apoſtolis; & per Apoſtolos Eccleſiæ, vt verba Dei publicata & per manus in Eccleſia per ſecula continua ſucceſſione, vt alia conſeruata: Verba enim Symboli præciſè, ſecundum quod Apoſtoli tradiderunt, in Eccleſia conſeruantur.

Si autem verbum Dei accipiatur ſecundo modo, tunc traditiones aliquo modo diſtinguuntur ab illo, quia ſæpè Traditio magis eſt de re à verbo Dei ſignificata, quam de ipſo verbo ſignificante; verbum enim Dei, ni fallor, prius dicit vocem ſignificantem poſtea ſignificationem, demum rem ſignificatam Diuinæ autem Traditiones idem dicunt, ſed ſæpè ordine mutato, quia prius dicunt rem ſignificatam, & cum illa includunt ſignificationem, & vocem ſignificantem: Sit exemplum, Traditio diuina docet, ſeptem eſſe Sacramenta, & ita fuiſſe à Deo reuelatum: Vtique res ſignificata ſunt Sacramenta; Verbum autem Dei eſt illud, per quod hæc Veritas à Deo reuelata eſt. *Cont. Tn in eo o. pere, vbi de vſu, et conſuetudine Eccleſ. loquitur.*

Traditio ergo per dicta duobus modis fieri poteſt primo tradendo præciſum verbum Dei, & per conſequens rem ab illo ſignificatam; ſecundo tradendo rem ſignificatam, & per conſequens verbum, á quo illa ſignificatur.

Cap. 10. Proponantur aliqua exempla diuinarum Traditionum.

PER diuinam Traditionem intelligo Euangelicā veritatem à Deo tempore Apoſtolorū ſine ſcriptura reuelatam. Et hic aliqua exempla proponentur. *Seſſ. 4. c. 1.*

Primum, Tot ſunt libri Canonici veteris Teſtamenti. Hæc enim veritas non habetur, nec haberi poteſt de omnibus ex ſcriptura. Sed omnino per Traditionem diuinam eſt accipienda.

2. Tot ſunt libri Canonici noui Teſtamenti. Hoc *ibid.*

enim

ibid. enim ſola traditio docet.

ibid. 3. Textus Biblicus vulgatæ editionis authenticus, & canonicus eſt. Hoc docet Traditio.

4. Dantur diuinæ traditiones, Hoc tum ſcriptura, tum Traditione probatur.

Catec. in præf. 5. Completa ſumma S. Euangelij in his quatuor poſita eſt, nempè in Symbolo Apoſtolorum, in Sacramentis, in Decalogo, & in Oratione Dominicali.

Catec. p. 1. c. 1. 6. Symbolum Apoſtolorum non per ſcripturam, ſed per traditionem acceptum eſt; & colligit principales veritates, quæ ad fidem, & Euangelium ſpectant. Et eſt regula veræ fidei, & ab Apoſtolis diuino ſpiritu afflatis compoſitum eſt.

Seſs. 7. can. 1. 7. Sacramenta ſunt ſeptem, & nec plura, nec pauciora.

Catec. de Sacram. Eccleſia. 8. Formæ, & materiæ Sacramentorum ſunt illæ, quæ in vſu Catholicæ Eccleſiæ ſunt.

9. Mater Chriſti fuit virgo ante partum, in partu & poſt partum.

Eccleſia. Seſs. 4. c. 1. in initio & fine. 10. Pueri ante vſum rationis ſunt baptizandi.

Hæc gratia exempli poſita ſunt, vt ex illis veritas, & neceſſitas traditionum probetur. Exiſtimo enim ad mentem ſacri Concilij, omnes Euangelicas veritates, & completam morum diſciplinam, æque per Traditionem, ac per ſcripturam probari. Et ſentio, quod probatio, quæ fit per Scripturam, ſemper debeat cum Traditione concordari, Ratio eſt, quia verbum Dei, vt ſit verum, ſemper debet cum re ſignificata concordare: Res autem à verbo Dei ſignificata eſt Euangelium à parte rei conſideratum, Euangelium autem ita conſideratum per traditionem in Eccleſia fuit receptum, & conſeruatum, ideo traditio illius probabit veritatem.

Cap. 21. De proprietatibus verbi Dei non ſcripti.

NVnc explicandæ ſunt aliquæ proprietates verbi Dei non ſcripti, quæ ſunt.

Prima Vnitas.

Secunda Antiquitas.

Ter-

Tertia Æternitas.
Quarta Sanctitas.
Quinta Authoritas.
Sexta Veritas.
Septima Certitudo.
Octaua Per manus traditio. Et aliquæ dictorum explicantur.

Cap. 12. De vnitate verbi Dei non ſcripti.

Sicut exercitus plures milites in vnum colligit, & omnes ad eumdem finem ordinat, vnde, non obſtante tanta multitudine, vnus exercitus ſanctus eſt. Ita verba Dei plurima quidem ſunt; ſed tamen ita in vnum collecta, & ad vnum finem ordinata ſunt; vt vnum verbum aliquo modo dici poſſit. Illud enim verè, & propriè eſt vnum, quod vnum habet finem, vnam materiam, vnam formam, & vnum efficiens: Efficiens autem omnis verbi Dei non ſcripti vnus eſt Deus: Materia vna nempè S. Euangeliũ; Forma vna; hoc eſt plubicatio, & promulgatio S. Euangelij per verbum Dei; Finis vnus, nempe notitia S. Euangelij mundo, & hominibus data, vel danda. Iſtæ ſunt quattuor cauſæ verbi Dei non ſcripti, Et ſingulæ vnæ ſunt ergo vnum eſt. *Seſſ. 4. c. 1*

Hoc verbum Dei nõ ſcriptum nõ ſolum eſt vnum ſpecie, ſed vnitatem quoque numericam habet: Ratio eſt, quia actu exiſtit: Omne autem, quod actu eſt, vnum numero eſt: ita exercitus verè vna res numero eſt. *arg. ibid.*

Verbum Dei non ſcriptum eiuſdem omnino ſpeciei cum verbo ſcripto eſt: Probatur, quia omnino eaſdem quattuor cauſas habet. Vtrumque enim verbum habet Deum authorem; materiam Euangelium; formam publicationem illius; finem notitiam eiuſdem; Confirmatur quia verbum ore prolatum ſi idê ſignificat, quod ſcriptum, idem cum illo eſt, veluti hæc dictio, aurum, ſiue voce, ſiue ſcriptura proferatu eadem eſt. *ex Conc. ibid. Experientia. Ex Ariſt. lib. 1. Periher.*

Eſt dubium, vtrum verbum Dei ſcriptum à non *arg. ſeſſ. 4. c. 1.*

Experientia. ſcripto numero diſtinguatur. Sicut enim Socrates, quia diuerſam à Platone exiſtentiam, & accidentia habet, dicitur numero diſtingui, non ſpecie; ita videtur eſſe de vtroque verbo. Scriptum enim videtur habere diuerſam exiſtentiam, à non ſcripto, Mihi videtur probabile, quod numero diſtinguantur Et ſint veluti duo teſtes quibus doctrina Euangelica comprobetur: Licet enim ſolum verbum non ſcriptũ à Christo prolatum ſuffic. ẽtiſſimè Euangelium publicabat, tamen ad maiorem, & commodiorem manifeſtationem tum præſentibus, tum abſentibus factam, Deus voluit verbo non ſcripto addere ſcriptum; & probatur conuenientia: Sicut enim in naturalibus manifeſtatio fit tum voce præſentibus, tum ſcriptura abſentibus, & vna manifeſtatio adiuuatur per aliam; ita in ſupernaturalibus fieri expediens eſt: Deus enim tum naturæ, tum gratiæ author eſt.

Ratio.

Vſus.

Cap. 13. De antiquitate, & æternitate vtriuſque verbi Dei.

Seſſ. 4. c. 1. Cate. ar. 9. nu. 17. Quia nunc eſt ſermo de verbo Dei, quod tempore Apoſtolorũ prolatum eſt ad S. Euangeliũ docendum, & publicandum, de illius antiquitate nemo poterit dubitare: Illud enim eſt antiquum, quod ante longa tempora factum eſt: Ideo vtrumque verbum antiquum erit.

Experientia. Quod etiam verbum Dei ſcriptum ſit æternum, videtur clarum, quia Scriptura manet, de verbo autem non ſcripto apud hæreticos obſcurum eſt; Vox enim ſtatim tranſire videtur: verbum ſi res bene conſideretur clare patebit, quod etiam verbum non ſcriptum æternum eſt: Ad quod probãdũ ſupponere opus eſt.

Ex S. Th. 1. p. q. 16. art. 7. & 8. & q. 1. art. 7.

Ariſt. 1. Periher. S. Th. ibi. ex Conc. Seſſ. 4. c. 1. Quod verba ad placitum eorum, qui loquuntur ſuam habent ſignificationem; Loquens enim vtitur verbo tum ſcripto, tum non ſcripto ad ſignificandum quod vult, vbi vult, quando vult, quomodo vult: Cum ergo Deus loquens aliqua profert verba ad aliquid per cuncta futura ſæcula manifeſtandum; tunc illud verbum neceſſario, etiam ſi cito tranſeat, per

dicta

dicta ſecula permanebit. Probatur, quia tali intentione prolatum eſt, vt ſit æternum, & vt illius ſignificatio æterna ſit, Potiſſimum autem Deus hanc verbo ſuo poteſt dare æternitatem. Idem aliquo modo homines poſſunt. Cum ergo Chriſtus verba ſua protulerit ea intentione vt tum ipſa, tum illorum veritas, & ſignificatio, & res ſignificata maneat in æternum, oportet dicere, quod verbum Chriſti non ſcriptum æternum ſit. Nunc ita eſſe probatur.

Primo ſi rex per præconem publicet legem ea intentione, vt in regno ſuo per cuncta ſecula obſeruetur. Vox quidem præconis cito tranſit, ſed verba legis, & ipſa lex promulgata vſque ad tempus à rege determinatum manet. *Experientia.*

2. Pater facit præcepta filio ad multos annos duratura, & illa permanent. *Vſus.*

3. Contrahentes verbis cito traſeuntibus ligant ſe, ſed quia verba proferuntur ea intentione, vt diu cum ſua ſignificatione, & obligatione maneant, iuxta intentionem ipſorum, ſuam habent permanētiam, Et iudices ita decernunt. *Vſus.*

4. Quis dicit verbum iniurioſum alicui, uox cito tranſit, ſed de verbo dicto fit maxima ſæpe contentio, & in memoria offenſi indelebiliter manet. *Vſus.*

5. Quis murmurat, & detrahit alteri, verba illa diutius conſiderantur. *Vſus.*

6. Memoria data eſt hominibus, vt per illam verba, quæ tranſeunt, habeant permanentiam. *Ratio.*

7. Verba habent eſſe primo in corde loquentis, ſecundo in ore illius, tertio in auribus audientis, quarto in corde, & animo illius. Verbum prout eſt in ore & in auribus cito tranſit, in corde autem diu permanere poteſt. *Ratio.*

8. Sicut aliud eſt domus, aliud ædificatio illius, ædificatio enim cito tranſit, domus autem permanet diu, ita aliud eſt verbum, aliud prolatio verbi. Hæc cito tranſit, verbum autem prolatum diu manere poteſt. Sic prolatio ſententiæ à Iudice latæ cito tanſit, ſententia vero diu manet. *Vſus.*

9. Si quis modo dicat blaſphemiam, prolatio illius *Ratio.*

Digitized by Google

fit in momento, ſed tale verbum vſque ad diem iudicij permanebit,& in æternum puniri poteſt.

Ratio. 10. De verbo ſemel dicto ſemper, & in æternum verum erit,quod dictum ſit.

Ratio. 11. Si verba non manent,vt quid in die iudicij iudicatur de illis, Vt quid pœna æterna multis Verbis, aſſignata eſt?

Vſus. 12. Magiſter verbis docet diſpulos,& verba illius in memoria retinentur cum doctrina, quæ per illa efficitur, ergo verba ſuam habent permanentiam.

Ratio. 13. Peccatum Adæ cito quidem tranſijt,& tamen æternam habet permanentiam.

Seſſ.4.c.1 14. Euangelium eſt æternum,& continetur in verbo à Chriſto oretenus prolato; ergo ſi Euangelium eſt æternum,& verbum Chriſti erit æternum;

ibid. 15. Chriſtus publicauit Euangelium ad omnia ſecula, ergo illius verba ſe extendunt ad illa.

Pſal. 16. Scriptura ait. Verbum Domini permanet in æternum,ita veritas & præceptum illius.

Ratio. 17. Noua lex data eſt in cordibus fidelium, ergo in verbo Dei non ſcripto fundata eſt.

Ratio. 18. Quattuor Euangelia fundata ſunt in verbo à Chriſto prolato; ergo verbum ſcriptum fundatur in non ſcripto, & ab illo accipit firmitatem.

Seſſ.4.c.1 19. Traditio facit,quod verbum Dei non ſcriptum æternum ſit, conſeruatur enim in intellectu, & memoria fidelium,& Eccleſiæ,& ab vno ſeculo in aliud deriuatur.

Conc. ibi. Item Vſu experientia, ratione, authoritate. 20. Sicut ſe habet carta ad ſcriptionem,ita ſe habet intellectus, & memoria ad locutionem, & ſicut liber ſcriptus conteritur, & deſtruitur, ita & memoria obliuione deletur, & ſicut libri per tranſcriptionem perpetuantur,ita memoria per traditionem perpetua fit; Verbum ergo Dei non ſcriptum ita eſt æternum ſicut ſcriptum, Cum enim Verbum Dei habeat eſſe primo in mente Dei, ſecundo in voce prolata, tertio in re ab illo ſignificata,ſemper enim manet à verbo Dei ſignificata, vt de Euangelio patet,quarto in intellectu, & memoria illius; qui immediatè illud verbum audit, quales in verbo Chriſti fuerunt An-

geli

geli,& dæmones,& multi homines,vt Apoſtoli,quin to in intellectu,& memoria illorum, qui mediate per alios, veluti per Apoſtolos, & nos per priora ſecula audierunt; Sextò in ſcriptura non quidem authentica,ſed a ſcriptoribus, qui de traditionibus loquuntur data,manifeſte apparet, quod verbum Dei non ſcriptum multis modis æquè ac ſcriptum æternum eſt. Sicut enim verbum ſcriptum perpetuatur per librorum tranſcriptionem,ita verbum Dei non ſcriptum perpetuatur per Traditionem. Et ſicut Spiritus ſanctus in tanta varietate tranſcriptionum Textum Biblicum,& verbum Dei in illo contentum per Eccleſiam purum conſeruat,ita per eamdem Eccleſiam verbum Dei non ſcriptum per varias traditiones purum conſeruabit.

Cap. 14. De authoritate,veritate,& certitudine verbi Dei non ſcripti.

AVthoritas vtriuſque verbi æqualis eſt; Probatur. Author vtriuſque Deus eſt. Idem autē author eamdem tradit authoritatem. Confirmatur. Scriptio, & prolatio verbi accidentia quædam communia, vt ſic dicam,ſunt,Verba enim Hebræa Græca,Latina,et alia diuerſam prolationem,& ſcriptionem habent.Eſſentia enim verbi in ſignificatione poſita eſt.Ideo cū verbum Græcum,& Latinum idem ſignificant.Ita cū duo verba Latina veluti ruſtica,& veſtis eandem habent ſignificationem.Ita cum idem verbum vt aurum tum voce,tum ſcriptura,profertur,idem verbum erit. Scriptura ergo,vt ſic conſiderata,Verbo Dei nihil tradet authoritatis,ſed tota authoritas a dignitate Dei loquentis accipi debet. *Seſſ. 4. c. i. Ita ab vſu et ratione, et experientia. Ex Ariſt. Periher.*

Circa veritatem verbi Dei non ſcripti videtur ſic poſſe diſtingui.

Verbum Dei poteſt dupliciter conſiderari; Primò, in ſeipſo; Secundò,in hominum cognitione. *V ſus.*

Conſideratum in ſeipſo duplicem, vt ſic dicam, poteſt habere veritatem, nempè vnam exiſtentiæ, veluti an hoc ſit vere verbū Dei, Aliā ſignificationis, *Cent. ibid.*

 veluti

veluti an hæc ſit vera dicti verbi Dei ſignificatio.

argum. Vtraque veritas tum exiſtentiæ, tum ſignificationis poteſt conſiderari, vel vt probabilis, vel vt certa. Probabilis habetur per indicia.

Cate. p. 1. cap. 1. *Cate. ibi.* Certitudo duplici modo fieri poteſt; Primò, per miracula; Secũdò, per dictum, vel teſtimonium eius qui in dicendo non poteſt errare. Chriſtus primo, modo vſus eſt ad probandum, quod verbum ipſius eſſet verbum Dei. Apoſtoli vſi ſunt tum primo, tum ſecundo. Secundus modus in vſu eſt.

S. Th. 1. p. q. 16. art. 7 & 8. Verbum, ergo Dei in ſeipſo conſideratum omnino habet veritatem, et certitudinem, ſeu firmitatem, quod ſit verbum Dei, quia ſi eſt verbum Dei, verè eſt verbũ illius, & apud Deum certiſſimum eſt, & aliter eſſe nõ poteſt, quod ſit verbum illius, & hoc tam de non ſcripto, quam de ſcripto verum erit.

Cap. 15. De cognitione vera, & certa verbi Dei non ſcripti.

Seſſ. 4. c. 1. VT dictum fuit. Aliud eſt verbum Dei, & ſignificatio, & res ſignificata illius, Aliud eſt cognitio dictorum. Verbum Dei ſemper in ſeipſo conſideratum habet veritatem tum exiſtentiæ, tum ſignificationis. Cognitio autem dictorum poteſt eſſe tum vera, tum falſa, tum certa, tum non certa. Infideles nullam habent cognitionem. Hæretici habent falſam cognitionem tum de exiſtentia verbi Dei, præcipuè verbi non ſcripti, quod ab illis negatur. Tum ſignificationis illius, quia male interpretantur ſcripturas. Hæc autem illorum cognitio neque eſt certa, neque probabilis.

Non eſt certa, quia nullum certitudinis habent fundamentum, vt dictum fuit.

Non eſt probabilis, quia neque etiam in probabilitate fundata eſt, vt apertè apparet ex rationibus ſupra allatis ad probandam æternitatem verbi Dei non ſcripti.

Cate. p. 1. cap. 1. Cognitio Catholicorum duplex eſt. Vna eſt penes Eccleſiam; Alia penes fideles ſingillatim cõſideratos.

Cogni-

Cognitio Eccleſiæ, tum de exiſtentia verbi Dei, tã ſcripti, quam non ſcripti, tum de ſignificatione, & re ſignificata illius, & vera, & certa eſt, quia ex promiſſione Chriſti talem habet Spiritus ſancti aſſiſtentiam vt in dicta cognitione non poſſit errare, demum habet priuilegium non errandi; *Cate. art. 9. nu. 27. Conc. ſeſſ. 4. c. 2.*

Cognitio fidelium non ſimul ſed ſingillatim conſideratorum, vt ſic conſiderata, poteſt eſſe vera, & habere probabilitatem veritatis, non tamen erit certa, niſi quatenus concordat, & conformat ſe Eccleſiæ cognitioni. Tunc enim ſuam cognitionem fundat in teſtimonio eius, qui in dicendo non poteſt errare, ideo certa erit. *Cate. p. 1. cap. 1. & ſeſſ. 4. c. 2.*

Hinc apparet quod doctrina Catholicorum de uerbo Dei non ſcripto, eſt certa, Hæreticorum vero, neque probabilis.

Cap. 16. Probatur dari verbum Dei non ſcriptum, & Traditiones in Regno Chriſti.

NVnc Catholicam doctrinam de verbo Dei non ſcripto, & de Traditionibus per ſenſum, per intellectum, tum ratione tum authoritate probabo. Et aliquę afferentur probationes Topicæ ad oſtendendũ, quod neque probabilitas apud Hæreticos eſt.

Concluſio probanda eſt hæc. In regno Chriſti, & in Eccleſia Dei reperitur verbum eiuſdem Dei tam non ſcriptum, quam ſcriptum, & doctrina Euangelica ab vtroque verbo comprobatur, & verbum Dei ſcriptum in Textu Biblico. Non ſcriptum in Traditione contentum eſt. Probatio ita fit.

Primò, in vnaquaque familia dantur Traditiones de rebus a Maioribus inſigniter dictis, & geſtis, ſiue à dicentibus ſint viſa, ſiue ab alijs audita, ergo & in Eccleſia. *ab vſu.*

2. Horatius ait. Senex eſt laudator temporis acti, id eſt libenter narrat tum viſa, tum audita, item res à ſe geſtas, & hoc a natura eſt, ergo ſenes vnius ſeculi iunioribus narrabunt res magis inſignes, quæ in illo geſtæ fuere, etiam de religione. *in poetica Vſus idem.*

Sensus. 3. In vnaquaque Ciuitate, vel Oppido, vel Regno dantur traditiones de rebus à maioribus dictis, & geſtis, multo magis in Regno Chriſti.

Experientia, & ratio. 4. Hiſtoria ſemper eſt de rebus aliàs dictis, & factis. & ordinariè magnum intercedit tempus inter rẽ geſtam, & hiſtoriam, & in ſola traditione, & conſeruata memoria poteſt fundari hiſtoria, ergo Traditio pręcedit hiſtoriam ſcriptam.

Ratio, & vſus. 5. Si Hiſtoricus res geſtas, & dictas narret, tunc ſi qui ſenes ſint, qui vel viderint, vel audierint rem aliter geſtam eſſe, vel iuuenes à ſenioribus audierint, rẽ aliter ſe habere, opponunt ſe Hiſtorico dicentes, non fideliter ſcripſiſſe, & ſæpè per traditionem redarguitur hiſtoria, ita vt illi non credatur, quia à traditione diſcordat, ergo traditio hic præualet ſcripturæ.

Vſus. 6. Contra naturam, & rationem eſſe videtur, ſi quis dicat, non eſſe in vſu, quod ſenes, qui vitam finiunt cum vno ſeculo, dicant res ab illis in dicto ſeculo viſas, & auditas, & idem à iunioribus in ſequenti ſeculo fiat.

Ratio à ſine. 7. Multi homines ſunt rudes neſcientes legere, & Latinas hiſtorias non intelligentes, qui de rebus aliàs geſtis, & dictis oretenus, & ſola voce, poſſunt edoceri, ideo tales non per hiſtoriam, ſed per traditionem docendi ſunt.

Cõſuetudo 8. Inter ciues ſunt multę antiquiſſimę cõſuetudines, vſu receptæ, quæ ſine hiſtoria per ſolum verbalem, et exemplarem traditionem ſunt explicatæ, ergo.

Cõſuetud° 9. Multæ leges per ſolam contrariam conſuetudinem abrogatæ ſunt.

Cõſuetud° 10. Pretia rerum venalium à populis per ſolam traditionem determinantur.

Vſus. 11. Artifices ordinariè ſine ſcriptura ſola voce, aut praxi alios in arte inſtruunt.

Ratio à ſine. 12. Res in actione, & vſu conſtitutæ, magis voce, & traditione, quam ſcriptura ſunt explicat.

Ex natura 13. Natura dedit hominibus linguam, vocem, & locutionem, & loqui eſt illi naturale, ſcribere autem non à natura, ſed ab arte inuentum eſt. Natura autem eſt nobilior arte, ergo locutio eſt dignior ſcriptione.

14. Ait.

14. Ait Ariſt. Oratio ſcripta eſt ſignificatiua orationis vocalis, & non ſcriptæ, ergo nobilior eſt oratio non ſcripta, quam ſcripta, quia hæc ſeruit illi. *1. Periphratio à fine.*

15. Finis vocalis orationis eſt triplex; primus dare Deo laudem externam; ſecundus Docere, & dirigere inferiores, & ſibi ſubditos, tertius, commercium inter homines per mutuam communicationem. Scriptura autem non ordinatur ad dicta, niſi vbi oratio vocalis illius indiget adiumento. *Ratio à fide, & ab effectu Ariſt. Pol lib. 1. c. 2*

16. Si de mundo tolleretur Scriptura, & ſola oratio vocalis remaneret, verum inter homines commerium remaneret, vt patet dari inter illos, qui legere neſciunt, ſed ſi de mundo tolleretur oratio vocalis, etiam ſi remaneret ſcriptura, fere totum inter homines commercium tolleretur, & plurima inconuenientia ſequerentur, ergo verbum non ſcriptum magis, quam ſcriptum neceſſarium eſt. *ab effectu argum. ex Ariſt. ibi.*

17. Memoria à natura homini data eſt ad cognitionẽ conſeruandam eorum, quę ab homine vel audita, vel uiſa ſunt, ergo inpium eſt negare in Eccleſia Dei vſum memoriæ circa verbum Dei non ſcriptum, & res à maioribus acceptas. *Ducit ad inconuenient.*

18. Illuſtriſſimus Bellarminus Traditiones probat per rationes naturales: item per authoritatem Ariſtotelis, Socratis, & aliorum gentilium, qui ſapientes habiti ſunt. *A iuditio ſapientum tom. 1. contr. 1. lib. 4.*

19. Idem probat illas ex veteri, & nouo teſtamento, ex Concilijs, & Patribus, & alijs multis modis, ſicut apud ipſum uidere eſt licet. *Cogeminata probatio.*

20. Concilium Tridentinum locis citatis hoc apertiſſime docet, & de fide determinat. Idem nunc Logicalibus argumentis probatum eſt. *Seſſ. 4. c. 1.*

21. Verbum Dei non ſcriptum eſt æternum, ergo per cuncta ſecula in regno Chriſti manet *Ex ſcriptura.*

22. Vocalis pręedicatio eſt magis accommodata ad docendum Euangelium, quam oratio ſcripta, probatur, quia Chriſtus ita illud docuit, & pręcepit Apoſtolis, non vt ſcriberent, ſed vt pręedicarent Euangelium, ergo verbum Dei non ſcriptum ſemper in Eccleſia neceſſarium fuit. *Ex Euangelio. Bellarm. ibid.*

A fine Euāgelij. 23. Non eſt poſſibile, quod mulieres, pueri, ruſtici, rudes, & artifices per ſcripturam, quam neſciunt legere, de Euangelio edoceantur, ergo doctrina, quæ continetur in verbo Dei non ſcripto, ſemper in Eccleſia neceſſaria eſt.

A neceſſitate. 24. Scriptura principaliter ad hūc finem ordinatur, vt cum abſentibus per illam poſſit haberi commercium. Verbum vero non ſcriptum ad commercium cum præſentibus habendum, ergo cum ordinariè Euangelica doctrina tradatur preſentibus, hoc verbum in Eccleſia neceſſarium eſt.

Ducit ad impoſſibile. 25. Si dicatur, doctrina melius, & certius traditur per ſcripturam, quæ firma manet, quam per verbum non ſcriptum. Contra, ergo Chriſtus minus recte, & cum minori certitudine, & firmitate Euangelium docuit, quod eſſe non poteſt, ergo tanta certitudo; & firmitas eſt in non ſcripto, ſicut in ſcripto.

Ab exemplo Chriſti et præcepto. Bellarm. ibid. 26. Chriſtus docuit Euangelium per ſolum verbum non ſcriptum, ergo hoc verbum ſemper fuit, & erit verum, & optimum medium ad illud edocendum, & erit medium a Chriſto ordinatum, ergo tale ſemper eſſe debet, neque enim conuenit dicere, quod Chriſtus minus recto medio vſus ſit, vel quod ipſe voluerit vti vno medio in docendo, & ordinare alijs vt alio vtantur, cū potiſſimum non reperiatur locus in Scriptura, vbi præcipiat Apoſtolis, quod per Scripturam Euangelium doceant, ſicut reperitur, quod hoc faciāt prædicatione.

ab effectu 27. Translatio Euangelicæ doctrinæ à Chriſto in Apoſtolos viuente Chriſto facta eſt per verbum non ſcriptum, ergo in quocumque tempore hoc rectè fieri poteſt.

ab effectu certo. 28. Doctrina ab Apoſtolis recepta in vita Chriſti per verbum non ſcriptum, moriente Chriſto, & in cælos aſcendente pura, certa & integra manſit, & in nulla alia re erat fundata, niſi in verbo Dei non ſcripto, ergo translatio eiuſdem doctrinæ à ſeculo in ſeculum in eodem verbo fundari poteſt.

ab effectu certo. 29. Apoſtoli per aliquod tempus docuerunt Euangelium ſolo verbo ſcripto, & ſine ſcriptura, & fidei

certitudo

Digitized by Google

certitudo in tali verbo fundata erat, ergo hoc verbum eſt verum Euangelicæ doctrinę fundamentum, & ſemper tale erit.

30. Scriptura ab Apôſtolis data ſemper pro fundamento habuit verbum non ſcriptum â Chriſto prolatum, & eatenus vera erat, quatenus cum illo concordabat, ergo verbum non ſcriptum poteſt eſſe ſine ſcripto, verbum autem ſcriptum non poteſt eſſe ſine ſcripto, ergo ſemper cum ſcripto vnitum eſt non ſcriptum. *A ratione certa.*

31. Vel Euangelium fundatur in verbo Chriſti, vel in alio verbo. Si in alio, ergo nō eſt Euangelium Chriſti. Si in verbo Chriſti, ergo in verbo non ſcripto, & ſemper verum erit dicere, quod in tali verbo fundatū ſit, ergo ſemper in Eccleſia eſt. *Per diuiſionem.*

32. Finis verbi ſcripti non eſt tollere verbum vocale, immò finis illius eſt ex Ariſtotele, & experientia magis illud firmare. Voces.n.ait Ariſt. ſunt res a ſcriptura ſignificatæ, & ſic verbum ſcriptum ordinatur ad non ſcriptum, & illud ſupponit. *Ratio à fine.*

33. Sacra Scriptura ſæpiſſimè refert in Euangelijs, verba non ſcripta, quæ à Chriſto prolata ſunt, dicens Chriſtus ita dixit, ergo finis ſcripturæ non eſt tollere de medio verbum non ſcriptum, immò intendit illud magis in noſtra cognitione firmare. *A fine.*

34. Verbum Chriſti dupliciter poteſt conſiderari; Primò, in ſeipſo, & ſic eſt perfectiſſimum, & ſummæ authoritatis, & non eget ſcriptura, vt firmetur ab illa; Secūdò, in noſtra cognitione, & ſic ſcriptura adiuuat noſtram cognitionem de verbo Dei non ſcripto, Facit enim vt verbum Chriſti nobis modo quodam ſpeciali, id eſt abſque voce alicuius innoteſcat, ergo ſcriptura non tollit, ſed proponit verbum non ſcriptum. *ab effectu*

35. Eſſet iniurioſum Chriſto, ſi a regno ſuo verbum ab ipſo ore proprio prolatum tolleretur de medio, vt aliud ab Apoſtolis ſcriptum introducatur. *ab inconuenienti.*

36. Si verbum ſcriptum non poſſet ſecum compati verbum non ſcriptum, poſſet dici cauſam eſſe illud negandi, ſed cum optime ſe compatiantur, & vnum concordet cum alio, & ſimul vnita noſtram adiuuent *A contrario.*

cogni-

cognitionem, nulla penitus erit cauſa dicendi, quod debeant ab inuicem ſeparari.

Ex modis per ſe. 37. Verbum à Chriſto prolatum realem habuit exiſtentiam, & fuit verum ens, Omne autem ens eſt verum, & cognoſcibile, Omne autem cognoſcibile poteſt cognoſci, & quod ab intellectu cognitum eſt, poteſt in memoria retineri, & quod quis per intellectum cognoſcit, & per memoriam retinet, poteſt alijs manifeſtare per voces, & per ſcripturam, ergo hæc cognitio, & recordatio, & manifeſtatio de verbo Chriſti non ſcripto fieri potuit, & facta eſt, ergo fuit ſemper, & eſt Traditio.

A ſimili certo. 38. Sicut Spiritusſanctus potuit efficere, vt verbum Chriſti non ſcriptum, ſine errore trãſiret à Chriſto in Apoſtolos, & ab illis in Primitiuam Eccleſiam, ita poteſt efficere, & conuenit; vt faciat, quod ſine errore, & cum certitudine de ſeculo in ſeculum tranſitum faciat.

Ab eo, quod eſt per accidens. 39. Completa doctrina de S. Euangelio, ſaltem quo ad ſubſtantialia, a Chriſto tradita eſt, alioquin imperfectè docuiſſet, quod eſſe non poteſt, ergo verbum ſcriptum non fuit neceſſarium, ſed tantum ad bene eſſe reſpectu non Euangelij, ſed noſtræ cognitionis.

Eadem probatio To. 1. contr. 1. lib. 4. 40. Apoſtoli omnes ſimpliciter, & abſolutè voce, et prædicatione docuerunt Euangelium. Ex occaſione autem tantum aliqua ſcripſerunt, vt docet Illuſtriſſimus Bellarminus, ergo Euangelium per ſe, & ſecundum quod ipſum mundo eſt publicatum, & traditũ, per accidens autem ſcriptura addita eſt, ergo illud neceſſarium eſt.

Ab effectu. 41. Si Apoſtoli in tota vita prædicarunt, & toti mũdo, in paucis autem horis ſcripſerunt, & illa ſcriptura, vt plurimum ad perſonas, vel loca particularia ordinata fuit, ergo Traditio eſt magis vniuerſalis, quam fuerit tunc ſcriptura.

Ab impoſſibile. 52. Si doctrina Euangelica in ſola ſcriptura poſita eſt, ergo vana fuit prædicatio Apoſtolorum, quæ voce facta eſt, quia dicta doctrina in illa fundari non poteſt.

43. Ve-

43. Veritas, & puritas S. Euangelij debet attendi à prima origine, & fonte, a quo illud procedit, ſed hęc prima origo eſt a verbo Dei non ſcripto, ergo. *A cauſa prima.*

44. Sacra Scriptura docet Chriſtum aliqua docenda tradidiſſe, quæ poſtea ipſa non explicat. Ait enim Chriſtum dixiſſe, Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis, non dicit autem, quænam ſint hæc omnia, ergo aliqua ſunt de ſubſtantia S. Euangelij, quę in ſacra ſcriptura non ſunt explicata. *Matt. vlt.* *Bellarm. ibid.*

45. Completa ſumma S. Euangelij ſignificata à Chriſto illis verbis. Omnia, quæcunque mandaui vobis, ſemper debuit in Eccleſia doceri, & obſeruari; Sed ſcriptura non docet illam, Vnde in illa conſtituenda hæretici in tot ſectas diuiſi ſunt, & vnuſquiſquæ ad libitum ſuum illam fingit, ergo in Traditione ſola poſita eſt. Eccleſia enim Catholica probat per Traditionem, quod hęc ſumma in quattuor poſita eſt, nempè Symbolo, Sacramentis, Decalogo, & Oratione Dominicali, ergo cum res tanti momenti à Chriſto expreſſe data, vt de illa omnes edocerentur, & omnes illam obſeruarent, in ſcriptura non ſit explicata, neceſſe eſt, vel in Eccleſia ignorari quod eſt impoſſibile, vel in ſola Traditione contineri. *Matth. ibid.* *Cate. per totum, & in præf.*

46. Impoſſibile eſt habere certitudinem de verbo Dei ſcripto, ſaltem in his ſeculis, alia via, quam per Traditionem, vt in hoc opere alibi probatur, & tamē penitus eſt neceſſarium, vt cum certitudine ſciatur, quod hic Textus Biblicus verè verbum Dei continet, ergo Traditio ſemper in Eccleſia perſeuerat. *Ab impoſſibile.*

47. Symbolum Apoſtolorum, non continetur in aliquo libro ſacrę Scripturæ, & per ſolam Traditionē in Eccleſia retinetur, Scriptiones enim & tranſcriptiones illius innumerabiles ſunt, & in ſola traditione veritas illarum firmata eſt, ergo datur Traditio. *Ex Symb. Apoſt.*

48. De ſubſtantia S. Euangelij eſt, quod numerus Sacramentorum, & materia, ac forma ſingulorum cū alijs ſubſtantialibus preciſè cognita ſint, quia illorū vſus quotidie neceſſarius eſt. Sed in ſcriptura talia non ſunt expreſſa, in Eccleſia autem Catholica talia per Traditionem explicata ſunt, & huiuſmodi, quæ *ab effectu neceſſario.* *Bellarm. ibid.*

ad

ad praxim pertinent, melius Traditione, quã per ſcripturam explicantur, ergo in regno Chriſti neceſſe eſt Traditiones affirmare.

A reſignificata à verbo Dei

49. Verum Euangelium, vera Doctrina, vera fides vera prædicatio, vera Eccleſia, vera obſeruantia S. Euangelij à tempore Chriſti vſque ad finem mundi per cuncta ſecula ſemper in Regno Chriſti erit, quia ſunt de ſubſtantia dicti Regni, & eſt impoſſibile, aliquam rem eſſe, & non habere illa, quæ de ſubſtantia illius ſunt, Item dicta omnia vſque ad finem mundi ſemper eadem numero erunt, quia Regnum Chriſti ſemper vnum numero manet. Hæc autem Regni Chriſti cum ſuis ſubſtantialibus continuatio eſt res a verbo Chriſti ſignificata, & item a ſacra Scriptura, inter verbum autem, & rem a verbo ſignificatam, eſt quidem realis diſtinctio, ſed tamen inter ſe ita connexa ſunt, vt ſimul ſemper ſint, & unum ab alio non ſeparetur, & ueritas unius ſaltem in verbo Dei, ex ueritate alterius certiſſimè comprobetur. Hæc autem res ſignificata ſenſu ipſo percipitur, & eſt re cognoſcibilis tum per ſenſum tum per intellectum, & alius poteſt de illa alios edocere, & prædicatio ad hoc ordinata eſt, qui cognoſcit rem a verbo ſignificatam, poteſt per illam cognoſcere verbum ſignificans, ergo quis poteſt Euangelium, vt eſt a parte rei cognoſcere, & docere. Et unum ſeculum ueluti primum poteſt docere ſecundum quale fuerit Euangelium, non dico in verbo Dei, ſed a parte rei, & vt res a verbo Dei ſignificaca tempore ſuo. Et poteſt dicere. Apoſtoli tot Sacramenta miniſtrabant, & ita illa miniſtrabant; Talia precepta vt a Chriſto accepta nobis tradebant. Et ſecundum ſeculum tum uoce tum ſcriptura poteſt hoc facere tertio, & hoc ſucceſſiue per ſecula, Ex quo apertiſſimè probatur, quod talia Apoſtoli à Chriſto ſolo verbo non ſcripto acceperunt, quod eſt idem verbum cognoſcere, & iſta apud ſenſum clariſſima ſunt, ergo verbum Dei non ſcriptum, & Traditio ſemper in Eccleſia conſeruata eſt.

Seſſ. 4. c. 1

Per ſenſũ.

50 Senſus apertiſſimè docet, quod in Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana dictæ Tradiones de ſe

c ulo

culo in ſeculum acceptæ manent, & ſunt ueluti decem iam enumeratæ,& aliæ;ergo ab effectu demonſtratiuè probatur,quod ſint,quia quod alicubi eſt, per ſe,& ſecundum quod ipſum eſt.

Cap. 17. Soluuntur quædam argumenta hæreticorum.

ARgumenta hæreticorum ab Illuſtriſs. Bellarmino propoſita,& ſoluta ſunt;ergo hic ex Logica aliquas afferam ſolutiones.

Primum argumentum, Hæretici negant verbũ Dei non ſcriptum,& Traditiones;ergo non dantur.

2. Traditiones non ſunt apud hæreticos, ergo non dantur.

3. Sacra Scriptura tradit completam doctrinam S. Euangel j ergo non eſt opus Traditione, & verbo Dei non ſcripto,ergo non datur quia fruſtra eſſet.

4. Non eſt poſſibile, quod uerbum Dei non ſcriptum purum in Eccleſia ſeruetur,quia in hominum cognitione nimis uariabile eſt: Verbum autem ſcriptum cum ſit permanens in ſeipſo inuariabile eſt:ergo hoc ſolum concedendum.

5. In Apocalypſi fiunt grauiſſimæ comminationes his,qui aliquid ſacræ Scripturæ addunt; ergo illi nihil addendum eſt.

Ad primum eſt Sophiſtica argumentatio; ſic enim quia inſipiens dixit,Non eſt Deus,per illius negationem poſſet probari,non eſſe Deum.

Ad 2.Eſt Sophiſtica,ut prima ſic enim quia Euangelium non eſt apud infideles,poſſet probari non eſſe Et quis probaret Sophiſticè; ſolem non eſſe in cęlo, quia in terra non eſt; nec ualet conſequentia; Hic non eſt;ergo non eſt. Quod enim non eſt hic; poteſt eſſe alibi. Traditio enim eſt,& affirmatur in Eccleſia Romana.

Ad 3. Negatur Sacram Scripturam tradere completam doctrinam S. Euangelij, ut ſupra probatum eſt;ſed dato,non conceſſo,quod ita ſit, negatur conſequentia,quia uerbum ſcriptum ſupponit non ſcrip- *Bellarm. Tom. 1. contr. 1. lib. 4.*

tum,

rum, & ordinatur, ad illud magis manifeſtandum, & ſimul ſtant, & vnum adiuuat aliud, ſicut ſupra ex natura, & vſu, & ratione probatum eſt, Chriſtus enim duo dedit, nempè verba ſignificantia, & res à verbis ſignificatas & vnum probatur per aliud, & vtrumque eſt cognoſcibile, ideo conſeruari poteſt in Eccleſia; Maximè autē conuenit doctrinæ Euangelicæ, vt vtroque verbo ſit explicata, ideo vnum non tollit aliud, vt in natura manifeſtè apparet. Confirmatur, verbum non ſcriptum præcedit ſcriptum, & verum eſt, quod completa doctrina S. Euangelij data eſt per illud, alioquin Chriſtus incompletè dediſſet illam, Verbum autem ſcriptum ſuperadditum eſt ſcripto, nō quidem vt neceſſarium. quia ſine illo completa doctrina tradita erat, ſed ad bene eſſe, eo modo, quo ſcriptura ab arte ſuperaddita eſt orationi vocali. Vnde conſequentia non debet fieri ſic, quia ſcriptura tradit completam doctrinam S. Euangelij, non eſt neceſſarium verbum non ſcriptum, ſed debet fieri, quia Doctrina S. Euangelij complete tradita fuit à Chriſto, & ab Apoſtolis per verbum Dei non ſcriptum, ſequitur quod verbum ſcriptum neceſſarium non ſit, ſed tantum ad bene eſſe fuerit additum eo modo, quo in humanis ſcriptura orationi vocali addita eſt.

Ex Ariſt. polit. lib. 1. c. 2.

Ex ſupra dictis.

Seſſ. 4. c. 1

Ad 4. Negatur non poſſe verbum non ſcriptum in Eccleſia conſeruari purum. Hoc enim paſſim fit in humanis, hoc in teſtamento veteri, & in nouo factum eſt; tempore Chriſti, & in primitiua Eccleſia fiebat, hoc modo in Eccleſia Catholica fieri certum eſt. Probatur ratione, quia ſi non poteſt virtutè humana, opera Spiritus ſancti fieri poteſt, quia idem, qui fuit, & hoc fecit in primitiua Eccleſia, ſemper manet in Eccleſia, & docet illam omnem veritatem. Amplius hæretici mihi videntur contraria loqui, ex vna enim parte dicunt, Spiritum ſanctum docere ſingulos fideles omnes Euangelicas veritates, & non eſſe opus, quod mediante Eccleſia doceantur. Ex alia dicunt eumdem Spiritum ſanctum conſeruare in Eccleſia per Traditionem puram, & certam verbi non ſcripti cognitionem. Si enim conceditur dare cognitionem

tionem ſcripti, debet concedi, quod det etiam cognitionem non ſcripti. Demum tanta eſt difficultas conſeruandi in Eccleſia verbum Dei ſcriptum, ſicut non ſcriptum, vt ſuo loco dicetur. Ideo argumentatio illa nihil concludit.

Ad 5. In Apocalypſi eſt ſermo tantum de libro illo Nunc autē eſt ſermo de toto corpore ſacræ Scripturæ De qua conſtat, hæreticos ſophiſticè argumentari. Doctrina enim S. Euangelij primo tradita eſt in verbo Dei nō ſcripto, & tradita eſt complete. Deinde ſuper additum fuit verbum Dei ſcriptum, & ſacra Scriptura, quæ nihil penitus debet addere doctrinæ à Christo datæ, alioquin ſupponeretur imperfectè data. Solummodo ſcriptura debet, quatenus opus eſt, explicare, quod à Verbo Dei non ſcripto traditum fuit. Nihil ergo plus debet docere, poteſt autem quid minus tradere, nempè quod non expedit ſcripturæ commendare, vt quæ quotidie in praxi fiunt. Vnde conſequentia contrario modo ſic fieri debet. Scriptura nihil penitus debet addere verbo non ſcripto, niſi ad explicationem illius, ergo ſcriptura ſupponit verbum non ſcri- [illegible] Et hæc de verbo Dei non ſcripto.

Bellarm. ibid.

LIBRI SECVNDI DISTINCTIO TERTIA.

De ſacris Biblijs, ſeu de ſacra Scriptura, Et de vera, & certa illius interpretatione.

VERBVM Dei ſcriptum, ſeu ſacra Scriptura eſt principale mediū; etiam ab hæreticis admiſſum ad veritates Euangelicas cum certitudine fidei comprobandas ideo cum intentio huius operis ſit de vero Euangelio, & de vera Eccleſia certam de fide facere cognitionem, & per conſequens probationem, particularis de illo tractatio habenda eſt. Quia autem duo neceſſaria ſunt, ad hoc vt hoc verbum ſcriptum certam faciat probationem. nempè vt primo certum de fide ſit quod ſit verum verbum Dei, ſecundo quod hæc ſit vera interpretatio, & intelligentia illius. Hæc duo potiſſimum de illo conſideranda erunt.

Cap. 1. De neceſſitate doctrinæ reuelatæ.

Catech. Rom. In præf. num. 1. & ſeq.

INcipiam à neceſſitate Doctrinæ reuelatæ. Cùm enim finis regni Chriſti, item actiones finales, & principia illarum, & media ſint ſupernaturalia, & quę lumine naturali cognoſci non poſſunt, neceſſe fuit, quod fundator, & gubernator primus huius regni, doctrinam de dictis reuelatam daret, quia, cum homo nihil ſine cognitione operetur, ſupernaturalia autem ſine reuelatione non cognoſcat, neceſſe fuit de dictis doctrinam tradere reuelatam.

Cap.2. De modo tradendi doctrinam reuelatam.

QVia omnia ſubſtantialia Regni Chriſti à Dei prouidentia ſunt deriuata, Hæc autem prouidentia in Dei voluntate occulta manet, neceſſe fuit, quod Deus ad extra illa, quæ in mente ſua latebant, de regno Chriſti manifeſtaret, veluti ad quem finem, & per quę media illud ordinaret. Medium autem ordinarium ad illa manifeſtanda exterius, quæ in animo latent, verba ſunt. Ideo ad reuelandam doctrinam de regno Chriſti verba Dei optimum medium erant. *Cate. ibi.* Ex *Ariſt. lib. 1. Perther.*

Cap.3. De ſacra Scriptura.

HOC verbum Dei, Aliud eſt ſcriptum, & dicitur ſacra ſcriptura. Aliud non ſcriptum, & modo dicatur Traditio. De primo tantum nunc ſermo habendus eſt, quia de alio ſuperius dictum fuit. De ſacra igitur ſcriptura Nomen Definitio, Cauſæ. Priuilegia, Proprietates ſunt explicandæ, idem de interpretatione illius. *Seſſ.4 De can. ſcripr.*

Cap.4. De nominibus ſacræ Scripturæ.

NOmina principalia ſunt, Verbum Dei ſcriptum, ſacra Scriptura, ſacra Biblia Textus Biblicus, & ſimilia. Dicitur, verbum Dei, quia Deus cum illo loquitur. Dicitur ſcriptum, vel, ſcriptura. Quia hoc verbum ſcriptura exaratur. Dicitur Biblia, Quia hoc nomen græce ſignificat libros, & per excellentiam libri, qui continent verbum Dei, nomine Bibliorum ſunt appellati; Sic Roma dicitur Vrbs; Dicitur, Textus Biblicus, vt diſtinguatur ab explicatione, quę de illo ſcripta habetur. Per ſacram ergo Scripturam intelligimus omnia verba Dei, quæ in Textu Biblico authentico contenta ſunt. *Seſſ.4.c. 1*

Notandum tamen, quod in verbo Dei tria, ſicut etiam in verbo hominum, conſiderantur, quę ſunt, primo ipſum verbum, ſecundo illius ſignificatio, ter- *Ex ſeſſ.4. c. 1.*

tio Res ſignificata; Et hæc tria omnino inter ſe diſtincta ſunt. Significatio enim verbi non eſt verbum ſed effectus illius. Item verbum non eſt res ſignificata, ſed ſignificans. Hæc enim vox aurum, non eſt aurum, ſed vox ſignificans aurum. Modo de verbo tantum ſermo eſt, illoque ſcripto.

Sent. ibi. Itē notandū, quod ſacra Scriptura dupliciter poteſt intelligi, vno modo pro aliquo loco particulari illius: veluti, Maria dixit, Ecce Ancilla Domini, &c. Alio modo pro toto corpore ſacræ Scripturæ omnia verba eiuſdem ſacræ Scripturæ complectēte, & hoc ſecundo modo nunc eſt accipienda.

Cap. 5. De definitione ſacræ Scripturæ.

Aſſ. 4. De Can. ſcript. SAcra Scriptura ſic poteſt definiri. Eſt verbum Dei ſcriptum, & ab Eccleſia vt tale declaratum: Vel ſic; Eſt collectio omnium librorum ſacræ Scripturę authoritate Eccleſiæ comprobata. Et vtraque idem dicit, Dicitur, Verbum, ad explicandum genus ſacræ Scripturæ remotum. Hæc enim non eſt res, non Euangelium, non Eccleſia, non Chriſtus, non Deus, non Dei opera, ſed continet verba, quę ſunt ſignificatiua dictorum; Et in hoc errant multi hæretici, qui ſola verba ſcripturæ attendunt, res ab illa ſignificatas parum conſiderantes. Dicitur Dei, vt diſtinguatur a verbis hominum. Dicitur ſcriptum, vt differentia detur à non ſcripto, Dicitur, Ab Eccleſia vt tale declaratum, vt detur differentia ſpecifica, Certum eſt enim, quod multa verba Deus locutus eſt hominibus, etiam ſcripta, quæ tamen in ſcriptura non continentur, quia ab Eccleſia vt talia non ſunt declarata. Hæc enim ſola in ſcriptura contenta ſunt. Textus igitur Biblicus, ſeu ſacra Biblia, ſeu ſacra Scriptura continet illa omnia, & ſola verba Dei ſcripta, quæ ab Eccleſia Catholica, vt vera verba Dei ſunt declarata. Et hæc declaratio non eſt de forma, ſeu de eſſentia verbi Dei, quia hoc verbum non accipit ſuam eſſentiam ab Eccleſia, ſed à Deo. Eſt tamen de eſſentia Textus Biblici, & ſacrorum Bibliorum, *Conc. Tr. vbi ſup. Canis. I. p. cap. 1.*

& ſa-

& ſacræ Scripturæ; quia loquimur nunc de ſcriptura authentica, cui certiſſima fides ab omnibus habeatur, quod verba in illa contenta ſint verba Dei; hoc enim ab Eccleſiæ authoritate dependet, vt antea dictum eſt. Duo ergo in ſacra Scriptura conſiderantur; Vnum eſt veritas; aliud certitudo ex parte noſtra. Veritas fundatur in hoc, quod illud verbum ſit verbum Dei; & ſuppoſito, quod ſit verbum Dei, certitudinem habet veritatis. Verum, quia non omne verbum ſcriptum eſt verbum Dei, & multi decipiuntur in diſcernendo, quodnam ſit verbũ Dei ſcriptum: Aliqui enim hæretici negant aliquos libros ſacræ Scripturę, neceſſe fuit quod ab Eccleſia determinaretur, quinam libri ſacræ Scripturæ authentici eſſent. Quo declarato, certa fides illis habenda eſt. *Conc. Tr. ibid.*

Cap. 6. Probatur, quod ſacra Scriptura ſit de ſubſtantia Regni Chriſti.

AD tractationem Logicam pertinet conſiderare, vtrũ ſacra Scriptura ſit de eſſentia regni Chriſti. Et dicendum eſt, eſſe de eſſentia illius, & probatur ſic. Quidquid eſt de forma alicuius, eſt etiam de eſſentia illius, ſed ſacra Scriptura eſt de forma regni Chriſti, ergo eſt de eſſentia illius. Probatur minor. Quod pertinet ad gubernationem regni Chriſti, eſt de forma illius, vt alibi probatum eſt. Sed ad gubernationem regni Chriſti omnino eſt neceſſaria doctrina reuelata de vltimo fine, & medijs, quia ſine illa impoſſibile eſt quod homo dirigatur ad talem finem obtinendum. Sacra autem Scriptura eſt medium, per quod doctrina reuelata hominibus datur, ideo de forma, & eſſentia regni Chriſti erit. Eſt enim veluti lucerna accenſa ſupra candelabrum poſita, vt luceat omnibus qui in domo ſũt, népè in Eccleſia ſunt. Ob hoc dictum eſt alibi, quod populus fidelis à Chriſti doctrina, & legibus gubernatur. Et de Euangelio dicitur, quod eſt fons omnis ſalutaris veritatis, & morum diſciplinæ. Et ſacrũ Conciliũ ait, hoc Euangeliũ in verbo Dei cõtentũ eſt. Ideo cum Euangelium ſit de ſubſtãtia regni Chriſti, idẽ erit de ſacra Scriptura.

Seſſ. 4. c. 1. *Ex Ariſt. Polit. lib. 3. c. 2. & alibi. Cates. in præfat. nu. 1. & ſeq. S. Tho. 1. 2. q. 91. art 4. Conc. Tr. ibid.*

Cap. 7. De fine ſacræ Scripturæ.

NVnc de fine ſacræ Scripturæ dicendum eſt; Logica autem docet, quod finis rei, vt hominis, omnino idem eſt cum fine materiæ & formæ illius: quia res cum tota ſua eſſentia ad proprium finem eſt ordinata. Cum autem ſacra Scriptura ſit de eſſentia regni Chriſti, omnino cum illo eumdem finem habebit. Finis autem regni gratiæ ex Concilio eſt gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna, ideo talis quoque erit ſacræ Scripturæ. Hoc autem quomodo ſit expedit explicare.

Seſs. 6. c. 7.

Sciendũ ergo, quod finis mundi principalis eſt gloria Dei, Deus enim in creatione mundi, & in productione operum naturæ, iuſtitiæ, gratiæ, & gloriæ ſuam bonitatem communicauit. Hincque communicationem ad manifeſtandam ſuam bonitatem ordinauit. Hæc manifeſtatio habet pro fine notitiam. Finis notitiæ eſt laus, gloria, & honor. Et per hæc diuina bonitas, & maieſtas glorificata eſt. Cum ergo, ſacra Scriptura reuelet hominibus, primo quid Deus ſit; ſecundo quid Deus faciat, ac facere poſſit in mundo, tam in operibus naturæ, quam gratiæ, & gloriæ, tertio Quid fecerit, & facere potuerit, & debuerit mundus erga Deum. Certo apparet, quod finis proximus, & imediatus ſacræ Scripturæ eſt manifeſtatio Dei in ſe conſiderati. Item communicationis illius in omnia opera mundi; ſiue bene agant, ſiue male erga Deum: Manifeſtat enim dare pœnam malis & præmium bonis. Cum autem manifeſtatio ordinetur ad notitiam; hæc ad gloriam: ſequitur quod ſacra Scriptura ad gloriã Dei & Chriſti ſit ordinata.

Finis ergo proximus ſacræ Scripturę eſt certiſſima manifeſtatio diuinę bonitatis, & communicationis illius. Cum autem ſolus Deus cognoſcat ſuam bonitatem, & communicationes illius, ſolus poterat dicta manifeſtare; ideo per Scripturam, & per verbum ſuũ non ſcriptum hoc facere voluit; Quia ordinariũ medium ad manifeſtanda illa, quæ latent, verba ſunt.

ex Catec. & Conc. Trid. vbi ſupra.

Quod

Quod etiam finis ſacræ Scripturæ ſit hominum vi-ta æterna,ſic probatur.In ſacra Scriptura tria conſide-rantur;Primò,Verba; Secundò,ſignificatio ; Tertiò, Res ſignificata.Verba habent pro fine proximo ſigni-ficationem: Hæc vero habet pro fine manifeſtationē rei ſignificatæ.Res autem a ſacra Scriptura ſignifica-tæ ſunt Deus vltimus finis. Chriſtus mediator,Media Regnum gratiæ,Euangelium,Eccleſia,& ſimilia .per quę docetur,& dirigitur homo,quomodo poſſit con-ſequi vitam æternam. Ideo certiſſimum erit , quod fi-nis ſacræ Scripturæ erit vita æterna,vt ab hominibus obtinenda. *Ex Conc. & Catec. ibid.*

Finis ergo adæquatus,& proximus erit manifeſta-tio diuinæ bonitatis,quæ ex vna parte eſt fons & ori-go omnium rerum,ex alia eſt vltimus finis, in quem vltimate,vt ſuam conſequantur beatitudinem,omnia tendunt.

Cap.8. De vſu,& de utilitate ſacræ Scripturæ.

VSus ait S.Thomas eſt applicatio rei ad finem , & ad actionem finalem. Vtilitas vero in vſu poſita eſt.Ideo poſt finem ſacræ Scripturæ de vſu illius dicē-dum eſt. Hic vſus duplex eſt,alius quidem reſpectu fi-delium,alter vero pertinet ad Eccleſiam . *1.2 q.100 art. 1. & q.16.ar.1*

Reſpectu fidelium vſus,& vtilitas eſt,vt per illam tria cognoſcant;primo,Deum in ſeipſo conſideratū , ſecundo Deum ſe ad extra in operibus naturæ , iuſti-tiæ,gratię & glorię communicantem,tertio,quid crea-turæ potiſſimum rationales fecerint erga Deum . *Ex ſignifi catis in ſcriptura.*

Deus in ſeipſo conſideratus eſt perennis fons vitæ, & felicitatis. Viuit beatiſſimus in ſeipſo,nullius rei ex tra ſe egens.Pater diuino intellectu generat Filium , Pater,& Filius diuina voluntate producunt Spiritum Sāctum,Deus eſt ſummum bonum,ſumma vita,ſum ma felicitas.

Ad extra Deus communicauit ſe tot modis , quot ſunt creaturæ,& partes,& particulæ , & accidentia, & operationes illarum. Maxima omnium communi-cationū fuit in Chriſto,& per Chriſtū in regno gratię

Totus mundus in ſingulis ſuis rebus, ac partibus obedit Deo, ſed creaturæ intellectuales ob libertatem arbitrij diuiſæ ſunt dum aliquæ recedunt a Deo, & peccant contra illum, Aliæ accedunt ad ipſum, & ſeruiunt illi. Vnde etiam Deus ſuam erga illos diuidit cõmunicationem dum peccatrices deprimit pœna, obedientes ſubleuat gloria. Hæc in ſcriptura explicantur.

Aliam etiam cognitionem obtinent fideles ex ſcriptura, nempè quid agere debeant vt æternam ſalutem in Deo conſequantur.

De vſu ſcripturæ reſpectu Eccleſiæ S. Paulus ita
2. Tim. 3. ait. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendũ in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Quibus verbis docet vſum, & vtilitatem Sacræ Scripturæ in Eccleſia eſſe; Primò, ad docendum, id eſt ad tradendam doctrinam de veritatibus reuelatis, quæ ſunt Regnum Dei, Euangelium, Eccleſia, Sacrificium, Sacerdotium, Sacramenta, Decalogus, & alia. Secundò, Ad arguendum, id eſt ad confutandos illos, qui ſanæ doctrinæ contradicunt vt ſunt hæretici, iuxta illud S. Pauli: Qui potens ſit eos, qui contradicunt, arguere. Tertiò, ad corripiendum, id eſt ad peccatores corrigendos, oſtendendo eis pœnas, & mala, quæ a peccato proueniunt, & a Deo infliguntur. De quo ſcriptura vbique loquitur. Quartò, ad erudiendum in iuſtitia, id eſt ad proponenda ea, quæ pertinent non ſolum ad doctrinam, ſed etiam ad mores, & ad diſciplinam, ſeu ad virtutem, atque iuſtitiam; Quintò, ad dirigendos homines ad perfectionem in omni opere bono. Quia Sacra Scriptura, per exempla bonorum, & per præmia, & auxilia virtuti promiſſa excitat, & inſtruit hominem ad omne opus bonum.

Seſſ. 4. c. 1. Fideles ergo vtuntur ſcriptura legentes illam, vel audientes lectionem illius, ad hunc finem, vt ſic percipiant ea, quæ pertinent ad veritates fidei, & ad diſciplinam morum, vt docet Concilium.

Doctores verò Eccleſiæ vtuntur illa; Primò, ad docendas

tendas veritates fidei. Secundò, ad confutandas hæreſes. Tertiò, ad terrendos peccatores, vt à peccatis recedant. Quartò, ad inſtruẽdos iuſtos circa iuſtitiam, ac virtutem, Quintò, vt dirigãt ad perfectionem virtutis in omni opere bono.

Per quę omnia, ex vna parte datur gloria Deo, ex alia nobis vita æterna obtinetur. Quod pertinet ad finẽ qui antea dictus eſt.

Cap. 9. de forma, & de ſignificatione ſacræ Scripturæ.

FOrma ſacræ Scripturæ multa dicit. Primò ſcriptionem. Secundo, ſignificationem, ſeu vim ſignificatiuam. Tertiò, collectionem. Quartò, Eccleſiæ approbationem, vel declarationem. *Ex Conc. ibid.*

Primò, De forma eſt ſcriptio, quia ratio formalis ſcripturæ, deſumitur a ſcriptione, quia per ſcriptionẽ verbum ſcriptum à non ſcripto differt.

Secundò, De forma ſcripturæ eſt ſignificatio ſeu vis ſignificatiua, quia verbum ſcriptum per ſe, & ſecundum quod ipſum vim habet ſignificatiuam. Quod potiſſimum conuenit verbo Dei, Finis enim illius eſt reuelare, & manifeſtare hominibus ea, quę illos latẽt. Verba autem ſignificando manifeſtant. *Ariſt. lib. 1. perih.*

Notandum tamen, quod ſignificatio verbi ſcripti aliter eſt in verbis Dei, aliter in verbis hominum. Verba enim hominum ex inſtituto hominum, & ad placitum illorum ſuam habent ſignificationem. Verba vero Dei ex ſolo inſtituto, & beneplacito illius uim habent ſignificandi. Hinc fit, quod verba Dei ſcripta non vnum tantum ſenſum, ſeu uim ſignificandi habent, vt fit in verbis hominum, ſed quattuor ſenſus habent, qui ſunt Litteralis, Moralis, Allegoricus, Anagogicus. De quibus à Doctoribus diffuſe tractatur. Hic ſolummodo vulgatum exemplum affertur. Hæc enim vox, Hieruſalem quattuor dictos ſenſus habet. Litteralis ſignificat ciuitatem, Moralis animam. Allegoricus Eccleſiam militantem, Anagogicus triũphantem. Et idem in multis alijs eſt. Sic enim Dei ſa- *S. Tho. q. 1. art. 9. & 10.*

pientiæ conuenit, vt paucis multa dicat.

Cenc. Tr. ſeſſ 4 c. 1. Tertiò, Collectio omnium verborū Dei, quæ ſcripta ſunt ad hunc finem, vt in ſacris libris reponerentur, eſt de forma ſacræ Scripturæ, quia nunc conſideratur vt quoddam totum completum ex collectione multorum effectum. Sicut enim de eſſentia, & forma Cat. art 9 Eccleſiæ eſt omnium fidelium in vno populo collectio, ſic de eſſentia ſacræ Scripturæ eſt collectio omnium verborum, quæ pro authenticis ſunt habenda. Textus enim Biblicus eſt vnus, & in illo ſolo omnia verba Dei ſcripta, quæ authentica ſunt, continentur. Quæ vero in illo vt talia non includuntur, authentica non ſunt.

De eſſentia ergo ſacrorum Bibliorum, ſeu Textus ſeſſ. 4. c. 1. Biblici eſt, quod in illo colligantur omnes: & ſinguli libri authentici cum ſuis capitibus, nullo excepto, & in quocumque capite omnes illius verſiculi integre ſint collecti.

Ad hanc collectionem pertinet: Ordo librorum, *argum. ex Conc. ibi. Item ex Textu Biblico recognito, & ex vulgata editione.* & capitum. Item illorum diuiſio cum titulis librorum, & cum diuiſione capitum, & verſiculorum. Hæc enim collectio debet eſſe diſtincta, ordinata, atque completa. Hæc enim de ſubſtantia, & de eſſentia librorum ſunt. Et indecens eſſet, quod liber librorum à Deo factus eſſet incompletus, confuſus, & inordinatus.

¶ Hic Textus Biblicus habet plures Diuiſiones: Quia primo diuiditur in Teſtamentum vetus, et nouum; Ve- ſeſſ. 4. c. 1. tus diuiditur in libros legales, ſeu in Pentatheucum. Poſtea in hiſtoriales; tertiò in Sapientiales, quarto in Prophetales. Primi principaliter præcipiunt. Secundi narrant. Tertij docent. Quarti reprehendunt vitia, & prædicant virtutem. In nouo Teſtamento fiunt aliæ diuiſiones, quæ omnibus notæ ſunt.

Quartò De forma ſacrorum Bibliorum eſt, quod Conc. ibi. ſingula verba Sacræ Scripturæ ſinguli verſiculi, ſingula capita, ſinguli libri. Item collectio, Diuiſio, Ordo Tituli, dictorum omnium, teſtimonio, & authoritate Catholicæ Eccleſiæ: & cum certitudine fidei ſint tanquam Catholici declarati. Ita vt ex tali decla-

declaratione omnibus fidelibus inferatur obligatio acceptandi Textum Biblicum cum omnibus partibus, & particulis, & verbis in illo contentis, nullo omnino excepto, tamquam ſit verum, & indubitatũ & de fide certum verbum Dei ſcriptum. Hæc enim Eccleſiæ declaratio, ſeu approbatio, vt Logice loquar, eſt, illud, quo primo poſito, vel ſublato, verbum Dei ſcriptum fit authenticum, & non fit authẽticum. Per authenticum enim intelligitur publica authoritate declaratum, & propoſitum, vt à toto populo fideli cum certitudine fidei, vt verum verbum Dei ſcriptum, ſit recipiendum, & illi eadem certitudine credendum; de hoc autem aliqua inferius dicenda ſunt.

Cap. 10. *De materia ſacræ Scripturæ, ſeu de re ſignificata, & contenta in illa.*

MAteria ſacræ Scripturæ eſt duplex, vna ex qua, alia circa quam. Ex qua ſunt litteræ, ſyllabæ, dictiones, ex his enim ſcriptura fit. Idem eſt de libris, capitibus, verſiculis, & uerbis illius, quia partes ſunt ueluti materia, & totum, quod ex illis ſimul collectis fit, ueluti forma eſt. Et de hac non eſt difficultas, quia clarum eſt, qui nam libri, & quæ uerba in Textu Biblico authoritate Eccleſiæ edito, ſint contenta. Maior difficultas eſt de materia, circa quam ſacra Scriptura uerſatur, quæ materia poteſt dici ſubiectum, ſeu res ſignificata, ſeu res cõtenta in uerbo Dei. Hoc ſubiectũ aliud eſt uniuerſale, aliud principale. *Ex Conc. ibid. Catech. petit. 2. nu. 1.*

Vniuerſale ſunt illa omnia, quæ Deus publica Scriptura, & authentica vult hominibus reuelare, ad hoc, ut certa fide toti mundo innoteſcant. Quænam autem ſint iſta reuelata ſi uno uerbo dicendum ſit, ad hoc clarius explicandum, dicerem eſſe ex Catechiſmo regnum Dei in generali conſideratum. Hoc enim Regnum duo dicit primo regem gubernantem Deum, ſecundo Regnum ab illo gubernatum, quod eſt totus mundus. Quod regnum in quattuor partes ſeu regna, nempe naturæ, iuſtitiæ, gratiæ, & gloriæ diuiſum eſt. *Conc. ibi. Catec. in præf. arg. ibid. Catech. pet. 4. not.*

argu. ſeſſ. 6. c. 7. Quod à priori, & à poſteriori probatur: A priori, quia finis ſacræ Scripturæ eſt manifeſtare diuinam bonitatem, & illius communicationes; ideo tum de Deo, tum de regno illius reuelatio facienda erat: A poſteriori vero, & ab effectu ſic: Certiſſimum eſt, quod ſacra Scriptura loquitur de dictis, & dicta à verbis illius ſignificata ſunt. *Catech. ibid.*

Theologi dicunt, ſubiectum adæquatum ſacræ Scripturæ eſſe Deum ad intra, & ad extra conſideratum: Ad intra conſideratur Vnitas, & Trinitas; Vita, beatitudo Dei, & ſimilia: Ad extra tribus modis conſideratur; & primo vt primum principium; ſecundo vt ſummus gubernator; tertio vt vltimus finis totius mundi, & omnium rerum. *S. Th. 1. p. q. 1. ar. 7.*

Catech. in præfat. Vt autem aliquid dicatur de Chriſto, dici poteſt Tria entia in mundo principalia conſiderari; nempe Deus, Mundus, & Chriſtus. Deus dicit Omnipotentiam infinitæ Dei bonitatis: Mundus colligit omnia opera, quæ ad extra facta à Deo ſunt: Chriſtus eſt, vt ſic dicam, veluti compoſitum ex Deo, & mundo: Cum enim vt ait S. Gregorius, homo ſit omnis creatura mundi; In Chriſto autem natura diuina, & humana in eadem perſona Filij vnitæ ſint, videtur, quod Chriſtus ſit quaſi compoſitum ex Deo, & mundo: Per, quaſi compoſitum enim intelligitur, quod in Symbolo Athanaſij dicitur. Nam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus. De Chriſto ergo in ſacra Scrutera magna ex parte reuelatio facta eſt.

arg. ſeſſ. 4. c. 1. Dici etiam poteſt in ſacra Scriptura factam eſſe reuelationem de tribus; primo de vltimo fine Deo; ſecundo de medijs ad illum obtinêdum; tertio de bono, & malo vſu mediorum. Explicat enim quæ dicta ſunt

Concil. ibid. Principale obiectum, ſeu res ſignificata à ſacra Scriptura exiſtimo, quod ſit Regnum Chriſti, ſeu Regnum Gratiæ. Explicat enim principaliter finem, & media, & vſum mediorum. quæ in ſpecie huic regno conueniunt. Sacra enim Scriptura principaliter data eſt hominibus viatoribus, ſeu Eccleſiæ militanti.

ti.

ti. Quia Chriſtus promulgauit Euangelium hominibus. Ita Apoſtoli prędicarunt, & ſacrum Concilium Tridentinum ait; Verbum Dei ſcriptum & non ſcriptum, in Eccleſia conſeruari; Cum ergo Regnum Gratiæ pertineat ad homines viatores; ſi illis ſacra Scriptura data eſt ſequitur, quod principale ſubiectum ipſius Regnum Gratię debeat affirmari. Et hæc de materia dixiſſe ſufficiat.

Cap. II. De cauſa efficiente ſacra Scripturæ.

QVia in ſacra Scriptura multa conſiderantur, nempè ſignificatio, ſcriptio, Collectio, & Promulgatio, ſeu author eius publicatio, oportet examinare quenam ſingulorum cauſa efficiens dicenda ſit. *Cont. ibi.*

Significatio ſacræ Scripturæ à ſolo Deo in completa ratione dependet. Probatur. Omnis qui ſcribit primo proponit ſibi, quid velit ſcriptura ſignificare, & quomodo: Deinde vtitur ſcriptura tamquam medio ad illud ſignificandum, quod ſibi propoſitum eſt; Ideo ſignificatio ſcripturæ ſcriptorem omnino habet cauſam efficientem Vtitur autem, qui ſcribit communi verborum ſignificatione ad exprimẽdum quod vult. Cum ergo Deus decreuerit in mente ſua, quęnam vellet hominibus reuelare, & quibus verbis, & quomodo, certum erit, quod ſignificatio ſacræ Scripturæ à ſolo Deo in præciſa ratione determinata eſt. Hinc fit, quod præciſa ſacræ ſcripturæ ſignificatio, itẽ res ſignificata, ſoli Deo nota eſt, quia ſolus poteſt ſcire quid voluerit ſignificare. Homines vero non poſſunt, ſaltem certo, hoc ſcire, niſi a Spirituſancto edocti ſint. *arg. ibid.* *Caie. ibi.*

Prima quoque ſcriptio ſacræ Scripturę, ſolum Spiritum ſanctum, à quo dictatur, habet primum authorem, homo vero, qui ſcribit, veluti S. Mathęus, inſtrumentum eſt Spiritusſancti dictantis, quid ſcribat. Ideo in hac prima ſcriptione impoſſibile eſt, dari errorem. Vnde certiſſimum eſt, quod illud primum exemplar, ſeu prima ſcriptura nullum errorem continebit.

Hæc

ibid. Hæc prima Exemplaria authoritate Eccleſiæ vt canonica , & a Spirituſancto dictata publicata fuere ea intentione, vt ab omnibus tanquam ſcriptura authentica haberentur , Vnde ab illis plura tranſumpta accepta fuere , ad hoc ut vbique in Eccleſia de veritatibus in illis reuelatis notitia haberetur, Et ſic factæ ſunt plures tranſcriptiones, ſeu ſecundæ ſcriptiones , & per conſequens ſecunda exemplaria, quæ in diuerſas orbis partes tranſlata fuerunt. Et ex illis tertia tranſcriptio, & tertia exemplaria, Iterum quarta, & quinta, & ſic per ordinem vſque ad præſens facta ſunt.

ibid. In primitiua Eccleſia poterat Spiritus ſanctus ſecundis, & tertijs traſcriptionibus ita aſſiſtere, vt ſcriptorem non permitteret errare , ſed neſcio an ſit certum , quod fecerit , potiſſimum: cum S. Petrus Epi. 2. cap. dicat . Aliquos deprauare ſcripturas: Quod modo in his ſeculis tranſcriptiones Bibliorum non habeant hanc certam Spiritus ſancti aſſiſtentiam , per quam ſcriptores non poſſint errare , apertiſſime ab effectu probatur . Quia in aliquibus exemplaribus manifeſtiſſimi errores continentur; Et inter aliqua exemplaria tanta eſt contrarietas vt impoſſibile ſit, quod vtraque vera ſint , Ideo opus eſt authoritate Eccleſiæ ad vera diſcernenda.

arg. ibid. In ſecundis ergo & alijs tranſcriptionibus incuria, vel ignorantia , vel malitia ſcriptorum errores contingere poſſunt , Deo ita permittente.

Seſſ. 4. c. 2. De vſu ſacr. libr. § prætereà. Idem eſt de Traditionibus ſacrorum Bibliorum ex vna lingua in aliam, quæ a priuato ſcriptore facta ſit, In his enim Traductionibus errores contingere poſſunt, vt ab effectu probatur . Ideo non habent certam aſſiſtentiam Spiritus ſancti. Vbi enim poteſt eſſe error, & eſt, ibi dicta aſſiſtentia non reperitur.

Ariſto. 1. Poſt. c. 2. Hinc apud Logicum oritur dubitatio de certitudine ſacræ Scripturæ , quia vbi poteſt eſſe error, ibi impoſſibile eſt eſſe certitudinem, ſed ſi in ſecundis ſcriptionibus , & tranſcriptionibus , & traductionibus , vel tranſlationibus, poteſt eſſe error , omnino iſti errores in ſacris Biblijs reperientur , ideo vel de Textu Biblico certa fides haberi non poteſt , vel neceſſe eſt,

Digitized by Google

eſt, iuxta Logicam, quod alia cauſa afferatur, quæ certitudinis fundamentum ſit. Supponit enim tamquam certiſſimum, Quod omnis effectus ab aliqua cauſa ſit productus.

Catholici ergo iuxta Logicam itam diſtinguunt. Textus Biblicis huius ſeculi in triplici ſunt differentia aliqui enim ſunt approbati ab Eccleſia Catholica, alii qui non ſunt ab illa approbati, ſed neque reprobati, Aliqui demum ab illa ſunt reprobati, Primi faciunt certam probationem, Secundi non faciunt certam, poſſunt autem in multis facere probabilem. Tertij nullã faciunt probationem, id eſt neque certam, neque probabilem. Cauſa ergo propria, non dico veritatis, ſed certitudinis eſt approbatio Eccleſiæ, de qua S. Paulus ait, eſt columna, & firmamentum veritatis, Firmare autem veritatem eſt idem, quod facere illam certam intellectu noſtro. Seſſ.4.c.1.

Approbatio autem Eccleſiæ Catholicę duplici modo fit, Primò ſi à ſummo Pontifice, vel a Concilio generali Textus Biblicus reuiſus, & correctus illorum publica authoritate, vt authenticus edatur & publicè toti Eccleſiæ proponatur, vt illi certiſſima fides habita ſit, & hoc modo Concilium Trid. ſeſſ.4. cap. 1. declarauit, quinam libri authentici ſint, & quæ Editio pro authentica ſit habenda. Idem factum eſt a ſummo Põtifice, cuius iuſſu, & Apoſtolica authoritate, Textus Biblicus reuiſus, & correctus editus eſt, & a toto populo fideli, vt talis receptus fuit. Seſſ.4.c.1. *vlt. editio Roma facta.*

Alio modo approbatio fit ab Eccleſia, non quidem verbis, ſed factis, nempè vſu, & conſuetudine, Cum enim omnes fideles, & vniuerſa Eccleſia vtitur aliquo Textu Biblico, vt vero, & legitimo. Item cum illum a Summo Pontifice, vel a Concilio Generali propoſitum vnanimiter acceptant, vt his noſtris temporibus factum eſt, tunc ille Textus facto, & vſu dicetur ab Eccleſia approbatus. Hinc fit, quod Concilium Trident. vulgatam Editionem, vt authenticam habendam eſſe declarauerit; Quia ab Eccleſia Catholica ſecundo modo erat approbata. Illa enim dicitur vulgata Editio, quæ communiter à fidelibus in tota Eccleſia Seſſ.4.c.2.

cleſia

cleſia erat recepta, & in vſum inducta. Quod enim in Eccleſia eſt vulgatum, in illa publicum eſt.

Editio igitur Textus Biblici, quæ denuò authoritate Pontificis, & ex Decreto Concilij Tridentini facta eſt, multis modis dicitur ab Eccleſia approbata. Primo, quia talis Editio vulgata erat. Secundo. Quia ſacrum Concilium Trident. illam Authenticam declarauit. Tertiò, quia ſummus Pontifex idem fecit. Quarto Quia omnes fideles Catholici, vt authenticam illam acceptarunt, & illa quotidie, vtali vtuntur. Quinto à Traditione confirmata erat.

Seſſ. 4. c. 1.

Quod ſi à Logico quæratur, Vtrum hæc Eccleſiæ approbatio ſit prima cauſa dictæ certitudinis, Et an Eccleſia ex propria virtute poſſit ſuo teſtimonio, & authoritate hanc facere certitudinem. Reſpondetur, non eſſe primam cauſam, & hoc non habere ex propria virtute, ſed primam cauſam eſſe Spiritumſanctum, qui ſua aſſiſtentia Eccleſię dat priuilegium in dictis non errandi. Et hoc facit ad certitudinem fidei ſtabiliendam. Quę certitudo, vbi eſt periculum errandi, eſſe non poteſt.

Seſſ. 4. c. 2 Catech. p. 1. cap. 1.

Quod ſi quæratur. In quo fundatur hæc certa aſſiſtentia Spiritusſancti, reſpondebitur in promiſſione Chriſti, quæ certiſſima eſt. Chriſtus enim de Spirituſancto dixit. Vt maneat vobiſcum in æternum. Item docebit vos omnem veritatem. Et ſuggeret vobis omnia. Ex quo S. Paulus colligit, quod Eccleſia ſit columna, & firmamentum veritatis.

Ioan. 14.

Si quis opponat eſſe inconueniens, quod verbum Dei accipiat approbationem, & confirmationem ab Eccleſia. Reſpondebitur. Nequaquam Eccleſiam confirmare verbum Dei, ſed ſolummodo confirmare noſtram cognitionem, & fidem, quod hoc ſit uerbum Dei. Sicut enim ſupra dictum eſt. Eccleſia in hac ſua approbatione, ſeu teſtimonio aliquid ſimile facit Cancellarijs Regum, qui ſubſcribunt Edicta illorum. Item præconibus, qui illa publicant. Item Notarijs publicis, & teſtibus, qui publicam fidem de teſtamento, & alijs faciunt. Item Apoſtolis, qui fuerunt teſtes reſurrectionis Chriſti. Item Ioanni Baptiſtæ,

Ex Seſſ. 4. c. 2.

ſiſtæ, qui non erat lumen, ſed teſtimonium perhibe-
bat de lumine. Dicti enim ſolummodo fidem publi-
cam faciunt hominibus, non tamen rebus factis, aut
dictis præbent authoritatem. Ita Eccleſia non habet
poteſtatem mutandi verbum Dei aliquid addendo
vel detrahendo. Neque dat veritatem, aut authorita-
tem verbo Dei; ſed tantum facit ſua approbatione
certam fidem, quod illud ſit verbũ Dei, & quod illi
vt tali certa fides habenda ſit. Hæc autem Eccleſiæ
approbatio cauſa eſt certitudinis propter illam cer-
tam, & infallibilem aſſiſtentiam Spiritus ſancti, quã
Chriſtus promiſit illi, Vnde prima cauſa huius cer-
titudinis non Eccleſia, ſed Deus eſt.

Hæc eſt Catholicorum Logica reſolutio de cauſa
efficiente ſacræ Scripturæ.

At hæreticos hanc facere reſolutionem Logicam
impoſſile eſt, vt dictum fuit. Vel enim hæretici
huius temporis dicunt; Textum Biblicum, qui apud
illos eſt, eſſe certum, vel incertum. Si incertum; ergo
nihil certi probabit; Si certum. Neceſſe eſt, vt aſſi-
gnent cauſam certitudinis tum primam, tum imme-
diatam. Si dicant, Lutherus, & Caluinus ſunt cauſa
huius certitudinis, quia Spiritus ſanctus potuit illis
aſſiſtere; Iam ſupra confutatum eſt; & nulla peni-
tus adeſt probabilitas, quod ita ſit. Si dicant Spiritus
ſanctus eſt cauſa prima, & immediata huius certitu-
dinis. Euidenter per ſenſum, & per effectum proba-
tur eſſe falſum de cauſa immediata. Vel enim Spiri-
tus ſanctus ſecundis, & tertijs, & alijs tranſcriptio-
nibus ita aſſiſtit, vt nullum ſcriptorem Textus Bibli-
ci permittat errare, vel permittit, quod aliqui errent;
Hæc eſt diuiſio contradictoria quæ non habet me-
dium. Si dicatur, Nullum permittit errare, Contra
ſenſus apertiſſime docet contrarium, ob euidentes cõ-
trarietates, quę in varijs Biblijs reperiuntur. Deinde
hæretici dicunt. Textum Catholicorum eſſe depra-
uatum, & nos idem dicimus de ſuo. Deinde ſacra
Scriptura docet, quod alqui illam deprauant. De-
inde ſi nullus Textus eſt deprauatus, ergo Textus Ca-
tholicorum integraliter eſt acceptandus, prout modo

P publi-

publicè propoſitus eſt; & omnes per illum factæ probationes ſunt admittendæ: Quod ſi hoc eſt, ergo Textus Biblici, qui illi contrariantur falſi erunt; ergo non omnes ſine errore ſunt, vt dicebatur.

Si dicant in aliquibus poſſe dari errorem: Oportet iterum diuidere ſic: Vel volunt in omnibus poſſe dari errorem, vel in aliquibus tantum; Si dicant in omnibus; ergo nullus Textus Biblicus eſt certus: Vbi enim poteſt eſſe error, ibi non poteſt dari certitudo: Ergo ſacra Scriptura nihil certi probabit: Si in aliquibus ſic in aliquibus non; Vel poteſt ſciri, quinam cum errore, & quinam ſine errore ſint; vel non. Si non; ergo de nullo Textu Biblico habebitur certitudo: Si poteſt certo ſciri, quærimus quomodo ſciatur, & quænam ſit cauſa prima, item immediata, cur in vno poſſit eſſe error, in alio non poſſit. Si dicatur cauſa eſt, quia Spiritus ſanctus ſpirat, vbi vult. Cauſa vera erit, ſed nobis ignota. Neceſſe eſt enim cum certitudine fidei cognoſcere, quod Spiritusſanctus hic velit ſpirare, illic nolit ſpirare Dicant ergo hęretici quomodo habeant fidei certitudinem, quod Spiritusſanctus voluerit ſpirare in Luthero, & non in Caluino, vel in hoc, & non in illo, vel in neutro illorum, ſed in Eccleſia Catholica. Cum autem impoſſibile ſit cum certitudine fidei probare, quod in tanta multitudine, & confuſione hæreticorum, & hæreſum Spiritusſanctus voluerit ſpirare in hoc, & non in illo; patet. quod hęretici de Textu Biblico nullam poſſint fidei certitudinem habere, niſi illam ab Eccleſia Catholica, & à maiorum Traditione, quam ipſi negant, accipiant. Et hæc de cauſis dicta ſint.

Cap. 12. De proprietatibus, & priuilegijs ſacræ ſcripturæ.

NVnc de proprietatibus, & priuilegijs ſacræ ſcripturæ dicendum eſt.

Prima ergo proprietas eſt, quod ſit vna Textus. n. Biblicus vnus eſt.

2. Quod ſit ſancta, & ſacra. Continet enim res ſacras,

cras, quæ ſunt verba Dei.

3. Quod ſit firma, quia verbum Domini manet in æternum.

4. Quod ſit publica, Catholica, vulgata, eſt enim lucerna accenſa, & ſupra candelabrum poſita, vt luceat toti mundo, præcipuè ijs qui in mundo, ſeu Eccleſia ſunt.

5. Authentica, id eſt publica Eccleſię authoritate approbata.

6. Diſtincta; quia in libros, & capita, & verſiculos, & in partes ſuas diuiſa eſt.

7. Ordinata, quia omnes partes illius ſuo loco per ordinem diſpoſitæ ſunt.

8. Excelſa, quia eminet alijs ſcripturis. Ideo ſacra Biblia vocata ſunt.

9. Vera, quia habet veritatem, primo Verbi, ſecundo Significationis, tertio Rei ſignificatæ.

10. Certa, quia authoritate Eccleſiæ promulgata, & appropata eſt.

Priuilegia illius ſunt, quod ſit à Spiritu ſancto in Eccleſia continua ſucceſſione per cuncta ſecula conſeruata, & per Traditionem de ſeculo in ſeculum ſine errore tranſmiſſa, & ab Eccleſia cum maxima veneratione recepta, quæ illi certiſſimam in omnibus adhibet fidem. Illaque vtitur ad docendum, arguendum, corripiendum, & inſtruendum ad omnes virtutes, & opera bona.

Cap. 13. De vera intelligentia, & interpretatione ſacræ Scripturæ.

NVnc de interpretatione ſacræ Scripturæ aliquid eſt dicendum. *ſeſſ. 4. c. 2. §. præterea ibid.*

Primo autem ſupponi debet. Quod aliud eſt conſiderare ſcripturam in ſe; aliud in noſtra cognitione. Ita aliter aurũ in ſe aliter in cognitione conſideratur.

Sacra Scriptura in ſe conſiderata tria dicit. Primo verba, Secundo ſignificationem, Tertio rem ſignificatam. Et hæc tria à ſolo Deo ſunt primo, & immediatè deriuata.

Si autem reſpectu noſtrę cognitionis conſideretur, tunc dicta tria ſunt veluti obiectum, ſeu res, quæ à nobis eſt cognoſcenda. Lectores enim & auditores, & interpretes, vel expoſitores Sacræ Scripturæ ad ſummum, ni fallor, tria in illa conſiderant, verba, Significationem, & rem, ſignificatam. Et qui hæc tria plene diſcernit, plenam illius cognitionem habebit. Et hæc cognitio dicitur intelligentia, vel explicatio, vel interpretatio illius. Et diuiditur in tres partes. Prima eſt de cognitione verbi, Secunda ſignificationis: Tertia rei ſignificatæ.

Cap. 14. De vera, & certa cognitione verbum Sacræ Scripturæ.

Seſſ. 4. c. 1. PRima cognitio eſt verborum, quę debet eſſe uera & certa. Et hæc apud hæreticos non datur, quia non habent certum medium, quo illam obtineant. Apud Catholicos hæc cognitio facillima eſt, quia in Textu Biblico ab Eccleſia approbato ſunt collecta omnia verba Dei ſcripta, quæ authentica ſunt. Et authoritas Eccleſiæ ſuo teſtimonio dat nobis veram, & certam de fide cognitionem illorum.

Cap. 15. De vera, & certa cognitione, ſignificationis Sacræ Scripturæ.

NVnc non eſt ſermo de quacumque cognitione, ſed de uera, & certa loquendum eſt.

Pro huius rei intelligentia ſciendum eſt, quod ſolus Deus poteſt habere ueram, & certam cognitionem huius ſignificationis, quia verba Dei ex inſtituto, & *Epiſt. 1. Cor. c. 2.* beneplacito illius ſuam habent uim ſignificatiuam, et ita S. Paulus docet, & ab experientia probat, quia ſolus homo poteſt ſcire ea, quę ſunt in ipſo, & illa, quę per verba ſua vult ſignificare, Quo poſito, neceſſe eſt concludere ex Logica, quod à ſolo Deo hæc uera, & certa cognitio habenda ſit.

Quomodo autem hæc certitudo à Deo obtineatur, & per

& per quod medium,& per quam cauſam tum primam,tum immediatam,neceſſe eſt explicare, & probare.

Catholici ita dicunt Spiritusſanctus primo,& immediate tradit Eccleſiæ veram, & certam cognitionem,& intelligentiam ſacrę Scripturę, poſtea per illam,& illius Doctores,& paſtores dat fidelibus certam cognitionem de ſignificatione eiuſdem. Probatur.Hæc tria,vera fides,vera doctrina, & vera intelligentia ſacrę Scripturę omnino ſimul ſunt, & ſeparari non poſſunt. Doctrina enim idem docet,quod fides credit. Intelligentia autem ſacræ Scripturæ tum doctrinæ,tum fidei fundamentum eſt.Ideo vbi eſt veritas,& certitudo in vno,erit etiam in alio ,ſed ſola fides Eccleſiæ Catholicę eſt certa ,fides vero ſingulorum fidelium eatenus eſt certa ,quatenus cum fide Eccleſię concordat,quod ſi diſcordat ab illa,non ſolum non erit certa,ſed neque vera,Imo falſa . Quilibet enim fidelis de neceſſitate ſalutis tenetur credere, quod credit S. Mater Eccleſia,& tenere integraliter fidem illius iuxta illa verba Symboli Athanaſij. Quicunque vult ſaluus eſſe,ante omnia opus eſt,vt teneat Catholicam fidem. Quam niſi quiſque integram , inuiolatamque ſeruauerit abſque dubio in ęternum peribit. Quid hoc teſtimonio clarius ? Si ergo quilibet fidelis tenetur habere fidem Catholicam, id eſt illam, quam profitetur Eccleſia Catholica,& fides debet eſſe certiſſima,ergo fides Eccleſię certa erit,ergo Eccleſia non poteſt errare in fide,quia ſi poſſet errare,fides & doctrina illius non eſſet certa,& cum erraret,fideles non tenerentur ſequi illam , & ſequi illam non eſſet de neceſſitate ſalutis,quod aperte falſum eſt,ergo Eccleſia Catholica immediate à Spirituſancto accipit certam intelligentiam ſacrę Scripturę certam doctrinam,& certam fidem. Singuli vero fideles firmitatem intelligentiæ,& doctrinæ,& fidei dictæ accipiunt ab Eccleſia,quia ſingulos fidem Eccleſiæ integraliter,et inuiolatè profiteri neceſſarium eſt ad ſalutem. Hæc Catholici dicunt.

Seſſ.4.c.4.

Symb. Athanaſii. verſic. 1.

Hæretici negant hoc medium , & affirmant Spiri-

tum ſanctum ſingulis fidelibus immediate inſpirare veram,& certam intelligentiam Scripturæ, veram,& certam doctrinam,& fidem. Sed ex Logica aperte colligitur ſtare non poſſe; Neceſſe eſt enim ita procedere. Spiritusſanctus vel hanc immediatam, & certam cognitionem dat omnibus fidelibus, nullo excepto. Vel dat nullis. Vel dat vni ſic, alteri non. Si nullis, ergo falſa eſt hæreticorum concluſio. Si omnibus, ergo nullus fidelis errabit in fide. Sed ſenſus apertiſſime docet,& ſacra Scriptura idem affirmat, quod multi errant in fide, vt Arius, Sabellius. Et modo hæretici apertiſſimas contradictiones affirmant, ideo impoſſibile eſt, quod omnes hæretici huius temporis veram, & certam fidem habeant, quia ſi uera eſt fides vnius, vt Caluini, neceſſarium eſt, quod fides alterius, veluti Lutheri falſa ſit, quia contradictoria loquentur. Quod ſi fideles poſſunt errare in fide, ergo non habent certitudinem fidei in ſeipſis, ſed hanc certitudinem aliunde accipere debent,& hoc fiet ab Eccleſia.

Quod ſi dicatur Spiritusſanctus aliquibus ſic, aliquibus non hanc veram, & certam intelligentiam, & doctrinam,& fidem dat, quia vbi vult ſpirat. Logicus quæret, quanam regula certo cognoſcemus, quod dederit huic,& non dederit illi? Si dicatur per miracula. Opponemus, quod hæretici huius temporis nulla miracula fecerint. Alia cauſa non apparet. Si dicunt, Spiritusſanctus vbi vult ſpirat, ergo potuit in Lutherum,& Caluinum ſpirare; Concedo, potuit. Sed vnde conſtat, quod fecerit. Si interrogemus Caluiniſtas, dicent, Spiraſſe in Caluinum, non autem in Lutherum, ſi interrogentur Lutherani, contrarium dicent. Si quæramus, quam cauſam certitudinis aſſertis, quod Spiritusſanctus ſpirauerit in hoc, & non in illo omnino nihil certi dicere poſſunt. Illa enim conſequentia potuit ſpirare, ergo ſpirauit, ab omnibus falſiſſima affirmatur.

Cōcluſio igitur talis ponēda eſt. Poſſibile eſt, quod Spiritusſanctus in multis veritatibus illuminet intellectum alicuius Doctoris, veluti S. Hieronymi,& S. Augu-

Auguſtini,ita vt veram intelligentiam ſacræ Scripturæ,veram doctrinam,& veram fidem aſſequatur. Sed aliud eſt veritas,aliud certitudo. Multi enim cognoſcunt veritatem,ſed illorum cognitio non certa; ſed probabilis eſt. Vt autem ſit certa, neceſſe eſt vt habeat verum certitudinis fundamentum. Tale autem eſt dictum illius,vel teſtimonium, qui in dicendo,& in interpretando non poteſt errare. Et tale Eccleſiæ Catholicæ teſtimonium eſt. Vera igitur,& certa intelligentia,& interpretatio ſacræ Scripturæ in Eccleſia poſita eſt.

Cap. 16. De vera, & certa cognitione rerum à ſcriptura ſignificatarum.

QVi cognoſcit veram, & certam ſignificationem verborum,quæ ab aliquo homine prolata ſunt, non ob hoc veram, & certam habet cognitionem rei ſignificatæ,quia cum homines poſſint mentiri, poteſt etiam eſſe,quod ſignificent aliquid eſſe,quod non ſit, vel e contra eſſe,quod non eſt. At in verbis Dei, qui non poteſt mentiri,impoſſibile eſt, quod ſignificatio a re ſignificata diſcordet. Ideo,qui habet veram,& certam cognitionem ſignificationis,veram etiam,& certam habebit de re ſignificata. Cognitio ergo ſignificationis erit vera,& propria,& certa cauſa ad veram,& certam cognitionem rei ſignificatę obtinendam,quia ex vna cognitione,altera deriuatur, & vtriuſque rei, nempè ſignificationis,& rei ſignificatę vna,& eadem veritas,& certitudo eſt. *Seſſ.4.c.1.*

Hinc fit,quod ſignificatio verborum ducit ad cognitionem rei ſignificatæ,res ſignificata deſeruit ſępè cognitionem ſignificationis,vt modo dicetur. Semper autem certitudo cognitionis veritatis ab Eccleſia accipienda eſt.

Cap, 17. De vſu Logicæ ad verum interpretationem à falſa diſcernendam.

ibid.

VEra,& certa regula, per quam vera interpretatio ſacræ ſcripturæ à falſa diſcerni poteſt, eſt Eccleſia Catholica,quę à Spirituſancto edocta eſt omnem veritatem,& in rebus fidei errare non poteſt. Verum quia, vt docet Concilium, multa petulantia ingenia nimium ſibijpſis arrogantia,vt faciunt hęretici,nolunt acquieſcere iudicio Eccleſię,ſed in interpretãdis Sacris Scripturis nimis arroganter,& impiè volunt anteponi Eccleſię,& eſſe ſupra Eccleſiam,expedit,vt lumine naturali per Logicam directo detur regula,per quam veritas Catholicę interpretationis, & falſitas hęreticorum oſtendatur.

Hoc ſupr. probatum. Regula talis eſt. Impoſſibile omnino eſt,quod veritas veritati contraria ſit. Hoc enim ita eſſe omnes Philoſophi,& ſapientes affirmant. Hinc colliguntur tales concluſiones.

Prima, ſacra Scriptura poteſt loqui de eadem re, vel in vno tantum loco,vel in pluribus locis. Si loquatur in pluribus locis,videndum,an idem vbique dicat, an vero in vno loco videatur oppoſitum dicere eius. quod alibi dixit; Veluti,alicubi dixit, Chriſtum eſſe minorem,aliquando eſſe ęqualem Patri. Si idem vbique dicit,vnus locus deſeruiat ad explicationem alterius. Si diuerſa,vel oppoſita dicere videatur, cum ſcriptura non poſſit eſſe contraria ſcripturę, colligetur, quod aliqua diſtinctione opus ſit, ſicut antea dictum eſt. Si in vno tantum loco ſit de tali re ſermo, obſeruandum eſt,quod nunc dicetur.

Secunda Concluſio. Explicatio vel eſt data, vel eſt danda. In vtraque ſic procedendum, opus eſt examinare ordinarium ſenſum,ſeu ſignificationem verborum,qui ſenſus ſolet dici litteralis,obſeruando ſingula verba ſcripturæ,& propriam ſignificationem illorum. Qua habita ſignificatione, conſideratio rei ſignificatę habenda eſt. Habita cognitione veritatis ſignificatę, Logica docet, vt hęc veritas cum alijs verita-

veritatibus,cum quibus illa conuenit, conferatur. quod ſi dicta veritas ſignificata non diſcordat cum aliqua dictarum,immò,iuxta genus ſuum,concordat cũ illis,explicatio illorum verborum litteralis iuxta regulam Logicam vera erit,tum,quia verba ita ſignificant,tum,quia illa ſignificano,& res ſignificata non diſcordat cum alijs veritatibus ſui generis, tum demum, quia concordat cum illis. Quod ſi cum dictis veritatibus,vel cum aliquibus nõ concordet,vel quod maius eſt,diſcordet,illa explicatio pro non certa habenda eſt, quia impoſſibile eſt quod veritas veritati contraria ſit,ideo alius ſenſus quærendus eſt.

Tertio,ad multa capita poſſunt reduci in Chriſtiana religione veritates principales.Primum caput continet veritates, quæ lumine naturali cognoſcibiles ſunt,veluti lex naturalis, ratio naturalis, principia per ſe nota,ſenſus communis ſapientum. Vſus generalis hominum.Secundum caput continet veritates à lege veteri deriuatas,ſiue ſint deriuatæ per doctrinam,ſiue per vſum,veluti quid fecerit, & docuerit Deus in illa lege,& Regno.Tertium caput continet veritates, quæ a Verbo Dei ſcripto noui Teſtamenti,ſiue doctrina,ſiue opere propoſitę ſunt. veluti quid Scriptura dicat, tum dixiſſe,tum feciſſe Chriſtum,& Apoſtolos.Quartum continet veritates à verbo Dei non ſcripto,ſiue doctrina,ſiue opere ſignificatas. Quintum continet veritates per Traditionem in Eccleſia à verbo Dei ſcripto,& a maioribus deriuatas. Sextum continet veritates ab Eccleſia Catholica de fide determinatas.Septimum continet veritates in eadem Eccleſia vſu,conſuetudine,iudicio,ſenſu, re ipſa obſeruatas.Octauum continet veritates,quę de communi ſanctorum Patrum conſenſu ſacram Scripturam explicantium ſunt declaratę.Ad hęc capita reduci poſſunt principales veritates,quarum omnium, cũ Deus ſit author,tantam inter ſe habent conuenientiã. vt impoſſibile ſit,quod vna ex ipſis alteri contraria ſit. Ideo conuenientia inter illas eſt magnum ſignum veritatis. Diſcrepantia,ſeu contrarietas ſignum eſt falſitatis.

Quarta Catholici hanc conneniantiam inter veritates, dum explicant, ſacram Scripturam, maximè obſeruant. Hæretici ad libitum ſuam volunt ſcripturam interpretari. Et hoc ita eſſe inferius declarandum eſt.

Cap. 18. Proponitur Praxis dictorum.

PRaxis ergo ad examinandam ex Logica veram interpretationem ſacræ Scripturæ talis ex dictis afferri poteſt.

Primò, exactè conſideranda ſunt ſingula verba ex loco propoſito ſacræ Scripturę, obſeruando an in Textu Biblico authentico ita ſe habeant.

2. Propria, & litteralis ſingulorum verborum ſignificatio eſt attendenda.

3. Res ſignificata à dictis verbis, & dicto ſenſu diligenter conſideranda.

4. Videndum, an hæc res ſignificata Regno gratię, & Chriſti conueniat, an concordet cum materia, forma, fine, & efficiente. Item proprietatibus, & priuilegijs illius. Et ſi in aliquo dictorum aperte diſcordat, illa interpretatio non erit admittenda. Si concordet tūc cum alijs veritatibus eſt conferenda.

5. Examinandum, vtrum res ſignificata cum lege, & lumine naturali concordet, vel ſaltem non diſcordet, veluti an regno naturali, iuxta genus ſuum, res illa conueniat, vt ſunt, Sacrificium, primus magiſtratus & alia.

6. Conſiderandum, an concordet cum veteri Teſtamento, veluti an in illo Deus inſtituerit Sacrificium, Sacerdotium, & primum magiſtratum.

7. Videndum, an verba ſcripturæ noui Teſtamenti poſſint habere illum ſenſum, & an verè res dicta ſit ab illis ſignificata, & an ab Eccleſia Primitiua fuerit in vſum inducta.

8. Conſiderandum, an Traditio doceat idem a verbo Dei non ſcripto eſſe deriuatum.

9. An Eccleſia Catholica in præteritis ſeculis ita docuerit, & modo doceat.

10. An eadem Eccleſi a uſu, conſuetudine, iudicio

ita,

ita obſeruet,& obſeruauerit.

11. An Patres vnanimi conſenſu illum locum ſcrip turæ ita interpretentur.

12. Inter dictas veritates conſiderare conuenientiã & repugnantiam, & vbi eſt conuenientia, & non eſt contrarietas, ibi ſignum eſt veritatis. Vbi vero contrarietas apparet, ſignum erit falſitatis.

Hæc Regula, vt eſt Logica, non eſt certa, quia omnis certitudo fidei, & explicationis ſacræ Scripuræ vero continet, non eſſe diſcrepandum à iudicio Eccleſiæ, aliquo modo certa dici poteſt.

Notandum, quod hæc propoſitio veritas veritati non contrariatur apud Logicum certiſſima eſt. Et in ipſa fundatur demonſtratio, quæ dicit ad impoſſibile, à quo fit talis probatio. Illud eſt falſum, ex quo neceſſario ſequitur falſum, ſed ex hoc ſequitur falſum, ergo. Item firmatur ex illa propoſitione, contradictoria non poſſunt eſſe ſimul vera. Item eſt impoſſibile idẽ ſimul eſſe & non eſſe, quæ notiſſima ſunt. Nihilominus, quia in rebus, & veritatibus fidei certitudo ab Eccleſia accipienda eſt, ad oſtendendum quod iudicium Eccleſiæ in explicandis ſacris Scripturis non diſcordat a dicta regula Logica: Hęretici vero diſcordant, hæc regula propoſita fuit, vt per illam etiam lumine naturali veritates Catholicæ cognoſcantur, & hæreticorum falſitates detegantur.

Cap. 19. Regula dicta declaratur exemplis.

Exempla ſint hæc.

Primum Vtrum in Regno, Chriſti debeant eſſe magiſtratus viſibiles.

Secundum vtrum Primatus S. Petri debeat eſſe in Regno Chriſti.

Tertium vtrum huic Regno conueniat Sacrificium & Sacerdotium.

Quartum vtrum obſeruantia, & opera in hoc Regno neceſſaria ſint.

Hæretici dicta omnia negant, & aliqua loca Scrip-

turę ita interpretantur.

Catholica Eccleſia omnia dicta affirmat. & authoritate Scripturæ probat.

Vtraque pars tum affirmatiua, tum negatiua oppoſitæ non credit, ideo ambę, vt ſic dicam, ad logicum recurrunt, vt intra fines ſuos examinet, quęnam ſententia ſit vera, quæ falſa. Ambæ enim ſimul verę eſſe non poſſunt.

Logicus iuxta regulam dictam ita procedet.

Primò, examinabit loca ſcripturæ ab vtraque parte adducta, conſiderans, an ſint loca propria, id eſt præciſè illam affirmationem, vel negationem continentia. An ſint loca Topica ſeu communia, a quibus poſtea per conſequentiam affirmatio, vel negatio particularis ſit deriuata. Et communia quaſi Topica iudicabit. Propria vero magnifaciet, quia ſcientia, & completa cognitio certa eſſe debet, & propria.

Secundò, iuxta regulas Perihermenię examinabit ſingula verba, conſiderans, quęnam in propria perſiſtat ſignificatione verborum, & quęnam recedat ab illa, & an ſit cauſa recedendi ab illa. Et magnifaciet propriam ſignificationem, & ſi nihil obſtet, accipiet ab illa iudicium de re ſignificata.

Tertiò, examinabit an res ſignificata, & à propria ſignificatione deriuata, contrárietur alicui certę veritati, & ſi hoc inueniat, iudicabit opus eſſe, vt a propria ſignificatione recedatur. Si vero non contrariatur, immò ab alijs veritatibus confirmatur, iudicabit omnino ſtandum eſſe in re ſignificata, & in propria verborum ſignificatione.

Quartò vt autem examinet, Vtrum affirmatiò, vel negatio habeat conuenientiam, vel contrarietatem cum alijs veritatibus, conſiderabit, An Deus in lege naturę dederit magiſtratus viſibiles, An vnum primum, An ſacrificium, An Sacerdotium, An poſuerit neceſſitatem operum legis. Idem examinabit in lege ſcripta. Item quid Regno Chriſti conueniat; & alia, quæ dicta ſunt, & comperto, quod in dictis affirmatio locum habet, Negatio vero illis repugnat, concludet ſic. Pars affirmatiua loca propria adducit.

Nega-

Negatiua communia. Illa preſiſtit in propria verborum ſignificatione. Iſta ab illa recedit, Illius affirmatio concordat cum lege naturę, & ſcripta, & Euangelica, & conuenit regno Chriſti. Illius negatio procedit à comunibus, recedit à propria verborum ſignificatione, diſcordat à veritatibus dictis, ergo affirmatiua eſt vera, negatiua falſa. Et explicatio affirmantis admittenda, negantis reijcienda eſt.

Cap. 20. Datur alia regula ad veram interpretationem Sacræ Scripturæ diſcernendam.

ARiſtoteles tradit regulam ad orationis veritatem cognoſcendam, quæ talis eſt. Ex eo quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa. Quæ regula fundatur in hoc principio, Veritas orationis neceſſario debet cum veritate rei ſignificatæ concordare; & ſi oratio non concordat cum illa, non eſt vera. Ita veritas cognitionis eſt adæquatio inter intellectũ cognoſcentem, & rem cognitam. Si enim veritas dicit eſſe, quod eſt, omnino ſi oratio eſt vera; neceſſe eſt illud eſſe, quod ab illa ſignificatum eſt. Hoc poſito. manifeſte ſequitur, quod cum verbum Dei de neceſſitate ſit verum, omnino, & neceſſario res ab illo ſignificata vera erit, & quod vicissim, veritas vnius per veritatem alterius demonſtratione ſigni probetur. Cum enim duo ſunt inſeparabilia, qui probat vnũ, probat & aliud. Res igitur a verbo Dei ſignificata erit certiſſima, & infallibilis regula ad veram verbi ipſius ſignificationem diſcernendam, & ex veritate vnius veritas alterius diſcernetur.

Cum ergo res à verbo Dei principaliter ſignificata ſit Regnum, Dei, & S. Euangelium. Quod regnum, & Euangelium à tempore Chriſti vſque ad finẽ mundi vnum, & idem tum ſpecie, tum numero eſt. Quia verbum Dei ſemper idem eſt, & idem ſignificat, & regnum Chriſti eſt æternum, neceſſe eſt affirmare, quod verbum Dei ſignificet Euangelium eſſe, quod eſt, & quod Euangelium omnino ita ſit, ſicut a verbo Dei ſignificatum eſt, & quod hæc conſonantia inter

ter verbum Dei ſignificans, & Euangelium ſignificatum ſemper, & per cuncta ſecula in Eccleſia fuerit. Vnde ſi quis cognouerit, quid Euangelium à parte rei ſit, & ſemper fuerit in Eccleſia, videbit quænam verbi Dei ſit vera ſignificatio. Erit enim illa, quæ dicit eſſe quod eſt. Aliter enim non poteſt eſſe vera. Illa ergo intepretatio, quæ concordat ex vna parte ſignificationem verbi Dei, ex elia rem ſignificatam ab illo non fictam, vel imaginatione conceptam, ſed verè, realiter, & perpetuo in regno Chriſti, & in Eccleſia repertam, ille videtur recta ratione ſcripturam interpretaſſe, ideo interpretatio illius vera erit, & ſi cum Eccleſiæ interpretatione conueniat, non ſolum vera, ſed etiam certa erit; Modo rem exemplis manifeſtabo.

Sunt quædam loca ſacræ Scripturæ, quæ ab Eccleſia Catholica habent ſuam interpretationem, ſed hæretici contrariam tradunt interpretationem, & quiſpiam cuperet habere regulam Logicam, qua poſſet diſcernere, quænam interpretatio vera ſit. Sit exemplum de Primatu Romani Pontificis, & de Pœnitentia. Loca ſcripturæ ſunt iſta. Tibi dabo &c. Quodcumque ligaueris, &c. Paſce oues meas. Item Quorum remiſeritis peccata &c.

Eccleſia Catholica interpretatur ad literam dicta loca de Primatu S. Petri, & de Sacramento Pœnitentiæ. Heretici negant vtramque & aliam tradunt interpretationem. Examinatur modo per Logicā, quęnam interpretatio ſit vera, & dicitur. Illa eſt vera, quæ concordat verbum ſignificans cum re ſignificata, non chimerice, ſed realiter conſiderata. Cum enim verbum Dei non poſſit eſſe falſum, omnino debet ſignificare quod eſt, ergo neceſſarium eſt eſſe in re, quod à verbo Dei ſignificatur. Si ergo Eccleſia ex eo, quod ſenſu ipſo euidenter cognoſcit in re, dicta loca intepretatur, vera erit interpretatio illius, ſi vero hæretici, rem ipſam non attendentes, fingant ſomnia, & nouitates excogitent, falſa illorum dicetur interpretatio.

Patet autem ſenſui, quod Primatus S. Petri, & Sacramen

cramentum Pœnitentiæ ſemper fuerunt in Eccleſia Catholica; ergo interpretatio Eccleſiæ vera erit; hereticorum vero falſa. Idem de Sacrificio Miſſæ, & de alijs dici poteſt.

Cap. 21. De Regula ad conciliando loca ſcriptura, quæ videntur eſſe contraria, vel contradictoria.

Aliquando in ſacra Scriptura videtur, quod vnus locus alteri ſit contrarius, vel contradictorius. Et expedit regulam ad illa concilianda.

Regula eſt. Primo examinare per regulas Perihermeniæ, an in verbis litteraliter, & propriè acceptis vera ſit contrarietas, & contradictio: Et ſi videatur eſſe vera contrarietas, tunc pro certo tenendum eſt opus eſſe aliqua diſtinctione, quia hæc ſola tollit realem in verbis contrarietatem. Cum enim termini aliter accipiuntur in vna contradictoria, quam in alia, nulla penitus erit contradictio. Et res declaratur exemplis.

Primum eſt hoc. Omnis homo eſt mendax. Aliqui homines, vt Apoſtoli, non fuerunt mendaces. Conciliatur diſtinctione. Omnis homo mendax ex natura. Apoſtoli non mendaces ex priuilegio.

Secundum Nemo bonus, niſi ſolus Deus. S. Barnabas erat vir bonus. Conciliatio. Nemo bonus per eſſentiam niſi Deus. Aliquis bonus per participationem. Ita nullum ferrum eſt ignis per eſſentiam, & aliquod ferrum eſt ignitum per participationem.

Tertium Soli Deo honor, & gloria. Honora patrẽ tuum; Conciliatur vt infra.

Quartum Nullus eſt Magiſter, nec Pater, nec Dominus, nec Mediator, niſi Chriſtus. Contrarium alibi. Docete omnes gentes. Abraam pater veſter Et in tempore iracundię factus eſt reconciliatio. Conciliatio. Solus Chriſtus per ſe, & primo. Alij per Chriſtum, & ſecundario. Ita ſola albedo per ſe, & primo diſgregat viſum, Omnia vero alba diſgregant ſecundario, & per aliud, ideſt per albedinem.

Quintum Chriſtus eſt minor Patre, Chriſtus æqualis

lis Patri, Vt homo, minor, vt Deus, æqualis.

Sextum Solus Deus habet certitudinem Euangelij ex veritatis, Eccleſia eſt firmamentum veritatis. Cōciliatio. Deus primo, & per ſe, & ex propria natura, vt de albedine dictum eſt. Eccleſia ſecundario, participatiue, ex priuilegio. Item Eccleſia firmat veritates non in ſeipſis, ſed in noſtra cognitione conſideratas.

Cap.22. *Diſcurſus Logicus de vera verbi Dei interpretatione.*

COncludam de verbo Dei tractationem cum Logico diſcurſu, ut lumine naturali oſtendam, ſumme probabilem, & veritati conſonam eſſe Catholicorum interpretationem, hæreticorum uero neque umbram, aut veſtigium aliquod habere probabilitatis. vt autem hic diſcurſus rectè concludatur, aliqua ſunt præmittenda.

Primo ſupponitur, finem Sacrę Sicripturæ eſſe dare notitiam hominibus de regno Dei. Vbi Logicus notabit, non poſſe hanc tradi notitiam, niſi diſtinctè explicentur exiſtentia, materia, forma, finis, efficiens, operationes, proprietates, relationes, demum omnia, quæ per ſe illi conueniunt. Logica enim docet in his completam rei cognitionem contineri. Docere enim quod Deus incompletā notitiā dederit, abſurdū eſt.

Hinc ſequitur ex Logica, neceſſarium eſſe fateri, quod Deus dederit completam notitiam, & diſtinctam de Eccleſia, & de S. Euangelio; quia ſunt materia, & forma regni Dei, explicando cauſas, proprietates, partes, operationes, relationes, & alia, quæ per ſe illis conueniunt. Et præcipue neceſſe eſt dicere, quod Chriſtus dederit notitiam certam, & diſtinctam, de completa ſumma S. Euangelij, in qua omnia ſint collecta, quæ obſeruari neceſſe eſt, vt homines æternam ſalutem conſequantur; quia hic S. Euangelij finis eſt, Et Chriſtus præcepit Apoſtolis, vt illam præcisè docerent, cum dixit. Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.

Hinc Logicus arguet, neceſſariò debere hominibus dari notitiã de legibus, de magiſtratibus, de Sacrificio de Sacerdotio, de Sacramentis, de numero, materia, forma, miniſtro, ita de vi, & vſu illorum, de virtutibus, & vitijs, de operibus, de præmio, & pœna. De cultu Dei, & alijs, quæ etiam terreno regno conueniunt. Regnum autem Dei perfectiſſimum erit omnino, ideo dicta habebit.

Medium, quo Deus hanc notitiam dat, eſt doctrine reuelata. Hæc autem per verbum Dei tradita eſt. Verbum autem Dei tria dicit quæ ſunt verbum ſignificans, ſignificatio, & res ſignificata. Res autem ſignificata nihil eſt aliud, niſi Regnum Dei, S. Euangelium, Eccleſia, & alia omnia, quæ per ſe dictis continentur. Ideo iam dicta erunt materia, & ſubiectum, circa quod verſatur verbum Dei, quia ſunt res ab illo ſignificatæ.

Hinc Logicus talem de verbo Dei faciet diſtinctionem. Aliud eſt conſiderare totum verbum Dei. Aliud non totum, ſed partem illius. Totum debet completam de omnibus dictis dare notitiam, pars non omnẽ ſed aliquam notitiam dare intendit.

Hinc ſequitur, duplicem conſiderari de ſacra Scriptura interpretationem. Vna eſt de omni verbo Dei; & hæc pro fine debet ſibi ſtatuere, ut colligat ex verbo Dei omnia, quæ ad completã notitiam de Regno Dei, De Eccleſia, & de S. Euangelio pertinent. Alia eſt, non de omni, ſed de aliquo verbo Dei, veluti de Teſtamento veteri, de Sacramentis, vel de aliquo loco determinato ſacræ Scripturæ, veluti de Primatu S. Petri, & aliis. Et de vtraque Logicus debet conſiderare.

Interpretatio de omni verbo Dei debet ex dicto verbo deducere, & colligere completam ſummam S. Euãgelij, illamque diſtinctam, & bene fundatam. Debet colligere omnia, quæ pertinent ad completam ex Logica, & Metaphyſica tractationem de Regno Chriſti, de Eccleſia, de S. Euangelio, quia neceſſe eſt affirmare, quod Deus de dictis completam tradiderit cognitionem, quia opera Dei perfecta ſunt.

Q Suppo-

Supponamus modo, quod doctrina reuelata hanc completam tradat cognitionem; & quod doctrina Catholica illam deducat, colligat, explicet, & fideli bus illam, non modo ſcholaſtico, ſeu Logicó, ſed au-thoritatiuo proponat. Et ſupponamus, quod Logicus, more Scholaſtico, velit ſecundum regulas Logicales, & Metaphyſicales examinare, an cognitio, ſeu tractatio de dictis complete tradita ſit; vtique debebit ea, quæ ſequuntur, examinare.

Primo, an decem de re conſideranda, nempè finis, operatio finalis, & alia, ſint diſtinctè, & propriè explicata. Item an omnia, quæ per ſe dictis conueniunt, cauſæ, proprietates, operatione, relationes, partes ſint declaratæ.

Secundo Debet examinare, an dicta omnia adeo inter ſe conſona, & conuenientia ſint, vt vnum nec in minino diſcordet ab alio, ſed omnia inter ſe conueniant, atque concordent.

Tertio Opus eſt examinare, an omnia decem de regno Chriſti, & Eccleſia, & Euangelio conſiderata aliquam habeant diſcrepantiam, uel diſſonantiam cum lege naturali; cum veteri, & nouo Teſtamento; demum cum alijs veritatibus, quæ paulo ſupra dictæ ſunt. An vero è contra cum illis habeat conuenientiam, & conſonantiam; & vbi hæc tria inuenerit, iudicabit intrepretationem illam de toto verbo *Dei* rectè, & complete habitam eſſe, quia talis interpretatio ex vna parte concordat cum verbo Dei; ex alia habet conſonantiam cum re ſignificata; quæ conſonantia in ſola veritate, & nullo modo in falſitate eſſe poteſt. Et eſt, vt ſic dicam, certum ſignum inuentæ veritatis.

Si vero interpretatio ſit de loco particulari ſacræ Scripturæ, tunc Logicus ita procedet ad examinandum, an vera ſit interpretatio.

Primo, conſiderabit loca ſacræ Scripturæ, quæ loquuntur de illa re, vt dictum eſt.

Secundo, examinabit de re litteraliter, vel alia ratione ſignificata, ad quam ex dictis reducatur; An ad regnum Dei; An ad Eccleſiam. An ad Euange-

lium.

lium, conſiderando, an ad finem, vel operationem finalem, vel ad aliud ex decem, quæ illi conueniunt, reducatur, veluti magiſtratus reducuntur ad formam, ſeu gubernationem.

Tertiò, examinabit, an dicta res ſignificata habeat conuenientiam cum alijs nouem; quæ rei dictæ conueniunt, veluti an Magiſtratus ſenſibiles habeant conuenientiam cum omnibus, quæ Regno Chriſti conueniunt.

Quartò, examinabit, an habeat conuenientiam cũ lege naturali, ſcripta, noua, & alijs quæ ſupra dicta ſunt. Et vbi hæc quattuor concurrunt, Logicus, vt ſic dicam, certum ſignum habebit, quod illa interpretatio vera eſt, quia talia conueniunt illi, quæ à veritate ſeparari non poſſunt.

His ita explicatis, Logicus ex vna parte ſibi proponet, quæ dicta ſunt. Ex alia ſtatuet, non dico negationes, quia iſtę nihil dicunt de re, & doctrina de Regno Dei, & Eccleſię, & Euangelio non debet tradi negatiua, ſed affirmatiua, quia de illis decem ex Metaphyſica, & multa ex Logica debent affirmari, ſed debet inquam ſtatuere affirmationes, quas Catholici, & hęretici faciunt, conſiderando quam doctrinam affirmatiuam, tum Catholici, tum ſingulæ ſectæ hæreticorum afferant de Regno Dei, & illa erit vera doctrina, & in vera verbi Dei interpretatione fundata, cui omnia jam dicta conuenire compertum erit.

Quod ſi Logicus diligentem tractationẽ in hoc opere habitam obſeruabit, clariſſime intuebitur, doctrinã Catholicam à Sacro Cõcilio Trid. propoſitam de Regno Dei, de Eccleſia, & de S. Euangelio, omnibus numeris eſſe abſolutam, & nihil penitus de completa tractatione illi deeſſe. Et ideo interpretationem verbi Dei ab illo habitam veriſſimam eſſe. Et completam ſummam S. Euangelij à verbo Dei per ipſum fuiſſe fideliter deriuatam.

E contra apertiſſimè inueniet, ſi doctrinam cuiuſcumque Sectæ hæreticorũ examinabit. Videbit enim doctrinam hæreticorum eſſe magis negatiuam, quam affirmatiuam. Quia principaliter doctrinam Catho-

licam impugnare,& negare contendunt. Ex locis cõmunibus Sacræ Scripturæ,omiſſis proprijs,quod docent,deriuant. Abſurda nimis,& diſſonantia de Regno Chriſti dicunt,illaque neque topice probant. Illorum doctrina non vna,ſed multiplex eſt. Hęretici inter ſe maximè diſſentiunt. Catholici omnes idem dicunt. Veritas autem vna eſt. Ideo vera verbi Dei interpretatio apud Catholicos eſt.

Et hæc omnia ſuis locis in progreſſu operis apparebunt.

Digitized by Google

DOCTRINÆ CATHOLCÆ.

LIBER TERTIVS.

DE REGNO DEI, & de partibus illius.

NVNC de Regno Dei Logica tractatio habenda eſt. Incredibile eſt enim quam ſit vtilis hæc tractatio ad veritates Euangelicas dilucidandas. Hoc enim Regnũ eſt totale, & adæquatum ſubiectum, de quo in verbo Dei tractatur, & circa quod Catholica doctrina verſatur. Hoc eſt totum quoddam in ſuo genere completum, cuius materia Eccleſia, cuius forma Euangelium eſt, ſi tamen de Regno Chriſti ſermo ſit. De hoc Chriſti Regno principalis tractatio eſt, ſed tamen de Regno Dei in generali aliquid eſt dicendum. Ideo tria explicabuntur.

Catech. Roman. p. 4. pos. 7.

Primo, De Regno Dei in generali.

Secundo, De partibus, ſeu ſpeciebus illius.

Tertiò, De Regno Chriſti in terris., ſeu de Regno gratiæ in ſpeciali conſiderato.

LIBRI TERTII DISTINCTIO PRIMA.

De Regno Dei in generali conſiderato.

Cap. 1. De Regno Dei, & illius nomine, atque definitione.

Ariſt. 12. Metaph. in fine. Item ex Topicis.

PER Regnum intelligitur magna multitudo ſub aliquo rege guber nata Ideo per Regnum Dei intel ligitur omnium rerum multitudo, quatenus ab vno Deo tamquam à Rege gubernatur, iuxta illud Ariſt. Entia nolunt male di ſponi, ſed volunt ab vno gubernari. Sic autem poteſt definiri.

Catech. pt. 2. n. 7.

Regnũ Dei in generali conſideratum, eſt totus mũdus à Deo ad finem deſtinatum legibus gubernatus. Et explicat quattuor cauſas illius. Materia enim huius Regni eſt totus mundus, non vt producendus, vel vt productus, ſed vt gubernandus à Deo conſideratus, Forma enim, & eſſentia Regni in gubernatione poſita eſt, ideo mundus vt gubernandus, materia huius regni eſt. Forma tangitur illis verbis. Legibus gubernatus. Efficiens explicatur cum dicitur, à Deo gubernatus. Et illud verbum, ad finem deſtinatum, explicat finem. De his autem cauſis aliquid eſt dicendum.

Cap. 2. De fine mundi; & Regni Dei.

Ariſt. Politico. Ex S. Th. 1. p. q. 22.

SCiendum eſt, quod finis tum Regis, tum Regni, tum populi gubernati, loquendo de vltimo, idem omnino eſſe debet. Et eſt bonum cõmune. Rex enim

ſuam

ſuam gubernationem ad finem regni diriget, Populus autem gubernatus omnino ad finem regni per gubernationem dirigi debet: Ideò in dictis finis idem erit. Idem probatur ex parte Dei. Diuina enim prouidentia eſt ratio ordinis rerum in fines. Ideò finis cuiuslibet rei eſt ille, ad quem res à diuina prouidentia eſt ordinata. Ita rès artificiales ab arte, & ab artifice finem accipiunt. Cum ergo diuina gubernatio ſit ſubordinata diuinæ prouidentiæ, quia mādat exequutioni, quod illa præſcribit, oportet affirmare, quod in gubernatione mundi finis Dei gubernantis, & gubernationis, & rei ſeu mundi gubernati idem ſit. *& 1.2.q. 90. art. 1 & 2.*

Finis autem mundi ex vna parte eſt gloria Dei; ex alia vtilitas creaturarum, ſeu vita beata, & æterna illarum. Probatur. *Ex Conc. ſeſſ 6.c. 7.*

Primo à poſteriori ſic. Cælum habet pro fine terram, patet, quia omnes ſuas operationes dirigit ad illam. Terra habet pro fine corpus hominis, quia omnia illi ſubminiſtrat, & illi ſeruit. Hoc corpus ſeruit animę. Hęc ordinatur ad Deum cognoſcendum, diligendum, atque colendum. Ob hoc enim datus eſt illi intellectus voluntas, & ſenſus, quorum principales actiones ſunt, Dei cognitio, dilectio, & cultus, per quas homo dat gloriam & cultum Deo, & obtinet vitam beatam in illo. *Ex S. Ambroſ. de Noè, & Arca.*

2. Pars nobiliſſima mundi ſunt Angelus, & homo: quorum finis eſt gloria Dei, & vita beata ipſorum; Finis autem ſemper eſt optimus, ergo finis Angelorum, & hominum eſt finis mundi. *ex Conc. ſeſſ.6.c.7.*

3. In ſubſtantia ſpirituali duo ſunt maxima bona; quorum primum eſt beatitudo, ſecundum gloria; Sed Deus eſt beatus in ſeipſo, & non eget mundo, vt per illum beatus ſit, ideo noluit illum creare ab æterno. Item Angelo & homini voluit Deus dare liberū arbitrium, ad oſtendendum, ſe non egere illis; imo Deus promittit illis dare beatitudinem in ſeipſo, ergo cum Deus ſit vltimus finis mundi: Omnia enim vt ait Scriptura, propter ſemetipſum operatus eſt omnipotens, Oportet dicere, quod mundus, non ad beatitudinem Dei, ſed ad gloriam illius ſit ordinatus; *argum Seſſ.6.c.7 Cate. art. 1.nu.15.*

Noſtra autem beatitudo finis illius ſit.

Parte 3. c. 1. n. 10. 4. Catechiſmus Romanus ait, Deus in omni opere ſuo gloriam ſuam cum noſtra vtilitate coniungit, ergo tum gloria Dei, tum noſtra vita beata ſunt finis mundi.

Seſſ. 6. c. 7. 5. Concilium Triden. docet finem iuſtificationis eſſe gloriam Dei, & vitam æternam. Finis autem iuſtificationis, & finis mundi idem ſunt, quia homines per iuſtificationem ad finem mundi, ideſt ad illum, ad quem ſunt creati, ordinantur.

Pſal. 35. Ioan. c. 5. verſ. 26. Cate. art. 1. nu. 15. 6. Hæc coordinatio mundi ad finem ita explicatur; Deus eſt fons vitæ infinitus, vt ait Propheta. Proprium fontis eſt, vt atquæ continuo ſcaturiant in illo, ideo dicuntur aquæ vitæ, Iſtæ aquæ primo replent rupes fontis, deinde, dum ſuperabundant, communicant ſe ad alias, etiam remotas partes; Cum ergo vult replere ſeipſum vita, & felicitate, ſed etiam, vt Deus ſit vt fons, tum vitæ, tum felicitatis, non ſolum oſtendat ſe poſſe, cum vult ſuperabundare, communicat ſeipſum, & vitam, & felicitatem alijs: Et in hac communicatione talis eſt ordo ad finem.

Cate. ibi. S. Th. 1. p. q. 23. ar. 5. ad 3. Primo fit communicatio diuinæ bonitatis.

Secundo finis huius communicationis eſt manifeſtatio; Cum enim, quæ intra nos ſunt communicamus ad extra, finis huius communicationis eſt manifeſtatio, & ita eſſe explicat S. Thomas. Ita ſol per lucis comunicationem ſe manifeſtat.

Finis manifeſtationis eſt notitia: Quæ enim nolumus neſciri, occultamus, quæ cupimus ſciri, manifeſtamus, & manifeſtatio per ſe notitiæ cauſa eſt.

Ex S. Th. ibid. argu. ſeſſ. 6. c. 7. Ex S. Th. & Conc. ibid. Cate. ar. 1. nu. 15. et 3. par. c. 1. n. 10. Finis notitiæ eſt laus rei manifeſtatæ, ſi in illa maxima dignitas, & excellentia reperiatur, Ideo cum gloria ſit clara cum laude notitia, Communicatio diuinæ bonitatis pro fine gloriam habebit. Creatio autem mundi nihil aliud eſt, quam diuinæ bonitatis copioſa communicatio, ideo finis illius gloria Dei eſt affirmanda. Finis ergo mundi, & regni Dei eſt gloria Dei, & vtilitas creaturarum, ſeu vita æterna eorum, qui à Deo ad illam ordinati ſunt.

Digitized by Google

Cap.3. De forma regni Dei in generali conſiderati.

FOrma cuiuſcumque regni in gubernatione poſita eſt. Duo autem principaliter in gubernatione cõſiderantur. Vnum ſunt leges. Aliud exequutio legum, quæ à magiſtratibus procuratur: Leges regni præſcribunt, primo finem, ad quem populi gubernati tendere debent: ſecundo actiones quibus finem illum conſequi poſſint, tertio media, & omnia, opportuna ad dicta actiones producendas, quarto modum obtinendi media, & alia ad tendentiam in finem neceſſaria, quinto bonum vſum illorum. Hæc omnia à lege regni præſcripta ſunt. Quæ etiam præſcribit premium obſeruantibus, & pœnam legem regni non obſeruantibus. *Ariſt. Topic. lib. 1. & ſeq. S.Tho. 1.2.q.90. & ſeq. Catech. ar. 1. nu. 21. & 22. Idem per. 2. nu. 1. & ſeq.*

Rex autem, & magiſtratus illius, ſed rex per ſeipſum immediatè, & per magiſtratus mediate procurat exequutionem legum, quia facit illas publicari, & præcipit obſeruari, & ſi quis contrauenerit illis, vult à ſuis puniri magiſtratibus. Debet autem Rex curare, vt omnia, quæ populis pro obſeruantia ſuæ legis neceſſaria ſunt, opportune ſubminiſtrentur. Ordinare enim ad finem ſine medijs non eſt prouidentiæ, ſed ignorantiæ. *Ex Ariſt. S.Thom. Cate. ibi. & experientia.*

Hęc duo facit Deus in mundi gubernatione. Primo enim Deus in mente ſua, vt ait S. Thomas, determinat legem, qua mundus gubernetur. Deus enim legibus mundum gubernat. Quæ leges, ait S. Thomas ſunt in mente gubernantis, per quas ab illo ſubditi gubernantur. Ideo iſtę leges pertinent ad prouidentiam Dei, quæ eſt ratio ordinis rerum in fines. Et non dicit, Ordo, ſed ratio Ordinis. Ordo enim dicit exequutionem. Ratio ordinis modum exequendi. Ita ars non eſt exequutio, ſed ratio, & modus exequendi, veluti ſcribendi. Poſtea Deus per ſuam gubernationem, ſeu exequutionem facit illa omnia, quæ à lege prouidentiæ ſuæ præſcripta ſunt Verum quia, vt Ariſtoteles ait cõſultatio, & exequutio opoſito mo- *S.Thom. vbi ſupr. & 1.p.q. 22. et 23. Ariſt. 3. Ethic.c. 2. et 3.*

do procedunt; Conſultatio enim incipit à fine, & ab illo procedit ad media; Exequutio vero incipit à medijs, vt per illa tendat ad finem.

Ideo Diuina prouidentia circa gubernationem mundi ita procedit.

S. Th. vbi ſupra. Primo determinat finem mundo, vt eſt quoddam totum, Idê omnibus, & ſingulis partibus, & particolis illius. Hoc enim in homine, & in corpore illius manifeſtum eſt.

ibid. 2. Iuxta fines determinat actiones, per quas fines præſcripti debeant obtineri.

ibid. 3. Secundum actiones accidentia à quibus immediatè producuntur, derminantur.

ibid. 4. Talis materia, & forma, & eſſentia in re determinatur, quod ab illa per ſe accidentia, quæ dicta ſunt, fluant.

ibid. 5. Ex materia, & formâ fit compoſitum, cui actiones finales tribauntur.

ibid. 6. Res ita conſtituta debet ordinari ad finem, & ad operatationes finales.

ibid. 7. Iuxta hanc ordinationem debet dari principium applicatiuum, a quo oportune principium productiuum ad producendam actionem ſit applicatum.

ibid 8. Neceſſe eſt, quod agens principale hęc omnia in mente ſua diſponat, & poſt quam diſpoſuerit, curet, vt factam diſpoſitionem exequutio ſequatur.

Hoc ita eſſe exemplo probatur, & declaratur

Primo finis hominis eſt Deus vt cognoſcedus, diligendus, colendus.

2. Actiones finales ſunt tres, cognitio, dilectio cultus.

3. Accidentia, quæ has producunt operationes ſunt intellectus, voluntas ſenſus.

4. Materia, & forma ſunt anima intellectiua, & ſenſitiua, & corpus, à quibus per ſe accidentia fluũt, quæ dicta ſunt.

5. Ex anima, & corpore fit homo.

6. Hic homo ordinatur à Dei prouidentia in finem dictum.

7. Illi datur principium applicatiuum ad tenden-

tiam in finem, quod in naturalibus eſt natura, in ſupernaturalibus aliud erit.

8. Lex diuinæ prouidentiæ eſt ratio dicti ordinis in homine ad finem ſuum, Diuina vero gubernatio exequitur, quæ à dicta lege præſcripta ſunt.

Cap. 4. De coordinatione finis, & mediorum in gubernatione mundi.

MAximè refert, vt Logica coordinatio finis, & mediorum in mundo conſideretur. Hoc mihi videtur ſic poſſe præſtari.

Primo, Corpora cęleſtia ordinantur ad terram tam quam ad finem ſuum. *Patet ab*

2. Terra cum omnibus, quæ in illa ſunt, ad corpus *effectu.* hominis ordinata eſt. *S. Ambr.*

3. Corpus hominis ordinatur ad animam, quæ no- *de arca.* bilior pars hominis eſt. *à ratione.*

4. Hęc anima, vna cum angelo, ordinatur ad Deum *Seſſ. 6. c. 7* cognoſcendum, diligendum, colendum, glorificandum, fruendum.

5. Actiones quibus anima, & angelus obtinent hũc *Ex Conc.* finem, ſunt cognitio, dilectio, cultus. *ibid.*

6. Potentiæ productiuæ harum actionum ſunt in- *à ratione.* tellectus, voluntas, ſenſus.

7. Iſtæ tres potentiæ ab eſſentia animæ fluunt.

8. Homo immediatè applicat animam, & corpus *à ratione.* ad dictas operationes producendas. *à ſenſu.*

9. Deus per naturam, vel gratiam, vel aliud eſt pri- *Cate. art.* mum applicatiuum ad dicta. *1. nu. 22.*

10. Lex diuinæ prouidentiæ hęc omnia diſponit, et *S. Th. 1. p.* gubernatio illa exequitur. Quæ tamen exequutio ho- *q. 22.* minis & Angeli libertatem non tollit.

Alia etiam coordinatio ita fieri poteſt.

Primo Deus ad extra vult communicare ſuam ſa- *Catech.* pientiam potentiam, bonitatem. *ar. 1. n. 15.*

2. Finis huius communicationis eſt manifeſtatio. *arg. ibid.*

3. Finis manifeſtationis eſt notitia, quæ enim ma- *ibid.* nifeſta fiunt, innoteſcunt.

4. Finis notitiæ eſt laus, honor, & gloria rei excel- *Seſſ. 6. c. 7.* lentis

lentis manifeſtatæ.

Catech. art. 1. nu. 17. et 19. 5. Vt in mundo eſſent creaturæ, quæ diuinæ communicationis notitiam haberent, creauit Deus hominem, & Angelum, quibus intellectum dedit.

S. Th. 1. p. q. 22. et 23. 6. Horum finem poſuit ſeipſum, vt cognoſcendum colendum, diligendum, tum in ſeipſo, tum in operibus ſuis.

Catech. petitio. 2. nu. 2. et a. 7. Vt autem Angelus, & homo poſſent habere notitiam Dei, & communicationis illius, dedit illi omnia, quæ dicta ſunt, animam, intellectum, & alia.

Ex dictis poteſt concludi, quæ ſit forma Regni Dei & gubernationis mundi.

Cap. 5. Concluſio de forma gubernationis Mundi.

S. Th. 1. 2. q. 91. art. 1. et 1. p. q. 22. ibi. S. Th. Concluſio talis fieri poteſt ex dictis.

Primo, Diuina prouidentia, & leges illius in mente Dei exiſtentes, ſunt prima ratio formalis diuinæ gubernationis, id eſt ordinationis omnium rerum in fines.

Catech. pet. 2. n. 7. Secundo Diuina gubernatio, iuxta leges diuinę prouidentiæ, totum mundum cum partibus, & particulis ſuis, ordinat ad fines, quę à diuina lege pręſcripti ſunt & hoc facit per illas actiones, & media, quæ ab illa determinata ſunt. Et in hoc conſiſtit ſumma diuinæ guberbationis.

Cap. 6. De Mundo, ſeu de materia Regni Dei, eſt de re gurbernata in illo.

Cate: Rō 4. p. petit. 3 nu. 7. et art. 1. nu. 7. et art. 1. nu. 24. et ſeq. S. Th. 1. p. q. 22. et 23 et 1. 2. ſeq. Dictum eſt de fine, & forma, & efficiente Regni Dei, nunc de materia dicendum eſt. Hæc materia eſt res gubernata. Hæc antem Mundus eſt. Mundus autem videtur ſic poſſe definiri. Eſt collectio omnium operum, quæ Deus ad extra producit, Siue immediatè ſiuę mediatè producat. Hæc definitio explicat materiam, & formam Mundi. Materia enim illius eſt innumerabilis multitudo eorum, quæ Deus ad extra in quocumque tempore producit. In qua multitudine maxima reperitur diſtinctio, differentia,

varie-

varietas, contrarietas, actio, paſſio, ſubſtantiæ, & accidentia, partes, & particulæ, aliaque multa, non ſolum genere, ſed etiam ſpecie, & numero differentia. Forma mundi exprimitur illo verbo, collectio. Hæc enim duo Vnio, & Ordo ſunt forma mundi. Mundus enim eſt vnus, eiuſque vnitas ab ordine procedit. Ordo enim vnitatis potiſſima cauſa in multitudine eſt. Sic enim per ordinem multi milites in exercitu, & multi homines in populo vniti ſunt. Colligere autem ſignificat quaſi ſimul ligare, ſed cum quadam ordinis diſtinctione. Quod ſi quis nolit collectionem ordinem continere, addatur definitioni dictę verbum, Ordo, ſic. Mundus eſt ordinata collectio omnium operum, quæ Deus extra ſe producit. Mūdus ergo eſt res a Deo gubernata. Et hæc gubernatio, fit iuxta leges diuinæ prouidentiæ, quæ ordinat mūdum cum ſuis partibus, particulis, accidentibus, operationibus ad proprios fines. Nihil enim eſt in mundo fruſtra, ſed omnia a Deo abſolutè ad finem ſunt ordinata, quia Deus, & natura & ſapiens nihil fruſtra agunt. Ideo quattuor cauſæ Regni Dei in generali conſiderati iuxta Logicam ſunt explicatæ. *q. 90. et ſeq.*

Cap. 7. De vnitate, Ordine, perfectione, et alijs proprietatibus Regni Dei.

EX dictis colligitur, quænam ſint accidentia propria Regni Dei. Primo enim Regnum Dei eſt vnum, quia vnum habet finem, Vnam materiam, vnam formam, & vnum efficiens. Secundo, eſt ordinatum, quia in illo omnia ad proprios fines ſunt ordinata. Tertio, eſt perfectiſſimum, quia gubernatio, & ordinatio rerum in fines perfectiſſima eſt. Quarto eſt glorioſum, quia gloriam Dei altiſſimo modo prætendit. Quinto, eſt ſummū beneficium, quia ad vitam beatam perducit. Sexto eſt ſapientiſſimum, & potentiſſimum regnum, quia talem Regem habet. Septimo eſt perpetuum, quia numquam deficiet. Octauo, eſt vbique, quia extra hoc Regnum nihil eſt. Nono, eſt maximum, quia alia Regna cum illo comparata nihil *Ex Cate. S. Thom. Ariſt. vbi ſupra.*

ſunt. Decimo eſt diuinum, quia Deum ipſum gubernatorem habet.

Cap. 8. De diuiſione Regni Dei in quattuor partes, ſeu in quattuor Regna.

NVnc de ſpeciebus, ſeu partibus Regni Dei aliquid eſt dicendum.

Hoc Regnum, vt mihi videtur in quattuor partes, vel ſpecies diuidi poteſt.

Cate. 4. p. pet. 2. nu. 7. 8. 9. 10. 11 Prima Pars dicitur Regnum naturæ.

Secunda Regnum iuſtitiæ.

Tertia Regnum gratiæ.

Quarta Regnum gloriæ.

Cate. ibi. S. Th. 1. 2. q. 90. & ſeq. Cauſa huius diuiſionis eſt, quia diuina gubernatio, & prouidentia in dictis valde diuerſo modo ſe habet; ita vt ſpecie differentia aliquo modo dici poſſint. Licet enim quattuor dicta talem habeant inter ſe connexionem, & coordinationem, vt vnus mundus, & vnum Regnum fiant, tamen quia quattuor elementa, ex quibus vnum efficitur mixtum, inter ſe formaliter diſtincta ſunt, ideo ſpecie diſtingui dicũtur, ita videtur de hoc quadruplici Regno dici poſſe. Vbi enim ſpecie diſtinguitur forma gubernationis, ibi forma Regni ſpecie diſtincta eſſe videtur. Talis autem diſtinctio in illis eſt.

ibid. Probatur ergo hæc quadruplex Regni diuiſio. In operibus enim naturæ finis, media, vſus mediorum, operationes finales principium productiunm, & applicatiuum eiuſdem generis ſunt, quia hæc omnia à lege naturali præſcripta ſunt, & omnia naturalia eſſe dicuntur: In lege autem iuſtitiæ, & gratiæ, & gloriæ omnia iſta varia ſunt, & in illis variæ leges dantur, & gubernatio admodum varia eſt. Vbi autem varia eſt materia, & forma gubernationis, ibi varia eſt lex, varij magiſtratus, vnde, & Regnum varium erit. Licet ratione efficientis, & finis ad vnum Regnum reducantur. Hoc autem ex dicendis de ſingulis partibus apparebit.

Cap.

Cap. 9. De Regno naturali.

REgnum naturale dicitur illud, in quo Deus dat legem determinantem finem, media, vſum medi orum, operationes finales, principium productiuū, cum tali moderatione, quod inter omnia dicta, & naturam, quę eſt principium applicatiuum ad motū, & quietem, id eſt ad producēdas operationes finales, & ad ceſſandum à productione illarum, ſit proportio, & adæquata, ita vt nihil, quod ordinariè loquendo, ſupra naturam ſit, requirant. Sit exemplum. Lex naturalis ordinat hominem ad finem naturalem obtinēdum, per media naturalia per actiones naturales, & per naturam illam ad dicta applicantem. Et idem eſt in omnibus alijs, quæ naturalia ſunt.

ex Catt. p. 4 pet. 2. num. 7. S. Th. 1. 2. q. 91. art. 2. et q. 94.

Cap. 10. De Regno iuſtitiæ.

REgnum naturæ ſe extendit ad omnia, Angelos, homines, Cælos, elementa, & alia. Regnum iuſtitiæ, loquendo de punitiua, potiſſimum reperitur in dæmonibus, in damnatis, & aliquo modo in animabus, quę ſunt in purgatorio. De his enim ſpecialis lex, & ſpecialis gubernatio, ſeu coordinatio finis, mediorum, & aliorum à Deo data eſt. Natura enim & lex illius deſtinauit homines, damnatos, & dęmones ad Deum tamquam ad finem, ſed quia ipſi per liberum arbitrium à lege, & coordinatione naturali receſſerunt, Dei prouidentia ſub alia lege, quæ dicitur iuſtitiæ, ad locum inferni, ad ignem, ad pęnas deſtinauit, & hæc deſtinatio non fit per naturam, ſed per aliud principium applicatiuum additum illis. Hęc coordinatio ita fit.

in Catt. art. 5. n. 2. & ſeq. & art. 7. per totum S. Th. 1. p. q. 23. art. 5. ad 3. & 1. 2. q. 91. art. 6.

Finis regni iuſtitiæ eſt gloria diuinæ iuſtitiæ, atque potentiæ, quia per iuſtas pęnas, & efficaces, clara cum laude conſurgit notitia de Deo peccata puniēte. *Catt. & S. Thom. ibid.*

Medium ad dictum finem obtinendum eſt iuſta pęna pro peccatis inflicta. *ibid.*

Hæc pœna in duobus poſita eſt, primo in remotio- *ibid.*

ne eorum, quæ deſiderantur, & quæ naturæ conuenientia ſunt, qualia ſunt finis naturalis, actiones naturales, loca naturalia, ſocietatem naturalem, vitam naturalem, ſecundo in collatione eorum, quæ contrariantur, & contra naturam ſunt, ideo ſunt afflictiuã, moleſta, & pene deſtructiua. Veluti dęmon, & damnatus erāt ordinati per legem naturæ reſpectiuè ad ipſam naturam, ad Deum, ad vitam beatam, ad Cælum, ad conſortium beatorum, ad fruitionem Dei & ad poſſe ad gradum altiorem gratiæ & glorię promoueri. Lex autem punitiua iuſtitiæ totum oppoſitum determinat, quia omnia bona naturæ ab illis auferunt, & mala contraria illis infliguntur. Aufertur enim ab illis vniri Deo. Videre Dei claritatem. Frui Deo; Diligi à Deo; Aufertur cælum; Angelorum, & beatorum ſocietas, vita beata, & loco horum cōtraria inferuntur. Nempè auerſio a Deo, Separari à Deo, Deum illos odio habere. Eſſe inimicum, iratum, odioſum, promptum ad mala infligenda. Loco cæli dari centrum terræ. Loco Paradiſi infernum. Loco lucis tenębras; Loco vitæ beatæ miſerrimam vitam. Hæc & alia multa inuito pati eſt finis, ad quem illi ſunt ordinati.

Catech. art. 7. S. Th. 1. p. q. 64. ibid.

Actiones finales ſunt cognitio pęnæ damni, & ſenſus, odium voluntatis, afflictiò ſenſus, paſſio doloroſiſſima tum animæ, tum corporis.

Principium productiuum talium actionū ſunt anima, corpus, intellectus, voluntas, ſenſus. Principium applicatiuum ad dictas actiones, & paſſiones eſt non natura, ſed quædam uis coactiua, quæ inuitos cogit ad ſic agere, & pati.

Cap. II. De Regno Dei in veteri teſtamento.

Ex veteri Teſtam.

QVod Deus regnauerit ī populo Hebræo clariſſimum ex Scriptura eſt. Quod etiam hoc regnū ſit diſtinctum à regno naturæ, patet ex eadem, quia in hoc regno datur lex ſpecialis, Sacerdotium, Sacrificium, ritus, ceremonię, & gubernatio formam habet diſtinctam, differt etiam à regno iuſtitiæ, vt

patet

patet ex dictis: Eſt autem dubium vtrum hoc regnum ſit ſpecie diſtinctum a regno gratię. Ex vna enim parte uidetur quod ſic, quia in illis diſtinctus eſt populus, diuerſa, lex, diuerſum Sacrificium, & Sacerdotium, diuerſi ritus, & cœremoniæ, Ex alia vero, & rectius videtur, quod non, quia Eccleſia ab Adam vſque ab finem mundi vna eſt. Vnitas autem Eccleſiæ videtur ſecum trahere vnitatem regni. Amplius Lex vetus erat quædã præparatio, & diſpoſitio ad nouã. Et Teſtamentum vetus erat figura Teſtamenti noui. Et in Teſtamento veteri homines ſaluabantur per fidem in Chriſtum venturum. Ideo dicendum cum S. Paulo. Cum eſſem paruulus, loquebar, & ſapiebam vt paruulus, cum autem factus ſum vir, euacuaui quę erant paruuli. Ita homines ſub lege veteri erudiebantur, vt paruuli, in lege noua gubernantur vt viri. Vnde vna lex ordinatur ad aliam, & noua veteri ſuccedit. Sicque duo non ſunt regna, quia primum eſt ordinatum ad ſecundum. *Catech. art. 9. S. Thom. 1. 2. q. 91. art. 1.*

Lex vetus ordinabat finem ſupernaturalem. Media ſupernaturalia. Et vſus mediorum erat ſupernaturalis. Ideo actiones finales erant ſupernaturales, & principia productiua, & applicatiua talia erant. *S. Th. ibi.*

Hic ergo finis veteris legis erat ſuperior fini naturali, & inferior fini, qui à lege noua præſcriptus eſt. Idem de medijs, & vſu illorum.

Cap. 12. De Regno gloriæ.

Regnum gloriæ reperitur in Angelis, & beatis, qui ſpeciali, & priuilegiato quodam modo ſunt gubernati. Lex, & gubernatio huius Regni altiſſimum finem habet, altiſſima media, & actiones finales, & principia productiua, & applicatiua. Lumen enim gloriæ datur illis. Et gloria eſt gratia conſumata, Et in regno fit maxima diuinæ bonitatis communicatio, & manifeſtatio, & notitia, & laus, & gloria. Ideo aliquo modo ab alijs regnis diſtinctum erit. *Cate. 4. p. pet. 2. nu 10. & 11.*

Cap. 13. De Regno gratiæ.

cate. p. 4. pet. 2. nu. 8. et ſeq.

REgnum gratiæ a Chriſto fuit inſtitutum; Lex illius dicitur lex gratiæ, & lex noua: Determinat finem, media, & vſum mediorum in altiori gradu, quam fuerint in lege veteri, vel in lege naturæ: Superaddit etiam principia productiua, & applicatiua nobiliora; & præcipit actiones finales nobiliores.

Cap. 14. De comparatione horum regnorum inter ſe.

Ex. cate. ibid.

SIcut quattuor elementa ſpecie diſtincta ſunt, & vnum eſt nobilius alio, quia terra eſt infra aquã aer ſupra aquam; & ignis ſupra aerem; & tamen ex illis vnum fit mixtum; ſicut etiam in Sacramento Ordinis varij ſunt gradus inter ſe diſtincti, & tamen vnũ eſt Ordinis Sacramentum; Sic hæc quattuor dicta regna vnum regnum efficiunt, quia vnum Regnum eſt ordinatum ad aliud: Quod ita explicatur.

S. Th. 1. p. q. 23. ar. 5. ad 3.

Deus ad manifeſtandam ſuam bonitatem, potentiam, ſapientiam, maieſtatem, vult multis modis, & multis gradibus illas communicare.

S. Th. 1. 2. q. 91. art. 4. cate. art. 1. nu. 15. etc.

Primus gradus communicationis eſt in regno naturæ; In natura enim fundata ſunt alia regna iuſtitiæ gratiæ, & gloriæ. Ideo regnum naturæ ordinatum eſt ad regnum gratiæ; & hoc ad gloriæ regnum eſt deſtinatum. Omnia autem ſimul ad gloriam Dei altiſſimo modo manifeſtandam ordinata ſunt.

Et pet. 2. nu. 7. etc. Ex S. Th. 1. 2. q. 91. art 6. S. Th. 1. p. 23. art. 5. ad. 3.

Regnum iuſtitiæ ſupponit regnum naturæ, & legem illius: Quia enim homines, vel Angeli peccatores non ſeruauerunt legem naturæ; ſed male ſua vtentes libertate declinarunt ab his, quæ circa finem, & media, & vſum à lege naturæ præſcripta ſunt, ideo ſe indignos reddiderant, vt finem à dicta lege præſcriptum, qui eſt illorum beatitudo obtinerent; Deus ob hanc illorum indignitatem mutat in oppoſitum, & in deteriorem partem omnia; quia ordinat illos ad miſeriam vitam, & ad vilia miniſteria, veluti dæmones ad viliſſimum officium, vt ſint carnifices, tor-

tores,

rores, & infimi miniſtri diuinæ iuſtitiæ. Hoc autem eſt glorificare diuinam potentiam vt lex Dei prętendebat, quæ illis poteſt contra illorum voluntatem finem,& media in deteriora mutare. Cate. pet. 2.nu.8. 9. 11.

Regnum gratiæ ſuperaddit regno naturæ nouum gradum communicationis Dei, nouum gradum in fine, in medijs, & in alijs,vt dicetur. S.Tho. 1. 2.q.91. art.4.

Regnum gloriæ regno tum naturæ,tum gratię ſuperaddit nouum gradum in fine, in medijs,& in diuina communicatione. Cate. pet. 2.nu.10. & 11.

Hinc fit quod cum natura ſit ordinata ad gratiam, hæc ad gloriam, ex dictis vnum regnum conſtituatur,ſed in plures partes diuiſum. Regnum enim iuſtitiæ aſſignat locum illis qui a regno naturæ, gratiæ & glorię excluſi ſunt. S.Th. ibi. S Th. ibi. Cate. ibi.

Inter hæc regna talis gradus differentiæ affirmari poteſt à lumine acceptus. arg. ex ea tac. & S. Th. ibid.

Regnum naturæ habet lumen veluti candelæ in nocte.

Regnum Dei in veteri Teſtamento habuit lumen veluti lunę in nocte.

Regnum gratiæ habet gradum luminis veluti diei nebuloſi.

Regnum gloriæ habet gradum luminis diei clari, & ſereni. Iuxta autem gradum luminis omnia alia correſpondent. Quia vbi eſt maius lumen, ibi eſt maior notitia, maior dilectio, maior gloria Dei, & maior hominum beatitudo. quia ex maiori cognitione bonitatis, & pulchritudinis; & excellentiæ oritur maior dilectio,& honor illius. Ex Cate. pet. 2. nu. 7 et in Symb. ar. 1.

Alia comparatio tradi poteſt talis. In operibus naturę eminet diuina ſapientia, quæ tantam diſtinguere, & ordinare,& vnire multitudinem rerum & cum tam ſapienti gubernatione,& diſpoſitione ad fines,ad media, ad actus,ad principia ordinare,vt in nullo reprehendi poſſit,imo in omnibus maxima laude digna ſit,ſciuit,inuenit excogitauit,effecit. ex S. Tho. 1.p.q.23. art.5,ad 3.

In operibus iuſtitiæ diuina potentia glorificatur. Quia ſignum maximę eſt potentię, ſuperbos,audaces tumidos, contumaces, rebelles,viribus potentes, ob- Catec. in Symb. ar. 2.

 ſtinatos,

ſtinatos, indomitos, poſſe retundere, humiliare, de ſede deponere. Hoc autem in regno iuſtitiæ fit per leges, & pœnas coactiuas.

S. Th. ibi. Cate. ibi. n. 7. 8. 11. In regno gratiæ diuina bonitas maximè commendatur, quia in illo maximè, vt dicetur communicatur.

Cate ibi. nu. 10. & 11. & in Symb. ar. 12. In regno gloriæ diuina maieſtas maxima cum gloria celebratur, quia in illo Diuina eſſentia maximè manifeſtatur. Deus facie ad faciem ibi videtur. Cum ergo in Deo quatuor principaliſſima attributa conſiderentur, nempè potentia, ſapientia, bonitas, & maieſtas, iuſtum eſſe videbatur, vt aliqua ſpeciali ratione fieret de ſingulis & communicatio, & manifeſtatio, & notitia, & laus, ſeu gloria, ideo ad hoc præſtandum regnum Dei in quattuor partes diuiſum eſt.

Cap. 15. De Chriſto poſito infra, et ſupra regnum naturæ, iuſtitiæ, gratiæ, et gloriæ.

Ephe. c. 1. Gala. c. 4. Sanctus Paulus ait, quod Deus propoſuit inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt; Hoc autem factum eſt dupliciter, primo quidem quia Chriſtus factus eſt ſub lege naturæ, gratię, iuſtitiæ, & glorię; ſecundo, quia, factus eſt ſupra legem. Hoc eſt primo impleuit legem, deinde Iudex, & inſtaurator legis factus eſt.

Gala. c. 4. Luca c. 2. De lege naturę patet factum ſub lege, quia leges naturæ in illo ſeruatæ ſunt, & ipſe fuit ſubditus parentibus, quod eſt præceptum legis naturæ. Supra legem naturæ fuiſſe, patet ex miraculis, quæ fecit, Per miracula ergo ſupra naturam fuiſſe probatur. Hinc patet ordinaſſe mundum totum ab Adam deordinatum, quia totus mundus illi ſeruuit, corpori ilius, & animę, & Chriſtus omnibus corporibus vſus eſt altiſſima virtute; Omnia que ad Deum ordinauit.

Ex ſcriptura. De lege iuſtitiæ, patet, quia ſub illa fuit in paſſione, accuſatus, condemnatus, & ipſa pœnam peccati tulit, ſatisfecit de rigore iuſtitię pro peccatis. Factus eſt obediens vſque ad mortem. Supra legem, vt ſic dicam, erit in iudicio finali.

Sub

Sub lege ſcripta fuit, quia circumciſus, in tẽplo præſentatus, & alia. Supra legem, quia legem ſcriptam abſtulit, & per nouam omnia mutauit, erat figuratus ab illa. *Lucæ c. 2.*

Infra legem gratiæ, quia vt homo a Deo Patre gratiam vnionis hypoſtaticæ accepit, & factus eſt pleniſſimus gratiæ. Supra legem gratiæ, quia ipſe dedit hanc legem, & ipſe meruit hominibus gratiam, & per Sacramenta nobis illam dedit. *Ioan. c. 1.* *Seſs. 6. c. 7.*

Infra legem gloriæ, quia ad formam ſerui humiliauit ſe. Supra legem gloriæ, quia illam dat hominibus, & meretur. Et per ipſum Dei maieſtatem laudant Angeli, & Beati. Illumq. vt regem adorant, & colunt. *Ad Phili. cap. 2.* *Eccleſ. in praef. Miſ.*

Chriſtus ergo hęc quattuor regna inſtaurauit, renouauit, ad altiorem gradum eleuauit. Rexque in toto regno à Deo Patre eſt conſtitutus.

Potiſſimum autem regnum gratiæ, de quo modo dicetur, ab illo fundatum eſt.

Digitized by Google

LIBRI TERTII DISTINCTIO SECVNDA.

De Regno gratiæ ſeu de Regno Chriſti in terris.

DICTVM eſt de Regno Dei in generali, & de partibus, vel ſpeciebus illius, Modo de Regno gratiæ in particulari, iuxta methodũ Logicam, eſt dicendum Ideo nomen, definitio, quattuor cauſę priuilegia, & proprietates illius ſunt diſtinguendæ.

Cap. 1. De nomine Regni gratiæ.

In orat. Dom. pet. 2. Cate. ibi.

HOc Regnum habet multa nomina. Dicitur enim Eccleſia militans. Dicitur regnum Chriſti in terris. Dicitur teſtamentum nouum, Lex noua, Lex gratiæ; Euangelium, & ſimilia; ſed præcipuum illius nomen eſt Regnum gratiæ. Dicitur enim regnum, quia in illo Chriſtus eſt rex & gubernat. Dicitur Gratię, quia gubernatio huius regni per legem gratiæ facta eſt. Et per hoc diſtinguitur à Regno naturæ, iuſtitię & gloriæ. Gratia enim quid ab illis diſtinctum eſt.

Cap. 2. De definitione Regni gratiæ.

Cate. p. 4. pet. 2. nu. 7. & ſeq. ex S. Tho. 1.2. q. 91. art. 4 et 5.

PRima definitio eſt hæc. Regnum gratiæ eſt Regnum à Chriſto per legem gratię gubernatum. Genus eſt Regnum, nempè Dei, quod aliquo modo ad quattuor dicta regna genus eſt. Differentia explicatur per illa verba; Per legem gratię gubernatum. Differētia enim ſpecifica cuiuſcumque regni à modo

guber-

Digitized by Google

gubernandi, ſeu à forma illius accipi debet. Lex autẽ Dei in quocumque Regno eſt forma, à qua gubernatio ſpecificatur, quia Deus iuxta leges à ſe latas gubernat, vt dictum eſt. Cum ergo in Regno gratię lex, ſecundum quam Deus gubernat, ſit lex Gratiæ, quæ dicitur Lex noua, vel lex noui Teſtamenti, vel Euangelium, omnino ab illa differentia ſpecifica huius regni accipi debet. S. Th. 1. 2. q. 91. et ſeq.

Alia definitio poteſt eſſe hæc. Regnum gratiæ eſt populus fidelis a Chriſto, & a Spirituſancto Doctrina, Legibus, Sacramentis, ac Magiſtratibus edoctus, & gubernatus, ad finem huius regni obtinendum. Et hæc definitio datur per quattuor cauſas. Materia enim illius eſt populus fidelis. Forma eſt lex Euangelij, quæ continet doctrinam, legem, Sacramenta, & Magiſtratus. Efficiens Chriſtus, & Spiritusſanctus. Finis eſt ille, qui a Lege Dei in hoc Regno ſtatutus eſt. Cate. ibi. S. Th. ibi.

Cap. 3. De materia huius regni.

ANgeli non ſunt materia huius regni, quia non gubernantur à lege illius, Beati non ſunt, quia per legem gloriæ gubernantur. Animæ purgatorij non ſunt, quia ſub lege iuſtitiæ ſunt conſtitutæ. Homines infideles, Iudæi, & hæretici, non ſunt materia illius, quia veram fidem non profitentur. Homines fideles, id eſt illi, qui veram, fidem profitentur, etiam ſi ſint mali, & peccatores modo non ſint excommunicati, in hoc Regno ſunt. Et hoc intelligitur de omnibus fidelibus, qui ab Adam vſque ad finem mundi vel fuerunt, vel futuri ſunt. Dicti enim omnes, quatenus ſunt viatores, & fideles in hoc Regno continentur. Quia omnes fidem in Chriſtum habuerunt; Licet aliqui in venturum; alij quod iam venerit fidem habeant. Caie. ibi. nu. 9. et art. 9. S. Th. 1. 2. q. 91. art. 4. et 5. Idem 3. p. q. 8. per to-

De his omnibus fidelibus duo in regno Chriſti valde diuerſa conſiderantur. Vnum eſt maxima multitudo, illaque varia iuxta nationes mundi. Item diſperſa per orbem terrarum. Item per varias mundi ætates, & per varia ſecula cuiuſcumque ætatis diſtributa. Alterum eſt maxima in tanta, & tam varia, & Catech. Rom. p. 1. art. 9. S. Th 3. p. q. 8. art. 1. & ſeq.

tam diuiſa multitudine vnitas, ita vt omnes dicti fideles in vnum ſint collectę & vniti, & fiant vnus populus, qui ante Chriſtum appellabatur Sinagoga; modo vera Eccleſia. Hæc enim Eccleſia ſic definitur. Eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus. Illud enim verbum, ſingulare, Populus fidelis, ſignificat vnitatem. Illud Per vniuerſum orbem diſperſus, ſignificat multitudinem.

Cate. ibi. et S. Th. 3. p. q. 8. HæcEccleſia diuiditur in duas partes, quarum vna colligit omnes homines viatores, & dicitur militans, & in hac conceditur liberum arbitrium, ſeu facultas ad bonum, & ad malum. Alia colligit homines beatos in cælo, & dicitur triumphans, & hæc à legibus regno gloriæ conuenientibus gubernatur.

Cate. 4. p. pet. 2. nu. 8. et 9. Eccleſia igitur militans eſt materia regni gratiæ, quia eſt populus in hoc regno gubernatus, ideo eſt populus electus, gens ſancta, regale Sacerdotium, Populus acquiſitionis.

Cap. 4. Diſcurſus Logicus ad veram formam, et finem regni gratiæ præciſè diſcernendum.

LOgica docet de re propoſita cauſas primas, & immediatas, iiſque ſub ratione præciſa, & adæquata conſiderare. Vt autem hoc fiat in regno gratiæ, neceſſe eſt, plures facere in cauſis reſolutiones præcipuè ſequentes.

S.Th. 1.2. q. 90. art. 1. et 2. Catech. pet. 2. Prima reſolutio a fine eſt hæc. Ante omnia ſtatuendus eſt finis rei in ratione præciſa; Secundo Media pręciſa, & fini adæquata determinanda. Tertio, Vſus mediorum ad finem accomodatus eſt diſcernendus. Quartò, Actiones præciſæ, quibus dictus bonus vſus præficiatur ſunt diſtinguendæ. Quinto Principia productiua, & applicatiua, per quæ dictę actiones producuntur, ſunt aſſignanda.

Cate. ar. 1. nu. 15. S.Th. 1. p. q. 23. art. 5. ad 3. Secunda Reſolutio ita fit ab efficiente. In regno gratię ſtatuendus eſt finis diuina communicatio. Huius finis clara diuinę bonitatis manifeſtatio eſt affirmanda. Cuius manifeſtationis finis eſt clara notitia. Huius finis eſt laus, & gloria ab eo, qui cognoſcit pro-

ueniens;

ueniens. Huius finis eſt diuina maieſtas vt glorificanda. Quę omnia ex Logica debent habere inter ſe proportionatam adęquationem, & commenſurationem. Et de hac dictum etiam eſt.

Tertia Reſolutio deſumitur ex parte materię ſic. Finis hominis eſt Deus vt cognoſcendus, diligendus, colendus, obediendus. Actiones finales ſunt, cognitio dilectio, cultus, & obedientia. Principium productiuum ſunt intellectus, voluntas, ſenſus, & homo. Item primum ſunt anima, & corpus. Principium applicatiuum immediatum eſt perſona hominis libera. Primum et vel natura, vel iuſtitia, vel gratia, vel gloria, vel aliud ſimile. Iuxta autem gradum varius neceſſe eſt, vt alij omnes in eodem gradu conſtituantur. *de hoc infra.*

Quarta Reſolutio eſt talis deſumpta a forma Regni gratię.

Primo in Deo ſunt quattuor principalia attributa, quę ſunt, potentia, ſapientia, bonitas, atque maieſtas. Potentia tribuitur Patri: Sapientia Filio. Bonitas Spirituſancto. Maeſtas toti Sanctiſſimę Trinitati, iuxta illud Eccleſię, Et in maieſtate adoretur ęqualitas. *Cate. art. 1. nu. 14. in praef Sanctiſs. Trin.*

Secundò, Hęc quattuor attributa in Deo ſunt veluti quattuor fontes, per quos Deus in regno gratię vult ſeipſum hominibus, & toti mundo altiſſimò modo, illoque infinito communicare ob finem, qui diuinę cõmunicationis dictus eſt conuenire. *Cate. ibi. & nu. 6.*

Tertiò. Hęc communicatio debet fieri per proprios alueos à Deo deriuatos, qui ſunt, primus Fidei, qui correſpondet ſapientię; ſecundus Spei, qui correſpondet potentię, tertius Caritatis, qui conuenit bonitati, quartus Lex, quæ pertinet ad Dei maieſtatem. *Cate. pet. 2. nu. 9.*

Quartò, Decurſus, qui per hos alueos fit debet ad homines viatores terminari, in quibus ſunt quattuor maxima vaſa dictarum receptiua aquarum, quę ſunt, primum intellectus, qui eſt capax ſapientię, ſed plenus ignorantiæ, ſecundum eſt voluntas, quę eſt capax bonitatis, ſed plena malitię, tertium eſt ſenſus, qui eſt capax fortitudinis, ſed plenus infirmitate; quartum eſt totus homo, ſeu perſona illius, quę ca- *Ex cominis natura.*

Digitized by Google

pax eſt rectitudinis, ſed per peccatum valdè ad malũ inclinata. Quattuor aluei dicta in hæc quattuor vaſa decurrunt.

in Conc. ſeſſ. 6. c. 7. Quintò Decurſus, & finis illius ita ſe habet. Fides ab humano intellectu remouet ignorantiam, & communicat, ac replet illum diuina ſapientia. Spes à corpore, & ſenſu tollit infirmitatem & confirmat illum in diuina potentia. Charitas à voluntate tollit malitiam, & replet illam Dei bonitate. Lex Dei tollit ab homine curuitatem, & obliquitatem, & facit illum rectum coram Deo.

Ioan. 4. et c. 7. Sexto Dicta vaſa ita repleta fiunt veluti lacus à flumine cauſatus, qui lacus poſtquam fuit repletus, iterum flumen aquæ receptæ à ſe demittit, iuxta dictũ Chriſti. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Sed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Per fidem enim intellectus elicit actum fidei, qui directè tendit in Deum. Ita ſenſus per ſpem innititur diuino auxilio, vt bene vtatur medijs ad finem Regni gratiæ obtinendum. Voluntas facit actum amoris. Et homo obedientiæ. Et his quattuor actibus Fidei, Spei, Charitatis, & obedientiæ homo ordinatur ad Dei gloriam, & ſuam beatitudinem. Et gradus beatitudinis, & gloriæ correſpondet gradui, quem habent actus dicti, & gradus horum actuum concordat con gradu communicationis, & hæc cum diuina voluntate.

arg. ibid. Septimo S. Euangelium regulat homines ad duo, nempè primo ad recipiendam diuinam communicationem, ſecundo, ad producendos actus, & fontes, ad quos diuina communicatio ordinata eſt. Ob hoc quattuor in Euangelio propoſita ſunt. Primò, Symbolum Apoſtolorum, in quo bene regulatur intellectus circa fidem; Secundo Oratio dominicalis, in qua bene regulatur homo, & ſenſus illius circa Spem. Tertio Sacramenta, per quæ bene regulatur homo, & voluntas circa Charitatem. Demum Decalogus bene regulat hominem ad Dei voluntatem efficiendam.

Ex ſupradictis. Octauò, Ex dictis patet principium, medium, & finis Regni gratiæ. Primum enim principium eſt infini

ta

ta Dei potentia, ſapientia, bonitas & maieſtas, quatenus ſunt ſui maximè communicatiuę. Med um eſt diuina communicatio, quatenus eſt a Deo lege regulata, & ab hominibus recepta, & in vſum reducta.

Finis eſt Dei ſapientia, potentia, bonitas, & maieſtas, quatenus ſunt ab hominibus tum glorificandę, tum fruendę.

Quinta reſolutio ita fit. In regno gratię duplex cõmunicatio Dei facta eſt. Et prima fuit facta in Chriſtum, qui fuit plenus gratię, & veritatis, & hęc immediatè facta eſt a Deo. Secunda fuit facta in homines per Chriſtum, iuxta illud, De cuius plenitudine nos omnes accepimus. Et hęc fuit quidem facta à Deo, ſed Chriſtus fuit mediator illius. *Ioan. c. 1.*

Hinc tres oriuntur coordinationes ad finem. Prima eſt Dei ſe in Chriſtum communicantis. Secunda eſt coordinatio Chriſti in finem ſibi proprium. Tertia coordinatio omnium fidelium ad finem, qui regno gratiæ propoſitus eſt. *Ioan. c. 1. ad Philip. c. 2.*

De prima dictum eſt ſupra, quod talis eſt. Communicatio eſt ad manifeſtationem. Hęc ad notitiam. Hęc ad gloriam. *S. Th. 1. p. q. 23. art. 5. ad 3.*

Secunda coordinatio eſt in Chriſto. Diuina enim prouidentia, quę omnes res ordinat in finem, multo magis ordinabit Incarnationem, Vitam, & Paſſionē Chriſti ad illum. Idem de tertia dicendum eſt. Et ex dictis poteſt colligi ratio ad finem, & formam in regno gratię diſcernendam. *ex 1. p. q. 22.*

Cap. 5. De lege gratia à Deo in Chriſto data.

Forma; & finis diuinæ gubernationis in Regno gratię à lege, quam diuina prouidentia in mente Dei determinauit eſt accipienda. *S. Th. 1. 2. q. 90. & ſeq.*

Hæc lex duplex eſt, Vna data eſt Chriſto a Deo Patre, Alia per Chriſtum hominibus data eſt. *Ad Phili. 2.*

De prima dicitur, Factum ſub lege. Item. Sicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio. Item. Facio voluntatem eius, qui miſit me. Item Factus obediens vſque ad mortem. Vtique voluntas Dei ma- *ex ſcriptura.*

niſeſtata eſt lege.

Ex S. Th. 1.2. q. 90. et ſeq. et 1. p. q. 22. Hæc lex data Chriſto ordinabat Finem, Media, & Vſum mediorum. Quæ autem fuit iſta in ratione præciſa Logica vellet explicari, & docet ab operationibus, quæ Chriſtus fecit colligere quænam ſint. Chriſti enim operationes ad quattuor capita reduci poſſunt. Primum continet Incarnationem. Secundum vitam, ideſt omnes actiones, quas Chriſtus ab Incarnatione vſque ad paſſionem fecit. Tertium Paſſionem. Quartum fundationem Regni gratię, & promulgationem Euangelij, ſeu nouę legis cum omnibus, quæ ad illam ſpectant.

Operationes ſunt mediũ ad legem gratia diſcernendam.

Ioan. c. 1. *In Incarnatione infinita Dei communicatio.* In Incarnatione facta eſt infinita communicatio diuinæ potentiæ, ſapientiæ, bonitatis, & maieſtatis. Quia tota diuina eſſentia vnita eſt humanæ naturæ, & hoc non in perſona finita, ſed in perſona Filij Dei, quæ infinita eſt. Ideo Verbum factum eſt caro: Deus factus eſt homo: Et homo factus eſt Deus, Et Deus dedit mundo Vnigenitum filium ſuum; Et in illo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, eſt plenus gratiæ, & veritatis. Et in illo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei; Et illi data eſt omnis poteſtas in cælo, & in terra. Et in ſolo nomine eius flectitur omne genu.

A finè, à cauſa efficiente, et ab effectu. Hinc Logica docet arguere. Si communicatio fuit infinita, ergo & manifeſtatio, & notitia, & laus, & gloria debet eſſe infinita, quia paria inter ſe ſunt, ergo Finis Incarnationis erit infinita gloria potentiæ, ſapientiæ bonitatis, & maieſtatis Dei. Ergo ad hunc finem à Deo eſt ordinata.

Excipitur cognitio finis regni gratia ab operationib. Chriſti. In vita Chriſti oportet conſiderare multitudinem operationum Chriſti, & valorem ſingularum. Iſtæ operationes poſſunt reduci ad quattuor capita, quæ ſunt. Primum colligit omnes operationes intellectus, & memorię. Secundum operationes voluntatis, vt amoris, & odij. Tertium operationes corporis, & ſenſuum tum interiorum, tum exteriorum. Quartum obedientiam Chriſti, quæ aliquo modo Perſonę illius tribui poteſt. In quocumque capite conſideranda eſt multitudo operationum, quæ in vna tãtum hora fieri

Actiones Chriſti poſſunt di

poſſunt,

poſſunt. Patet autem quod homo mediocris in vna hora poteſt habere mille cogitationes, de totidem reminiſci, mille habere deſideria, dicere mille verba, mille habere motiones pedũ, vel manuum, veluti ſcriptionis,& deambulationis, aliaque innumerabilia facere; Quid autem dicemus de intellectu Chriſti, qui vnico intuitu omnia inſpiciebat, præterita, præſentia, futura, omnia hominum peccata,& merita intuebatur. Nulla creatura illi occulta erat. Continuo Criſtus operabatur. Qui ergo multitudinem operationum, quæ non in vna hora, aut hebdomada, aut anno, ſed in triginta tribus annis, effecit, dinumerabit? Dicamus ergo illas in multitudine fuiſſe innumerabiles,& aliquo modo infinitas.

ci infinite. in multitudine, et magnitudine. Declaratur multitudo.

De valore cuiuſcumque minimæ actionis Chriſti, certum eſt, quod fuerit infinitus, & infinitę virtutis, quia talis actio proueniebat à perſona infinita, ideo quelibet Chriſti actio ſua infinitate poterat ſatisfacere Deo pro peccatis totius mundi, Poterat mereri omnibus hominibus vitam æternam; Poterat gratias agere Deo de omnibus,& noua impetrare beneficia; Demum Deo poterat dare gloriam, laudem,& honorem infinitum.

Declaratur magnitudo, & valor infinitus.

Hic Logica docet, ita argumentari. Si vnica actio Chriſti eſt infiniti valoris, ergo eſt apta dare Deo gloriam infinitam, & mereri nobis præmium infinitum ergo finis operum Chriſti eſt gloria Dei infinita, quia inter finem, & rem ordinatam ad finem neceſſario debet eſſe adæquata proportio. Quod ſi Chriſtus tot multiplicauit actiones infinitas, ergo tanta multitudo actionum ad aliquem finem debet eſſe ordinata. Propheta autem docet, qua ratione Deus ſit laudandus, cum ait. Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Ideſt duplici ratione Deus debet laudari. Vno modo ſecundum magnitudinem, alio ſecundum multitudinem virtutis eius. Diuinæ enim perfectiones ſunt infinitæ in multitudine, & magnitudine. Ideo Deus ſecundum multitudinem,& magnitudinem perfectionum laudari debet. Ob hoc Chriſtus per multitudinem operationum laudat multitudinem

A qualitate actionis finalis arguitur qualitas finis, quem Chriſtus ſibi propoſuit.

Digitized by Google

titudinem diuinarum perfectionum. Et quia ſingulæ perfectiones ſunt infinitæ, Chriſtus glorificat illas per operationes, quę ſunt valoris infiniti.

Sic concluditur ab operatione finali.

Finis ergo vitæ Chriſti eſt laudare Deum ſecũdum multitudinem magnitudinis eius, ideſt dare illi gloriam dignam Deo, ſeu infinitam, tum in magnitudine, tum in multitudine, vt dictum eſt.

Explicatur neceſſitas tanti medij à cauſa finali, & efficienti.

Adhuc Logica docet admirari diuinam ſapiētiam. Cum enim Deus ſit Bonum infinitum, dignus omnino eſt gloria infinita. Cum autem omnis pura creatura ſit finita. Finitum autem non poſſit facere infinitum, & dare gloriam infinitam, ſequebatur quod ſolus Deus poſſet dare ſibi gloriam infinitam, & dignam ſe. In Incarnatione autem, quia perſona diuina data eſt naturæ humanæ, quæ eſt finita, efficitur, quod dicta humana natura reſpectu perſonæ actibus ſuis poſſit dare Deo gloriam infinitam, & ob hunc finem fuit facta Incarnatio, & regnum gratiæ inſtitutum eſt.

Probatur paſſionem eſſe optimum mediũ ad finem Chriſti obtinendũ & eſſe à Deo Patre ordinatum.

Circa paſſionem Chriſti dici debet. Patrem æternum dediſſe Chriſto legem, & præceptum de paſſione ſuſtinenda, Dicitur enim Factus obediens vſque ad mortem: Hęc paſſio omnino ad aliquem finem ordinata eſt. Hic autem finis non poteſt eſſe alius, quam altiſſima gloria Dei, & vita æterna hominum. Quod ex Logica ita eſſe probatur. Sacrificiũ enim eſt actus, quo Deo altiſſimus honor exhibetur. Quia res conſumantur, vt ſic oſtendatur, creaturam tantum debere creatori, vt iuſtum ſit, illam conſumari adhoc, vt honor Deo exhibeatur. Quod ſi ſacrificium agnorum, & ſimilium Deo tantum tribuit honoris quid erit ſi Chriſtus filius Dei in ſacrificium offerat ſeipsũ illi; Nonne hoc erit medium ad altiſſimam gloriam Deo dandam. Summa enim humiliatio dat ſummum honorem. Et quo dignior eſt perſona, quæ ſe humiliat, eo altior eſt honor, qui datur. Quæ autem humiliatio eſt maior illa, quæ eſt vſque ad mortem, & facta ab illo, cuius perſona non hominis, ſed Dei eſt?

S. Paulus ad Hebr.

Finis ergo Incarnationis, Vitæ, & Paſſionis Chriſti eſt ille, qui dictus eſt.

Cap.

Cap.6. De lege gratiæ à Chriſto hominibus data.

CHriſtus immediatè legem gratiæ hominibus de-dit: In illaque & finem, & media, & bonum vſum mediorum determinauit: Et in hac lege forma regni gratiæ poſita eſt: Qualia autem contineat, ex dictis colligi poteſt. *S. Th. 1. 2. q. 90. et ſeque.*

Finis ergo huius legis, ſeu, ab hac lege ſtatutus eſt gloria Dei digna Deo, & ideo infinita in quantitate, & multitudine, vt dictum eſt. Item finis ab illa ſtatutus eſt gloria Chriſti, vt docet Concilium Tridentinum. Item finis eſt hominum vita æterna. *Seſſ.6.c.7.*

Media, ad hunc finem obtinendum, data ſunt à Chriſto, qui ſolus mediator Dei & hominum eſt. Primum autem medium, quod Chriſtus dedit hominibus ad dictum finem obtinendum, eſt Incarnatio, Vita, & Paſſio ipſius. Hæc hominibus applicata homines reddunt aptos ad dictum finem obtinendum. Secundum Medium ſunt Sacramenta; Per quæ omnis noſtra iuſtitia incipit; Cœpta augetur; & amiſſa reparatur, quia per illa meritum paſſionis Chriſti nobis communicatur. Item per hæc Sacramenta populus fidelis ſanctificatur, illique datur Sacrificium. Sacerdotium, magiſtratus. Et Chriſtus per illa manet nobiſcum, & vnitur nobiſcum in Euchariſtia. Per illa datur nobis gratia, per quam poſſumus mereri vitam æternam, & Deo dare gloriam, quæ illo digna ſit. Tertium Medium eſt gratia, quę obtinetur per Sacramenta; ab hac homo obtinet principium applicatiuũ & productiuum operum, quæ apta ſint obtinere finẽ legis; id eſt dare gloriam Deo, & mereri vitam æternam. Per hanc Deus infundit in hominem virtutes Theologicas, Fidem, Spem, Caritatem, quæ eleuant hominem ad cultum dignum Deo, & ad benefaciendum proximis. Quartum Medium ſunt opera. quæ à Decalogo præcipiuntur. Decalogus enim pręcipit, quid ab homine ſit agendum, vt Deo gloriam det, & ſibi, ac proximus vitam beatam in hoc, & in futuro ſeculo obtineat. Quintum Medium eſt Doctrina *Seſſ.6. per totum. Seſſ.6.c.7. Seſſ 6.c.3. ſeſſ.7.proœmio, et per totum. Item ſeſſ. 13. eſt in toto Concilio. Seſſ.6.c.6 et.7. Conc. ibi. Seſſ. 6. c. 11.et. can. 20. Seſſ.4.c.1*

trina reuelata, quę fuſe in ſacra Scriptura; compendioſe in Symbolo continetur. Hęc enim Doctrina docet omnia, quę pertinent ad ſalutem, ideſt ad finem, ad media, & ad bonum vſum mediorum Sextum medium eſt oratio, per quam à Deo, ad omnia dicta rectè facienda homo auxilium petit.

In orat. Dom. Cate. ibi.

Hęc ſunt, quę à lege Euangelica proponuntur.

in Catec. per totum Dici etiam poteſt, quod lex Euangelica continet illa quattuor, quę dicta ſunt; nempè ſymbolum, Sacramenta, Decalogum, & Orationem Dominicalem.

Dici etiam poteſt ex Concilio Tridentino, quod lex noua talis data eſt.

Seſſ. 6. c. 7

Primo Populo fidei determinat finē gloriam Dei, & Chriſti, ac vitam ęternam; & non ſolum beatam in alia vita, ſed etiam in hoc ſeculo. Lex enim Euangelij habet pro fine facere homines beatos in hác, & in alia vita, & ſicut omne regnum habet pro fine bonum commune, ita Regnum Chriſti habet pro fine facere, etiam in hac vita, tum vniuerſum populum fidelem, tum ſingulos fideles beatos. Probatur ab effectu. Beatitudo eſt poſſeſſio omnium bonorum, & carentia omnium malorum. Sed tota lex Euangelij hoc ſingulis hominibus procurat. Probatur. Decalogus deſtinat hominem ad cultum Dei, quod eſt maximum bonum. Pręcipit filijs, vt obediant parentibus, & iſtis vt gerant curam filiorum. Quod vtiliſſimum eſt. Demum remouet ab omnibus hominibus omnia mala, & omnes offenſas, & præcipit omnia opera miſericordię corporalia, e ſpiritualia, ergo Decalogus habet pro fine facere in hac vita hominēs felices. Idem facit Oratio Dominicalis, docet enim nos petere cōceſſionem omnium bonorum, & remotionem omnium malorum. Idem faciunt Sacramenta, quorum effectus eſt, remouere peccata, & hominibus gratiam cum omnibus bonis conferre. Ideo finis Euangelicę legis erit iam dictus.

S. Th. 1. 2. q. 90. art. 2. & 3. Ariſt. in Politicis. Probatio ab effectu

Secundo Hęc lex Euangelij præſcribit in Decalogo & in Conſilijs Euangelicis, & in Preceptis Eccleſię aliqua opera, quibus Deo, & Chriſto detur gloria. Veluti Sacrificium Miſſæ, diuina Officia, aliaque multa,

Seſſ. 6. c. 11. & can. 20

multa, quæ in Miſſali, & Breuiario, & Rituali continentur. Item Clerus ſecularis, & regularis, aliaque huiuſmodi. Alia opera determinat ad replendos homines bonis, & ad tollendas miſerias ab illis. Et dicta lex determinat, quod per dicta opera ex vna parte, per obdientiam Deo detur gloria; Ex alia, per beneficientiam, ſibi, & proximus vita beata; etiam in hoc ſeculo, procuretur, atque obtineatur. Per hæc enim opera Lex Chriſti vult homines dare gloriam Deo, & ſibi ipſis mereri vitam æternam. *Seſſ. 6. c. 16. & can. 32.*

Tertio Hæc lex ſtatuit dicta opera nullo modo dare dignam gloriam Deo, & mereri vitam æternam, niſi in gratia Dei facta ſint, & niſi cum Fide, Spe, & Caritate, quibus Deus colitur, fiant: Ideo de neceſſitate ſalutis eſt, vt non ſolum fiant dicta opera, ſed etiam vt in gratia facta ſunt. *Seſs. 6. c. 16. et c. 7. et 11.*

Quarto Hæc Lex ſtatuit gratiam obtineri per ſolã iuſtificationem. *Seſſ. 6. c. 7*

Quinto Statuit iuſtificationem obtineri per ſolam applicationem meritorum Chriſti. *Seſſ 6. c. 3.*

Sexto Statuit hanc applicationem, fieri per Sacramenta. *ſeſs. 7. proem.*

Septimo Sacramenta, ex dicta lege, nihil proſunt, ſaltem in adultis, ſine bono vſu illorum. *Seſs. 6. c. 6.*

Octauo Hic bonus vſus, ex lege Dei fit per præparationem, quę requirit actus Fidei, Spei, & Caritatis non naturales, ſed aliquo modo ſupernaturales.

Nono Oratio eſt optimum medium, vt à Deo obtineatur præparatio, quæ dicta eſt. *Seſs. 6. c. 6.*

Decimo homo poſt habitã prępatatione, ſi ſuſcepit rectè ſacramenta, & obtinuit iuſtificationem, & gratiam; à lege Chriſti eſt obligatus ad obſeruantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ: Et ſi hoc facit, meretur in hoc ſeculo augmentum gratiæ, & in alio vitam æternam. Ex Concilio lex Euangelij ita ſtatuit. Et per illam vniuerſus populus fidelis, & ſinguli homines in regno Chriſti cõſtituti ad finem huius regni obtinendum directi ſunt; ſalua tamen ipſorum libertate. Nunc aliqua circa hanc coordinationem ſunt explicanda. *et can. 3. ſeſs. 6. c. 6. Conc. ſeſs. 6. per totum. Seſs. 6. c. 11. et. can. 20.*

S Cap.

Cap. 7. De merito hominum.

ET, primo de merito, non dico Chriſti, ſed hominum eſt conſiderandum.

Ses. 6. can. 32. & c. 16. ex. Conc. ibid.

Meritum ſignificat, quaſi mere tuum; Et ita dicitur quia ſicut fructus arboris dicuntur eſſe arboris, licet à ſole producti ſint: Ita meritum à Dei dono potiſſimum dependet; ſed tamen Dei benignitas vult dare illi præmium, ac ſi mere noſtrum eſſet.

Definitio eſt talis: Meritum eſt actio, vel paſſio infiniti valoris apud Deum; Vel ſic: Eſt actio, vel paſſio in infinitum grata Deo: Vel ſic eſt actio, vel paſſio cui Deus promiſit præmium infinitum: Non dicitur, quod ſit actio infinita; hoc enim non eſt; ſed valoris infiniti, & gratia in infinitum: Probatur: Quod à Deo poteſt ex iuſtitia commutatiua obtinere præmium infinitum, eſt valoris infiniti; quia inter meritum, & præmium debet eſſe proportio. Vita autem æterna eſt præmium infinitum, ergo.

Seſſ. 6. c. 7. 11. 16. can. 20. & 32.

Cauſæ meriti ſunt: Materia, actio, vel paſſio quantumuis minima in entitate, quæ virtuoſa ſit: Forma tres dicit conditiones; Prima, quod illa actio, vel paſſio ſit conformis legi Dei, & rectæ rationi: Per legem autem Dei intelligo præcepta, & conſilia Dei, & Eccleſiæ: Secunda, quod ſit facta in gratia Dei: Tertia, quod ſit voluntaria, & recta intentione elicita. Efficiens ſunt tum Deus, tum homo gratus illi. Finis, ſeu effectus eſt multiplex.

Cap. 4. p. c. 4. vsu orat. Dom. Catec. de pænit. nu. 72. & c. Seſ. 6. c. 7. Seſs. 6. c. 16. Seſs. 6. c. 6.

Primus gratias agere Deo pro omnibus beneficijs collatis ſibi, ac toti mundo.

Secundus impetrare quantum expedit, omnia beneficia ſibi, & mundo opportuna.

Tertius ſatisfacere Deo pro peccatis ſuis, & proximorum.

Quartus dare infinitam gloriam Deo, & Chriſto pro ſe, ac mundo.

Quintus mereri vitam æternam in alio ſeculo, & augmentum gratiæ in præſenti.

Ad hos omnes fines deſeruire meritum patet ex

Oratione Dominicali, in qua petimus nobis ac mundo omnia, quę dicta ſunt. Idem docet Cathechiſmus Romanus, & ſacrum Concilium Tridentinum, & alij Doctores. *& ſeq. Catech. in Orat. Domin.*

Conditiones actus meritorij ſunt tres. Prima, quod ſit conformis legi Dei; Secunda, quod ſi factus in gratia, Tertia, quod ſit voluntarius, & recta intentione factus. *Seſſ. 6. c. 7. & 16.*

Cauſæ, cur tam minima actio ſit tanti valoris, multę ſunt.

Prima eſt voluntas Dei, quæ actionibus, vt vult, pretium determinat. Deus enim in lege ſua tale premium promiſit, & ex tali promiſſione oritur iuſtitia valoris, & tanti. *Seſſ. 6. c. 16.*

Secunda eſt gratia quæ cum ſit communicatio diuinę naturæ, quandam, vt ſic dicam infinitatem, non in entitate, ſed in valore, habet, quia Deus tanti æſtimat illam. *Seſſ 6. c. 7. & 16.*

Tertia eſt meritum Chriſti infinitum, quod omni exiſtenti in gratia comunicatur. *ibid.*

Quarta eſt perſona Chriſti infinita, quæ omnes ſibi in caritate vnitos, tamquam caput membra, dirigit, & influit in illa ad meritum infinitum. *ibid.*

Quinta eſt voluntas noſtra, quæ poteſt, non dico facere, ſed, ex Ariſtotele velle impoſſibilia. Ideo poteſt velle dare gloriam infinitam Deo, & dirigere actus ſuos ad quinque fines qui dicti ſunt. Item poteſt deſiderare, quod tanta gloria Deo detur in terra; quanta in cęlo datur; vt patet in Pater noſter. *Ariſt. 3. Eth. c. 2. ex orat. Dom. pet. 3.*

Multitudo meritorum infinita in regno Chriſti intenta eſt iuxta illud Chriſti, voluntas Patris mei eſt, vt fructum plurimum afferatis. Et S. Paulus vt abundetis in omne opus bonum. Et Chriſtus facto ita docuit, Illo dicto probauit: Theſaurizate vobis theſauros in cælo. Ideo in Regno Chriſti omnes fideles ordinati ſunt ad laudandum Deum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Ideſt innumerabilem colligere multitudinem meritorum. *ex ſcriptura.*

S. Petrus docet, ſingulos fideles factos eſſe à Chriſto Sacerdotes, non tamen publicos, ad hoc, vt in no- *1. Pet. c. 2. verſ. 5.*

Catec. de ſacr. Ord. nu. 23. mine ipſius in altari cordis ſui continuo per opera meritoria offerant Deo ſacrificium laudis, ad hoc, vt opera noſtra in nomine Chriſti facta, & Patri obligata altiorem illi dent gloriam, & ita ait Catechiſmus Romanus.

Cate. ibi. nu. 14. Conc. ſeſſ. 22. Aliud Sacerdotium publicum, & externum inſtituit Chriſtus, per quód in perſona Chriſti, & nomine totius Eccleſiæ Deo offerretur, non priuatim, ſed publicè Sacrificium incruentum; in quo res oblata eſt ipſemet Chriſtus, ideo eſt infinitę dignitatis ex parte materiæ oblatæ, quæ eſt Chriſtus, ex parte formæ: quia res oblata ſanctificatur, offertur, conſumatur cum memoria paſſionis. Ex parte efficientis, quod eſt Chriſtus, in cuius perſona Sacerdos offert; Ex parte finis, quia ordinatur ad omnes fines, qui dicti ſunt. Vt autem per hoc ſacrificium honoretur Deus ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Spiritus ſanctus docet Eccleſiam, vt plurimi Sacerdotes in quacumque Ciuitate, & Diœceſi ordinetur, qui quotidie coram populo, & cum illo, & pro illo hoc publicum offerant ſacrificium. Vt verificetur dictum Chriſti: Si granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affert.

Ab vſu Eccleſiæ. Adhuc pro colligenda quotidie maxima multitudine meritorum, Spiritus ſanctus in Eccleſia introduxit: Vt Clerus ſecularis ad Dei cultum, & ad opera virtutis deſtinaretur. Vnde Collegiatæ multæ ſunt, & in qualibet Diœceſi numeroſus Clerus. Item tot variorum ordinum religiones à mundo ſegregatæ, & Deo per vota conſecratæ, ſtudent multa opera bona theſaurizare. Ad hoc Miſſale, & Breuiariũ deſeruit.

Ex Seſſ. 6. c. 7 11. & 16. Hinc apparet, quod finis Regni Chriſti eſt, colligere innumerabilem multitudinem meritorum, & actuum, qui tum publici, tum priuati ſint, qui ab hominibus ab Adam vſque ad finem mundi fient, illáque multitudinem cum alia multitudine innumerabili à Chriſto facta vnire. Et tantam multitudinem,

S. Th. 1. 2. q. 90. ar. 1. 2. &c. Ariſt. lib. 1 Polit. ad Deum ſecundum multitudinem magnitudinis eius glorificandam ordinare, Probatur. De eſſentia cuiuſcumque regni eſt. Primo maximam hominum multitudinem

Digitized by Google

titudinem colligere. Secundo, Vnire. Tertio, Ordinare. Quarto ad aliquem finem veluti ad bonum publicũ per gubernationem destinare. Ergo quam maximè iſta in regno Chriſti ſunt affirmanda. Sed finis Regni Chriſti eſt gloria Dei modo iam dicto. Et illud, per quod immediatè datur hæc gloria Deo ſunt opera meritoria primo Chriſti, poſtea aliorum hominum, ergo finis Regni Chriſti eſt colligere, vnire, ordinare, gubernare omnes fideles ad dictam multitudinem meritorum ad gloriam Dei colligendam.

Hinc apparet, quam indigne hæretici de hoc regno loquantur, negantes neceſſitatem operum, prædicantes conſcientiæ libertatem. Hoc enim eſt tollere diuinam gubernationem Vnitatem, ordinem, & alia, quę Regno Chriſti conueniunt. Item auferunt ab illo Sacrificium, Sacerdotium, magiſtratus, diuina officia, Eccleſias, Sacramenta, Ordines religioſorum, & alia, Reducuntque Regnum Chriſti, vt ſit ſimplex Schola, in qua explicetur à quocumque verbum Dei. Hæc enim a Regno Chriſti valdè aliena ſunt.

Cap. 8. De gratia Dei.

PRimum medium, per quod fideles immediatè obtinent finem regni Chriſti, ex Conc. Trident. eſt meritum, de quo dictum eſt. Secundum Medium ordinatum ad primum eſt gratia Dei, quæ eſt vnicum medium, per quod fideles mereri poſſunt. Hæc gratia multiplex eſt. Alia eſt gratis data, alia gratum faciens. Alia præueniens, alia cooperans, alia ſubſequens. Nũc principaliter eſt ſermo de gratia gratum faciente, quia hæc ſola meriti potiſſima cauſa eſt, & ſine illa impoſſibile eſt meritum obtinere. *Seſs. 6. can. 32. c. 16. Seſs. 6. c. 7 11. 16. ibid. c. 5. 6. 7.*

Hæc gratia à S. Petro ſic definitur. Eſt communicatio diuinę naturę. Sicut enim ignis ferro ignitio ſuã communicat igneitatem, ita vt illud eleuet ad actiones ignis eliciendas; veluti illuminat, calefacit, comburit; ita Deus per gratiam taliter ſe cõmunicat nobis vt per talem cõmunicationem eleuemur ad operationes pene diuinas eliciendas fidei, ſpei, & caritatis. *2. Pet. c. 1. verſ. 4.*

Catec. de Bapt. nu. 50.51. Hanc gratiam, ait Catechiſmus conſequuntur omnes virtutes.

Seſs.6.c.7. et 16. Hæc ſanat vulnera peccati. Hæc ordinat hominem interius, & exterius. Hæc eleuat hominem, ad altiorem finem, & ad ſupernaturales operationes. Datque animæ, homini, corpori, intellectui, voluntati, ac ſenſui, omnia, quæ neceſſaria ſunt ad productionem actuum ſupernaturalium, qui fini Regni Chriſti conueniunt. Ideo regnum gratię appellatur.

Ioan. c.1. Materia, ſeu ſubiectum principale, in quo gratia recepta eſt, fuit Chriſtus, de quo dicitur, Plenum gratię, & veritatis. Subiectum etiam fuerunt omnes homines, qui illam obtinuerunt ab Adam vſque ad finem *ibid.* mundi, iuxta illud, de cuius plenitudine nos omnes accipimus. Deminum tota Eccleſia, & totus populus electorum, etiam ſi in aliquibus non ſit gratia, tamen eſt ſubiectum gratiæ quia; ſicut ſi homo haberet vnam manum aridam, vel mortuam, alia vero membra ha-
Cate.ar.9 beret viua, diceretur propriè, & per ſe homo viuus, ita Eccleſia, quæ eſt veluti vnum corpus ex multis membris compoſitum, dicetur viua, & habere gratiam quę eſt principium vitæ ſpiritualis etiam ſi aliqua membra illius tali gratia priuata ſint.

2.Pet.c.1. verſ.4. Forma gratiæ eſt, vt ſit communicatio diuinę naturę.

Seſs.6.c.7. et 16. Catec. de Bapt. nu. 50.51. Finis, & effectus gratiæ eſt multiplex, ſicut antea dictum eſt. Hæc cauſa meriti eſt. Hæc ſanctificat populum fidelem. Vnit per caritatem omnes fideles. Facit vt homines ſint in Deo, & Deus in illis. Caritas enim idem eſt cum gratia. Charitas autem eſt vinculū perfectionis. Ideo fideles vnit.

Seſs.6.c.7. ibid. Cauſa efficiens gratię eſt ſolus Deus, quia ſolus poteſt communicare diuinam naturam. Cauſa meritoria illius, ait Concilium, eſt Paſſio Chriſti, Cauſa inſtrumentalis, ſunt Sacramenta & miniſtri, qui illa
ibid. conferunt. Actio, per quam gratia efficitur, eſt iuſti-
ibid. ficatio. Cauſa enim formalis iuſtificationis gratia eſt, quę etiam iuſtitia appellatur, vnde dicitur iuſtificatio.

1. Cor. c. 12. Pręter gratiam gratum facientem in Eccleſia Dei dantur etiam gratię gratis datę, veluti gratia lingua-

rum

Digitized by Google

rum, interpretatio ſermonum,& aliæ, quarum finis eſt adiuuare populum fidelem, vt bene tendat in finẽ ſuum.

Cap. 9. De Sacramentis.

SAcramenta ſunt ex ordinatione Dei medium ad gratiam,& iuſtitiam obtinendam. Ideo Conciliũ Trid. de illis ait. Per quæ omnis noſtra iuſtitia incipit, cępta augetur,& amiſſa reparatur. Hæc enim Sacramenta ſemper,& omnibus, quantum eſt ex parte Dei gratiam conferunt. Ponentibus autem obicem non conferunt. Per illa applicatur meritum paſſionis Chriſti ad gratiam obtinendam, qua obtenta omnes effectus, quos illa producit, conſequuntur. Et de his dictũ eſt ſupra. Et in doctrina Concilij, & Catechiſmi de ſingulis Logica tractatio habita eſt. Ideo de illis modo hæc dixiſſe ſufficiat. *Seſs. 7. proœmio, et can 6. et 7.*

Cap. 10. De doctrina Chriſti, & de ſacra Scriptura.

QVia homo abſque cognitione non operatur, ad meritum neceſſe fuit, vt in regno gratiæ daretur doctrina reuelata de fine, medio, & vſu mediorum. Hanc doctrinam Chriſtus tradidit proprio ore. Et per Apoſtolos voluit toti mundo publicari. Hæc doctrina in verbo Dei contenta eſt. Hoc verbũ aliud eſt non ſcriptum, ſed ſola voce prolatum, & hoc ſeruit ad docendos præſentes. Aliud eſt ſcriptum, quod deſeruit ad docendos abſentes. Verbum ſcriptum continetur in Sacra Scriptura, ſeu in Textu Biblico quæ à Spirituſancto dictata eſt, & Eccleſiæ tradita: Huius interpretatio ab eadem Eccleſia, docente Spirituſancto, fit. Et ideo Chriſtus Eccleſiæ dat doctores & interpretes ſcripturæ. Item concionatores, & paſtores, qui in omni tempore doctrinam Euangelicam doceant,& explicent. Cum enim in populo Chriſti multi ſint infantes, alij rudes, & imperiti: Alij nimis occupati, neceſſe fuit, vt ſemper doctrina *Seſs. 4. c. 1.* *Seſs. 4. c. 2*

Euangelij illis explicaretur. Ideo Deus per ſcripturã & Doctores, & alios hoc ordinauit.

Cat. 1. p. c. 1. Notanda eſt maxima Dei prouidentia, quæ, vt nihil deeſſet in regno gratiæ, ordinauit duplicem in Eccleſia dari doctrinam, nempè vnam breuem in Symbolo, aliam diffuſam in ſcriptura, adhoc vt tum doctis tum indoctis ſatis factum ſit.

Conc. et Cate. ibid. Conc. ſeſſ. 22. et 23. Catec. de Sacr. Ordinis, et Eucharistia. Vt fideles hanc doctrinam percipiant, datur lumen fidei, & ipſa fides, Et Spiritusſanctus aſſiſtit Eccleſiæ, & dat illi priuilegium non errandi, ad hoc vt ſit columna, & firmamentum veritatis, cui fideles cum certitudine fidei credant. Ecce quam in Regno Chriſti omnia conſona ſint.

Cap. 11. De Sacrificio Miſſæ, & Sacerdotio, & diuinis officijs.

Ex Ariſt. 7 Ethic. c. 8. et 9. OMnino in regno Chriſti Sacrificium erat inſtituendum. Tum quia ita in omni regno, ſiue naturæ, ſiue legis ſcriptæ, tale ſacrificium eſt ordinatum. Tum quia regno Chriſti maximè conuenit, quia in ipſo ſupra omnia alia aliſſima gloria Deo datur. Et Deus in lege veteri illlud ordinauit. Hoc autem ſacrificium eſt a Chriſto inſtitutum, & Deo in cruce oblatum. Et quotidie ex præcepto ipſius in Eccleſia frequentatum. Ex quo in Regno Chriſti maxima excellentia, & perfectio poſita eſt. Et eſt aperta dementia opinari, quod Regnum Chriſti abſque ſacrificio ſit inſtitutum. Et quod Chriſtus ſolus voluerit illud Patri offerre, cum multo maior illi detur gloria, ſi in nomine Chiſti quotidie à Sacerdotibus offeratur.

ibid. Conc. Catech. Ariſt. Non erat etiam conueniensquod à quocumque indiſtinctè offerri poſſet, ſed ſicut in lege naturæ, & in lege ſcripta perſonę digniores eligebantur, quę tantum ſacrificium Deo offerrẽt, ita, & multo magis, hoc in teſtamento nouo fieri, in quo ſacrificium multo dignius oblatum eſt, conueniens erat.

Conc. et Cat. ibid. Rectè etiam admodum fit, ſi cum ritibus, & cæremonijs, cum locis, & vaſis, & veſtibus dignioribus cele-

celebretur. Item ſi diſtincta detur inſtructio, vt fit in Miſſali, de quotidiana illius oblatione, & modo. Adhoc vt in tota Eccleſia vniformiter, & ritu decenti celebretur. *argu. ex Ariſt. ibid. c. 8. 9. 10.*

Idem de Breuiario, & diuino officio, & Rituali dicendum eſt. Omnia enim, quæ in hoc regno fiunt, ordinata eſſe debent. Et Deus in lege ſcripta ita fecit. *Ex vſu Eccleſiæ.*

Cap. 12. De ſumma S. Euangelij, et de illius obſeruantia.

Omnino in hoc regno neceſſe fuit, ad bonam illius gubernationem, vt breuis Summa S. Euangeli populo fideli traderetur; per quam obſeruantia S. Euangeli, quæ omnibus ad ſalutem neceſſaria eſt, fidelibus facilis, & poſſibilis redderetur. Et Chriſtus illam fecit, & præcepit, vt Apoſtoli illam omnes docerent, vt patet ex illis verbis, Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis. Hæc igitur, vt ſupra dictum fuit, publica authoritate eccleſię, & facta, & explicata eſt, & ab hominibus catholicis eſt recepta. *Matth. c. vlt. verſ. 20. Conc. ſeſſ. 24. c. 7. Ref. et ſeſſ. 25. in fine Catech. per totum.*

Huius obſeruantia neceſſaria eſt, quia pertinet ad formam gubernationis regni chriſti, & per illa tota Eccleſia gubernata eſt. *Matth. c. vlt.*

Cap. 13. De reali præſentia Chriſti in Sacramento, et de Communione.

Dvo nunc dicta maximè conueniunt regno Chriſti. Et qui negant illa maximè detrahunt huic regno. Realis enim præſentia Chriſti in Sacramento infinitam Eccleſiæ, & huic regno affert dignitatem, & nobilitatem. Ita illa ciuitas, in qua rex præſentialiter immoratur, multo dignior, & nobilior alijs eſt. Ita de Roma dici conſueuit. Ob hoc Chriſtus dixit, Et ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Pręter] aliæ multa ſcripturæ loca, in quibus chriſtus hanc ſuam præſentiam declarauit. Eſt autem conueniens, quod præſentia dicta oculis corporis fit *Seſſ. 13. et Catech. de Euc. nu. 32 Ex Pater noſter petit. 2. et 4.*

 inuiſi-

inuiſibilis, quia hoc eſt regnum fidei,& gratiæ, & videre gloriam Dei,& Chriſti reuelata facie ad regnum gloriæ reſeruatur. Conuenit enim, vt Eccleſia militans ſupra Synagogam conſtituatur, & infra Eccleſiam Triũphantem, vt ait Catechiſmus vno gradu collocata ſit. Quod efficitur per hanc realem, ſed velatam præſentiam qua modo Chriſtus non in figura, vt in Synagoga, ſed realiter eſt in Eccleſia. Hæc tamẽ realis præſentia non clara, vt in cælo, ſed velata nobis datur.

ibid.

Seſs. 13. per totum et Catech. de Euch. nu. 46. et ſeq.

Sacramentalis etiam communio maximè huic Regno,& illius fini conuenit. Per illam enim fideles habilitantur ad infinitam gloriam Deo dandam. Vniti enim Chriſto omnia poſſe quis dubitare poteſt? Ob hoc Chriſtus dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet,& ego in eo. Et alibi, qui manet in me,& ego in eo, hic fert fructum multum. Et alibi, Gloria Patris mei eſt, vt fructum plurimum afferatis. Nunc Logicus a fine conſequentiam ducat, quam ſit conueniens in regno Chriſti, vnio, quæ dicta eſt

Cap. 14. De magiſtratibus, & de gubernatione Regni Chriſti.

Ariſt. in li. Polit. et de hoc ſupra. Item infra dictum eſt.

S. Th. 1. p. q. 103. ar. 6 Ariſt. Polis. lib. 6. cap. 8.

DEus inuiſibiliter gubernat omnes humanas ſocietates, familias, Pagos, Ciuitates, Regna, Reſpublicas. Idem inuiſibiliter gubernat Regnum naturæ, legis ſcriptæ,& Regnum iuſtitiæ. Et tamen non iudicat non conuenire ſuæ maieſtati, ſi per viſibiles magiſtratus illa mediatè gubernet. Senſus enim aperte docet, hoc fieri à Deo, quia conuenit, vt gubernatio ijs, qui gubernantur, accommodetur. Et homini viſibili viſibilis gubernatio tradita ſit. Conuenit ergo Regno Chriſti, vt habeat tum inuiſibiles, tum viſibiles gubernatores. Inuiſibiles ſunt Deus Pater, Chriſtus,& Spiritusſanctus. Et de his dubium eſſe non poteſt, quia totus mundus ab illis eſt gubernatus.

Ibi. Polit.

Viſibiles ſunt inſtituti à Chriſto, & ſunt neceſſarij

rij ad bonam huius regni gubernationem, vt ſuo loco probatum eſt: Quia Sacramenta debent habere ſuos miniſtros; Sacrificium ſuos Sacerdotes; Lex ſuos Doctores, & explicatores; Idem de doctrina reuelata, & de Scriptura. Singulę Ciuitates debent habere ſuos Epiſcopos, & Parochos. Et tota Eccleſia debet habere ſuum viſibile caput Romanum Pontificem. Hoc in omni regno fit. Et eſt de eſſentia regni. Et qui auferet à Regno Magiſtratus, tollit gubernationē; tollit vnitatem, aufert ordinem, Omnia ſubijcit confuſioni. Cùm ergo multę ex omni parte rationes habeantur, per quas probatur in regno Chriſti requiri viſibiles magiſtratus. Nulla vero appareat ratio, cur ab illo ſint remouendi, omnino in hoc regno ſunt affirmandi.

Lex lege naturali. Ex lege ſcripta. ex vſu hominum. Ariſt. 7. Polit. c. 8. et alibi in toto opere.

Per hos magiſtratus regnum Chriſti viſibiliter gubernatur.

S. Th. 1. 2. q. 91. art. 2. & q. 95.

Ab illis præcepta, quę rectę gubernationi, et pro obſeruantia diuinę legis opportuna ſunt, fieri poſſunt. Et illorum præcepta obligant ad obſeruantiam.

ibi. S. Th.

Fideles dictis Magiſtratibus obedire tenentur. Quia fruſtra eſſent magiſtratus, ſi ſubditi illis obedire non tenerentur. Ideo Ariſtoteles: ait omnem humanam ſocietatem diuidi in partem imperantem, & partem parentem.

Conueuit etiam huic regno, vt aliquæ perſonæ mundum relinquentes, & conſilia Euangelica profitentes, vel diuino cultui ſe mancipantes, ſtudeant vacare diuinis, vt Clerus, ſecularis, & regularis facere ſolet.

ex Euangelio.

Cap. 15. De priuilegio non errandi conceſſo Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Pontifice.

CVM doctrina, & fides in hoc regno debeat maximam habere certitudinem, maximè conueniens fuit, quod priuilegium non errandi in rebus fidei, & morum determinandis; Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Pontifici traderetur. Item, quod Spiritus ſanctus illis aſſiſteret, vt veram Scripturæ intelligentiam,

De hoc ſupra, et infra dictū eſt.

gentiam,& interpretationem ſine errore obtinerent. Si enim omnes fideles tenentur amplecti doctrinam, & fidem,& Euangelium quod illis proponit Catholica Eccleſia, vtique, ſi illa poteſt errare, fidei certitudinem non habebunt, vt ſupra probatum eſt.

Cap. 16. *De proprietatibus, & priuilegijs Regni Christi.*

EXplicatis iis, quæ ad materiam, formam, efficiens, & finem huius regni pertinent, nunc proprietates,& priuilegia illius ſunt declaranda.

Cate. Art. 9 Prima ergo proprietas eſt, quod ſit vnum regnum, Ratio eſt, quia vnam habet materiam Eccleſiam; Vnam formam Euangelium. Vnum efficiens, & finem Deum.

ibid. 2. Quod ſit ſanctum, quattuor cauſæ illius ſanctæ ſunt.

petit. 2. 3. Quod ſit perfectiſſimum, quia cauſæ illius perfe-
Cate. art. 9 ctiſſimæ exiſtunt.

4. Quod ſit Catholicum,& vniuerſale, quia in totũ mundum ſe extendit.

5. Quod ſit ſtabile, quia ſupra firmam petram Chri-
Luca. c. 1. ſtum fundatum eſt.
verſ. 32. 6 Quod ſit æternum, quia Chriſtus regnat in æter-
ibid. num.

7 Quod ſit ordinatum, quia omnia in illo rectè di-
Rom. c. 13. ſpoſita ſunt.
verſ. 1. 8. Viſibile,& ſenſui notum, quia in illo Eccleſia, &
Ex Catec. populus fidelis eſt viſibilis. Et Sacramenta, Sacrifi-
art. 9. et cium, Sacerdotium,& magiſtratus viſibilia ſunt; Velu-
ſenſu. ti Eccleſia Catholica Romana,& illius gubernatio viſibilis eſt.

Scriptura. Priuilegia ſunt, primum, Chriſtum cum ſua reali præſentia ſemper vſque ad finem ſeculi eſſe in ipſo.

ibid. Secundum eſt. Certa,& continua aſſiſtentia Spiritus ſancti manentis in illo in æternum, & docentis, omnem veritatem,& pro tempore ſuggerentis, quæ in illo facienda ſunt.

Seſs. 4. Tertium eſt ſacra Scriptura,& verbum Dei, & vera,

ra,ac certa interpretatio illius.

Quartum Priuilegium iam dictum non errandi. *ibid.*

Quintum Gratiæ gratis datæ gratia miraculorum, linguarum, Prophetiæ, & ſimilium. *Seſſ.6.c.7.*

Sextum Diuinum Sacrificium, & Sacerdotium. *Seſſ.21. & 22.*

Septimum Euangelium & Sacramenta. *Seſſ.4. & Seſſ.7.*

Octauum Angelorum cuſtodia, & poteſtas ſuper dæmones, aliaque multa. *ex Euangelio.*

Hæc, & alia ſunt priuilegia, & proprietates, quæ regno gratiæ conueniunt. Ideo cum de illo nomen, & definitio, & quattuor cauſæ, & priuilegia, & proprietates ſint explicatæ, videtur quod Logica tractatio completa ſit.

Cap. 17. Logicus diſcurſus ad probandam falſitatem doctrinæ hæreticorum huius temporis de regno gratiæ.

HIC locus mihi videtur aptiſſimus, ad oſtendendum, quod hæretici loquentes de regno gratiæ ineptiſſime loquuntur, ſomnia, & deliramenta proferentes; Quod conſideranti rem Logicè, manifeſte patebit; Et ego nunc, breuiter tamen, ita eſſe, explicare tentabo.

Supponamus ergo, quod Regnum Chriſti, dictum regnum gratiæ ſit principale ſubiectum, de quo ſacra Scriptura; & Euangelium, & Chriſtus, & Apoſtoli, & Prophetæ locuti ſunt; Item ſit principale ſubiectum, de quo tum Catholici, tum hæretici tractent.

Supponamus etiam, quod Logica de illo tractatio debet quattuor illius cauſas non quomodocumque, ſed in ratione præciſa explicare. Item priuilegia, & proprietates. Item genera, et differentias illius declarare; Hoc tum hæretici, tum Catholici facere debent.

Nunc videamus, quid Catholici dicant de illo.

Primo dicunt genus illius eſſe regnum: & ideo quæcumque de eſſentia regni generice conſiderati ſunt, de illo in primo modo per ſe prædicabuntur. ideo de eſſentia illius eſſe, quod vnum primum viſibilem habeat magiſtratum, ſub quo alij ſint magiſtratus, vt Epiſcopi,

Epiſcopi, Sacerdotes, & alij. Dicunt regnum Chriſti non eſſe ſimplicem Scholam, in qua ſolummodo doceatur, ſed eſſe vere, & eſſentialiter regnum, in quo populus fidelis verè, & realiter per viſibiles magiſtratus, & leges, & Sacramenta ſit gubernatus. & dicũt quoad doctrinam, eſſe Scholam Spiritus ſancti, cuiusliber ſacra Scriptura eſt. Sed quoad gubernationem veræ appellari, & eſſe regnum talemque habere gubernationem, quę vero regno conueniat.

At hæretici pro genere ponũt Scholam; quia in hoc regno quodammodo omnia negant, quæ pertinent ad gubernationem; nempè magiſtratus, & poteſtatem, & pręcepta illorum, negant obedientiam illis deberi. Et de facto videntur omnia reducere ad ſacram Scripturam, vt ipſi volunt, interpretandam. Ideo ſuos rectores; ſi ita ſunt apellandi, vocant miniſtros verbi Dei, quia verbum Dei declarant, hoc autem officium ſcholę non regni eſt.

Secundò, Pro differentia ponitur gratia à Catholicis, qui dicunt, Gratiam eſſe medium principale ad finem huius regni coſequendum. Per hanc enim fideles opera meritoria faciunt, per quæ Deo gloria datur, & nobis vita æterna obtinetur. At hęretici negant neceſſitatem gratię. Per ſolam fidem volunt homines ſaluari, negant operum neceſſitatem. Solam infidelitatem dicunt eſſe peccatum, homicidia vero, & adulteria non. Si ſola fides ſufficit ad ſalutem, hæc autem fides ſolummodo reſpicit doctrinam, & cognitionem intellectus, ergo Regnum Chriſti ſolummodo erit ſchola doctrinę pro intellectu, & gratia in illo otiola erit?

Tertio Catholici diſtinctè, vt patet ex ſupradictis, explicant quattuor cauſas regni gratię, diſtinguunt materiam, formam, efficiens, & finem, & hęc omnia bene ordinata probant, explicantes finem, actiones finales, media, bonum vſum illorum. Item principia productiua, & applicatiua cum omnibus alijs, quę a Logico ad plenam rei tractationem conſideranda ſunt. At hęretici huius temporis ſolam verbi Dei ſcholam prętendentes, omnia de regno Chriſti

ſti à Catholicis dicta, negant, ipſi vero nihil fere, quod ego ſciam, de illo, vt regnum eſt, dicunt. Ideo Sectam Lutherani, & Caluini ego ſic definirem. Eſt ſchola negatiua regni Chriſti, certi nihil probans. Dixi, Schola, quia ſolos miniſtros verbi Dei affirmãt, non attendentes, quod in verbo Dei tria conſiderantur; Primo Verbum; Secundo, ſignificatio illius; Tertio res ab illo ſignificatæ. Verbum Dei continetur in ſacra Scriptura; Significatio habetur opera Spiritusſancti, per veram interpretationem illius. Res principaliter à verbo Dei ſignificata eſt Regnum gratiæ, de quo ſermo eſt. Logico autem, etiam nouitio, clariſſimè patet, quod quattuor cauſæ verbi Dei totaliter, & omnino diſtinctæ ſunt à cauſis regni Chriſti; ideo miniſter Verbi Dei non erit gubernator regni Chriſti, & vna res non debet confundi cum alia. Dixi negatiua regni Chriſti; quia illæ duæ Sectæ omnia negant, quæ ad cauſas regni Dei pertinent. Negant enim Eccleſiam Romanam eſſe materiam illius, ipſa autem ſola Eccleſia Catholica, & Apoſtolica eſt., negant formam, quia negant Magiſtratus, Summum Pontificem, Epiſcopos, Sacerdotes. Negant poteſtatem illorum, & obligationem illis obediendi. Negant leges, dum negant operum, quæ à legibus præcipiuntur, neceſſitatem; & prædicant conſcientiæ libertatem, & dicunt ſolam infidelitatem eſſe peccatum, Negant ſacramenta, Baptiſmum vix affirmantes, Externam in hoc regno gubernationem deſpiciunt. Quid eſt hoc niſi totam regni negare formam. Negant finem, & actiones finales, & media. Sacramenta enim ſunt media ad gratiam obtinendam. Actiones finales ſunt opera meritoria, quæ negantur ab illis, Sacrificium eſt actio finalis principaliſſima, & hanc ipſi negant. Item diuina officia; Dies feſti Ieiunia; Abſtinentiæ; Ritus, Cęremoniæ, Eccleſiæ, Altaria, Vaſa ſacra, & Veſtes, Clerus, Ordines religioſorum, ſacræ Imagines, aliaque multa ſunt actiones deſtinatæ ad finem, qui eſt Dei gloria; & hæc omnia ipſi negant; qui autem negat actionem finalem, neceſſe eſt, vt finem neget; &

quod

Digitized by Google

quod affirmet Chriſtum ordinare, quod populus ab ipſo gubernatus viuat in otio, in deſidia, nihil agens, & de diuino cultu nihil cogitans. Otium in regno Chriſti? Alia regna habere ſuum finem, ordinem, vnitatem gubernationem, actiones finales, hoc vero non? Tollunt cauſam efficientem huius regni, quia in his Sectis non dicitur Eccleſia Chriſti, ſed Eccleſia Lutheri, & Caluini, & Doctrina illorum. Cum ergo iſtæ nouæ Sectæ omnia negent de Regno Chriſti, & nihil ferè affirment de illo, niſi fidem, & eſſe Scholam verbi Dei, merito dictum eſt, quod ſit. Schola negatiua regni Chriſti. Quia nihil omnino docent, vel affirmant, de hoc regno, quod dignum illo ſit. Logica enim docet ita eſſe procedendum. Regnũ Chriſti vel eſt, vel non eſt. Supponitur eſſe. Ergo vel eſt alicubi, vel nullibi. Supponitur eſſe alicubi. Ergo vel eſt in Eccleſia Romana, vel alibi. Si eſt in Romana; ergo quattuor cauſæ huius regni ſunt illæ, quas dicta Eccleſia docet, & hoc regnum integras cauſas habet in illa. Si dicatur non eſſe in dicta Eccleſia; nõ ſufficit negare, quod in illa non ſit, ſed opus eſt explicare, vbi modo ſit, & vbi ſemper à Chriſto vſque modo fuerit; Et quænam modo ſint, & ſemper fuerint quattuor præciſæ cauſæ illius. Subſtantia enim cuiuſcumque rei, & quattuor cauſæ illius ſemper manent, dum manet ipſa res. Hoc autem dictæ Sectæ non faciunt. Neque enim inter ſe hæretici conueniunt in explicandis quattuor cauſis regni Chriſti, niſi conueniant in hoc, quod ferè nihil dicant de illis. Et nullus hæreticorum aſſumpſit hanc prouinciam, vt per cuncta ſecula vſque modo explicet, vbi fuerit Regnum Chriſti, ſuppoſito, quod ab Eccleſia Romana diuerſum ſit. Ob hoc hæretici negatiuas propoſitiones de hoc regno faciunt, affirmatiuas ferè nullas. Subſtantia autem cuiuſcumque rei ſolummodo, per affirmationes, quia eſt res poſitiua, nunquam per negationes explicatur. Ideo verè dictum eſt, quod Sectę dictę Schola negatiua regni Chriſti ſunt.

Demum dicitur; Nihil certi probans; quia de hoc regno nullam facit certã probationem. Neque enim probant

probant per naturam & illius lumen. Politica enim quæ naturam regni lumine naturali cognoſcibilem tradit, docet contrarium; nempè omne regnum habere leges, & magiſtratus, à quibus gubernetur. Idem probat lex veteris teſtamenti. Idem lex noua. Idem Traditie. Idem Authoritas Eccleſiæ: Idem ſenſus qui in omni regno intuetur Magiſtratus impetrare, & populos illis ſubeſſe. Leges populos obligare. Et hoc idē ſeruari in Eccleſia Catholica, Romana, apertiſſimè videt. Neque dici poteſt, quod doctrima Lutheri, & Caluini tantæ ſit authoritatis, præcipuè cum nulla miracula fecerint, quod illis cum certitudine fidei ſit credēdum. Imo cum iſtæ duę Sectę ſint inter ſe contrarię, neceſſe eſt, quod vna illarum falſa doceat, & non eſt maior ratio affirmandi hoc de vna, quam de alia, quia ſcriptura nihil penitus de illis dicit. Vnde doctrina illarum per regulas Logicas examinata nullam penitus probabilitatem habet.

LIBRI TERTII DISTINCTIO TERTIA.

De exiſtentia Regni Chriſti.

VT Catholica doctrina de Regno Chriſti ſuperius explicata ſuas habeat, circa quædam difficiliora probationes, quędam de illo, quę valde dilucidant Euangelicam veritatem, modo probãda erunt. Et primo quidem colligenda, atque probanda ſunt omnia, quę de ſubſtantia regni Chriſti ſunt, ſecundo, De illius exiſtentia dicendum, tertio, Quod hoc regnum ſenſibile ſit eſt probandum.

Cap. I. De regula Logica ad cognoſcenda ſubſtantialia cuiuſcumque rei.

Ex 1. poſt. c. 4. tex. 9. SVbſtantialia cuiuſcumque rei hoc modo cognoſci poſſunt.

Primò, per regulam Logicam ſic. Omnia genera, ſiue proxima, ſiue remota. Item omnes differentiæ, ſiue proximæ, ſiue remotę, de ſubſtantia rei ſunt, quia genera dicunt partem eſſentię communem, differentiæ partem dicunt eſſentię, quæ aliquo modo propria eſt. Item ſpecies ſpecialiſſima dicit totam ſubſtantiam indiuiduorum, quæ ſub illa ſunt. Ideo quidquid eſt de ſubſtantia indiuidui, erit etiam de ſubſtantia ſpeciei.

1 Phy. c. 1. tex. 1. & c. 7. tex. 57. et ſeq. Secundo per regulam phyſicam ſic. Quidquid per ſe pertinet ad materiam, & formam rei etiam indiuiduæ, & ſingularis, illud de ſubſtantia rei eſſe dicetur, quia materia, & forma de ſubſtantia cuiuſcumque rei

ſunt,

Digitized by Google

ſunt. Hinc fit, quod tres gradus animæ humanæ, nempè vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum de ſubſtantia hominis tum in ſpecie, tum in indiuiduis; fit, quia ad formam ſpectant. Ita caput, brachia, pedes, & aliæ partes corporis humani de ſubſtantia erunt hominis, quia de corpore illius ſunt, ita erit de quattuor, elementis, ex quibus corpus hominis formatum eſt.

Tertio per regulã Metaphyſicalem ſic; Quidquid pertinet ad completam rationem quattuor cauſarum rei, nempè Materię, formæ, efficientis, & finis: illud omnino de ſubſtantia rei eſt: Illud autem dicitur eſſe de completa ratione alicuius cauſæ ſine quo cauſa illa rem producere non valet. Notandum tamen, quod hic eſt ſermo de prima rei productione; Quæ enim adueniunt rei iam conſtitutæ, de ſubſtantia illius non ſunt, niſi in prima illius productione ita ſit ordinatum. *Ex libb. Metaph.*

Dubium eſt, an exiſtentia debeat dici de ſubſtantia rei; & dicitur ſic, quia prima ſubſtantia eſt maximè ſubſtantia, & hoc habet per exiſtentiam. Item exiſtentia eſt effectus cauſæ efficientis, quæ facit actu exiſtere res; Demum quia a parte rei nulla res abſque exiſtentia eſſe poteſt. *Ex libr. prædi. de ſubſtantia prima.*

Dubitatur etiam de natura, & de ordinatione rei ad finem, an ſint de ſubſtantia rerum, & dicitur eſſe, quia ad quattuor cauſas ſpectant; & ſubſtantia cuiuſcumque rei iuxta propriam naturam, & finem conſtituta eſt. *2. Ph. c. 1.*

Cap. 2. De ſubſtantialibus regni Chriſti.

PRimo ſubſtantialia huius regni ſunt genera, & differentię illius, quæ dicta ſunt.

Secundo De ſubſtantia illius ſunt materia, & forma. Materia autem cuiſcumque regni, vt ſenſui, & rationi patet, eſt populus gubernatus, quod etiam ex veteri, & nouo teſtamento patet; Et Ariſtoteles in Politicis ita docet Eccleſiam autem eſſe populum in regno Chriſti gubernatum, ominibus notum eſt, & *Ariſt. in Politicis. S. Th. 1. 2. q. 90. 91. & ſeq.*

inuiſibilis,quia hoc eſt regnum fidei,& gratiæ, & videre gloriam Dei,& Chriſti reuelata facie ad regnum gloriæ reſeruatur. Conuenit enim, vt Eccleſia militans ſupra Synagogam conſtituatur, & infra Eccleſiam Triũphantem, vt ait Catechiſmus vno gradu collocata ſit. Quod efficitur per hanc realem, ſed velatam præſentiam qua modo Chriſtus non in figura, vt in Synagoga, ſed realiter eſt in Eccleſia. Hæc tamē realis præſentia non clara, vt in cælo, ſed velata nobis datur.

ibid.

Seſs. 13. per totum et Catech. de Euch. nu. 46. et ſeq.

Sacramentalis etiam communio maximè huic Regno, & illius fini conuenit. Per illam enim fideles habilitantur ad infinitam gloriam Deo dandam. Vniti enim Chriſto omnia poſſe quis dubitare poteſt? Ob hoc Chriſtus dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo. Et alibi, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Et alibi, Gloria Patris mei eſt, vt fructum plurimum afferatis. Nunc Logicus a fine conſequentiam ducat, quam ſit conueniens in regno Chriſti, vnio, quæ dicta eſt.

Cap. 14. De magiſtratibus, & de gubernatione Regni Chriſti.

Ariſt. in li. Polit. et de hoc ſupra. Item infra dictum eſt. S. Th. 1. p. q. 103. ar. 6 Ariſt. Polit. lib. 6. cap. 8.

DEus inuiſibiliter gubernat omnes humanas ſocietates, familias, Pagos, Ciuitates, Regna, Reſpublicas. Idem inuiſibiliter gubernat Regnum naturæ, legis ſcriptæ, & Regnum iuſtitiæ. Et tamen non iudicat non conuenire ſuæ maieſtati, ſi per viſibiles magiſtratus illa mediatè gubernet. Senſus enim aperte docet, hoc fieri à Deo, quia conuenit, vt gubernatio ijs, qui gubernantur, accommodetur. Et homini viſibili viſibilis gubernatio tradita ſit. Conuenit ergo Regno Chriſti, vt habeat tum inuiſibiles, tum viſibiles gubernatores. Inuiſibiles ſunt Deus Pater, Chriſtus, & Spiritusſanctus. Et de his dubium eſſe non poteſt, quia totus mundus ab illis eſt gubernatus.

Ar. Polit.

Viſibiles ſunt inſtituti à Chriſto, & ſunt neceſſa-

rij

Digitized by Google

rij ad bonam huius regni gubernationem, vt ſuo loco probatum eſt: Quia Sacramenta debent habere ſuos miniſtros; Sacrificium ſuos Sacerdotes; Lex ſuos Doctores, & explicatores; idem de doctrina reuelata, & de Scriptura. Singulę Ciuitates debent habere ſuos Epiſcopos, & Parochos. Et tota Eccleſia debet habere ſuum viſibile caput Romanum Pontificem. Hoc in omni regno fit. Et eſt de eſſentia regni. Et qui aufert à Regno Magiſtratus, tollit gubernationē; tollit vnitatem, aufert ordinem, Omnia ſubijcit confuſioni. Cùm ergo multę ex omni parte rationes habeantur, per quas probatur in regno Chriſti requiri viſibiles magiſtratus. Nulla vero appareat ratio, cur ab illo ſint remouendi, omnino in hoc regno ſunt affirmandi. *Lex lege naturali. Ex lege ſcripta. ex vſu hominum. Ariſt. 7. Polit. c. 8. et alibi in toto opere.*

Per hos magiſtratus regnum Chriſti viſibiliter gubernatur. *S. Th. 1. 2. q. 91. art. 2. & q. 95.*

Ab illis præcepta, quę rectę gubernationi, et pro obſeruantia diuinę legis opportuna ſunt, fieri poſſunt. Et illorum præcepta obligant ad obſeruantiam. *ibi S. Th.*

Fideles dictis Magiſtratibus obedire tenentur. Quia fruſtra eſſent magiſtratus, ſi ſubditi illis obedire non tenerentur. Ideo Ariſtoteles ait omnem humanam ſocietatem diuidi in partem imperantem, & partem parentem.

Conueuit etiam huic regno, vt aliquæ perſonæ mũdum relinquentes, & conſilia Euangelica profitentes, vel diuino cultui ſe mancipantes, ſtudeant vacare diuinis, vt Clerus, ſecularis, & regularis facere ſolet. *ex Euangelio.*

Cap. 15. De priuilegio non errandi conceſſo Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Pontifice.

CVM doctrina, & fides in hoc regno debeat maximam habere certitudinem, maximè conueniens fuit, quod priuilegium non errandi in rebus fidei, & morum determinandis Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Pontifici traderetur. Item, quod Spiritusſanctus illis aſſiſteret, vt veram Scripturæ intelligentiam, *De hoc ſupra, et infra dictū eſt.*

gentiam,

gentiam,& interpretationem ſine errore obtinerent. Si enim omnes fideles tenentur amplecti doctrinam, & fidem; & Euangelium quod illis proponit Catholica Eccleſia, vtique, ſi illa poteſt errare, fidei certitudinem non habebunt, vt ſupra probatum eſt.

Cap. 16. De proprietatibus & priuilegijs Regni Chriſti.

EXplicatis ijs, quæ ad materiam, formam, efficiens, & finem huius regni pertinent, nunc proprietates, & priuilegia illius ſunt declaranda.

Cate. Art. 9 Prima ergo proprietas eſt, quod ſit vnum regnum, Ratio eſt; quia vnam habet materiam Eccleſiam, Vnam formam Euangelium. Vnum efficiens, & finem Deum.

ibid. 2. Quod ſit ſanctum, quattuor cauſæ illius ſanctæ ſunt.

petit. 2. 3. Quod ſit perfectiſſimum, quia cauſæ illius perfectiſſimæ exiſtunt.

Cate. art. 9 4. Quod ſit Catholicum & vniuerſale, quia in totũ mundum ſe extendit.

5. Quod ſit ſtabile, quia ſupra firmam petram Chriſtum fundatum eſt.

Luca. c. 1. verſ. 32. ibid. 6 Quod ſit æternum, quia Chriſtus regnat in æternum.

Rom. c. 13. verſ. 1. 7 Quod ſit ordinatum, quia omnia in illo rectè diſpoſita ſunt.

Ex Catec. art. 9. et ſenſu. 8. Viſibile, & ſenſui notum, quia in illo Eccleſia, & populus fidelis eſt viſibilis. Et Sacramenta, Sacrificium, Sacerdotium, & magiſtratus viſibilia ſunt; Veluti Eccleſia Catholica Romana, & illius gubernatio viſibilis eſt.

Scriptura. Priuilegia ſunt, primum, Chriſtum cum ſua reali præſentia ſemper vſque ad finem ſeculi eſſe in ipſo.

ibid. Secundum eſt. Certa, & continua aſſiſtentia Spiritus ſancti manentis in illo in æternum, & docentis omnem veritatem, & pro tempore ſuggerentis, quæ in illo facienda ſunt.

Seſs. 4. Tertium eſt ſacra Scriptura, & verbum Dei, & ve-

ra, ac certa interpretatio illius.

Quartum Priuilegium iam dictum non errandi.

Quintum Gratiæ gratis datæ gratia miraculorum, linguarum, Prophetiæ, & ſimilium. *ibid. ſeſſ.6. c.7.*

Sextum Diuinum Sacrificium, & Sacerdotium. *Seſſ.21. & 22.*

Septimum Euangelium & Sacramenta.

Octauum Angelorum cuſtodia, & poteſtas ſuper dæmones, aliaque multa. *Seſſ. 4. & ſeſſ.7.*

Hæc, & alia ſunt priuilegia, & proprietates, quæ regno gratiæ conueniunt. Ideo cum de illo nomen, & definitio, & quattuor cauſæ, & priuilegia, & proprietates ſint explicatæ, videtur quod Logica tractatio completa ſit. *ex Euangelio.*

Cap. 17. Logicus diſcurſus ad probandam falſitatem doctrinæ hæreticorum huius temporis de regno gratiæ.

HIC locus mihi videtur aptiſſimus, ad oſtendendum, quod hæretici loquentes de regno gratiæ ineptiſſime loquuntur, ſomnia, & deliramenta proferentes; Quod conſideranti rem Logicè, manifeſte patebit; Et ego nunc, breuiter tamen, ita eſſe, explicare tentabo.

Supponamus ergo, quod Regnum Chriſti, dictum regnum gratiæ ſit principale ſubiectum, de quo ſacra Scriptura, & Euangelium, & Chriſtus, & Apoſtoli, & Prophetæ locuti ſunt; Item ſit principale ſubiectum, de quo, tum Catholici, tum hæretici tractent.

Supponamus etiam, quod Logica de illo tractatio debet quattuor illius cauſas non quomodocumque, ſed in ratione præciſa explicare. Item priuilegia, & proprietates. Item genera, et differentias illius declarare; Hoc tum hæretici, tum Catholici facere debent.

Nunc videamus, quid Catholici dicant de illo.

Primo dicunt genus illius eſſe regnum; & ideo quæcumque de eſſentia regni generice conſiderati ſunt, de illo in primo modo per ſe prædicabuntur. ideo de eſſentia illius eſſe, quod vnum primum viſibilem habeat magiſtratum, ſub quo alij ſint magiſtratus, vt

Epiſcopi,

Digitized by Google

Epiſcopi, Sacerdotes, & alij. Dicunt regnum Chriſti non eſſe ſimplicem Scholam, in qua ſolummodo doceatur, ſed eſſe vere, & eſſentialiter regnum, in quo populus fidelis verè, & realiter per viſibiles magiſtratus, & leges, & Sacramenta ſit gubernatus. & dicūt quoad doctrinam, eſſe Scholam Spiritus ſancti, cuiusliber ſacra Scriptura eſt. Sed quoad gubernationem veræ appellari, & eſſe regnum talemque habere gubernationem, quę vero regno conueniat.

At hæretici pro genere ponūt Scholam; quia in hoc regno quodammodo omnia negant, quæ pertinent ad gubernationem; nempè magiſtratus, & poteſtatem, & pręcepta illorum, negant obedientiam illis deberi. Et de facto videntur omnia reducere ad ſacram Scripturam, vt ipſi volunt, interpretandam. Ideo ſuos rectores; ſi ita ſunt apellandi, vocant miniſtros verbi Dei, quia verbum Dei declarant, hoc autem officium ſcholę, non regni eſt.

Secundò, Pro differentia ponitur gratia à Catholicis, qui dicunt, Gratiam eſſe medium principale ad finem huius regni cōſequendum. Per hanc enim fideles opera meritoria faciunt, per quæ Deo gloria datur, & nobis vita æterna obtinetur. At hęretici negant neceſſitatem gratię. Per ſolam fidem volunt homines ſaluari, negant operum neceſſitatem. Solam infidelitatem dicunt eſſe peccatum, homicidia vero, & adulteria non. Si ſola fides ſufficit ad ſalutem, hæc autem fides ſolummodo reſpicit doctrinam, & cognitionem intellectus, ergo Regnum Chriſti ſolummodo erit ſchola doctrinę pro intellectu, & gratia in illo otioſa erit?

Tertio Catholici diſtinctè, vt patet ex ſupradictis, explicant quattuor cauſas regni gratię, diſtinguuunt materiam, formam, efficiens, & finem, & hęc omnia bene ordinata probant, explicantes finem, actiones finales, media, bonum vſum illorum. Item principia productiua, & applicatiua cum omnibus alijs, quę a Logico ad plenam rei tractationem conſideranda ſunt. At hęretici huius temporis ſolam verbi Dei ſcholam prętendentes, omnia de regno Chriſti

ſti à Catholicis dicta, negant, ipſi vero nihil fere, quod ego ſciam, de illo, vt regnum eſt, dicunt. Ideo Sectam Lutherani, & Caluini ego ſic definirem. Eſt ſchola negatiua regni Chriſti, certi nihil probans. Dixi, Schola, quia ſolos miniſtros verbi Dei affirmãt, non attendentes, quod in verbo Dei tria conſiderantur; Primo Verbum; Secundo, ſignificatio illius; Tertio res ab illo ſignificatæ. Verbum Dei continetur in ſacra Scriptura; Significatio habetur opera Spiritusſancti, per veram interpretationem illius. Res principaliter à verbo Dei ſignificata eſt Regnum gratiæ, de quo ſermo eſt. Logico autem, etiam nouitio, clariſſime patet, quod quattuor cauſæ verbi Dei totaliter, & omnino diſtinctæ ſunt à cauſis regni Chriſti; ideo miniſter Verbi Dei non erit gubernator regni Chriſti, & vna res non debet confundi cum alia. Dixi negatiua regni Chriſti; quia illæ duæ Sectæ omnia negant, quæ ad cauſas regni Dei pertinent. Negant enim Eccleſiam Romanam eſſe materiam illius, ipſa autem ſola Eccleſia Catholica, & Apoſtolica eſt., negant formam, quia negant Magiſtratus, Summum Pontificem, Epiſcopos, Sacerdotes. Negant poteſtatem illorum, & obligationem illis obediendi. Negant leges, dum negant operum, quæ à legibus præcipiuntur, neceſſitatem; & prædicant conſcientiæ libertatem, & dicunt ſolam infidelitatem eſſe peccatum. Negant ſacramenta, Baptiſmum vix affirmantes. Externam in hoc regno gubernationem deſpiciunt. Quid eſt hoc niſi totam regni negare formam. Negant finem, & actiones finales, & media. Sacramenta enim ſunt media ad gratiam obtinendam. Actiones finales ſunt opera meritoria, quæ negantur ab illis. Sacrificium eſt actio finalis principaliſſima, & hanc ipſi negant. Item diuina officia; Dies feſti Ieiunia; Abſtinentiæ; Ritus, Cæremoniæ, Eccleſiæ, Altaria, Vaſa ſacra, & Veſtes, Clerus, Ordines religioſorum, ſacræ Imagines, aliaque multa ſunt actiones deſtinatæ ad finem, qui eſt Dei gloria; & hæc omnia ipſi negant; qui autem negat actionem finalem, neceſſe eſt, vt finem neget; &

quod

quod affirmet Chriſtum ordinare, quod populus ab ipſo gubernatus viuat in otio, in deſidia, nihil agens, & de diuino cultu nihil cogitans. Otium in regno Chriſti? Alia regna habere ſuum finem, ordinem, vnitatem gubernationem, actiones finales, hoc vero non? Tollunt cauſam efficientem huius regni, quia in his Sectis non dicitur Eccleſia Chriſti, ſed Eccleſia Lutheri, & Caluini; & Doctrina illorum Cum ergo iſtæ nouæ Sectæ omnia negent de Regno Chriſti, & nihil ferè affirment de illo, niſi fidem, & eſſe Scholam verbi Dei, merito dictum eſt, quod ſit Schola negatiua regni Chriſti. Quia nihil omnino docent, vel affirmant, de hoc regno, quod dignum illo ſit. Logica enim docet ita eſſe procedendum. Regnũ chriſti vel eſt, vel non eſt. Supponitur eſſe. Ergo vel eſt alicubi, vel nullibi. Supponitur eſſe alicubi. Ergo vel eſt in Eccleſia Romana, vel alibi. Si eſt in Romana; ergo quattuor cauſæ huius regni ſunt illæ, quas dicta Eccleſia docet, & hoc regnum integras cauſas habet in illa. Si dicatur non eſſe in dicta Eccleſia; nõ ſufficit negare, quod in illa non ſit, ſed opus eſt explicare, vbi modo ſit, & vbi ſemper à chriſto vſque modo fuerit; Et quænam modo ſint, & ſemper fuerint quattuor præciſæ cauſæ illius. Subſtantia enim cuiuſcumque rei, & quattuor cauſæ illius ſemper manent, dum manet ipſa res. Hoc autem dictæ Sectæ non faciunt. Neque enim inter ſe hæretici conueniunt in explicandis quattuor cauſis regni chriſti, niſi conueniant in hoc, quod ferè nihil dicant de illis. Et nullus hæreticorum aſſumpſit hanc prouinciam, vt per cuncta ſecula vſque modo explicet, vbi fuerit Regnum Chriſti, ſuppoſito, quod ab Eccleſia Romana diuerſum ſit. Ob hoc hæretici negatiuas propoſitiones de hoc regno faciunt, affirmatiuas ferè nullas. Subſtantia autem cuiuſcumque rei ſolummodo, per affirmationes, quia eſt res poſitiua, nunquam per negationes explicatur. Ideo verè dictum eſt, quod Sectę dictę Schola negatiua regni chriſti ſunt.

Demum dicitur; Nihil certi probans; quia de hoc regno nullam facit certã probationem. Neque enim

probant

probant per naturam & illius lumen. Politica enim quæ naturam regni lumine naturali cognoſcibilem tradit, docet contrarium; nempè omne regnum habere leges, & magiſtratus, à quibus gubernetur. Idem probat lex veteris teſtamenti. Idem lex noua. Idem Traditio. Idem Authoritas Eccleſiæ: Idem ſenſus qui in omni regno intuetur Magiſtratus impetrare, & populos illis ſubeſſe. Leges populos obligare. Et hoc idē ſeruari in Eccleſia Catholica, Romana, apertiſſimè videt. Neque dici poteſt, quod doctrima Lutheri, & Caluini tantæ ſit authoritatis, præcipuè cum nulla miracula fecerint, quod illis cum certitudine fidei ſit credēdum. Imo cum iſtæ duę Sectę ſint inter ſe contrarię, neceſſe eſt, quod vna illarum falſa doceat, & non eſt maior ratio affirmandi hoc de vna, quam de alia, quia ſcriptura nihil penitus de illis dicit. Vnde doctrina illarum per regulas Logicas examinata nullam penitus probabilitatem habet.

ſunt. Hinc fit, quod tres gradus animæ humanæ, nempè vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum de ſubſtantia hominis tum in ſpecie, tum in indiuiduis, ſit, quia ad formam ſpectant. Ita caput, brachia, pedes, & aliæ partes corporis humani de ſubſtantia erunt hominis, quia de corpore illius ſunt, ita erit de quattuor, elementis, ex quibus corpus hominis formatum eſt.

Tertio per regulã Metaphyſicalem ſic; Quidquid pertinet ad completam rationem quattuor cauſarum rei, nempè Materię, formæ, efficientis, & finis: illud omnino de ſubſtantia rei eſt: illud autem dicitur eſſe de completa ratione alicuius cauſæ ſine quo cauſa illa rem producere non valet. Notandum tamen, quod hic eſt ſermo de prima rei productione; Quæ enim adueniunt rei iam conſtitutæ, de ſubſtantia illius non ſunt, niſi in prima illius productione ita ſit ordinatum. *Ex libb. Metaph.*

Dubium eſt, an exiſtentia debeat dici de ſubſtantia rei; & dicitur ſic, quia prima ſubſtantia eſt maximè ſubſtantia, & hoc habet per exiſtentiam. Item exiſtentia eſt effectus cauſæ efficientis, quæ facit actu exiſtere res; Demum quia a parte rei nulla res abſque exiſtentia eſſe poteſt. *Ex libr. prædi. de ſubſtantia prima.*

Dubitatur etiam de natura, & de ordinatione rei ad finem, an ſint de ſubſtantia rerum, & dicitur eſſe, quia ad quattuor cauſas ſpectant; & ſubſtantia cuiuſcumque rei iuxta propriam naturam, & finem conſtituta eſt. *2. Ph. c. 1.*

Cap. 2. De ſubſtantialibus regni Chriſti.

PRimo ſubſtantialia huius regni ſunt genera, & differentię illius, quæ dicta ſunt.

Secundo De ſubſtantia illius ſunt materia, & forma. Materia autem cuiſcumque regni, vt ſenſui, & rationi patet, eſt populus gubernatus, quod etiam ex veteri, & nouo teſtamento patet; Et Ariſtoteles in Politicis ita docet Eccleſiam autem eſſe populum in regno Chriſti gubernatum, ominibus notum eſt, & *Ariſt. in Politicis. S. Th. 1. 2. q. 90. 91. & ſeq.*

probatione non eget. Materia ergo adæquata huius regni eſt Eccleſia Catholica,& partes huius Eccleſiæ, eiuſdem regni partes erunt.

Ariſt. S. Th. ibid.

Forma autem cuiuſcumque regni in gubernatione, & in modo gubernandi poſita eſt. Modus autem,quo Chriſtus regnum ſuum gubernat, eſt Euangelium, ſeu lex Euãgelica;Hoc autem Euangelium quattuor, in quibus forma gubernationis poſita eſt, vt infra probatum erit, continebit. Et primum eſt Doctrina, cui fides correſpondet, ſecundum Sacramenta, quæ ſanctificant populos, & Eccleſiam; tertium leges, quæ præſcribunt operationes, in quibus populi iam ſanctificati ſe debent exercere, quartum Magiſtratus. ad quos ſpectat Doctrinam explicare, Sacramenta miniſtrare; Legem docere, & illius debitam obſeruantiam procurare. In his quattuor forma Euangelicæ gubernationis continetur: Ideo de ſubſtantia Regni Chriſti erunt; eo modo, & non aliter, quo à Chriſto in prima huius regni inſtitutione, item à Spiritu ſancto inſtituta fuere.

Seſs.4.c.1 Catec.per totum.

Mat.16.

Tertio De ſubſtantia illius eſt,quod cauſa ipſius efficiens ſit Chriſtus. Ipſe enim materiam, dedit Eccleſiam ædificauit. Ipſe Euangelium promulgauit,ideo vere cauſa illius efficiens eſt.

Seſſ.6.c.7.

Quarto De ſubſtantia huius regni ſunt illa, quæ ad finem ipſius pertinentia ſunt, nempe quod ad gloriã Dei,& Chriſti, & vitam hominum æternam ſit ordinatum; Hæc ergo erunt de ſubſtantia regni Chriſti.

Cate. par. 2. Seſſ.4.c.1 ibid. art 9. Seſs 4.c.1 Seſs.7.13. & alia. Catech. in Decal. Catec.de ſacr.ord.

Primo quod ſit regnum gratiæ.

Secundo Textus Biblicus,hic enim pertinet ad formam,& ad doctrinam.

Tertio Diuina Traditio eadem ratione.

Quarto Eccleſia cum partibus ſuis.

Quinto Euangelium.

Sexto Sacramenta, ad quæ reducitur Sacrificium, & Sacerdotium.

Septimo Leges.

Octauo Magiſtratus,qui à Chriſto fuerunt inſtituti

Hæc,& ſimilia ſunt de ſubſtantia regni Chriſti.

Cap.

Cap.3. De eſsentia, & exiſtentia.

ESſentia; & exiſtentia ſic deſtinguuntur; Eſſentia, eſt prima entitas rei: Hæc autem prima entitas ordinarié eſt materia, vel forma rei: Veluti an ma corpus eſſentia hominis ſunt: Hæc eſſentia ſi abſque exiſtentia conſideretur, conſtituit ſpecies, vel genera, ideſt vniuerſalia: Si autem conſideretur cum exiſtentia, tunc eſſentia erit ſingulare; Vniuerſalia enim nullam habent realem exiſtentiam: Singularia vero propriè exiſtunt; & vbi eſt exiſtentia ibi eſt individuatio, quia omne, quod actu eſt vnum numero, & ſingulare eſt. *Vide in Praxi. ſcien. lib. 1. diſt. 5. & 6.*

Exiſtentia ergo eſt modus eſſentiæ; & eſt effectus cauſæ efficientis: Efficiens enim facit, vt materia, & forma producta ſit: Ille enim efficit domum, vel ſtatuam, qui materiam, & formam illius producit in eſſe. Ideo exiſtentia ſic poteſt definiri. Et actualitas rei, vel eſſentiæ extra ſuas cauſas efficientes. *ibid.*

Hæc exiſtentia alia eſt completa, vt totum, & compoſitum, & ſubſtantia prima, alia incompleta, vt pars, vel accidens rei. *ibid.*

Completa habet initium in productione; Statum in duratione; deſtructionem, in corruptione: Tunc eſt productio rei, cum forma producitur in materia; Tunc duratio, cum forma permanet in materia. Tunc corruptio, cum forma ſeparatur à materia. *ibid.*

Ad hoc, vt forma introducatur in materia, neceſſario requiritur efficiens, à quo forma producta ſit; Et quia omne agens agit propter finem, omnino ordinatio ad finem neceſſaria erit. Hoc autem eſt dicere, omnia ſubſtantialia rei, & omnia, quæ ad completam rationem quattuor cauſarum requirũtur, omnino ad productionem, & conſeruationem rei neceſſaria eſſe. Cauſa tamen efficiens non ſemper actu eſt cum re facta, quia ſępè mortuo patre, & ædificatore filius, & domus actu manent. *ibid. diſt. 5.*

Cap. 4. De exiſtentia regni Chriſti.

Ariſt. in Polit.

Exiſtentia regni chriſti eſt exiſtentia completa, & ad modum ſubſtantię primæ in genere ſuo: Artificialia enim ita per ſe exiſtunt in genere artis, ſicut naturalia in genere naturæ: Regnum ergo Chriſti eſt totum quoddam perfectum conſtans ex materia, & forma.

Hoc Regnum eſt vnum numero; quia omne, quod actu exiſtit, vnum numero eſt.

Diuiſum eſt in plures partes, & ſingulæ ſuam habent exiſtentiam.

Habet initium, medium, & ex aliqua parte finem.

S. Tho. 3. par. q. 8. art. 3. Cate. art. 9. Ariſt. 3. Polit. l. 2.

Hoc regnum non eſt de genere illarum rerum, quę inuariabilem, & ſimul completam habent exiſtentiam; ſed eſt de genere illarum, quæ ſucceſſiuam habent exiſtentiam; Omne enim regnum terrenum ſuā habet exiſtentiæ continuationem per ſucceſſionem; quia, & reges, & magiſtratus, & populi in continua ſucceſſione ſunt; Idem eſt in homine, quia ſucceſſiue, per ætates mutationes recipit; iuxta illud, Nunquam in eodem ſtatu permanet; Homo enim in anima varias recipit mutationes ab indocto, in doctum; à vitioſo virtuoſum; ita in corpore à paruo in magnum; à iuuene in ſenem; ab infirmo in ſanum: Et idem eſt de regno chriſti.

Cap 5. De vnitate regni Chriſti.

Catech. art. 9. Ariſt. Polit. lib. 1. cap. 2. 3. p. q. 8. art. 3.

HOC regnum eſt vnum, quia habet vnum finē, vnum efficiēs, vnā materiam, & vnam formā.

Efficiens eſt vnum, quia vnus Deus, vnus eſt Chriſtus.

Vnus finis gloria Dei, ac chriſti, & vita æterna.

Materia eſt vna, quia vna Eccleſia: Sed hæc vnitas Eccleſiæ eſt, vt ait S. Thomas, ad modum earum rerum, quæ non habent omnes ſuas partes ſimul in eodem tēpore vnitas, ſed aliquæ partes præcedunt, aliquæ ſequuntur veluti in populo, & regno: Pars

enim

enim Eccleſiæ militans prius eſt tẽpore; Triumphans vero ſequitur illam. Militans etiam incepit in Adam, & Eua, & poſt mortem illorum alij ſucceſſerunt, & ſic fit continuata hominum ſucceſſio. Hæc autem cõtinuatio ſucceſſionis dicit in Eccleſia vnitatem, & continuationem exiſtentiæ.

Forma quoque huius regni vna eſt; quia vnus eſt gubernans, & vna gubernatio, ſed hęc gubernatio plures habet gradus inter ſe tempore diſtinctos, ad eumdem tamen finem ordinatos. Sicut enim pater alio modo filium infantem gubernat, alia puerum, alia virum: Et ſicut anima prius vegetat corpus, poſtea dat ſenſum, demum intellectum, ita Deus in diuerſis temporibus varijs modis, & legibus homines gubernauit ſed omnes dicti modi ad eumdem finem, ideſt ad S. Euangelium ordinati. *S. Tho. 1. 2. q. 99. art. 5.*

Vnum ergo eſt regnum Chriſti, & vna numero eſt illius exiſtentia.

Cap. 6. De diuiſione regni Chriſti in ætates mundi.

INitium Regni Chriſti fuit ſimul cum initio mundi. Et prius fuit Eccleſia militans, quam triumphans, Eccleſia autem militans habuit plures ſubordinatas gubernationes, quæ ſunt. *S. Th. 3. p. q. 8. art. 3. Cat. art. 9*

Prima, ante peccatum in ſtatu naturæ integræ; tunc enim lex ſpecialis data eſt. *Gen. ibid.*

Secunda poſt peccatum in ſtatu naturę lapſę vſque ad Noè. *ibid.*

Tertia, à Noè vſque ad Abraam. Et ita in reliquis mundi ætatibus, quarum vltima eſt a Chriſtò vſque ad finem mundi. Quia tunc finis erit Eccleſiæ militantis.

Sicut ergo vnus, & idem numero homo eamdem retinens exiſtentiam per omnes decurrit ætates cum maxima in illis tum animæ, tum corporis variatione, ita fit in regno Chriſti, in quo ſimul ſtant, & maxima varietas, & ſucceſſiua vnitas.

Digitized by Google

bit. Idem alibi.

Ratio eſt,quia verbum Domini manet in æternũ, Euangelium eſt æternum,Eccleſia eſt æterna, quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. De Eccleſia enim Triũphante non eſt dubium,quod ſit ęterna,ergo Regnum Chriſti eſt æternum.Confirmatur; Regnum Chriſti vel defecit,vel non. Si non, ergo eſt perpetuæ exiſtentiæ. Si defecit ergo defecit Eccleſia triumphans, quod eſt impoſſibile, item Eccleſia militans, & ſic portæ inferi præualuerunt aduerſus eam,ergo Chriſtus, & Spiritusſanctus non ſemper fuerunt in Eccleſia. At hæc impoſſibilia ſunt, ergo nõ defecit,ergo ſemper idem numero actu manſit.

Probatio à cõnexit.

Cap. 10. Probatur Euangelium eſſe perpetuum.

PRimò,authoritate. Chriſtus dixit. Iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.Scriptura ait. Lex Domini manet in æternum, Veritas Domini manet in æternum. Idem alibi.

Secundò,ratione. Regnum Chriſti eſt æternum, ergo, & Euangelium, ſine quo hoc regnum eſſe non poteſt.

Catech. per totum.

Cum ergo Euangelium dicat quattuor, quæ ſunt, doctrina,ad quam repucitur fides, Symbolum, Veritates fidei,vera intelligentia verbi Dei, prædicatio,& ſimilia.Secundo Sacramenta,vt Baptiſmus, & alia,tertio Leges,vt Decalogus,Lex Euangelij, Conſilia Euangelica,& ſimilia, quarto Magiſtratus, vt Primatus Romani Pontificis, Epiſcopi, Sacerdotes, & Diaconi. Item Doctores, & alij omnino ſi Euangelium eſt perpetuum,& dicta quattuor ſunt de ſubſtantia S Euangelij,& in illis poſita eſt forma gubernationis regni Chriſti,neceſſe eſt, quod & ipſa perpetua ſint. Et quod ſemper fuerint eadem in regno Chriſti,& in Eccleſia,& quod numquam fuerint mutata,neque variata,& quod nullus habeat poteſtatem in terra dicta mutandi.Subſtatialia enim Regni Chriſti nullus hominum,neque ipſa Eccleſia, mutare poteſt.

Seſſ.4.c.1.

Hinc fit certiſſima ex Logica conſequentia,quod à tempore Chriſti vſque ad finem mundi in Eccleſia ſemper fuit eadem omnino doctrina, Fides, Textus Biblicus, Veritates fidei,Prædicatio S.Euangelij, & quod numquam fuerit mutata,neque variata;Sed sẽper illa antiqua doctrina,quam Apoſtoli in primo ſeculo docuerunt,in omnibus, & ſingulis ſuccedentibus ſeculis eadem manſit,& per traditionem à ſeculo in ſeculum erat deriuata,& per vſum, atque prædicationem poſteris explicata.

Catec. de Sacram. Conc. ſeſſ. 7. can. 1.

Idem de Sacramentis omnino dicendum. Neceſſe eſt enim dicere,quod à tempore Chriſti vſque ad finẽ mundi idem omnino numerus præciſus Sacramentorum cum ſuis ſubſtantialibus in Eccleſia fuerit. Quia ſuppoſito,quod Chriſtus inſtituerit ſeptem Sacramẽta,omnino illa erunt de ſubſtantia S.Euangelij, & de ſubſtantia regni Chriſti.Ideo in cunctis ſeculis Eccleſia illa habebit.

Matth. vlt.

Idem eſt de legibus.Iuxta illud, Docentes eos ſeruare omnia,quæcumque mandaui vobis.

Conc. ſeſſ. 21. & 23. Catech. de ſacra. ordinis.

Idem eſt de magiſtratibus.Chriſtus enim vel inſtituit,vel non inſtituit,magiſtratus in Eccleſia. Si inſtituit,veluti,Primatum S.Petri,Apoſtolos, Epiſcopos, Diſcipulos,Sacerdotes,Diaconos,& alios, de quibus in Primitiua Eccleſia fit mentio,ergo illi magiſtratus ſunt de ſubſtantia S.Euangelij,& regni Chriſti; ideo ſemper in Eccleſia erunt,quia quod ſemel fuit de ſubſtantia S. Euangelij,& Regni Chriſti neceſſario ſemper erit de ſubſtantia illius.Si non inſtituit, ergo neque in primitiua Eccleſia illi magiſtratus fuerunt. Ideo non fuerunt Apoſtoli,non diſcipuli, non Sacerdotes non Diaconi,& alij,ergo S.Auguſtinus,S. Ambroſius,& alij non fuerunt Epiſcopi, ergo numquam in Eccleſia illi magiſtratus fuerunt, quod aperte falſum apparet.

Ex Ariſt. in polit.

Hinc colligitur,quam friuola, & ridicula, & inepta ſit hæreticorum talis argumentatio: Romani Pontifices in primis ſeculis ſancti fuerunt, ideo tunc talis magiſtratus in Eccleſia fuit. Sed quia in poſterioribus ſeculis Romani Pontifices nõ fuerũt ſancti,

ti ; imò aliqui fuerunt peccatores , & mali ; dictus magiſtratus in Eccleſia Dei ceſſauit : Si enim Chriſtus hunc magiſtratum in Eccleſia inſtituit ; ergo eſt de ſubſtantia Regni ſui : ergo ſemper in illo debet reperiri; ergo vel ſemper, vel nunquam fuit de ſubſtantia regni Chriſti ; ideo ſi fuit aliquando in Eccleſia , ſemper erit in illa; Nec obſtat de peccato ; Quia Eccleſia militans, cum ſit in ſtatu viæ , viatoribus arbitrij libertatem relinquit, permittendo , vt etiam magiſtratus mali eſſe poſſint.

Colligitur etiam, quam ineptę negent Traditiones. Cum enim Doctrina , Fides , Textus Biblicus, Leges, Sacramenta , & Magiſtratus , ſemper in Eccleſia modo ſuo habeant continuatam exiſtentiam; efficitur, vt ab vno ſeculo in aliud ſeculum non ſolũ Doctrina, & prędicationes ; ſed etiam vſu, & obſeruatione tranſeant. Senes enim prioris ſeculi poſſunt teſtari iunioribus ſequentis ſeculi , quod in illo tranſeunte ſeculo fuerunt Romani Pontifices , Epiſcopi , Curati, qui ſeptem miniſtrabant Sacramenta; Sic modo in hoc vltimo ſeculo Catholici probant ita euidẽter per ſenſum, vt Hæretici negare non poſſint; quod in pręcedẽtibus ſeculis Eccleſia Romana talem Textum Biblicum approbabat; Septem Sacramenta miniſtrabat ; Romano Pontifici obediebat ; & iſta, ac illa faciebat. Hæc enim ſucceſſiua , & continuata dictorum ſucceſſio neceſſario dicit tranſitum ab vno ſeculo in aliud abſque vlla rei varietate. Hoc autem eſt Traditionis certiſſimum , & indubitatum fundamentum.

Cap. II. *Probatur Eccleſiam eſſe perpetuam.*

QVod Eccleſia Triumphans ſit perpetua, & ęterna certum eſt. Quod Eccleſia militans habitura ſit finem in die iudicij, certum de fide eſt. Quod vero Eccleſia militãs à tempore Chriſti vſque ad finem mundi habitura ſit perpetuam , & continuatam exiſtentiam patet authoritate, & ratione ſuperius allata , Loca enim ſcripturę quę probant Regnum Chriſti

Chriſti perpetuum, idem probant de Eccleſia militante; quia hæc eſt materia regni Chriſti, & ideo ſi eſt regnum Chriſti, neceſſario erit Eccleſia: Sine populo enim gubernato impoſſibile eſt regnum eſſe. Demum de illa dicitur, & portæ inferi non præualebūt aduerſus eam.

Eadem ergo numero Eccleſia militans à tempore Chriſti vſque ad finem mundi in cunctis ſeculis perſeuerat.

S. Th. 3. p. q. 8. ar. 3. Ariſt. 3. Polit. c. 2. Verum, vt ait S. Thomas, & Ariſtoteles, Eccleſia militans eſt de genere illorum, quæ habent eſſe ſucceſſiuum, quale eſſe habent flumina, in quibus omnes aquę non ſunt ſimul collectæ ſed continua ſucceſſione decurrunt: Sic in corpore hominis ex vna parte deperditur, ex alia per cibum reſtauratur; & tranſeunte vna ætate, ſuccedit alia; Idem eſt in Eccleſia militante, in qua continuo aliqui per mortem, vel aliter decedunt; & alij per natiuitatem ſuccedunt. Sed populus fidelis ſemper vſque ad finem mundi perſeuerat.

Hinc apertiſſimè colligitur, quod illa ſola ſit vera Eccleſia militans, de qua poteſt cum certitudine fidei probari, quod a tempore Chriſti vſque modo ſemper in præteritis ſeculis fuerit.

Cap. 12. *Probatur perpetua exiſtentia Textus Biblici.*

Seſs. 4. c. 1. & 2. HÆC probatio omnibus nota eſt, & hæretici illam non negant. Textus enim Biblicus ſemper fuit, & erit in Regno Chriſti, quia eſt de ſubſtantia illius. Et hæretici hoc concedunt: Et vnus atque idem numero, quoad verbum Dei in illo contentum, erit. Licet enim plures ſint Textus materialiter conſiderati; tamen verbum Dei ſemper vnum, & idem numero eſt.

Hæc continuata exiſtentia verbi Dei, & Textus *ibid.* Biblici; item cognitionis illius neceſſario ſit per Traditionem; quia ab vno ſeculo quaſi per manus deriuatur in aliud. Hinc fit, quod hæretici, qui Traditionem

nem negant, non poſſunt certitudinem fidei de Textu Biblico habere, vt antea dictum eſt. *ibid.*

Hinc colligitur, quod vera intelligentia, & interpretatio verbi Dei, item ſignificationis, & rei ſignificatæ ab illo neceſſario debet ſemper fuiſſe in vera Eccleſia Dei, quia hæc vera intelligentia neceſſariam habet connexionem cum vera fide, vera doctrina, vera prædicatione, vero Euangelio, quæ neceſſario in vera Eccleſia eſſe debent.

Ex quo ſequitur, quod nouæ hæreticorum doctrinæ falſe ſunt; & quod nouæ Scripturæ interpretationes, quę diſcordant ab antiquis, vt falſæ ſunt reijciendę; Sequitur etiam, quod Traditio eſt optima ſcripturæ interpres, quia antiquam docet intelligentiam. *ibid.*

Cap. 13. Probatur perpetua exiſtentia magiſtratuum regni Christi.

SAcerdotes in regno Chriſti habere perpetuam, & continuatam exiſtentiam, ſed tamen ſucceſſiuam certum eſt, quia ſi ex vna parte aliqui deficiunt, ex alia multi de nouo fiunt. *per ſenſum*

Epiſcopus vnius ciuitatis non habet totaliter continuatam exiſtentiam quoad perſonam, in qua talis poteſtas collocata eſt, quia dictæ perſonæ variantur. & Cathedra dicitur vacare in tempore, quod mediat inter finem prædeceſſoris, & initium ſucceſſoris; nihilominus titulus Epiſcopalis in eadem Ciuitate perſeuerat; Cathedra enim, vt docuit Chriſtus, manet licet maxima ſit variatio in his qui ſuper Cathedram ſedent. Dici etiam poteſt. Epiſcopos ſemper in Eccleſia eſſe, quia alij alijs ſuccedunt. *experientia.* *Matth. c. 26.*

De Romano Pontifice dici poteſt. Duo in illo conſiderari, nempe primo Cathedram, ſeu poteſtatem, ſecundo perſonam, quæ in Cathedra ſedet; De primo certum eſt, quod habet perpetuam exiſtentiam in regno Chriſti. Sic enim Chriſtus dixit; Cathedram Moyſi vſque ad tempus ſuum perſeueraſſe, De ſecundo autem certum eſt. quod vna perſona ſuccedit alteri in Cathedra Romana, & inter prędeceſſorem, *Matth. c. 26.*

&

& ſucceſſorem ſedes dicitur vacare. Ideo ſedes quidem Petri continuate manet: perſonæ autem, quę in illa ſedent, habent quidem in regno Chriſti continuationem, ſed tamen aliquo modo eſt interpollata, & ſucceſſiua, cum intermedio, quia in regno ita regum continuatio ſe habet. Sicut enim terra, & arbores continuate dicuntur producere, quia licet productio vnius anni ſit interpollata à productione alterius, tamen quia in ſingulis annis fit productio, & vnus annus cum alio continuat, illa interpollata productio continuata eſt; Sic in Romano Pontifice continuatio reperitur.

Ariſt. in Polit.

Dicti igitur magiſtratus perpetuam habent in regno Chriſti exiſtentiã iuxta genus ſuum. Cum enim inſtitutio magiſtratuum de ſubſtantia regni ſit; Omne autem, quod eſt de ſubſtantia regni, ſemper in regno perſeueret; neceſſe eſt dicere, quod magiſtratus a Chriſto inſtituti ſemper in regno Chriſti fuerint, cum de ſubſtantia illius ſint.

Ducit ad impoſſibile.

Poteſt ergo circa hoc talis fieri ratiocinatio; Vel Chriſtus in regno ſuo inſtituit magiſtratus, vel non. Si dicatur non; Contra, quid ergo erant Apoſtoli? Diſcipuli? Epiſcopi? quid erat S. Petrus? S. Paulus? Titus? Timotheus? S. Auguſtinus? S. Ambroſius? & alij? Si inſtituit: ergo ſunt de ſubſtantia regni Chriſti, & ſunt de forma illius, quia pertinent ad gubernationem: ergo ſemper debent eſſe in hoc regno, ergo Regnum Chriſti ibi eſt, vbi ſunt iſti magiſtratus: vt vbi non ſunt iſti, nec ipſum erit: At ſenſus apertiſſime, & euidentiſſime docet, quod iſti magiſtratus modo ſunt, & ſemper fuerunt in Eccleſia Romana; Apud hæreticos vero Lutheranos, & Caluiniſtas non ſunt: ergo ſequitur, quod regnum Chriſti in ſola Eccleſia Romana reperitur, apud vero hæreticos nullum illius veſtigium adſit.

Ariſt. in Politic.

Et hæc de exiſtentia regni Chriſti dixiſſe ſufficiat Nunc quod regnum Chriſti ſenſibile ſit, eſt probãdũ.

Cap.

Cap. 14. Examinatur an Regnum Chriſti ſenſibile ſit.

MAximè expedit cognoſcere. Vtrum regnum Chriſti ſenſibile ſit; Quidam enim hæretici vt errores ſuos in tenebris abſcondāt, dicunt, Eccleſiam non eſſe ſenſibilem. Vnde ſequeretur quod regnum Chriſti non eſſet ſenſibile. Et ſic nullo modo poſſet cognoſci, vbinam ſit regnum Chriſti, quia omnis noſtra cognitio a ſenſu eſt deriuata, cum de exiſtentia, et circumſtantijs illius ſermo ſit. Hoc igitur modo eſt examinandum.

Cap. 15. De regula Logica ad hoc iudicandum.

REgulæ Logicæ tales eſſe poſſunt.
Prima. Omne compoſitum, quod habet materiam, vel in totum, vel in partem ſenſibilem, ſenſibile eſt. Probatur. Materia eſt de ſubſtantia rei, & per ſe conuenit compoſito; ergo quidquid conuenit materię conuenit compoſito. Sic homo eſt ſenſibilis per corpus. Ita Chriſtus fuit ſenſibilis per corpus, & per humanitatem, & poſt reſurrectionem fuit ſenſibilis per cicatrices. *Ex 1. poſt tex. 9.*

Secunda omne compoſitum habens formam ſenſibilem, vel in totum, vel in partem ſenſibile eſt, ratione iam dicta. *ibid.*

Tertia Omne compoſitum, in quo ſunt operationes, & accidentia per ſe ſenſibilia, ſenſibile eſt. Idem eſt, ſi habeat ſigna certa, & ſenſibilia. Idem ſi conſtet de initio, de duratione, & de fine illius. Ita homo eſt ſenſibilis per materiam per partem corporis, per operationes humanas, veluti locutionem, ſcriptionem, ita per accidentia, quia habet colorem, qualitates ſenſibiles, vt denſitatem, & alia. *ibid.*

Ex his regulis poteſt probari, quod regnum Chriſti ſenſibile ſit.

Cap.

Cap. 16. Probatur regnum Chriſti eſſe ſenſibile.

infra probatur. PRimò, regnum Chriſti habet partem materiæ ſenſibilem, nempè Eccleſiam, non dico triumphantem, ſed militantem, vt probabitur, ergo.

Catech. art. 9. Secundò, habet populos ſenſibiles, quia Catholici, *Aſenſu. Cate. ar. 9.* Lutherani, & Caluiniſtę non ſolum vt homines, ſed etiam vt tales ſenſibiles ſunt, ergo vbicumque ſit regnum Dei ſenſibile erit.

Per ſensū. Probatur. Tertiò, Fides Catholica, Lutherana, & Caluiniſtica ſenſibilis eſt. Eccleſia autem, & Regnum Chriſti in fide fundatum eſt, ergo quæcumque fides ſit vera, ſenſibilis erit.

Per ſensū. Quartò, Textus Biblicus eſt ſenſibilis, ita interpretes illius, & eſt de ſubſtantia regni Chriſti.

Senſus. Quintò, Magiſtratus in hoc regno ſenſibiles ſunt, Apoſtoli enim fuerunt ſenſibiles, ita Epiſcopi, Ita miniſtri hæreticorum ſenſibiles ſunt.

Senſus. Sextò Sacramenta ſunt ſenſibilia, vt Baptiſmus, & ſunt de ſubſtantia huius regni.

Senſus. Septimò, Lex Decalogi, Conſilia Euangelica, præcepta Eccleſię ſenſibilia ſunt.

Senſus. Octauò doctrina, & prædicatio Euangelij ſenſibilis eſt.

Senſus. Nonò, Operationes regni Chriſti erga Deum, & homines, vt cultus Dei, ſenſibiles ſunt.

Senſus. Decimò, Exiſtentia regni Chriſti ſenſibilis eſt, quia ſenſibile eſt nunc eſſe, licet aliqui velint magis hic, quam ibi eſſe.

Cap. 17. Probatur liberum arbitrium in hoc regno dari.

NVnc quædam alia de Regno Chriſti probanda ſunt.

Et primo, de libero arbitrio tria proponenda, nem *Seſs. 6. c. 1.* pè doctrina, Probatio, Confutatio.

& can. 4. 5. &c. Doctrina eſt. Homines viatores habere liberum arbitrium. Hoc eſſe viribus attenuatum, & male inclina

clinatum. Solis viribus naturæ, & abſque gratia non poſſe obſeruare legem Euangelicam, & mereri vitam æternam.

Probatio eſt, quia talis eſt hominis natura. Ita ſacra Scriptura docet. Senſus, & experientia idem probant. Ita ratio ſuadet, quia vbi non eſt arbitrium, ibi homines non ſunt in ſtatu viæ, nec viatores; & Eccleſia non poteſt dici militans. Ita etiam conuenit regno Chriſti, quia in illo proponitur præmium, & pœna; præcipitur virtus, & prohibetur vitium, vbi autem eſt præmium, & pœna, virtus, & vitium, neceſſario, vt ait Ariſt. e ratio ſuadet, debet eſſe libera conſultatio, electio, & executio. *Cate. ar. 1. nu. 19.* *Eth. lib. 3. c. 1. 2. 3.* *à ratione finali.*

conuenit etiam diuinæ maieſtati, quia Deus ſic oſtendit, ſe eſſe beatum in ſeipſo, & nō egere cultu, & ſeruitute noſtra, vt ſit beatus, ob hoc liberum nobis relinquit, vt ſeruiamus, & non ſeruiamus illi.

Confutatio eſt, quia negare arbitrium, eſt negare ſenſum, & rationem, & naturam, & legem naturalem, & Euangelicam, & deſtruere Regnum Chriſti. Demum, quia hæc negatiua nulla ratione probatur.

Cap. 18. Doctrina. & probatio de peccatis.

DOctrina catholica docet, homines viatores poſſe peccare, & peccare. *Seſs. 6. can. 6.*

Probatio eſt, quia homo habet arbitrium eſt viator. Lex naturæ ita ſtatuit. Senſus, & experientia ita docet. Sacra Scriptura paſſim hoc affirmat. Pœnæ appoſitæ, & iudicium generale ita declarant. Idem probat infernus, & alia. *Ex ſcriptura & ſenſus, & ratione.*

Ita permittere peccata conuenit Deo. Primo vt oſtendat, ſe eſſe beatum in ſeipſo, vt neque paccatis hominum eius beatitudo minuatur. Secundo vt declaret, ſe eſſe tantæ ſapientiæ, potentiæ, & bonitatis, vt non ſolum poſſit totum mundum, & vniuerſas illius partes eligantiſſime ordinare, ſed etiam eūdem, & eaſdem ab hominibus per peccata ad ſummam deordinationem redactas poſſe non ſolum ad priſtinum ordinem reducere, ſed etiam ad meliorem, & *Probatio à fine.*

multo nobiliorem ordinem, & concentum eleuare, Hoc enim per Christi incarnationem, quæ mundum in Deum maximè eleuauit, effectum eſt.

à ratione Hoc loco notandum, quod in paſſione Chriſti duo maximè mirabilia voluta ſunt; nempè maxima, & ſumma totius mundi, Primo deordinatio; Secundo ordinatio. In illa enim creaturæ ad tantam deordinationem per hominem deuenerunt, vt ipſa lem Dei deſtructionem, quæ in morte, & occaſione illius poſita eſt, conſpirarint; & reuera Deus ab illis occiſus eſt; E contra verò Chriſtus ad tantam Deo ſubiectionem, & obedientiam deuenerit, vt pro obedientia Dei humiliauerit, & exinaniuerit ſeipſum factus obediens vſque ad mortem. Et ſic maxima mundi per homines, & dæmones facta deordinatio per Chriſtum facta eſt totius mundi ſanctificatio, reſtauratio, renouatio, & ad meliorem, & perfectiorem, vſque in infinitum concentum reductio. Ideo Deus ad gloriam ſuam permiſit peccata in regno Chriſti.

Cap. 19. De tentationibus dæmonum, & auxilijs beatorum.

Gen. c. 3. SAcra Scriptura apertiſſimè docet homines viatores à dæmonibus tētari; & ipſommet Chriſtum ab illis fuiſſe tentatum. Cum autem certum ſit, Deum potuiſſe impedire dæmones, ne tentarent, videtur cauſa inquirenda, cur Deus hoc voluerit permittere. Et cauſæ plures ſunt.

ex ordine vniuerſi. Prima ex parte loci; Mundus enim in tres partes diuiſus eſt. Et duæ ſunt extremæ Paradiſus, & infernus; tertia media, & terra. In cęlo ſunt tantum bona, & felicitas, & beati; In inferno ſunt tantum mala, & miſeriæ, & damnati. In terra ſunt homines, qui poſſunt eſſe beati, & damnati; & in terra, cum ſit media, debet eſſe participatio de extremis, nempè bona, & mala; igitur ordo vniuerſi requirebat, vt Beati, & Angeli, & Deus adiuuarent homines de cælo; dæmones verò tentarent ab inferno.

à ſtatu hominis. Secundo à ſtatu hominis, qui vt liber, & vt viator poteſt

Digitized by Google

poteſt ſequi bonum, & malum, ideo conueniebat, vt aliqui bonum, alij malum proponerent illi.

Tertio ad confuſionem dæmonum, qui victi ab hominibus vilioribus, & inferioribus illis, magis de ſua ſuperbia humiliati ſunt. *Reſpectu Dæmonũ.*

Quarto ad vtilitatem hominum. Marcet enim ſine aduerſario virtus. Et tentatio parat illis victoriam; Et homines diuino auxilio dæmones vincentes ſedes in cælo ab illis amiſſas, vt illorum victores iuſtè obtinent. Iuſtum eſt enim illud dictum; Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. *Reſpectu hominum.*

Quinto ex peccato primi parentis, qui obediendo diabolo, ſe, & poſteros ſuos ſubdidit illi: ſecus eſſet ſi viciſſet. *Ex parte Adæ.*

Sexto ad gloriam Dei. Deus enim maximam potentiam, & bonitatem ſic oſtendit, dum electos ſuos non ſolum de manibus dæmonum liberat, ſed etiam victores illorum, & triumphatores reddit. *Reſpectu Dei.*

Et ex dictis poteſt reddi ratio, cur Deus in regno Chriſti permittat perſequutiones infidelium, Iudæorum, hereticorum, Tyrannorum, & malorum Chriſtianorum. Sic enim Terræ, ſic ſtatui viæ, ſic hominum libertati, ſic ordini vniuerſi conueniens eſt. Item ad Dei gloriam, & ad hominum vtilitatem deſeruit.

Idem dici poteſt de paruo numero bonorum, & de magno malorum; Ita enim conuenit naturæ deprauatæ: Hominis talis naturæ libertati; Gloriæ regni Chriſti, quia valdè glorioſum eſt, paucos, illoſque inermes contra multos ferro, & aſtutia armatos pugnare vincere, triumphare. Ita conuenit perfectioni legis Euangelicæ, quia perfectiſſima ſunt altiſſima, & ordinarium curſum tranſcendunt, & in ſummitate montium collocata ſunt. Ideo paucorum eſt acceſſus ad illa. *Per ordinem vniuerſi.*

Cap. 20. *De partibus mundi, & de illarum coordinatione in regni Chriſti.*

NVnc aliquid eſt dicendum de coordinatione partium mundi facta in regno Chriſti; Finis enim *Seſſ.6.c.;*

Digitized by Google

huius regni eſt altiſſima Dei gloria; & ſumma electorum, & hominum vtil tas. Medium eſt totius mundi renouatio, à malis liberatio, in melius commutatio, quæ ita fieri videtur.

Matth. cap. 20. Deus eſt veluti paterfamilias, ſeu rex.

arg. ibi. Totus mundus eſt veluti domus; vel regnum illius.

arg. ibid. Mundus corporeus eſt veluti domus, vel palatium regale in varias partes diſtributum, vt tum rex, tum tota familia habitent ibi.

Pater noſter. Cælum empireum eſt veluti regia habitatio, & thalamus regius.

à ratione conuenientia. Alij cęli ſunt veluti, vt ſic dicam cubicula anteriora, quæ vulgo dicuntur Anticameræ, quæ ſunt ante regiam habitationem. In quibus ſunt feneſtræ noſtris oppoſito modo ſe habentes: Noſtrę enim ab extra accipiunt lucem. Illæ ab intra emittunt lumen; Cæli enim per ſolem, lunam, & ſtellas quaſi per feneſtras lucem extra ſe ad terram demittunt.

Conuenientia. In medio harum domorum, vel ante illas debet eſſe maximum atrium, vel ſpacium, quod vulgo dicitur Corte, & hoc eſt aer.

Hoc maximum Palatium debet habere magnum viridarium, & hoc eſt Paradiſus terreſtris.

Conuenientia. Debet habere puteum, vel fontem, vel ciſternam magnam, & eſt mare, & flumina.

idem. Illi conueniunt Ciuitates, Oppida, Regna. Prouincię quæ in terra ſunt.

idem. Item prata, agri, vineta, nemora, & alia, quæ in terra ſunt ad homines, & animalia ſuſtentanda.

idem. Infra terram, vbi locus eſt vilis, & tenebroſus, debent eſſe loca accommodata ad detinendos, illos, qui illuc in pœnam à diuina prouidentia ſint deſtinati.

Conuenientia. Et iſta loca ſunt quattuor, infimus eſt infernus, in quo eſt pœna damni, & ſenſus æterna: Huic ſuccedit Purgatorium, in quo eſt pœna damni, & ſenſus temporalis: Succedit tertius locus, in quo eſt pœna non ſenſus, ſed damni æterna Demum eſt locus, in quo pœna ſolius damni temporalis reperitur.

Hęc eſt totius mundi, & palatij regij diſtributio.

Tota familia, & totum regnum in hoc palatio diſtributa

ſtributa eſt.

Deus totum mundum implet, & vt ait Mercurius Trimegiſta, Eſt veluti ſphęra intelligibilis, cuius centrum eſt vbique, & circumferentia nullibi. Aliquo tamen modo dicitur, quod illius habitatio eſt in cęlis. Pater noſter. *Lex Dei.*

Illius familia ſunt ſubſtantiæ ſpirituales, Angeli, & homines; qui omnes ad vitam beatam in Cęlo empireo poſſidendam cum tali lege deſtinati fuere, ſi in ſtatu viatorum conſtituti diuinæ legi obtemperauerint, quod ſi non fecerint, cęlo priuati in infernum detrudentur. *Ex ſcriptura.*

Creati ſunt Angeli in Cęlo empireo, & in ſtatu vię cum lege illis data collocati. *Ex ſcriptura.*

Quidam bene vſi ſunt gratia, & arbitrio legi Dei obediendo; Alij vtroque male vſi ſunt. *ibid.*

Boni in gratia fuere confirmati; in cęlo deſtinati; in ſtatu Patriæ ſtabiliti. *ibid.*

Mali in infimum locum detruſi, & ne otioſi eſſent in mundo, diuina prouidentia ad finem vilißimum in penam deſtinati ſunt, nempè vt eſſent ſatellites, tortores, carnifices, diuinæ iuſtitiæ exequutores, & exercitus illius ad puniendum, & ad mala hominibus, & mundo inferenda.

Creatus eſt homo, & in Paradiſo terreſtri eſt collocatus, & data eſt illi cum lege gratia. *Geneſ.*

Diabolus hominem tentauit, peccauit, male gratia, & arbitrio vſus eſt. *ibid.*

Per peccatum totus mundus, præcipuè corporeus deordinatus eſt, quia qui peccat totū mundū non ad Deum, ſed ad ſeipſum dicitur ordinare, qui enim mortaliter peccat, vltimum finem in creatura ponit. *ibid.* *Conc. ſeß. 5. & 6.*

Per hoc peccatum diuina iuſtitia homines ad loca infra terram deſtinabat. *Conc. ibid.*

Quid fiet de mundo, & homine? Numquid ſemper in hac deordinatione manebit. *Seſſ. 6. c. 2.*

Ecce Deus per Chriſtum decreuit mundum renouare, ordinare, & ad multo maiorem, digniorem, & nobiliorem finem, & gradum eleuare, ſed mundus erat diſponendus, vt tantum reciperet redemptorem.

Ideo varijs legibus, & Sacramentis mundus, & homo à Deo diſpoſitus eſt.

ibi. Conc. At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum, qui factus eſt homo, ſub lege eſt conſtitutus; Illam obſeruauit, Pęnas peccatorum ſuſtinuit; Diuinæ iuſtitiæ ſatisfecit, Legem gratiæ, & remiſſionis peccatorum ad modum Iubilæi publicauit. Regnum gratię fundauit. Omnia tanto regno conuenientia ſapientiſſime determinauit.

Seſſ.4.c.1. In hoc Regno fundauit Eccleſiam, Dedit Euangelium, & ſacram Scripturam.

Catech. art. 9. Per Eccleſiam omnes mundi nationes ad hoc regnum vocat.

Euangel.

Idem. Multi, immò omnes ſunt vocati, pauci vero electi.

Cate.art.9 Infideles Iudę & hæretici extra hoc regnum ſunt.

Euangel. Omnes fideles in hoc regno ſunt, ſed poſſunt eſſe boni, & mali.

Omnes homines, qui in hoc mundo reperiuntur ſunt viatorus, & ad Chriſtum conuerti poſſunt, & regnum Chriſti proponitur illis.

Euangel. Statim ac receſſerunt ex hac vita, deſinunt eſſe in ſtatu viæ, quia ſunt in termino, & iuxta opera locus proprius in mundo illis aſſignatur perpetuus, exceptis ijs, qui ad Purgatorium deſtinantur, de quibus infra dicetur.

Cate.art.9 Eccleſia, quæ eſt in terris ex vna parte habet dæmones. Infideles, Iudęos, Tyrannos, Hæreticos, malos Chriſtianos, mundum, & carnem oppugnantes, contra quos militat. Ex alia habet Deum Patrem, Chriſtum, Spiritum ſanctum, B. Virginem, Angelos, Beatos addiuuantes. Habet magiſtratus gubernantes, & alia plurima adiuuantia; cum quibus auxilijs pugnat, vincit, triumphat, Chriſtus in cęlo empireo glorioſus toti mundo imperat, & regnum ſuum gubernat.

Hæc de regno Chriſti dicta ſint. Et infra plura de illo dicenda ſunt.

Cap. 21. Diſcuſſio Logica de tractatione iam habita de regno Dei.

NVnc breuiter examinandam, an tractatio iam habita de Regno Dei complera ſit, & bene probata.

Primò, ergo ſtatutum eſt ſubiectum adæquatum regnum Dei, quod eſt ens completum in genere ſuo, & totum quoddam ex materia, & forma conſtitutum.

Secundò, dictum eſt hoc regnum eſſe genus, vel totum quoddam in plures partes, non dico eſſentiales, ſed integrales, quæ ſunt quaſi ſpecies diuiſim. Partes autem, vel ſpecies ſunt regnum naturę, regnum iuſtitiæ, regnum gratiæ, & regnum gloriæ.

Tertiò, Hinc Logica requirit tractationem in tres partes eſſe diuidendam. Et prima debet eſſe de regno Dei in communi, ſecunda De partibus illius, vel ſpeciebus inuicem comparatis, tertio, De ſingulis partibus in ſpeciali conſideratio habenda eſt.

Quartò, In quacumque parte dictæ tractationis ſcibilia ſunt colligenda, & probanda, cum doctrinæ illi oppoſitæ confutatione.

Metaphyſicus docet de regno Dei decem debere conſiderari, quæ ſunt. Finis, Operatio finalis, principium productiuum operationis finalis, quod eſt triplex, nempè, materia, forma, & accidentia, quæ per ſe ex illis fluunt, vel quę per ſe compoſito in ordine ad finem conueniunt. Item principium applicatiuum Ordinatio finalis, & exiſtentia, aliaque huiuſmodi.

Logicus dicit, conſiderandas eſſe Cauſas, paſſiones, & partes illius.

Regnum Dei late acceptum habet pro materia totum mundum cum omnibus partibus ſuis, quarum primæ ſunt Angelus & homo. Forma illius eſt ratio, & modus, quo Deus mundum gubernat, qui modus in lege æterna, quę in mente Dei eſt, ait S. Thomas, pręcipuè explicatur, & in legibus etiam, quæ ſingulis rebus mundi dantur, magis diſtinctè cognitus eſt. 1. 2. q. 93.

Ariſto: 7. Polit.c.13. Iſtę omnes leges tria potiſſimum determinant ſingulis rebus, nempè finem, media, & bonum vſum mediorum; ſeu determinat illa decem, quę Metaphyſica docet de ſingulis rebus eſſe conſideranda. Efficiens, & gubernator huius regni eſt Deus, qui aliqua immediatè, aliqua mediatè, & per ſecundas cauſas gubernat.

Finis huius regni omnino eſt Deus ex ſcriptura; Ita etiam ait Ariſtoteles. 12. Metaph. cap. 10. Deus ſub duplici ratione eſt finis mundi, nempè vt glorificandus, & vt fruendus; primum dicit gloriam Dei, ſecũdum dicit creaturarum vtilitatem, ſeu felicitatem. Ideo finis mundi ex Conc. Trident. & Catech. Rom. erit gloria Dei, & vita beata creaturarum. ab effectu etiam probatur, quod Deus ſub quadruplici ratione eſt finis in regno Mundi, & primo vt cognoſcendus, ſecundo vt diligendus, tertio vt colendus, quarto vt obediendus. Probatur ex Euangelio, in quo pręcipiuntur quattuor actus qui ſunt fidei, ſpei, caritatis, & obedientię. Et in ſubſtantia in ſpirituali homine quattuor ſunt potentiæ intellectus, voluntas, ſenſus, & totus homo, vnde fiunt operationes, cognitio, dilectio, cultus, obedientia. *ſeſſ.6.c.7. Catec. in Decalog. c.1.nu.10.*

Iuxta finem operationes finales erunt quattuor, prima cognitio, ſecunda dilectio, tertia cultus, ſeu laus, & honor, quarta obedientia.

Accidentia per quę immediatè iſtę actiones producuntur ſunt intellectus, voluntas, ſenſus, & tota hominis, vel Angeli ſubſtantia. Omnia enim entia mundi dictis ſe manifeſtant, vt actus ſuos in Deum eliciant.

Hęc accidentia fluunt ab eſſentia, ſeu à materia, & forma hominis, item Angeli.

Homo, & Angelus ſunt ordinati ad eliciendos actus in finem iam dictum.

Omnia entia mundi ſunt ordinata, vt manifeſtent ſe Angelo, & homini ob rationem finalem, quę dicta eſt.

Exiſtentia huius regni incepit cum mundo eſſe ſuę ceſſuum habet cum illo, & durabit in ęternum.

Pro-

Digitized by Google

Proprietates huius regni ſunt, eſſe vnum bene diſpoſitum,& ordinatum,verum,Excelſum,Admirabile,glorioſum,perpetuum,& tamen ſucceſſiuum,& in ęternum duraturum.

Partes huius regni ſunt quattuor,nempè Regnum naturę,iuſtitię,gratię,glorię.

De hoc regno in genere ſummatim dictũ eſt, quia principalis intentio eſt tractare de regno gratię. Hoc enim ad homines pertinet viatores, ideo hic ſufficiat conuenientiam inter dicta ſignificaſſe.

Nunc inter partes huius regni comparatio habenda eſt.

Prima pars,ſeu gradus, ſeu ſpecies huius regni eſt regnum naturæ.Secundus eſt iuſtitię, Tertius gratię; Quartus glorię.Et quę ſit inter illa comparatio iam dictum eſt.

Hęc quattuor regna inter ſe conueniunt, & differunt.Conueniunt,quia oĩa ſimul collecta perficiunt Regnum Dei,& decem,quę Metaphyſicus de illo docet eſſe conſideranda. Differunt, quia in vnaquaque parte dicti regni ordinatio ad finem particularis poſita eſt.

In regno enim naturę dantur leges, & magiſtratus particulares Lex enim naturę rebus mundi, & ipſi mundo decem iam dicta pręſcribit intra terminũ naturę,id eſt dat finem naturalem, operationem naturalem,accidentia naturalia, principium productiuum naturalem,principium autem applicatiuum eſt ipſamet natura, demum lex naturæ diſtinctè in ſingulis rebus pręſcribit decem, quę modo dicta ſunt. Ideo finis in regno naturę, erit Deus vt cognoſcendus,diligendus,colendus,& obediendus,iuxta lumẽ, & virtutem,& ordinem,qui a lege naturę pręſcriptus eſt.

In regno iuſtitię, ex S. Thoma, & ex natura rei datur alia lex,per quam fit,vel totalis, vel in parte diminutio circa decem iam dicta a gradu illo, qui a lege naturali rebus traditus eſt. In regno enim naturę,omnes Angeli,& homines erant ordinati tamquã ad finem ad gloriam Dei, & ad vitam ſuam beatam *1.2.q.90. art.7.*

intra terminos naturales, ſed prævaricantibus à lege naturę finaliter tum Angelis, tum hominibus, Angeli prævaricatores mutato fine non amplius ad gloriam Dei ſunt deſtinati per actus proprios, quia ſuis actibus propriam gloriam cũ Dei offenſa, & iniuria pro fine poſuerunt: Item non ad vitam beatam, ſed miſeram ſunt deſtinati. Mutato autem fine, omnia quoque iuxta illud, mutata fuerunt, veluti cognitio eſt de Deo non propitio, ſed inimico, Loco ſpei eſt deſperatio, Loco caritatis eſt odium, Loco gratiæ, odium Dei, & pœna. Idem de alijs.

S. Th. 1. p. q. 23. art. 5. ad 3. Notandum tamen, quod in dæmonibus, & damnatis ex parte Dei non mutatur finis toti mundo deſtinatus, ſed ſolummodo media mutata ſunt, Deus enim Regnum iuſtitiæ ordinat ad manifeſtandam gloriam iuſtitiæ diuinæ; item ad augendam lętitiam, & felicitatem in ſuis electis, qui vident ex Dei miſericordia ſe tales penas euaſiſſe. Media autem ſunt mutata, quia non beneficio vt in electis, & iuſtis, ſed pena, & caſtigatione glorificat ſe.

In regno gratię lex ſpecialis data eſt, quę finem, media, & decem iam dicta ordinat modo quodam particulari. Lex enim gratiæ omnia à lege naturæ determinata confirmat ex vna parte, ex alia ſuperaddit in omnibus gradum multo altiorem; qui ob hoc etiã dicitur ſupernaturalis. In hoc enim regno, & in hac lege naturæ, ſuperadditur gratia, per quam Angelus, & homo ad finem ſupernaturalem, ad operationes ſupernaturales, & alia ſupernaturalia eleuati, & ordinati ſunt.

pts. 2. nu. 11. Sicut regnum naturę ordinatur ad regnum gratiæ: Ita regnum gratiæ ordinatur ad regnum gloriæ; Gloria enim vt ait Catechiſmus, eſt gratia perfecta, & cõſumata; Ideo homines, & Angeli in regno gloriæ ad altiorem, vel certe perfectiorem gradum ſunt eleuati, quia illis datur lumen gloriæ, viſio diuinæ eſſentiæ, & æterna vita illis conceſſa in Deo eſt.

De regno gloriæ perfectam cognitionem in patria expectamus, Nunc de regno gratiæ magis diſtincta cognitio tradenda eſt.

Lex

Lex gratiæ cũcta in hoc regno ſimili modo diſponit.

Finis huius regni eſt, vt ſic dicam, infinita gloria Dei,& infinita creaturara vtilitas,ſeu beatitudo In regno enim naturæ ſimpliciter conſiderato non audeo dicere,quod Deo detur gloria infinita,& hominibus, ac Angelis beatitudo infinita. Natura enim res quædam non infinita ſed finita eſt;Gratia vero, & glora aliqo modo,quo ad virtutem,quaſi infinita dici poſſunt;quia natura diuina res infinita eſt,& gratia eſt communicatio quædam diuinæ naturæ, per quam iuſti eleuantur ad operationes vt ſic dicam diuinas eliciendas, ſicuti ferrum ignitum ad operationes ignis eliciendas eleuatum eſt.

Finis ergo regni gratiæ eſt Deus, vt cognoſcendus, diligendus,colendus,& obediendus: ſed in gradu admodum altiori quam ſit in natura, nempe lumine ſupernaturali;virtute ſupernaturali, modo ſupernaturali. Per ſupernaturale autem intelligerem cum quadam infinitate.

Actiones finales in hoc regno ſunt cognitio,dilectio cultus,obedientia erga Deum tali,& tanta virtute productę vt ex vna parte infinitam gloriam dent Deo, ex alia meritum obtineant vitæ æternæ.

Principia, quæ immediate has operationes producunt ſunt Fides,Spes, Caritas, & gratia,quæ à Deo hominibus infuſæ ſunt.

Potentiæ productiuæ harum operationum in homine ſunt intellectus,voluntas,ſenſus, & potentia hominis operatiua,non tamen in ſola natura conſideratę,ſed per gratiam ad dictas operationes eleuatæ,vt antea dictum eſt. Fides enim eleuat intellectum, Spes ſenſum; Caritas voluntatem; Gratiam totam hominem,& potentiam illius operatiuam.

Anima,& corpus hominis. Item totus homo a gratia eſt ſanatus,& ad finem altiſſimum Regni gratię eleuatus,& ordinatus.

Principium,quod applicat hominem in gratia conſtitutum, vt recte operationes finales producat, eſt gratia,quæ correſpondet naturæ, vel etiam dici poteſt, quod ſit Chriſtus caput, vel Spiritusſanctus, à

quo

quo homo iuſtus viuificatur, & illi ſuggerit omnia.

S.Th. 1.2. q. 90. & ſeq. Lex gratiæ ordinat homines ad finem dictum. Et dat illis per Chriſtum media opportuna ad obtinendam gratiam, & ad omnia illa præſtanda, quæ in hoc regno ordinata ſunt. Determinat etiam bonum vſum mediorum, quæ dicta ſunt.

Hæc lex appellatur Euangelium. Hoc enim omnia in regno gratiæ rectè diſponit.

Catec. in præf. num. 12. & in toto opere. Summa S. Euangelij in quattuor partes diſtributa eſt, quæ ſunt, Symbolum Apoſtolorum, veram fidei regulam tradens; Oratio Dominicalis, à qua virtus ſpei regulata eſt: tertia ſunt Sacramenta, quæ gratiæ inſtrumenta dicuntur; quarta eſt Decalogus, a quo hominis potentia operatiua directa eſt.

Seſſ. 6. per totum. In hoc regno ex ſacro Conc. Trid. Lex Euangelica ita diſponit de fine, de medio, & de bono vſu mediorum.

Seſſ. 6. c. 7. Finis eſt gloria Dei, ac Chriſti, & vita æterna cum quadam, vt ſic dicam, infinitate. Vita autem æterna datur ad modum præmij.

ibi. & c. 16 Medium vnicum ad hunc finem, & præmium obtinendum eſt meritum, ſeu actio infiniti, vt ſic dicam valoris, ad laudandum Deum, & ad ſibi bona merendum.

Medium vnicum ad meritum producendum eſt

Seſs 6. c. 7. gratia iuſtificans, quæ participat de Dei infinitate.

ibid. c. 3. et 7. et 16. Medium ad obtinendam gratiam in regno Chriſti eſt vnicum meritum Chriſti; & Chriſtus, ait Concilium, eſt cauſa meritoria illius.

Seſſ. 6. c. 3. Hoc meritum Chriſti ex Concilio nihil prodeſt, niſi ſit applicatum.

Seſs. 7. proœm. Hæc applicatio ex Concilio fit per Sacramenta.

Sacramenta abſque bono vſu nihil efficiunt, Seſſ. 7. can. 7.

Seſs. 6. c. 6. Bonus vſus Sacramentorum in adultis neceſſario

Seſs. 6. c. 6. requirit præparationem.

ibid. Præparatio ex Concilio fit per actus fidei, ſpei, caritatis, & obedientiæ, non quidem completos, ſed inchoactos.

Seſs. 6. c. 5. Gratia Dei, non dico iuſtificans, ſed præueniens, da

ad actus iam dictos mouet, atque excitat.

Poſt gratiam, & iuſtificationem obtentam homo tenetur ad obſeruantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ, id eſt ad illos actus, & illa opera exercenda, quæ ab illis præcepta ſunt. *Seſs 9. c. 16. & cã. 20.*

Hęc obedientia Deo dat gloriam, & obedienti me retur vitam æternam. *Seſſ. 6. c. 16.*

Hanc obedientiam magiſtratus Eccleſię ſtudens promouere, & ad illos ſpectat legem Dei explicare? Sacramenta miniſtrare, obſeruantiam legis in populis procurare, & Deo publicum cultum & illo dignum exhibere, & quo ad ritus, & cæremonias, ordinare. *Catec. de Sacram. ordinis.*

Hic publicus cultus potiſſimum in ſacrificio miſſe ordinatus eſt. *Seſſ. 22.*

Hoc ſacrificium offere ſolis congruit Sacerdotibus. *ibid &*

Illi Sacerdotes & alij miniſtri. Item regulares & religioſi, Demum clerus tum ſæcularis tum regularis ad cultum Dei publicum ſunt deſtinati. *ſeſſ 23. Conc. ibi.*

Chriſtus manet in Eccleſia, & vt caput illam gubernat, & regit. *Catech. de Sacra.*

Spiritusſanctus ſemper eſt in illa, illamque viuificat, ſanctificat, docet atque gubernat. *Matth. vlt. art. 9.*

Hoc modo lex Euangelica in regno gratiæ finem, media, & bonum vſum mediorum determinat, atque præſcribit. *Catech. ibid.*

Hęc eſt doctrina Catholica de regno Chriſti, quæ, quam ſit in omnibus conſona, conſideranti ex Logica manifeſtum erit: ſtatim enim apparebit, habere conſonantiam in omnibus dictis ſuis; item concordare cum lege naturali, ſcripta; Euangelica; cum vſu communi hominum: cum Logica; Ethica. Politica. Metaphyſica, demum cum euidentia ſenſus, & intellectus: Secus eſt de doctrina hæreticorum, quæ diſſonat in omnibus, vt modo dicetur.

Hanc conuenientiam, & diſſonantiam, vt Logicus videat ſic procedet.

Primo Conſideret, quęnam ſint ex communi hominum iudicio, & ex ſenſu, atque vſu apud omnes nationes, de ſubſtantia cuiuſcumque regni, & obſeruet, quænam de regno Ariſtoteles in Politicis dicat,

ex dictis enim apertiſſime conſpiciet, de ſubſtantia cuiuſcumque regni eſſe quod ſummus magiſtratus ſit in ſingulari perſona conſtitutus quod ſub illo ſint plures ſint inferiores magiſtratus ſeculares; Quod Sacerdotes, & maximè digne perſonæ ad cultum Dei publicum deſtinentur, Quod ſacrificia publica fiant Deo; Quod ad hoc ſacrificium, & ad publicum cultum deſtinentur loca publica, tempora ſolemnia, ritus, & ceremoniæ, quæ Deo digne ſunt. In omni regno leges neceſſariæ ſunt. Illiſque pęna ac præmium coniuncta eſſe debent. Obedientia tum legibus tum magiſtratibus exhibenda. Finis cuiuſcũque regni eſt bonum publicum, & vita beata populorum, gloria item regis; In omni regno bene conſtituto iuſtitia, & virtus, & honeſtas, & beneficentia eſt obſeruanda: Ita vnitas, concordia, pax. In omni regno homines habere liberum arbitrium euidens eſt. Omne regnum diuiditur in partẽ imperantem, & obedientem; Hęc & alia huiuſmodi ſenſui, & intellectui nota ſunt.

Secundo Conſiderabit omnia dicta de regno Chriſti altiori gradu eſſe affirmanda quia perfectiſſimum regnum eſt.

Tertio Examinabit, qua ratione dicta fuerint in veteri teſtamento, Item in primitiua Eccleſia; Ita in cunctis ſeculis, quæ ſucceſſiue poſt illam fuerunt; Demum quid ſenſus & intellectus obſeruẽt cum euidentia, quid ſit modo a parte rei apud Catholicam Romanam Eccleſiam apud Sectas hæreticorum.

His ita examinatis, Logicus conſiderabit an in Eccleſia Romana ſint omnia iam dicta, quæ de ſubſtantia cuiuſcumque regni ſunt, & clariſſimè inueniet nihil penitus deeſſe de omnibus dictis, immò omnia, & ſingula altiori quodam modo conuenire.

Examinabit etiam, an Sectæ Lutheri, vel Caluini, vel alia dicta inſint, & clariſſimè videbit, nihil dictorum adeſſe omnia ab illis negata, Solum verbum Dei, ſolam fidem, ſolos miniſtros verbi Dei acceptant. Hoc autem non eſt affirmare regnum Chriſti eſſe regnum, ſed ſolummodo eſſe Scholam; Ideo ex dictis certiſſimam facies probationem ex Logica,

quod

quod in ſola Eccleſia Catholica,& Apoſtolica Romana ſit in omnibus ſeculis conſeruatum. Probatio autē ita fieri poteſt.

Maior. Vbi ſunt omnia, quæ de ſubſtantia cuiuſlibet regni ſunt & precipuè regno Christi cōueniunt, ibi eſt regnum Christi. Hæc eſt ex Metaphyſica per ſe nota: quia nulla res ſeparatur à ſua ſubſtantia.

Minor. Sed in ſola Eccleſia Catholica Romana dicta reperiuntur. Et hæc minor euidentiſſime probatur per ſenſum, ergo.

Probatio negatiua ita fiet.

Maior. Vbi eſt regnum Christi, ibi omnia, quæ de ſubſtantia regni ſunt eſſe debent.

Minor. Sed in ſectis hæreticorum dicta non ſunt, & probatur per ſenſum; ergo.

Ex hac igitur Logica tractatione habetur ratio, & modus ad clariſſime probandam, quod Doctrina hæreticorum, vbi à Catholica diſcordat, apertiſſime diſſonat à veritate.

Cap. 19. Probatur regnum Christi, & nunc eſſe, & ſemper fuiſſe, in ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana.

NVnc tandem, vbinam ſit regnum Christi, tentandum eſt per ſenſum explicare atque probare. Cum enim hoc regnum realiter exiſtat, & vnum numero ſit, neceſſe eſt quod alicubi ſit; & omnino debet eſſe ſenſibile, & per ſenſum notum. Alioquin nemo poterit ſcire, quod tendat, vt in illo recipiatur, & viuat. Et qui dicit, non poſſe per ſenſum, & intellectum lumine fidei adiutum certo ſciri, vbi ſit regnum Christi, idem eſt, ac ſi dicat, nihil certi in hoc regno dari, ſed omnina in illo dubia eſſe. Quia ſi ignoro, vbi ſit Socrates, omnino etiam ignorabo, vbi ſit anima, & corpus, & intellectus, & vita, & operationes illius; & nullam cum ipſo ſic ignorato potero habere communicationem. Ita ſi ignoretur, vbi ſit regnum Christi, neceſſe eſt ignorari, vbi ſit vera fides vera doctrina, vera prædicatio, vera Eccleſia, ve

rum

rum Euangelium, demum omnia, quæ ad illud ſpectant: Ideo habenda eſt probatio de reali exſtentia illius

Conueniunt ergo inter ſe tum Catholici, tum hæretici, quod regnum Dei vere ſit, & verè exiſtat; & ſemper extiterit cum ſubſtantialibus, nempè materia, & forma, & cum alijs, quæ per ſe illi conueniunt. Sed diſcordant in explicando, vbinam ſit: Catholici enim dicunt in ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana reperiri: Hæretici vero omnes conueniunt in proferēda negatiua, quod hoc regnum non ſit in Eccleſia Romana; quia autem, ne ſtulti videantur, neceſſe eſt, quod dicant vbi ſit; in hac affirmatione, quam diſcordent inter ſe, non eſt poſſibile affirmare: Caluiniſtæ enim dicunt, apud ipſos ſolos eſſe, & non apud alios. Idem dicunt Lutherani; Et idem omnes Sectę hæreticorum. Quid faciendum? Probatio, quę certa ſit, hanc debet dirimere controuerſiam.

Supra autem probatum eſt, quod hęretici non poſſunt certam facere probationem; Catholici vero illā efficiunt, tum affirmatiuam, tum negatiuam; quod ita eſſe nunc clarum fiet, probationes Catholicorum afferendo, quę magis opportunæ videbuntur.

Prima eſt a nomine. Hoc nomen, regnum, non conuenit Sectis hæreticorum; potius nomen Scholæ illis conuenit. Eccleſiæ autē Romanæ cōueniens eſt.

Secunda à definitione; Definitio regni Chriſti talis erit. Eſt populus à Chriſto per legem Euangelij gubernatus. In Sectis autem hæreticorum nulla eſt gubernatio, vt patet ex dictis; quia negant obedientiam, & operum neceſſitatem, prædicant conſcientiæ libertatem; Solam infidelitatem dicunt eſſe peccatum, E contra Eccleſia Romana.

Tertio Regnum Chriſti eſt vnum; Sectæ autem hęreticorum ſunt multę, & inter ſe diſcordes, & contrariæ, & de illis non poteſt aſſignari aliqua ratio, cur regnum Chriſti magis ſit in vna, quam in alia. Secus de Eccleſia Romana, quæ vna eſt, & ſemper talis fuit.

4. Vna eſt Eccleſia; vna fides vnum Euangelium, Hoc falſum in Sectis hæreticorum. In Eccleſia Romana

mana verum, vt ſenſui notum eſt.

5. regnum Chriſti eſt antiquum; Eccleſia Romana talis; Sectæ hæreticorum nouæ.

6. Hoc regnum à tempore Chriſti vſque ad finem mundi ſemper fuit, & eſt, & erit. Sectæ hæreticorum ante Caluinum, & Lutherum non erant: Eccleſia Romana ſemper fuit, & eſt.

7. De ſubſtantia cuiuslibet regni eſt quod habeat primum magiſtratum i ſingulari perſona conſtitutū, Hoc in Eccleſia Romana: Sectæ hęreticorum huic magiſtratui infeſtiſſimę ſunt

8. Ex ſcriptura, ex traditione, ex lege naturali, ex ſcripta, ex vſu Eccleſię, ex concilijs, ex SS. Patribus ex ſenſu probatur dari in Regno Dei primatum Romani Pontificis, ergo in ſola Eccleſia Romana eſt regnum Dei.

9. Eadem probatio fit, quod poſt ſummum magiſtratum in quolibet regno debeat eſſe alij inferiores magiſtratus; Ita lex naturæ, vſus hominū; Ita in lege veteri. Ita in Euangelio. Ita in primitiua Eccleſia, ita vſus Eccleſiæ, vt Epiſcopi, Sacerdotes, & alij. Hęc in ſola Eccleſia Romana ſunt; ergo.

10. In Euangelio Chriſtus inſtituit Apoſtolos, & diſcipulos ſeptuaginta duos Et de Epiſcopis, & alijs in primitiua Eccleſia mentio fit, vt de Tito, Timotheo, & alijs, ergo in regno Chriſti dicti magiſtratus ſunt affirmandi.

11. Tempore Concilij Niceni regnum Chriſti erat in Eccleſia Romana, quam idem Concilium veram eſſe profitebatur, tunc autem erat Romanus Pontifex, Erant Epiſcopi; Sacerdotes, Diaconi; Ita tempore Damaſi Papæ, Silueſtri, Gregrotij. Ita de S. Amborſio, Auguſtino, Athanaſio, & alijs fuit, ergo talia de ſubſtantia regni Chriſti ſunt, & ideo non in illo omnino eſſe debent; Sola autem Eccleſia Rom. illos habet.

12. In regno ſenſibili, & terreno debent eſſe magiſtratus ſenſibiles, & gubernatio debet eſſe ſenſibilis. Hoc eſt in ſola Eccleſia Romana.

13. Quidam hæretici nimis abſurde negant liberū

Digitized by Google

arbitrium contra ſenſum.

14. Alij non attendentes finem regni Chriſti, & operationem finalem eſſe ſupernaturalia, gratiæ detrahunt, & arbitrio nimis tribuunt: Secus in Eccleſ. Romana.

15. Purgatorium maximè conuenit huic regno, quia in illo loca pœnarum iuxta puniendos debet eſſe diuerſa. At hæretici illud negant.

16. Huic regno maximè conuenit, vt inter homines viatores, & beatos ſit maximum commercium, & communio, iuxta nonum articulum; quia hoc eſt regnum caritatis, & inter partes regni maxima debet eſſe communicatio; hoc autem rectè fit, ſi uiatores dent honorem beatis, iſti vero pro viatoribus intercedant. At hæretici iſta negant.

17. Eadem probatio erit de ſuffragijs pro animabus in Purgatorio detentis.

18. In quolibet regno res à maioribus inſigniter geſtæ tum hiſtoria, tum picturis, tum ſtatuis, tum traditione poſteris glorioſe proponuntur; vt maiores laudabiliter imitentur; At hæretici picturas, & ſtatuas ipſiuſmet Chriſti execrãtur: Vt quid etiam ſcripturam facta Chriſti, & Apoſtolorum referentem non negant?

19. In remiſſione peccatorum, quæ per Sacramentũ fit pœnitentiæ maximè elucet bonitas Dei, & virtus paſſionis Chriſti, & de illa aperte ſcriptura loquitur; ergo illam negare huic regno eſt iniurioſum.

20. Realis præſentia Chriſti in Euchariſtia infinitã huic regno affert dignitatem, & Deo inexplicabilem gloriam præbet, & ſcriptura de illa loquitur; Vt quid ergo tam impiè, & obſtinate ab hæreticis eſt negãda?

21. Communio, in qua ſacra Euchariſtia à fidelibus accipitur, eſt optimum medium, per quod fideles Deo gloriam infinitam præbent; quia per illam Chriſtus manet in ipſis, & ipſi in Chriſto, ideo omnia in illo poſſunt; ſcriptura etiam loquitur de illa; ergo maximè conuenit regno Chriſti.

22. In terris nullum eſt regnum, in quo populi Deo vel vero, vel quem illi exiſtiment verum, non dent publicum

publicum cultum, qui dicitur ſacrificium? hic enim cultus maximè Deo conuenit, & illi ſoli; ergo in regno Chriſti; cuius finis eſt dare infinitam gloriã Deo, hoc ſacrificium non erit? Nullum in hoc regno ſacrificium?

23. Ariſt. Polit. lib. 7. cap. 8. Ita ait de ſacrificio. In qualibet Ciuitate ante omnia neceſſarius eſt circa rem diuinam cultus, quod vocant ſacrificium. Et ait ciuitatem ſine illo eſſe non poſſe, Quid dicit hæreticus?

24. Ibidem & cap. 9. & 10. & 12. ait neceſſariũ eſſe in qualibet Ciuitate, & Regno, vt in illo ſint Sacerdotes, & magiſtratus, ſeu perſonæ publicæ, & digniores, à quibus Deo publicus cultus exhibitus ſit, ſacrificium enim ſine Sacerdotio eſſe non debet, & iuſtum eſt, vt Deo publicus, & valde eminens cultus exhibeatur; vt quid ergo in regno Chriſti iſta negantur?

25. Idem capit. 12. eiuſdem libri ait. Publicas ædes tum cultui Dei, tũ Sacerdotibus eſſe determinandas: Vt quid ergo hæretici deſtruunt Eccleſias, altaria, vaſa ſacra. Cur Clero ſeculari, & regulari diuino cultui emancipato adeo infeſti, & inimici ſunt?

26. Quis, unquam dicit, Cultum Dei non debere eſſe publicum, ſolemnem, dignum Deo, & Deo conuenire, vt habeatur in loco publico, à perſona publica, in tempore ſolemni, veſtibus, ritibus, cæremonijs, & alijs, quæ decentia ſint. Et tamen iſta omnia heu nefas, in regno Chriſti negare hæretici audent.

27. Iſta omnia in veteri teſtamento à Deo fuiſſe ordinata certiſſimum eſt. Idem in nouo, & idem ſemper in Eccleſia obſeruatum fuiſſe, & nunc quoque in Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana obſeruari.

28. Inter omnia, quæ maximè conueniunt regno Chriſti eſt ſacrificium Miſſę; Ad dandam enim infinitam gloriam Deo, & hominibus infinitam vtilitatem nihil eſt magis accommodatum. Res enim, quæ in illo offertur, eſt infinita, & offerens Chriſtus infinitus, ideo infinitam virtutem habere poteſt. Si ſanguis vitulorum emundat &c. quid ſanguis Chri-

X 2 ſti;

ſtri? Nimis ergo execrabile eſt, hoc ſacrificium in regno Chriſti negare.

29. Ariſt. lib.7. Polit. cap. 14. ait, omnem humanam ſocietatem, & Ciuitatem, & Regnum omnino in duas partes eſſe diuiſam, quarum vna eſt parens, ſeu obediens, & ſubdita, & gubernata, alia eſt imperans, quæ præcipit, & gubernat. Hęc diuiſio ſemper in Eccleſia Dei fuit obſeruata, & modo in Eccleſia Romana obſeruatur; Videant hæretici, qua ratione, & quo fundamento velint à regno Chriſti illam amouere.

Lib.7.c.8 30. Ariſt. in Politicis ait. In omni Ciuitate, & Regno neceſſaria eſſe alimenta; ergo ſi in Regno naturali naturalia alimenta neceſſaria ſunt, in regno Chriſti ſpiritualia ad vitam ſpiritualem neceſſaria erunt. ideo ſacra Communio in regno Chriſti neceſſaria eſt

ibid. 31. Sicut medicinæ ſunt neceſſariæ ad vitam naturalem, ita Sacramentum Pœnitentię in regno Chriſti ad ſpiritualem optimum eſt.

ibid. 32. In omni regno, ait, Iudices; & Magiſtratus ad gubernationem rectè inſtituendam neceſſarij ſunt. ergo Sacramentum Ordinis concedendum.

ibid. 33. Arma in omni regno ait neceſſaria ſunt, adhoc vt contra externos, & inimicos ſit defenſio, ergo in regno Chriſti Sacramentum Confirmationis, in quo

ibid. dantur arma, rectè inſtitutum eſt.

34. Inter omnia quæ ad vitam hominis rectè inſtituendam pertinent, illud eſt præcipuum, vt in morte bene cócludatur, ergo in regno Chriſti Sacramentum Extremæ vnctionis rectè inſtitutum eſt.

35. Populus Chriſtianus erit magis ſanctificatus, ſi filij à ſanctificatis parentibus procreentur, ergo Sacramentum Matrimonij bene ordinatum.

36. Leges in omni regno eſſe neceſſarias, Ariſt. & omnes affirmant, ergo in regno Chriſti leges, & pręcepta neceſſaria erunt.

7. Polit. c. 13. S. Th. 1. 2. q. 90. & 37. Ait Ariſtot. Leges regni tria præſtare debent. Primo quidem rectè ſtatuere finem. Secundo media. Tertio bonum vſum mediorum. Vel duo nempè, bonum finem, & opportunæ actiones ad illum obtinendum,

dum, hæc igitur lex Chriſti efficere debet, ſed hæretici circa dicta nimis abſurda, & diſſonantia proferunt.

38. Finis in regno Chriſti eſt gloria Dei, vt ſic dicam, infinita, debet enim eſſe digna Deo. & actiones, ſeu media Catholici dicunt eſſe ſacrificium Miſſæ, & cultus Dei tum publicus, tum priuatus exhibitus illi cum maieſtate, atque magnificentia, at hæretici vix de hac gloria cogitant, & ferè omnem magnificum cultum Deo negant. *Seſſ. 6. c. 7. & ſeſſ. 22*

39. Alius finis eſt vita beata hominum, qui etiam terreno regno conuenit. Et Ariſt. ait in virtute, & actione virtuoſa reperitur. At hæretici ſolam fidem extollentes omnes pene virtutes a regno Chriſti exſulare volunt, ergo terrena regna virtutes colunt, & regnum Chriſti deſpiciet illas? *7. Politic. c. 13.*

40. Solam infidelitatem in regno Chriſti hæretici dicunt eſſe peccatum. ergo terrena regna furta, homicidia, & alia crimina prohibent; Lex vero Chriſti ſanctiſſima illa permittet?

41. Magiſtratus, & leges humanæ habent vim ad ſubditos obligandos. lex autem Chriſti ſine vlla, vt dicunt hæretici, obligatione erit?

42. Quid magis abſurdum, & impium, quam in regno Chriſti negare obedientiam erga magiſtratus, & obſeruantiam erga leges?

43. Quid eſt negare neceſſitatem operum, niſi in regno Chriſti negare leges, legislatores, magiſtratus, & turpe otium prædicare? Otium in regno Chriſti? Si nulla eſt actio finalis, ergo neque finis? Hic enim obtinetur per illam? ergo regnum Chriſti finem non habet?

44 Si hæreticus dicat; Fides eſt medium ad finem regni Chriſti obtinendum; Contra. Sola cognitio finis, & mediorum veluti ſanitatis, & medicinæ non ſufficit ad finem obtinendum, ſed opera ſunt neceſſaria; Fides autem dat ſolam cognitionem finis, & mediorum.

45. Hæretici prędicant conſcientiæ libertatem, & quilibet poteſt credere, & facere quod ſibi placet, iux-

Digitized by Google

ta illos, quid eſt hoc, quam totaliter deſtruere regnum Chriſti? & leges, & magiſtratus illius?

46. Dicunt Spiritusſanctus immediatè docet, & regit omnes fideles, ergo in regno Chriſti externa gubernatio nulla erit?

47 Dicunt quilibet poteſt interpretari ſacram ſcripturam, & legem Dei. At omnes populi etiam barbari dicunt ad ſapientiores, & ad magiſtratus dicta pertinere, multo magis in regno Chriſti.

Politic. lib. 7. c. 8. 48. Aliqui dicunt laicos poſſe abſoluere à peccatis: At Ariſt: & alij ſapientes dicunt ad ſolos magiſtratus pertinere, vt iudicent de peccatis.

49 Dicunt in regno Chriſti tria conſiderari, primo verbum Dei, ſecundo miniſtros dicti verbi, tertio fidem. At hæc neque materiam, neque formam, neque finem, neque efficiens regni Chriſti dicunt. Verbum enim Dei non eſt regnum; ita neque fides, neque miniſtri: Regnum enim Chriſti eſt res a verbo Dei ſignificata, ergo male de illo loquuntur.

50. Dicunt in regno Chriſti tantum ſunt boni, non autem mali. Sed ſcriptura docet contrarium: Ita ratio, & ſenſus, quia in omni regno ſaltem terreno, ſunt iuſti, & peccatores, qui eiſdem legibus, & magiſtratibus gubernantur, & multorum peccata puniuntur.

51. In omni regno amici regis poſſunt obtinere gratias pro alijs; in regno autem Chriſti, & in beatis hoc negatum erit? Nonne in veteri, & in nouo Teſtamento hoc ſæpius effectum eſt?

52. In omni natione etiam barbara, ita in veteri Teſtamento, populi cineres, & corpora maiorum, qui præceſſerunt venerabantur, & in ſolo regno Chriſti hanc hæretici nolunt ſeruari humanitatem?

53. Sicut rex per ſe, & primo habet relationem ad regnum, cuius eſt rex, poſtea ad ſingulos in regno contentos relationem habet; ita Chriſtus primo, & per ſe eſt caput & rex ſui regni, poſtea ad ſingulos fideles relationem habet. At hæretici contrarium dicunt.

54 Illud dictum Chriſti. Ego vobiſcum ſum vſ-

que ad conſumationem ſeculi de toto regno conſideratur, In hoc enim eſt ſemper, in ſingulis autem fidelibus non ſemper eſt, in quo hęretici decipiuntur.

55. In hoc regno Spiritusſanctus ſemper aſſiſtit, & in illo docet omnem veritatem, & ſuggerit illi omnia & in illo ſpirat, vbi vult quando vult, quomodo vult, ideo dicta de ſingulis fidelibus non ſunt neceſſario intelligenda, vt hæretici intelligunt.

56. In hoc regno debent congregari Concilia generalia, vt Apoſtoli docuerunt, & hoc in ſola Eccleſia Romana factum eſt, vt patet in Concilio Niceno, & Tridentino, & alijs.

57. Regnum Chriſti eſt Catholicum, ergo in ſola Eccleſia Romana, quæ ſola Catholica eſt, reperitur, & Conc. Trident. ita eſſe vbique docet.

58. Neceſſe eſt affirmare, quod in hoc regno ſit priuilegium non errandi, & vera fides, verum verbum Dei, vera illius interpretatio, vera prædicatio, vera Eccleſia, verum Euangelium, & demum omnia vera quia hoc regnum immediatè à Chriſto, & à Spiritu-ſancto, vt eſt quoddam totum gubernatur, & neceſſe eſt dicere, quod omnia dicta & omnia illius ſubſtantialia in illo vera fuerunt; quod autem de regno Chriſti affirmatur, neceſſe eſt de Eccleſia Catholica affirmare. At dicta non poſſunt niſi de Romana verificari, ergo in illa ſola regnum Chriſti erit.

59. Regnum Chriſti ſemper fuit, eſt, & erit. Vel ergo eſt in Eccleſia Romana vel non. Si eſt habemus intentum, ſi non eſt; Tunc vel conceditur eſſe in alia, vel in nulla. Si in nulla, ergo defecit regnum Chriſti, Compoſitum enim exiſtere abſque ſua materia impoſſibile eſt, & regnum abſque populo gubernato eſſe non poteſt. Si dicatur, eſſe, & ſemper fuiſſe in alia, quærimus quęnam ſit iſta modo, & vbinam fuerit ante hæreticos huius temporis: Cum autem Sectæ hæreticorum ſint multæ, illæque inter ſe omnino diuerſæ, atque contrariæ; quęritur an in omnibus, & ſingulis ſit regnum Chriſti, an vero in vna tantum illarum; Si in omnibus dicatur. Contra in regno Chriſti eſt vnitas in fide, in Eccleſia, & in Euan-

gelio, quia veritas vna eſt, dictę autem Sectę ad vnitatem reduci non poſſunt. Si in vna tantum. Quæritur quænam ſit modo. Lutherani dicunt noſtra, Caluiniſtæ idem. Aliç Sectę idem. Quæritur, quænam ſit maior ratio, quod de vna ſit affirmandum, de alia negandum. Et nulla penitus reperitur. Quæritur fundamentum certitudinis, & nullum omuino apparet; Quæritur vbi dictæ Eccleſię fuerint ante Lutherum, & Caluinum: Dicunt regnum Chriſti tunc per multum item pus fuiſſe cum vera Eccleſia ignotum, & ideo de illis non poſſe probari, vbi fuerit; Contra quod ſic dicitur. Hoc eſt dormientes adhibere teſtes; contra lumen naturale probare notum per ignotum. Deinde hæc probatio, tam Catholicis, quàm hæreticis, & ipſiſmet Turcis deſeruire poteſt, ergo nihil penitus probabit; ergo apud Sectas hęreticorum Regnum Chriſti eſſe non poteſt, ergo in ſola Catholica Romana Eccleſia erit. De hac enim ſola probari poteſt, quod omnia ſubſtantialia regni Chriſti modo in illa ſint, & quod ſemper in illa fuerint, & quod præſens Eccleſia Romana cũ Eccleſia primitiua, & cum Catholica Eccleſia, quę fuit in præteritis ſeculis concordat, ideo in illa regnum Chriſti ſemper fuit, & eſt, & erit.

60. Tandem Logicus ex dictis generalem, & ſolemniſſimam faciet probationem, quod in ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana regnum Chriſti ſemper fuerit, & ſit, & erit. Si enim ſola Eccleſia dictam completam vndequaque, & ſibi conſonam tradit doctrinam de regno Chriſti. Si hæc doctrina concordat cum lege, & lumine naturali. Si cum Logica, cum Ethica, cum Politica, cum Metaphyſica. Si cum omni antiquiſſima hiſtoria, ſi cum iudicio ſapientum, & omnium nationum. Si cum teſtamento veteri, & nouo, ſi cum Sacra Scriptura, & traditione, ſi cum Concilijs, & Patribus, & Decretis Romanorum Pontificum, & ſi dicta doctrina probationes certiſſimas per fidem, per ſenſum, per intellectum facit, nullumque illi deeſt certitudinis fundamẽtum. E contra vero Hæretici de regno Chriſti nihil ferè affirment; doctrinam de illo contra omnem rationem

tionem negatiuam tradant; Completam de illo tractationem non faciant. Nimium abſurda, & inter ſe diſſonantia dicant, Nihil certo, ſed neque probabiliter probent. Demum ad omnibus iam dictis diſcordent. Omnino cum cum certitudine concluſio facienda eſt, quod regnum Dei, & vera doctrin a de illo in ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana reperitur.

Hæc omnia de regno Chriſti ſummatim dicta ſunt ſed eadem fuſius ſuis locis explicabũtur. Quod enim ob vnam rationem hic dicitur de regno Chriſti. Idem alibi ob aliam rationem de Eccleſia, & de S. Euangelio dici debet, quia ſic conſonantia vnius veritatis cũ alia clarius demonſtratur. Quod dicitur, neforte factę in hoc opere repetitiones inutiles iudicentur. Quod ſi alicui lectori non placent, vel moleſtæ ſint, erit in poteſtate illius, vbi ita viſum ſit, illas præterire.

Digitized by Google

DOCTRINÆ CATHOLICÆ.

LIBER QVARTVS.

QVI EST DE ECCLESIA, & de partibus illius.

POST tractationẽ de regno Chriſti ordo doctrinę requirit, vt tractatio de Eccleſia, quæ eſt materia dicti regni, habeatur; Cum enim Eccleſia res talis ſit, vt per ſenſum percipi poſſit, facilior erit, ni fallor; de ipſa, quam de Euangelio], quod eſt forma regni dicti, accipere cognitionem, qua habita cognitio S. Euangelij facilior erit.

Diuiſio tractationis.

HIC liber in ſex diſtinctiones partitus erit. Prima eſt de Eccleſia in generali conſiderata.

2. De communione Sanctorum.

3. De Eccleſia militante.

4. De priuilegio non errandi Eccleſiæ militanti conceſſo.

5. Quod dicta Eccleſia per ſe viſibilis ſit & ſemper fuerit talis.

6. Quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera eſt, & quod omnes aliæ dictæ contrariæ falſæ ſunt.

Google

LIBRI QVARTI DISTINCTIO PRIMA.

De Eccleſia in generali conſiderata.

De Eccleſia in generali conſiderata explicanda ſunt, nomen, definitio, diuiſio, quattuor cauſæ, proprietates, operationes, & priuilegia.

Cap. I. De nomine Eccleſiæ.

Eccleſia Græcè ſignificat Euocationem, ſic dicta, quia Euocatio ſignificat, quaſi in vnum vocatio vnde ſcriptores per Eccleſiam intelligebant populũ in vnum collectum, nempè Concilium, vel concionẽ. Nec diſtinguebant; an ille populus eſſet veræ, vel falſæ religionis, & an pro religione, vel alia de cauſa eſſet coadunatus. Ideo hoc nomen poteſt in bonam, & in malam accipi partem. *Cate. art. 9. nu. 2.*

Nunc ſacra Scriptura vtitur hac voce Eccleſia ad Rempublicam, & populum Chriſtianum veræ fidei, et religionis profeſſorem ſignificandum, & cum ſacri Scriptores ſimpliciter, & ſine vlla additione dicũt Eccleſiã, intelligunt ſignificare populum fidelẽ. Si vero aliquid addunt, veluti Eccleſia malignantium, Eccleſia hæreticorum, vel Lutheri, aut Caluini, tunc iuxta illud, quod additum eſt, intelligi, & accipi debet. *ibid.*

Nunc Eccleſia accipitur pro illo populo, vel pro illa multitudine, quæ ſub Chriſto capite vnita, & gubernata eſt. Chriſtus enim Eccleſiam ædificauit. *ibid.*

Hæc Eccleſia ſic generaliter accepta, dicitur Catholica, quia Catholicum idem ſignificat quod vniuerſale. Ideo Eccleſia Catholica ſignificabit omnem multitudinem, quæ ſub Chriſto capite vnitur, & guberna- *Cate. ar. 9. nu. 16.*

bernatur. Quid autem ſit Eccleſia, vt explicetur, prius aliqui termini ſunt declarandi.

Cap. 2. De differentia inter totum, & genus.

Ex Logica. & Metaphyſ.

GEnus, & totum conueniunt, & differunt inter ſe; Conueniunt in hoc, quod vtrumque habet ſub ſe partes ſpecie, & eſſentialiter diſtinctas. Differunt, quia genus illas partes, vel ſpecies non vnit, ſed illas inter ſe diſtinctas, & ſeparatas relinquit. Totum vero partes ſuas colligit, vnit, ordinat, & ad eumdem finem deſtinat. Ideo vbi partes ſunt inuicem ſeparatæ, ibi poteſt eſſe genus. Vbi ſunt vnitæ, dicetur totum. Exempla ſunt. Elementum habet ſub ſe partes, nempè ignē, aerem, aquam, & terram inter ſe diſtinctas; ideo dicetur genus illarum. Mixtum habet eaſdem partes non diſtinctas, ſed vnitas, & ad eumdem finem ordinatas, ideo non genus, ſed totum erit. Ita anima habet tres partes ſpecie diſtinctas, & inter ſe ſeparatas, quę ſunt anima vegetatiua in plantis, ſenſitiua in animalibus; intellectiua in hominibus, ideo, vt ſic conſiderata, genus eſt. Anima vero hominum, quia ſimul vnit vegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuum, & ad eumdem finem ordinat, totum, non genus eſſe dicetur.

Totum ergo eſt illud, quod partes ſimul vnit, & ad eumdem finem deſtinat. Genus vero habet ſub ſe partes, ſed illas non vnit, nec ad eumdem finem deſtinat.

Hæc cognitio deſeruiet ad iudicandum, quod ſi Eccleſia Catholica eſt quoddam, non dico genus, ſed totum, neceſſario debet ſuas partes vnire, & ad eumdē finem ordinare, prout ſuo loco dicetur.

Cap. 3. De differentia inter caput, & corpus, partes corporis, & membra illius.

S. *Tho. 3 par. q. 8. art. 1. Cate. art. 9.*

ECcleſia eſt quoddam totum quod corpori hominis aſſimilatur. Dicitur enim corpus miſticum Chriſti. Et Chriſtus dicitur Caput illius. Et Eccleſia diuiditur in partes, & in membra, ideo diſtinguenda

da eſt illorum cognitio. *experientia.*

Hæc dicta reperiuntur ordinariè in corporibus hominum, & animalium.

Caput dicitur illud, quod dominatur in corpore, in quo ſex facit operationes. *S.Th. ibi. & Cate. idem.*

Prima eſt quod ſub ſe colligit omnes partes totius corporis.

2. Illas inter ſe vnit, & conuectit.

3. Illas inter ſe ordinat, ſingulis locum ſuum, & propium officium aſſignans. *ibid. ibid.*

4. Perficit tum in exiſtendo, tum in operando; Perfectio enim corporis in capite eſt. *ibid.*

5. Gubernat omnes partes extrinſecè, & illas ad eumdem finem deſtinat. *ibid.*

6. Influit in corpus, & in omnes partes illius, & hoc intrinſecè facit. *ibid.*

Caput ergo illud dicetur, quod in corpus, vel omnia dicta, vel aliqua facit. *ex Conc. Seſſ.6.c.7. & 16. Conc. Catec.S.Th. ibidem.*

Corpus dicitur illud, quod noneſt caput, nec præeſt illi, ſed ſubeſt, & non agit, vel influit in caput, ſed recipit actionem, & influxum ab illo; Et eſt quid vnum ex omnibus partibus, quæ ſub capite ſunt, conſtitutum; Corpus ergo erit totum quoddam ex membris, quæ ſub capite ſunt, conſtitutum, & ſub capite collocatum. Senſus enim ita eſſe docet in homine, & in animalibus.

Partes corporis dicuntur membra principalia, veluti brachia, pectus, crura. *Catec.S. Th.ibid.*

Membra ſunt veluti particulæ, vel minores partes, quæ ſub primis & maioribus continentur, veluti duo ſunt brachia, & vnum brachium in plures minores partes, & particulas diuiſum eſt. *ibidem.*

Hæc in Eccleſia ita diſtinguuntur; Caput inuiſibile Eccleſiæ eſt Chriſtus. Viſibile Rom. Pontifex: Eccleſia eſt corpus Chriſti miſticum. Partes Eccleſiæ ſunt duæ, nempè Eccleſia Triumphas, & militans. Membra ſunt ſinguli fideles, qui, ſi ſunt in gratia, ſunt membra viua, ſi abſque gratia mortua membra erunt. *S.Th. & Catech. ibidem.*

Cap.

Cap. 4. De Chriſto capite totius Eccleſiæ.

S.Th. ibi — ADæquata cognitio Eccleſiæ a Chriſto capite eſt accipienda. Chriſtus enim eſt caput Eccleſiæ; Et Eccleſia corpus Chriſti eſt; Et ſicut corpus non poteſt à capite ſeparari, neque hoc ab illo; ita Chriſtus vt caput, & Eccleſia vt corpus ſemper vnita erunt. Et ſi declaratum fuerit, quorum Chriſtus ſit coput, erit etiam declaratum, quinam in Eccleſia contineantur, & quęnam Eccleſiæ, vel partes, vel membra ſint.

S.Thomas. 3.p.q 8 diligenter explicat, & probat, quorumnam Chriſtus caput ſit.

Primo ait. Chriſtus fuit tum viator, tum comprehenſor. q. 8. art. 4. ad 2. Vt viator fuit caput omnium viatorum; Vt comperhenſor, omnium beatorum; Et actiones capitis in illos exercet; gubernat enim, & influit in illos.

ibid. ar. 4. Secundo ait, Chriſtus eſt caput Angelorum; Probat ex Epiſt. ad Coloſſ. 2. vbi de Chriſto dicitur, Qui eſt caput ominis principatus, & poteſtatis; Idem: Epheſ. 1. de Chriſto dictum eſt; Ratione etiam probatur, quia Chriſtus eminet ſuper Angelos; gubernat illos, & influit in illos. Angeli quoque ſeruiunt, & miniſtrant illi. Matth. 4. A fine etiam probat ſic: Angeli, & homines ordinantur ad eũdem finem, qui eſt gloria diuinæ fruitionis: quæ autem ad eundem finẽ ordinantur, ſimul vnita eſſe debent, ideo tum Angleli, tum homines in patria totum quoddam efficiunt, hoc autem totum Eccleſia Triuumphans eſt.

ibid. ar. 3. Tertio ait; Omnes homines viatores ab initio vſq: ad finem mundi ſub Chriſto capite ſunt; Diſtinguit autem ſic: Homines alij ſunt actu membra Eccleſię, & ſub capite Chriſto, alij ſunt in potentia tales; Omnes infideles, & omnes viatores ſunt in potentia ad regnum Chriſti, quia Chriſtus omnes vocat ad Eccleſiam: ideo dicitur Euocatio, & pro omnibus mortuus eſt, & per liberum arbitirium poſſunt conuerti ad Chriſtum; Vnde non in actu, ſed in potentia dicuntur eſſe in Eccleſia, & vocati ad illam, licet aliqui ex illis de potentia nunquam reducentur ad actũ, Alij actu ſunt in Eccleſia, & ſub capite Chriſto; Et

horum

horum triplex eſt differentia; quidam enim vniuntur Chriſto capiti per gloriam; alij per gratiam, & caritatem in via; Tertio alij per ſpem; & hæc tertia vnio diminuta eſt; Chriſtus ergo quantum eſt ex ſe influit vt caput in omnes homines viatores.

Quarto ait. Damnati neque in actu, neque in potentia ſunt de Eccleſia, & ſub capite Chriſto, quia deſinunt eſſe in potentia, vt Chriſto vniantur. *ibid. a. 3.*

Ex dictis apparet, quinam ſub Chriſto tamquam capite ſint.

Cap. 5. De definitione Eccleſiæ vniuerſalis.

NVnc definitio Eccleſiæ vniuerſalis tradenda eſt. Sciendum eſt autem, quod ſicut corpus hominis habet, vt ſic dicam, ſubſtantialem relationem ad quatuor, nempè primo ad hominem, cuius eſt pars, & materia; ſecundo ad animam quæ forma illius eſt. tertio ad caput, ſub quo collocatur. Nunc enim corpus accipimus pro membris, quæ ſub capite ſunt; quarto ad partes, ſeu membra, ex quibus corpus compoſitum eſt, ſic Eccleſia in ordine ad quatuor conſideratur, quæ ſunt, caput, Chriſtus, Compoſitum, Regnum Chriſti, forma, Euangelium, partes, ex quibus Eccleſia conſtituta eſt. Vnde iuxta dicta quattuor poterit habere definitiones. *S. Th. 3. p. p. 8. & Cate. art. 9.*

Prima eſt hæc: Eccleſia eſt corpus miſticum Chriſti; idest Eccleſia ita ſe habet in ordine ad Chriſtum, ſicut ſe habet corpus hominis ad caput ipſius. *S. Th. ibid. Catech. art 9.*

Secunda eſt hęc, Eccleſia eſt materia regni Chriſti, idest res gubernata in regno Chriſti. Ita corpus hominis dicitur pars, & materia illius. *ibid.*

Tertia eſt in ordine ad formā regni Chriſti ſic. Eccleſia eſt multitudo à Chriſto per legem Euangelicā gubernata: Ita corpus hominis ab anima informatur. *ibid.*

Quarta eſt reſpectu partium ſic: Eccleſia eſt corpus ex membris, quæ partim militant, partim triumphāt conſtitutum. Vel ſic. Eccleſia eſt maxima hominum, & Angelorum multitudo ſub Chriſto capite vnita, gubernata, & ad eumdem finem varijs modis deſti- *ibid.*

deſtinata: Et hæc explicat quattuor cauſas Eccleſiæ, de quibus modo dicendum eſt.

Cap. 6. De materia Eccleſiæ in generali conſiderata.

Ex S. Th. p. 3. q. 8.

MAteria Eccleſiæ propria, & adæquata eſt illa multitudo ſubſtantiarũ ſpiritualium, quæ ſub Chriſto capite vel complete, vel incomplete; vel actu, ac potentia gubernantur. Ratio eſt, quia tantum ſe extendit Eccleſia, quantum ſe extendit influxus Chriſti capitis in membra ſua; Corpus enim abſolute colligit omnia membra, quæ ſub capite gubernantur: Cum ergo Chriſtus vt caput influat in Angelos, & beatos; item in omnes homines viatores; licet diuerſa ratione; quia in iuſtos influit per gratiam, in fideles non iuſtos per fidem, per inſpirationes, per comminationes, per auxilia, & alia; in eos etiam, qui ſunt infideles, vocando, inſpirando, illuminando, excitando, ſcripturas, & Eccleſiæ prædicationem tradendo, & alia huiuſmodi; dici poterit, quod omnes beati, & viatores ſunt materia Eccleſiæ, quia pertinent ad multitudinem, quæ ſub capite Chriſto coadunatur.

Hoc loco hæretici mouent dubitationes circa viatores, quinam in Eccleſia eſſe dicantur; quidam enim illorum negant peccatores fideles ĩ Eccleſia eſſe; ſed de hoc, vbi de Eccleſia militanti, dicendum eſt. Vbi poterit etiam examinari an infideles ad Eccleſiam pertinere dici poſſit.

Cap. 7. De partibus Eccleſiæ vniuerſalis.

Ex Philoſophia.

PArtes aliæ ſunt eſſentiales, aliæ integrales; Eſſentiales ſunt materia, & forma, ſic dictæ, quia rei conſtituunt eſſentiam. Integrales dicuntur illæ, quæ materiam in integra ratione conſtituunt: Veluti corpus, & anima ſunt partes eſſentiales hominis Membra corporis ſunt partes integrales illius: Cum ergo nunc de materia Eccleſiæ ſermo ſit; oportet de partibus

tibus illius integralibus conſiderare. Dictum eſt autem, quod Eccleſia eſt corpus, Corpus autem in vnum colligit omnia membra, quæ ſub capite ſunt; Membra autem Chriſti ſunt fideles, ſiue ſint in actu, ſiue in potentia; Ideo omnes fideles in Eccleſia colligere opus erit.

Quidam ergo Eccleſiam vniuerſalem diuidunt in tres partes, ad quas omnes fideles reducantur. Vna dicitur Triumphans; Alia Militans; Alia Satisfaciens. prima eſt in cęlis; ſecunda in terris; tertia in purgatorio; & ad has tres partes omnem multitudinem à Chriſto gubernatam reducunt. *Realis diuiſio.*

Catechiſmus Romanus Eccleſiam diuidit in duas partes, quarum vna dicitur Triumphãs, alia Militans. Animæ enim in Purgatorio detentæ ad dictas partes reducuntur, quia recedunt à militanti, vt tendant ad Triumphantem. *art. 9. nu. 5. & ſeq.*

Vtraque diuiſio bona eſt, & partes dictæ ſunt principales.

Membra Eccleſiæ ſunt homines, & Angeli ſingillatim conſiderati; ſiue ſint membra viua, ſiue mortua, ſiue ſint membra in actu, ſiue in potentia. *Catech. art. 9. S. Th. 3. p. q. 8.*

Caput ergo Eccleſiæ eſt Chriſtus; Eccleſia eſt corpus Chriſti capitis. Partes huius corporis ſunt Pars militans & pars triumphans. Membra ſunt beati, & viatores ſingillatim conſiderati.

Cap. 8. De forma Eccleſiæ vniuerſalis.

S. Th. ibi Catech. art. 9.

FOrma Eccleſiæ vniuerſalis quattuor dicit; quæ ſunt, primo colligere omnia membra, ſecundo vnire; tertio ordinare, quarto illa ſupponere Chriſto capiti. Probatur Ita fit in corpore hominis, colligit enim, vnit, ordinat, & capiti ſubdit omnia membra. Confirmatur. De forma Eccleſiæ vniuerſalis eſt, quod colligat omnia membra, alioquin non eſſet vniuerſalis. Hęc membra debent eſſe vnita, & ordinata, quia ſic conuenit Eccleſię Dei. Et de eſſentia illus eſt, quod ſit ſub capite Chriſto.

Digitized by Google

Cap. 9. De fine Eccleſiæ vniuerſalis.

Polit. lib. 7. c. 1. et c. Sciendum eſt, quod hæc tria compoſitum, materia, & forma eumdẽ finem habent; quia hæc tria aliquo modo idem ſunt; Et compoſitum per ſuam eſſentiam complete tendit in finem. Veluti finis hominis eſt Deus vt cognoſcendus, diligendus, colendus, & obediendus: Homo eſt illud, quod in hunc finem tendere debet; anima, & corpus ſunt illud per quod tendit; per animam enim homo habet intellectum ad cognoſcendum, voluntatem ad diligendum, Per corpus habet ſenſus, & organa ad colendum; & homo ipſe Deo obedientiam præſtare debet. Idem erit in regno Chriſti: Hoc enim regnum eſt quoddam cõpoſitum, cuius materia eſt Eccleſia, Forma Euangelium, quia per hoc Eccleſia gubernata eſt. Ideo finis Eccleſiæ omnino erit idem cum fine regni Chriſti. De hoc autem fine dictum eſt ſupra, quod ſit, primo quidem gloria Dei, & Chriſti modo ibi explicato, ſecundo vita beata tum in pręſenti, tum in futuro ſæculo; ideo Eccleſia ad hunc finem ordinata erit.

S. Th. 1. 2. q. 90. & Ex Ariſt. 7. Polit. c. 1. et ſ. q. idẽ c. 13. Conc. ſeſſ. 9. c. 7.

Finis ergo Eccleſiæ eſt gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna. Et ex conſequenti omnes partes, & membra, & particulæ Eccleſię eũdem finem habebunt; Idem eſt conſtitutus finis ſingulorum fidelium.

Seſſ. 6. c. 7.

Notandum tamen, quod vt ait S. Thomas, omnia membra corporis humani tũ ſimul, ſtum ſingillatim conſiderata tendunt ad eundem finem, ſed hoc faciunt diuerſo modo, & vnumquodque iuxta eſſe ſuũ; oculi enim aliter, quam aures operantur; Ita in Eccleſia erit; aliter enim Angeli, aliter beati, aliter animæ purgatorij, aliter viatores in hunc finem tendunt.

3. p. q. 8. art. 2.

ibi. S. Th. Notandum etiam, quod completa ratio tendendi in finem eſt, non in ſingulis partibus ſeparatim conſideratis, ſed in omnibus ſimul collectis, ſic enim conſonantia muſicalis non in vna voce, ſed in multis poſita eſt. Ita tum anima, tum corpus hominis ſimul vnitæ completę in finem hominis tendunt: Ideo cõpleta ratio tendendi in finem regni Dei erit in Eccle-

ſia

ſia cum omnibus ſuis partibus conſiderata, quod ta-li ratione explicatur.

Finis regni Chriſti, & ipſius Chriſti eſt laudare Deũ ſecundum multitudinem magnitudinis eius; ideſt dare gloriam Deo dignam illo, & quæ ſit talis, vt mereatur vitam æternam. Gloria autem vt ſit digna Deo, debet eſſe infinita intenſiuè, & extenſiuè; Debet ſe extendere ad omne tempus, ad omnem locum, ad omnem modum; Debet laudare multitudinem diuinarum virtutum. Hoc autem rectè facit Eccleſia quæ eſt vbique, durabit in æternum, infinitos actus producit ad laudem Dei, innumeris modis Dei laudes celebrat. à capite ſuo accipit virtutem vt ſinguli actus illius meritorij intenſiuè gloriam Deo dent infinitam, & meritum obtineant infinitum; Vnde Eccleſia erit optimum medium ad obtinendum finem, qui à Deo in in regno Chriſti propoſitus eſt.

de hoc ſupra.

Eccleſia mediũ accommodatũ ad finẽ regni Chriſti obtinendum.

Cap. 10. De operatione finali Eccleſiæ vniuerſalis.

Finis Eccleſiæ vniuerſalis, vt dictum fuit, eſt Deus, vt glorificandus, & fruendus iuxta finẽ duæ erunt actiones finales, vna erit laus Deo digna; Alia meritum diuinæ fruitionis, cum enim finis neceſſario per aliquam actionem ſit obtinendus. Vbi duplex eſt finis, vel eſt vnus ſub duplici ratione conſideratus; ibi neceſſarium eſt eſſe duas operationes, vel vnam ſub duplici ratione conſideratam. cum ergo finis Eccleſiæ ſit gloria Dei, & vita æterna nobis. Et nos Deo damus gloriam, ipſe vero nobis dat vitam, neceſſe eſt dicere, quod operatio finalis Eccleſiæ duo contineat; quæ ſunt cultum Deo, & meritum nobis. Hinc fit diuiſio Eccleſiæ in duas partes, quarum, vna nempè triunphans extra ſtatum meriti eſt, cum iã obtinuerit præmium, ideo ſolum diuinæ gloriæ, ac laudi incumbuit. Alia vero, quæ eſt militans, tum gloriæ Dei, tum merito ſuo operam dat. Diuerſis autem modis tum laus Dei, tum meritum noſtrum effici debet ideo Eccleſia in partes diuiſa eſt.

de hoc ſupra.

Seſſ. 6 c. 5

Hæc eſt operatio finalis, de cuius principio pro-

 ductiuo,

ductiuo; & applicatiuo, quod eſt gratia, & meritum Chriſti iam ſupra dictum eſt.

Cap. 11. De efficiente vniuerſalis Eccleſia.

Matth. c. 16. EFficens Eccleſiæ vniuerſalis eſt chriſtus, quia ipſe acquiſiuit Eccleſiam ſanguine ſuo, & dixit. Ædificabo Eccleſiam meam Ipſe eſt caput illius. Ipſe ſanctificat, & viuificat, & gubernat illam Demum Eccleſia omnia ſua bona à Chriſto habet.

Cap. 12. De proprietatibus Eccleſia vniuerſalis.

Cate. art. 9. nu. 2. & ſeq. NVnc de proprietatibus Eccleſia vniuerſalis dicedum eſt.

Prima ergo proprietas illius eſt, quod ſit vna. Probatur, vnũ eſt regnum Chriſti, ergo Eccleſia illius vna eſt; Item vnum corpus eſt, vnum habet caput; Vnum finem, & efficiens habet: Vnam habet formam; nempe S. Euangelium. In hoc enim proponuntur omnia; quę ad totam Eccleſiam ſpectant. Eſt vna nõ tantum ſpecie, ſed etiam numero. Et hoc à principio vſque ad finem mundi. *Matth. c. 16.*

2. Eſt perpetua, & æterna: Probatur, Regnum Chriſti eſt æternum, ergo etiam illius materia, & Eccleſia æterna erit, ergo nunquam defecit, nec deficiet, ergo ſemper fuit, & erit: & portæ inferi non præualebunt aduerſum eam. *Cate. ar. 9. nu. 16.*

3. Eſt Catholica, & vniuerſalis, qui vbique eſt, in cælo, in terra, ſubtus terram, nempè in purgatorio; Semper fuit in omni mundi ætate. Omnes Angelos, & Beatos in vnum colligit, item omnes homines viatores, vt dictum eſt. *Cateth. ibid. nu. 15.*

4. Eſt ſancta, Eſt quia habet caput ſanctum Euangelium ſanctum. Eſt materia regni Chriſti, quod ſanctum eſt; Habet Angelos, Beatos, & plurimos viatores ſanctos, & alia multa ſancta. *Catech. petit. 2.*

5. Eſt ordinata, quia partes illius inter ſe ordinem habent. Veluti natura ordinatur ad gratiam, hæc ad gloriam; Et omnia in Eccleſia ad eundem finem ordinata *S. Th. 3. p.*

dinata,& deſtinata ſunt.

6. In illa eſt ſanctorum communio, quia inter Angelos & Beatos, & animas Purgatorij & homines viatores datur communio, & hoc infra fuſius probandum eſt. *q. 8. ar. 1. et 4. Cate, a. 9.*

7. In Eccleſia datur theſaurus, in quo omnia merita Chriſti, & omnium Sanctorum collecta ſunt, & hic theſaurus habet pro fine infinitam Dei gloriam, & æternam creaturarum intellectualium beatitudinem. *arg. ibid. de com. Sanctorū.*

8. Eſt honorabiliſſima, quia omnia habet maximo honore digna, caput, finem, actiones, dona, gratias, demum ad ſummam gloriam eſt deſtinata. *Ex Cate. et S. Th. ibid, ibid.*

9. Eſt feliciſſima, ac beatiſſima; quia omnia bona poſſidet, ad beatam vitam in Deo eſt deſtinata; & triumphans iam beatiſſima eſt. *ibid.*

10. Eſt Deo gratiſſima quia gratia Dei per Chriſtũ caput repleta eſt. Has, & alias multas habet proprietates, & eminentias. *ibid.*

Cap. 13. De priuilegijs Eccleſia uniuerſalis.

HÆC Eccleſia plurima habet priuilegia a Deo, quorum aliqua hic ponentur.

Totus mundus ordinatur in illa, & ad illam. cęlũ empireum eſt locus Beatorum. Cæli qui mouentur ordinantur ad terram, in quam operantur. Tota terra cũ rebus ſuis ordinatur ad corpus hominis. Hoc ad animam, Anima cum Angelo ordinantur ad Deum. *de hoc ſupra.*

Dominatur inimicis ſuis committit prælia cum illis, vincit, et triumphat de illis. Et portæ inferi nõ poſſunt præualere aduerſum eam. *Matth. 16*

Chriſtus vt homo ſua reali præſentia illam nobilitat, quia tum in cęlo, tum in terra realiter Eccleſię ſuę vult eſſe præſens. *Catech. de Euch. nu. 32.*

Deus eſt in illa, regnat in illa, copioſiſſime ſe communicat illi, demum ſeipſum cum omnibus ſuis Eccleſiæ tradit. *Cate. art. 1. et 9. et pet. 2.*

Cap. 14. De exiſtentia Eccleſiæ vniuerſalis.

Ex Logica et phyloſophia. RESTAT vt de exiſtentia Eccleſiæ aliquid dicatur. Pro cuius explicatione ſupponendum eſt, quod quædam entia vt ſupra dictum eſt, habent eſſe completum in ſeipſis ad modum ſubſtantiæ, quæ dicitur per ſe exiſtere, veluti homo, domus, regnum, Quædam exiſtunt per modum partis, vel accidentis, & hęc habent exiſtentiam cum alio, vel in alio, & ſine illis eſſe non poſſunt, veluti corpus hominis, & accidentia illius. Regnum ergo Chriſti habet exiſtentiam iuſta genus ſuum completam: Eccleſia vero habet exiſtentiam partialem in hoc regno, quia eſt pars materialis illius. Quia autem eſt impoſſibile, quod compoſitum poſſit eſſe ſine ſuis partibus eſſentialibus, & partes illius impoſſibile eſt eſſe ſine illo, ſequetur, quod exiſtentia totius, & partium ſeu regni Chriſti, & partium illius eadem ratione ſit accipienda, Patet *S. Th. 1. 2. q. 91. art. 5 item 3. p. q. 8. art. 3.* autem, quod exiſtentia regni Chriſti incepit ab origine mundi, & numquam defecit, ſed ſemper, & continuate per cuncta ſecula, & per omnes mundi ætates, idem non ſolum ſpecie, ſed etiam numero manſit, & vſque in æternum manebit, ideo manifeſtum erit, quod Eccleſia eamdem omnino cum regno Chriſti exiſtentiam habebit, nempè continuatam, æternã, & quæ vna numero eſt.

Ariſt. 3. Polit. c. 2. S. Th. 3. p. q. 8. ar. 3. Catech. art. 9. Conc. ſeſſ. 4. c. 1. Verum ex Ariſtotele, & S. Thoma notandum eſt, quod materia regni alio modo ſe habet; quam materia aliarum quarumdam rerum. Quædam enim res totam materiam ſemper eamdem habent; veluti domus, & gladius, in quibus materia non variatur. Quædam habent varietatem in materia, vt arbores, & animalia, quorum corpora accipiunt additionem, & ſubtractionem, creſcunt, & decreſcunt, & in homine fit continua exhalatio, quæ reſtauratur per cibum, fiunt etiam mutationes ex vna ætate in aliam, & ex ſanitate in infirmitatem, idem in alijs eſt, quæ tamen, non obſtante tali variatione, eadem numero manent. Homo enim in tota vita ſua vnum numero

eſt,

eſt; & vnam numero exiſtentiam habet. Idem in regno apparet, in quo fiunt plurimæ mutationes, dum aliqui moriuntur, alij naſcuntur, aliqui populi recedunt à regno, alij accedunt ad illud. Quæ ſucceſſio potiſſimum in Eccleſia cõſideratur. Membra enim illius ait S. Thomas, non ſimul actu ſunt; ſed quædam ſunt in actu, quædam in potentia, quidam accedunt ad Eccleſiam, quidam recedunt ab illa. Et modo Eccleſia triumphans completum numerum habet, ſed quotidie augetur, maior autem variatio eſt in Eccleſia militanti, ideo exiſtentia regni Chriſti, & Eccleſiæ debet iuxta ſuum genus conſiderari. Hoc dixiſſe ſufficiat, quod non obſtante tali variatione, & ſucceſſione regnum Chriſti, & illius Eccleſia eamdem numero continuatam per cuncta ſecula retinent exiſtentiam, quia regnorum natura talis eſt. *3. p. q. 8.*

Cap. 15. De Eccleſia triumphante.

De hac breuius dicendum, quia minus ab hæreticis impugnatur. *Cate. ar. 9. nu. 5.*

Dicitur triumphans; quia hoſtes vicit; miſerias reliquit; æterna beatitudine fruitur. *ibid. & S. Th.*

Sic poteſt definiri. Eſt maxima Angelorum, & hominum multitudo ſub Chriſto capite legibus gloriæ gubernata. Vel ſic. Eſt pars dignior Eccleſiæ Dei; Vel ſic. Eſt multitudo viatorum, qui ad præmium peruenerunt. *3. p. q. 8. art. 1. et ſeq.*

Materia ſunt Angeli, & homines, qui viatores meritum vitę æternæ habuerunt. Per meritum enim tum Angeli tum homines fiunt materia, & ponuntur in numero Eccleſiæ triumphantis, & infantes baptizati, qui moriuntur, per meritum Chriſti illis in Baptiſmo applicatum in numero beatorum adſcripti ſunt. *Catech. et S. Th. ibid.*

Forma dicit tria; primo ſubeſſe Chriſto capiti, vt eſt comprehenſor, conſiderato, & ab illo legibus non viæ, ſed patrię gubernari; ſecundo maxima inter beatos, & Angelos vnio cum concordi tendentia in deſtinatum finem: tertio Charitatiuam cum Eccleſia militanti vnionem, atque communicationem, *3. p. q. 8. art. 4. ad 2. et art. 1. et ſeq. Catech. art. 9.*

Partes enim eiuſdem corporis inter ſe neceſſariam connexionem habent.

Seſs.6.c.7. Finis eſt Gloria infinita Dei,& vita æterna tum ipſorum,tum aliorum,qui electi ſunt.

Ex Conc. Catec. et S.Th. ibi Actio finalis eſt triplex; prima æterna, infinita, conſona laus Dei in ſecula ſeculorum, ſecunda fruitio batifica Dei,tertia Procurare hominibus viatoribus vitam æternam,& adiuuare illos, vt conſequantur.

Efficiens huius Eccleſiæ eſt Chriſtus,qui à Deo caput omnis Eccleſię conſtitutus eſt.

Cap. 16. De comparatione inter Eccleſiam militantem,et triumphantem.

Catech. Iſtæ duæ Eccleſiæ in aliquibus conueniunt, & in alijs differunt.

S.Th. ibi. Conueniunt,quia ex vtraque fit vnum corpus; Idem habent caput.In eodem ſunt regno:Eumdem finem habent.Idem eſt Euangelium vtrique. Vna alteri communicat;Triumphans adiuuat; Militans honorat.

ibid. Differunt, quia militans eſt in via,in ſtatu meriti,peregrinatur,ſtudet merito, vt præmium obtineat, militat,tentatur,cum inimicis bellum gerit, non eſt ſecura in membris ſuis, multi in illa periclitantur, colligit bonos, & malos, perſequutiones vndique patitur.In illa electi tamquam aurum in fornaci probantur.Lateres excoquuntur,lapides expoliuntur, vt ciuitas cęleſtis ędificetur,Triumphās autem,eſt in patria,in portu,in termino;obtinet præmium,compleuit labores,liberata eſt a malis omnibus, triumphat de inimicis ſuis,eſt ſecura, nullum malum admittit, omnia bona poſſidet,& vitam beatam in Deo habet æternam.

arg. ibid. Eccleſia, quæ eſt in purgatorio reducitur ad partes dictas;quia animæ eorum qui in purgatorio detinentur,recedunt ab Eccleſia militanti, vt tendant ad triumphantem.Hæc eſt doctrina Catholica de Eccleſia in vniuerſali conſiderata.

Cap. 27. Comparatur doctrina Catholica dicta cum doctrina hæreticorum.

EX dictis apparet, quod doctrina Catholica de Eccleſia vniuerſali in omnibus conſona eſt, & cõcordat cum lumine fidei, & naturali. Hæretici vero abſurda nimis in hac parte dicunt. Negant enim commercium & communionem, & participationem inter Eccleſiam militantem & triumphantem? Negant beatos rogare pro viatoribus, & viatores honorare beatos. Negant theſaurum in regno Chriſti dari. Negant purgatorium & ſuffragia pro animabus illis, & alia huiuſmodi, quę quam ſint diſſona à vero, quis non videt? Inter membra corporis non eſſe vnionem? commercium? communicationem? A manu manum non adiuuari? Sub Chriſto capite membra principalia eſſe omnino diſiuncta? Regnum Chriſti ſine theſauro dari; cum tamen ipſe dixerit theſaurizate vobis theſauros in cælo? Tranſitum à ſtatu vię ad ſtatum patriæ omnibus paſſim, & ſine vlla purgatione concedi? Quis non videt iſta à lumine naturali diſſonare? & multo magis à ſupernaturali? Quod vt manifeſtum fiat, in ſequenti diſtinctione probandum erit.

LIBRI QVARTI DISTINCTIO SECVNDA.

De communione Sanctorum: De indulgentijs: De inuocatione Sanctorum: De Purgatorio: De publico cultu Dei: Et de alijs ad dicta attinentibus.

QVIA aliquæ Catholicæ veritates de communione Sanctorum, & alijs, valdè ab hæreticis impugnantur, veluti de cultu, & veneratione, & inuocatione, & interceſſione Sanctorum. De ſacris illorum reliquijs De ſacris imaginibus. De Indulgentis; De Purgatorio, De ſuffragijs defunctorum; De ritibus, ac Ceremonijs, & alijs huiuſmodi. Rem vtiliſſimam me facturum exiſtimaui, ſi dictorum breuem afferam ex Logica probationem, illas probationes omittendo, quæ apud tractatores controuerſiarum reperiri poſſunt. Hoc enim valde proderit ad demonſtrandum, quod Catholicæ veritates ex omni parte inter ſe conſonæ ſunt, opiniones verò, hæreticorum, quam maximè ſunt diſſonę inter ſe, & ideo falſæ.

Cap. I. De Chriſto, & regno illius.

De hoc ſupra. Caiet. de ſtat. dom. petit. 2. & art. 9. S. Th. 1. 2.

CHriſtum eſſe regem, vbique Sacra Scriptura docet. Si rex, ergo regnat, & habet regnum; Hoc Regnum in ſua latitudine conſideratum eſt totus mundus prout eſt à Chriſto gubernatus. Ideo materia huius regni erit totus mundus, Forma leges, & magiſtratus, quibus illum gubernat.

Hoc regnum mundi in quattuor partes principales diui-

diuiſum eſt, nempè in regnum naturæ, iuſtitię, gratiæ & gloriæ, vt dictum eſt. Et natura ordinatur ad gratiam, hæc ad gloriam, iuſtitia dat locum, & ordinem illis qui ab ordine gratiæ recedunt. *q.90.& ſeq. et 3.p.q.8*

Regnum naturæ, & gratiæ in hominibus viatoribus habet leges pariticulares, & ideo in illis regnum particulare conſtitutum eſt, quod regnum gratiæ propriè appellatur, & eſt ordinatum ad regnum gloriæ. *Catech. petit.2. S.Th ibi*

Materia huius regni remota ſunt omnes homines; quia omnibus illis lex data eſt: Materia proxima ſunt omnes illi, qui dictam legem acceptant, ſed præcipuè illi, qui non ſolum accedunt, ſed etiam obſeruant, quales iuſti ſunt. *S.Th.3.p. q.8.ar.3.*

Eccleſia Catholica eſt proxima materia huius regni, quia colligit in vnum omnes homines qui hanc legem acceptant à principio vſque ad finem mundi. *ibid. S.Th. Cate. art. 9. ibid.*

Eſt vna, ſed vt ſic dicam, in tres partes, ſaltem reſpectu locorum diuiſa: Vna eſt militans in terris; Alia ſatisfaciens in Purgatorio, tertia triũphans in cęlis. Illę tres partes vnam conſtituunt Eccleſiam, ſeu vnum populum, & vnum regnum.

Cap.2. De communione Sanctorum.

In hac Eccleſia datur Communio, ideſt ſimul vnio, quia fideles ſimul vniti ſunt, & non ſolum vniti, ſed bona ipſorum communia ſunt. *Catech. art.9.nu. 23.&c.*

Hęc, non dico, vnio, ſed communio reperitur tantum in ſancti, ideſt iuſtis, ideo in Symbolo dicitur, Sanctorum Communio; Iuſti autem, & ſancti dicuntur, qui gratiam Dei, & caritatem habent. *Cate.ibid. ibid. Pſal.118.*

Hæc communio ſic poteſt definiri: Eſt bonorum omnium, quæ ſunt, & fiunt in Eccleſia, caritatiua participatio. Materia duplex eſt. Vna remota, & ſunt ſancti, ſeu iuſti, ſeu fideles in gratia, & caritate conſtituti. Illi enim omnes hanc habent participationem, ideo dicitur Sanctorum Communio, quæ in omnibus ſanctis eſt. Materia proxima ſunt bona omnia, quæ à iuſtis in Eccleſia fiunt, vel aliter in illa ſunt: veluti, Scriptura, Lex, Sacramenta Doctrina,

Catec. in orat. domin. c. 9. nu. 14. et seq. trina, fides, gratię gratis datæ, bona opera, & meritoria. Item ſatisfactiones, orationes ieiunia, demum omnia bona. Forma eſt Caritatiua participatio, quia hæc communio ſuam formalitatem accipit à caritate, quæ eſt quædam amicitia inter Deum, & homines, qui in caritate ſunt. Ideo omnes iuſti habent maximam coniunctionem, & neceſſitudinem inter ſe, ita vt fratres eſſe dicantur. Finis eſt duplex; vnus vnire ſimul homines iuſtos, vt Deo altiſſimam gloriam præſtent. Alter, vt homines per illam etiam in hoc ſeculo, & diuites, & felices efficiantur. Efficiens illius eſt Deus per gratiam, quia caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.

Cap. 3. De theſauro Eccleſiæ.

Ex Polit. lib. 7. c. 8. Vſus cõmunis principiũ. Pſal. 118. Ex ſcriptura. Ex hiſtoricis. Ex familia. Ex Ciuitatibus. Ex corpore hominis. Finis communionis Sanctorũ eſt ditare Eccleſiam & Regnum Chriſti, & omnes iuſtos, qui in illo ſunt. Omne enim Regnum ſuos debet habere theſauros, qui in publico erario ſolent ſeruari: Finis enim cuiuslibet regni debet eſſe bonum commune, ideo bona communia & redditus comunes, ſeu tributa, & vectigalia habere debet, ad hoc vt publicis neceſſitatibus prouideatur: Ita Aſſuerus rex, & alij de ærario publico impenſas publicas faciebant; Sicut ergo plures frates indiuiſi, immo ſub eodem parte vniti per ſanguinis cognationem vnam faciunt familiam & quidquid ſinguli acquirunt, in comune cõferunt, & vnum peculium efficiunt, de quo omnes, & ſinguli, quod opus habent ſibi prouident, ita eſt de iuſtis, qui in Caritate vniti ſunt.

Catech. art. 9. Ex Conc. ſeſſ. 25. in fine. & ar. 9. & Catec. ibid. Hic theſaurus, Eccleſię ſic poteſt definiri; Eſt collectio omnium bonorum, quę ab initio mundi vſque ad finem, in Eccleſia fiunt, vel ſunt.

Materia ſunt omnia bona: & præcipuè omnes actus virtuoſi a iuſtis, qui in gratia Dei ſunt, ab initio vſque ad finem mundi, effecti ſunt. Et primum omnino locum habent merita, & ſatiſfactiones Chriſti; quæ merita ſunt veluti mare, à quo tamquam fontes

& flu-

& flumina merita Beatæ Virginis,& ſanctorum ema- *ibid. et.*
nant: Chriſti enim nec meritis nec ſatisfactionibus *Pſal. 118.*
indigebat, Alij vero Sancti egent quidem meritis ad *ibid.*
vitam æternam obtinendam, ſed ſępe non egent ſa- *ibid.*
tisfactione, quia peccata, vt Beata Virgo, non per-
pettarunt: Ideo Chriſtus, & Sancti, quod ſupereſt
illis conferunt in commune. Imo illud ipſum, quod
opus eſt illis, ex charitate, quæ non quærit quod ſuum
eſt volunt eſſe commune: Hæc igitur eſt materia the-
ſauri Eccleſiæ.

Forma eſt illa in vnum collectio.

Finis eſt ditare, & felicitare, & omnibus bonis cu-
mulare Regnum Chriſti, & Eccleſiam, & omnes, &
ſingulos fideles, qui in Caritate ſunt conſtituti. *Seſſ. 6. c. 7.*
Efficiens dicti theſauri eſt duplex; Vnum efficit ma- *& 16.*
teriam, id eſt opera virtuoſa, & meritoria, & hoc
prima, & per ſe eſt Chriſtus, qui omnis meriti per ſe
cauſa eſt; Sancti ſunt efficiens meritorum non per ſe,
ſed in Chriſti virtute. Aliud eſt efficiens formę, ſeu
collectionis, & eſt Chriſtus, qui veluti mare in ſeipſo
colligit omnia flumina, & omnes aquas; Et ſicut Pa-
terfamilias curam habet totius ſubſtantiæ domus, ita *ex art. 9.*
Chriſtus caput noſtrum colligit opera noſtra. *et Pſ. 118.*

Hic theſaurus primo, & per ſe datus eſt vt oportuit, *Cate. ibi*
Regno Chriſti; quia in hoc regno magnificentia re- *Ex Ariſt.*
gia neceſſaria eſt. Et theſauri dici poſſunt de ſubſtan- *7. Poli. c. 8*
tia regni, quia ad finem regni obtinendum aliquo mo-
do neceſſarij ſunt; Dici tamen poteſt, quod Eccleſiæ
hic theſaurus datus ſit, Diuitię enim temporales tum
homini, tum corpori illius, cui deſeruiunt, dari dici-
poſſunt.

Cap. 4. De vſu, et diſpenſatione dicti theſauri.

Conc. ſeſſ. 25. in fine ex Catec. art. 9. Bellar. de indulg.

CAritas in regno Chriſti eſt per ſe in quarto mo-
do cauſa Vnionis, Vnio caritatiua eſt per ſe in
quarto modo cauſa cõmunionis; Cõmunio per ſe in
eodẽ modo eſt cauſa collectionis omnium bonorum,
lucrorum, & meritorum in Vnum, Hæc collectio eſt
cauſa theſauri, quia eſt forma illius: Hic theſaurus,

habet

Eccl. 20. habet pro fine ex vna parte manifeſtare ineſpiicabilẽ regni Chriſti magnificentiam, ex alia Eccleſiam & fideles ditare & felicitare: Hic finis non poteſt obtineri abſque vſu, & diſpenſatione; Theſaurus enim ſepultus, & non manifeſtatus, nec diſpenſatus, otioſus, & fruſtra eſt. Deus autem, qui eſt diues in omnes, qui inuocant illũ; Et ſuperabundantes diuitiæ Chriſti nõ ſunt occultandæ, ſed glorificandæ, & diſpenſandæ, ideo diſpenſatio huius theſauri omnino in Eccleſia eſt affirmanda.

Belarm. de indulgentijs. Vſus huius theſauri poteſt eſſe multiplex, et, vt mihi videtur, ſequentibus modis.

ibid. Primo ad obtinendam remiſſionem peccati quoad culpam, & conuenit ſoli merito Chriſti.

ibid. Secundo ad obtinendam remiſſionem peccati quo ad poenam æternam, Conuenit ſoli merito Chriſti.

ibid. Tertio ad obtinendam remiſſionem pœnę temporalis; Poteſt conuenire meritis ſanctorum.

Seſſ. 4. c. 7 Quarto ad merendam primam gratiam de condigno. Conuenit ſoli merito Chriſti.

Bell. ibid. Quinto ad primam gratiam merendam de congruo. Poteſt conuenire meritis ſanctorum.

arg. ar. 9. Sexto ad gratias agendas Deo de beneficijs acceptis, Poteſt conuenire meritis Sanctorum.

ibid. Septimo ad impetranda noua beneficia, auxilia, dona Dei; Poteſt conuenire ſanctis.

Non inconuenit autem, vt inter diſpenſationem, & vſum theſauri aliqua fiat diſtinctio; Diſpenſatio enim eſt quædam theſauri diſtributio, vſus autem eſt theſauri jam obtenti, ſeu diſtributi ad vſus iam dictos applicatio.

Seſſ. 7. Hæc diſpenſatio fit potiſſimum, vt mihi nunc videtur, tribus modis.

Primo per Sacramenta, & bonum vſum illorum; & hęc fit de merito Chriſti.

Bellar. de indulg. Secundo fit per indulgentias ab habente authoritatem, quæ apud Romanum Pontificem, vt eſt Vicarius Chriſti, & Caput Eccleſiæ, reperitur, & fit de theſauro

Seſſ. 6. c. 7 Tertio Diſpenſatio eſt inuiſibilis, & fit a Chriſto ſeu

ſeu à Spiritu ſancto,& hæc obtinetur vel ex Dei ben placito Sanctos glorificare volentis. Vel ex interceſſione Sanctorum. Vel ex cultu. & veneratione, quā homines fideles præbent Sanctis Vel demum fit per actus fidei, ſpei, & caritatis, quos erga dicta merita fideles exercent. Si quis enim cum fide recognet merita Christi, & Sanctorum. Si ſperet per illa poſſe à Deo multa impetrare; Si ex caritate gaudeat de excellentia talium meritorum, & cupiat ab illis adiuuari; tunc per tales actus præparat ſe ad communicationem dicti theſauri percipiendam. *& 16. Catch. ar. 8. & præcep. 1.*

Cap. 5. De ſocietate, & commercio, inter Angelos, Beatos, animas Purgatorij, & fideles viatores.

HÆC conſideratio maximi eſt momenti, & hæretici in iſta toto cælo aberrant.

Sciendum ergo, quod de ſubſtantia cuiuſcumque regni bene ordinati duo præcipuè ſunt, vnum eſt ſocietas, quæ eſt veluti materia regni. Aliud regia poteſtas, & gubernatio, quę eſt veluti forma. Cauſa efficiens ſocietatis, ait Ariſt. eſt natura, quæ fecit hominem animal ſociabile, & impellit, vt appetat cum ſimilibus ſibi ſociari. cauſa finalis eſt vtilitas, quæ ex tali ſocietate reſultat, Potiſſimum autem ex ſocietate oritur cōmercium bonorum temporalium; Item conuictus, & conuerſatio, & mutua officia amicorum ſimul. Commercium autem ſic poteſt definiri. Eſt mutua, & opportuna bonorum communicatio. *Ariſt. in Polit. lib. 1. c. 2. & alibi.*

Hęc commonicatio fit, dum quod ſupereſt vni, datur alteri, & quod deeſt vni, accipitur ab alio. Hoc commercium reperitur in toto regno Chriſti; & abſurdum nimis eſt illud negare in ſocietate, quæ in regno Chriſti ex caritate eſt. *in Polit. lib. 1. &c*

Inter Angelos, & Beatos datur hęc ſocietas, & commercium, quia vnus Beatus gaudet de felicitate alterius, & ſi opus eſſet, vnus alteri benefaceret. *arg. Luca c. 15. verſ. 10.*

Inter Angelos, & homines viatores eſt hæc ſocietas, & commercium, quia Angeli ad homines veniunt, vt cuſtodiant illos, & bene faciant illis. Ita *Matth. 18. verſ 10.*

Ange-

Angelus Tobię; Ita Iacob vidit Angelos aſcendentes, & deſcendẽtes. Ita Chriſtus dixit maximum gaudium eſſe coram Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Ex ratione naturali, et Euangelica. art. 10 Cate. ibi. Eſt ſocietas, & commercium inter beatos, & homines viatores vt infra dicetur: & idem eſt de animabus purgatorij: Ita enim requirit ſocietas, quæ in Eccleſia reperitur; Hoc enim commercium eſt de ſubſtantia humanæ ſocietatis, & regni. Potiſſimum autem in regno Chriſti hoc eſſe debet: Hinc fit, vt inuocatio Sanctorum, & interceſſio illorum; Item cultus, ac veneratio; Item vſus imaginum illorum in Eccleſia ſunt affirmandæ, cum alijs de quibus infra dicetur.

Cap. 6. De Paradiſo, Inferno, & Purgatorio.

De hoc ſupra lib. 3. diſtin. 3. cap. 20. Regnum Chriſti diſtinctionem locorum ad ordinem in illo conſtituendum requirit. Cælum eſt locus, vbi Angeli, & Beati cum Deo viuunt: Infernus eſt locus, vbi dæmones, & damnati puniuntur. Terra eſt locus medius, vbi homines viatores ſunt. In regno Chriſti relinquitur hominibus libertas ad bonum, & ad malum: His, qui bene operantur, promittitur cælum. Male operantibus comminatur pœnam.

Cate. art. 5. n. 2. 3. Sub terra ſunt quattuor receptacula: Infernus, Purgatorium, Locus puerorum ſine Baptiſmo morientium; & Lymbus Sanctorum Patrum. Ita enim conuenit regno Chriſti.

ibid. Infernus habet pœnam tum damni, tum ſenſus æternam, & conuenit peccato mortali.

ibid. Purgatorium habet pœnam tum damni, tum ſenſus temporalem, & conuenit peccato veniali.

Locus puerorum habet pœnã nõ ſenſus, ſed damni æternam, & conuenit peccato orginali ſolo.

ibi. Cate. à fine. Lymbus Sanctorum Patrum habet pœnam non ſenſus, ſed damni temporalem, & conuenit Sanctis Patribus ante Chriſti aduentum.

Ratio huius diſtinctionis eſt, quia ſic conuenit re-

gno Chriſti; In quo, iuxta delicta, pœnæ ſunt aſſignandæ; Et iuxta qualitatem pœnæ loca ſunt diſtinguenda.

Hæc eſt Doctrina catholica de regno Chriſti, & de his, quę illi conueniunt; Nunc probabitur, quod de regno Chriſti omnia dicta ſint affirmanda.

Cap. 7. Probatio, quod dicta regno Chriſti conueniant.

QVod regno Chriſti, & illius Eccleſiæ cōueniant; Primo ſocietas; Secundo vnitas; Tertio Communio; Quarto Theſaurus; Quinto Commercium; Sexto locorum diſtinctio, ita probatur. Omne regnū bene ordinatam ſex dicta habet, ſed regnum Chriſti eſt regnum bene ordinatum, ergo ſex dicta habebit. Minor eſt in primo modo per ſe, quia genus prædicatur de ſua ſpecie, & genus eſt de eſſentia ſpeciei. Et regnum Chriſti eſſentialiter regnum eſt; Maior ita probatur: Ex Ariſtotele, Societas eſt genus regni, ideo per ſe primo modo conenit regno: Vnio eſt de eſſentia regni tum ex parte regis gubernantis, qui vnus eſt; tum ex parte multitudinis gubernatæ, quæ in vno regno vna eſt alioquin regnum non eſſet vnum. Communio, & commercium, & conuictus, & conuerſatio ſunt accidentia quæ per ſe in ſecundo modo Regno bene ordinato conueniunt. Totum enim regnum per ſe cōponitur ex ſuis partibus. Commercium in quocumque regno eſt actio finalis ordinata ad finem regni, ideo per ſe conuenit illi. Omne regnum habet ęrarium publicum, in quo theſauri regni ſeruati ſunt. Item omne regnum habet diuerſos carceres, & diſtincta genera, & loca pœnarum; vt iuxta delicta pęnæ infligantur ergo omne regnum habet ſex dicta, & ideo regno Chriſti, quod eſt verè regnum conuenient. Verum magis diſtinctæ probationes faciendę ſunt, ideo altius aliqua ſunt repetenda.

Ariſt. lib. 7. Polit. cap. 8. et alibi.

Lib. 1. Polit. c. 1. & ſeq.

ibid.

ibid.

ibid.

Digitized by Google

Cap. 8. Probatio quod lex Euangelij omnibus hominibus data ſit.

Matth. c. vlt. *Marci. c. vlt.* *Matth. c. 25. & c. vlt.*

PRimo probatur ex ſcriptura: Chriſtus dixit, Prędicate Euangelium omni creaturæ. Item; Docete omnes gentes, ergo lex Euangelij data eſt omnibus hominibus.

Secundo ratione ab effectu: Omnes homines ſunt obligati ad obſeruantiam illius ergo omnibus data eſt: Probatur: Omnes homines in die iudicij per illam iudicabuntur, & qui illam obſeruarunt ſalui, qui non, damnati, ergo omnibus data eſt.

Cap. 9. Probatio, quod in regno Chriſti pœna malis ſunt infligenda.

Matth. c. 25. verſ. 7. Catech. ibidem.

PRobatur ex ſcriptura de die iudicij: Itē lex tranſgreſſoribus apponit pœnas.

Probatur ratione. In omni regno pœnæ peccatoribus infliguntur. Item datur infernus; Et diuinæ iuſtitiæ couenit peccantibus infligere pœnas.

Cap. 10. Probatio, quod detur Purgatorium.

LOca ſcripturæ, & aliæ probationes ſunt apud Illuſtriſſimum Bellarminum. Tom. 1. cont. 6.

Ex polit. lib. 7. *Ex natu. a rei.*

Rationes ſunt; Ita conuenit Regno Chriſti, ac diuinæ iuſtitiæ: Quia vbi ſunt varia crimina, ibi variæ pœnæ, & loca pœnarum eſſe debent. Diſtinctio autem quattuor locorum iam dicta maximè conuenit diuinæ iuſtitiæ, & regno Chriſti, ergo, probatur.

ex Catec. art. 5. nu. 2. 3. 4.

Loca in quibus nō datur pœna ſenſus, ſed tantum damni non poteſt vllo modo conuenire ijs, qui ad pęnam ſenſus deſtinati ſunt, ergo neceſſe eſt diſtinguere loca pœnæ ſolius damni, à loco vbi pœna ſenſus eſt.

ex Catec. ibid.

Rurſum, Supponatur, quod pœna ſēſus debeat dari tum hominibus damnatis, & demonibus conſortibus illorum, quæ pœna eſt æternam. Item debeat dari ho

ri hominibus iuſtis, & amicis Dei ad tempus, ita exigente diuina iuſtitia; Profectò maximè irrationabile eſt, quod illi amici Dei in inferno ſint promiſcui cum dæmonibus, & damnatis. Et indignum eſt diuinâ ſapientiâ affirmare, tantam in Regno Dei deordinationem, ergo loca diſtincta erunt, probatur. *ex qualitate regni Chriſti.*

1. Pœna æterna reſpectu temporis in infinitum diſtat à temporali, ergo locus debet diſtingui. *à ratione.*

2. Infernus eſt locus plenus odio Dei, & maledictione, ergo amicis Dei non conuenit. *Catch. art. 5.*

3. Infernus, & ignis illius eſt præparatus diabolo, & ijs, qui illi ex libero ſuo arbitrio ſe ſubdiderunt, ergo non conuenit ijs, qui illum vicerunt. *Matth. c. 25.*

4. In regno Chriſti debet eſſe ordo, & locorum diſtinctio, item perſonarum, ſed non conueniunt iuſti cum damnatis; ergo pœnę diſtingui debent. *arg. ibid.*

5. In omni regno, & iudicio bene ordinato eſt diſtinctio carcerum iuxta delicta. *vſus, & ratio.*

6. Sicut Lymbus Sanctorum Patrum diſtinguitur ab inferno, ita & locus pœnarum pro iuſtis debet eſſe diſtinctus: Patet de Lazaro, & diuite Epulone. *Catech. art. 5.*

7. Vel Deus poteſt diſtinguere hæc loca pœnarũ, vel non. Si non, ergo non eſt omnipotens; Si ſic, & ita conuenit regno ſuo, ergo ſicut diſtiguit Lymbum ab inferno, ita etiam Purgatorium ab illo ſeparabit. *à ratione*

8. Peccatum veniale valdè diſtinctum eſt à mortali, & ab originali, ergo pœna, & locus pœnæ ab illis diſtingui debet. *à ratione*

9. Per Sacramentum Pœnitentiæ ſæpè remittitur culpa, & pœna æterna peccatorum mortalium, ſed aliqua pœna temporalis remanet ſoluenda, & poteſt eſſe, quod quis moriatur antequam dictam pęnam ſoluat, in quo caſu neceſſario poſt mortem erit ſoluenda, ergo debet dari locus, in quo dicta ſolutio fieri poſſit. Hęc enim pœna ab æterna, quæ mortali non remiſſo annexa eſt, diſtincta exiſtit. *Seſſ. 6. 14 & ſeſſ. 14. can. 12.* *Catech.*

10. Traditio docet Purgatorium dari. Ita Sancti Patres, & Concilia, & Catholica Eccleſia docent, & affirmant, & ita conuenit regno Chriſti, ergo eſt affirmandum. *art. 5.*

Nunc probandum eſt ſuppoſitum, quod pœna ſenſus poſt mortem aliquibus iuſtis, & amicis Dei debeat dari, non in æternum, ſed ad tempus.

Matth. cap.12. verſ.36. 1. Ait Chriſtus. De omni verbo otioſo reddenda eſt ratio poſt mortem in die iudicij tum priuati, tum publici; Demus ergo caſum; quod quis iuſtus dixerit decem verba otioſa, & moriatur cum illis non deletis. Vtrum reddet poſt mortem rationem Chriſto an non? Si non, ergo Chriſtus falſum dixit. Si ſic. Vel Chriſtus dabit illi pœnam, vel non. Si non; Ad quid opus eſt iudicio; Iudicium enim examinat præmium, & pœnam. Et vbi hæc locum non habent, iudicium vanum eſt. Si dabit; Cum omnis pœna debeat eſſe afflictiua, ergo debet dari aliquid afflictiuum; Ignis

1. Cor. 3. verſ. 13. autem eſt afflictiuum, & S. Paulus ait. Opera hominum probari per igem; ergo maximè conuenit ſcripturæ, quod hæc pœna dicatur eſſe per ignem; Confirmatur. Deus in inferno vtitur igne ad puniendum; ergo ignis eſt inſtrumentum, quo diuina iuſtitia punit, ergo vtetur illo ad peccata venialia punienda.

In Apoc. c. 21. verſ. 27. 2. Ait ſcriptura, In cæleſtem Patriam nihil immundum, aut coinquinatum introibit. Demus ergo q̃d aliquis moriatur cũ aliqua immunditia peccati venialis, non tamen mortalis; Vel introibit, vel non; Si introibit; ergo falſum dicit ſcriptura, Hic enim eſt immundus, & intrat: Si non: ergo qui eſt in gratia, & meretur vitam æternam nõ obtinebit illam, quod eſt conta promiſſionem Dei; Quid ergo fiet? Certè à tali inquinamento per ignem purgandus erit. Scriptura enim docet, tamquam aurum in fornace probare electos Deus.

Conc. ſeſſ. 6. c. 11. & Catec. pœnit. 5. 3. Ex Prou. cap. 24. ſepties cadit iuſtus. Detur ergo quod aliquis, iuſtus ceciderit, & mortuus ſit, antequã ꝓ illo caſu ſatisfecit, vel purgatus ſit Quid fiet Cum ſit iuſtus, debetur illi regnum Dei in cælis, cum ceciderit, debetur illi pęna poſt mortem; ergo aliquod remedium poſt mortem dandum fuit. Hoc eſt Purgatorium.

Catec. et Conc. ibid. 4. Ex Conc. & experientia homines iuſti comittunt peccata venialia, & poſſunt mori in illis, ergo

poſt

poſt mortem dandum eſt remedium contra illa.

5. Purgatorium dicitur a purgando, quia finis illius eſt purgare animas fidelium ad hoc, vt mundæ paradiſum ingrediantur, ergo hic finis, & medium conuenit regno Dei. *a fine.*

6. In omni regno bene ordinato etiam leuiora crimina puniuntur. Multo magis in regno Dei. *a ratione*

7. Affirmare purgatorium nullum affert inconueniens regno Chriſti, immo maximam prouidentiam Dei in dando tali medio pro remiſſione peccatorum demonſtrat; ergo. *a ratione*

8. In libro Machabeorum habetur, peccata remitti poſt mortem, quia de mortuis ait, vt à peccatis ſoluantur. Et Euangelium ait, Quædam peccata non remitti neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Ex quo colligitur aliquot peccata remitti poſt mortem, ergo per aliquod medium. Hoc autem eſt purgatorium. *ab authoritate lib. 2. Machab. c. 12.*

9. Purgatorium conuenit diuinæ iuſtitiæ, quia in illo datur pena, & miſericordiæ, quia non datur æterna, ſed temporalis, neque in inferno, ſed in Purgatorio ergo. *Conc. ſeſſ. 6. c. 14. et ſeſſ. 14. cap. 12.*

10. Deus vel potuit ſtatuere purgatorium, vel non; Non poteſt dici non. Quia ſicut potuit ordinare Infernum, & Lymbum Sanctorum Patrum, & locum pro pueris abſque baptiſmo morientibus, ita potuit inſtituere purgatorium, Si potuit, & nulla eſt cauſa; cur non voluerit facere; immò plurimæ ſunt cauſæ, quod ita conueniret, ergo affirmandum eſt feciſſe, & ideo dari. *arg. ibi.*

Ex dictis colligitur ex ſcriptura, ex Traditione, ex Eccleſia, ex ratione, & ex veteri teſtamento probari, quod Purgatorium Regno Chriſti maximè conueniat & detur.

De ſuffragijs pro fidelibus defunctis probatio infra fiet.

Cap. 11. Probatio de Communione Sanctorum.

Symbol. Apoſt. PRimo probatur ex articulo nono. Qui ait: Credo Eccleſiam, & Sanctorum Communionem.

Pſal. 118. Secundo ex Pſal. Particeps ego ſum omnium timẽtium te, & cuſtodientium mandata tua.

Epiſt. Io. 1. c. 1. 3. Ex Epiſt. 1. Ioan. cap. 1. Vt, & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, et cũ Filio eius Ieſu Chriſto.

ad Coloſ. 1. 4. Ex Epiſt. ad Coloſ. v. cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine.

Polit. lib. 1. c. 1. et 2. 5. Vbi eſt Societas, ibi eſt Vnio, & Communio, Alioquin non erit ſocietas, ſeu ſociorum vnitas. Sed in Regno Chriſti Sancti vniti in ſocietate ſunt, ergo inter illos eſt Communio.

vſus ebis. Cate. ar. 9. 6. In omni familia bene ordinata, in qua fratres vniti ſub eodem Patre ſunt, datur bonorum omnium cõmunio: Sed omnes iuſti ſunt filij adoptiui Dei, & inter ſe fratres ſunt, & Deum omnes Patres habent, ergo in illis eſt Communio.

experientia a ſimili. 7. Sicut omnes lineę ductæ a circumferentia ad centrum vniuntur in eodem centro, & fere idem fiunt, & ſicut omnia flumina in mari recepta inter ſe vniuntur & commiſcentur, ita omnes iuſti ſingillatim ita tendunt in Deum, vt in illo magis quam in ſeipſis ſint, ergo inter illos erit vnio, atque communio.

a ſimili. Cate. art. 9 8. Sicut membra corporis humani maximam habent communicationem inter ipſa, & caput ipſorum. Ita cum iuſti ſint membra viua Eccleſiæ, Eccleſia vero ſit corpus myſticum Chriſti, Chriſtus vero caput illius efficietur inter iuſtos maxima vnio, atque communicatio.

Catech. ar. 8. & 9. 9. Anima, quæ viuificat corpus eſt cauſa vnionis, & communionis inter membra, ſed Eccleſia viuificatur, & regitur ab eodem Spirituſancto, ergo in illa eſt cõmunio.

S. Paulus 1. Cor. c. 10 10. Caritas eſt vinculum perfectionis & non quærit, quæ ſua ſunt, & eſt maxima amicitia, quæ facit

omnia

Digitized by Google

omnia amicis communia, ergo cum omnes iuſti ſint in Caritate, inter ipſos erit maxima vnio, & maxima Communio, vt dictum eſt.

Cap. 12. Probatur inter omnes iuſtos dari communionem, & commercium.

PER iuſtos intelligo omnes, qui ſunt in gratia, & habent caritatem, ſiue ſint viatores, ſiue ſint in Purgatorio, ſiue in Paradiſo, ſiue ſint Angeli, ſiue Beati, & intendo probare, quod inter hos omnes detur vnio, & communio & commercium, & quod inter Angelos, & Beatos, Inter Angelos, & homines viatores detentos in Purgatorio, & probatur.

Primo vbi eſt caritas, ibi eſt amicitia, & vnio, & cómunio, & commercium, quia caritas per ſe in quarto modo eſt cauſa dictorum. Caritas enim per ſe, & ſecũdum quod ipſa eſt perfectiſſima amicitia inter illos, qui caritate coniuncti ſunt, ſed omnes iuſti, & Angeli, & Beati, & animæ fidelium defunctorum. & homines viatores iuſti ſunt in caritate, & ideo Deus manet in illis, & illi in Deo, & diligunt omnes illos, qui caritate cum Deo coniuncti ſunt, ergo inter omnes dictos datur vnio, & communio, & commercium, & beneficentia. *1. Epiſt. Ioan. c. 4. verſ. 14.*

2. Angeli, & Beati ſunt conſortes in eodem regno gloriæ, ergo inter illos eſt maxima ſocietas, & caritas, & vnio, & amicitia, & commercium, & beneficentia. *ibidem.*

3. Quod Angeli habeant ſocietatem, & caritatem, & beneficentiam, & commercium cum hominibus iuſtis, paſſim ſcriptura docet. Aliqui enim Angeli ſunt noſtri cuſtodes. Aliqui ſunt in miniſteriũ miſſi. Aliqui adiuuant nos, vt Angelus Tobiæ. Angeli ſæpiſſimè apparuerunt hominibus vt Abrahæ, Iacob, & alijs. Demum Chriſtus dixit, Angelos omnes, qui in cælo ſunt gaudere ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Sed gaudium de bono alterius eſt effectus caritatis, ergo in Angelis eſt caritas, magna erga nos homines, & per conſequens amicitia, vnio, *Ex ſcriptura.*

beneficentia, & commercium.

art. 9. Cate. ibid. et in proe. ora. dom. S. Tho. 3 p. q. 8. 4. Quod Beati habeant caritatem, vnionem, communionem, amicitiam, & beneficentiam erga iuſtos viatores, item animas detentas in Purgatorio, patet, quia vna Eccleſia, vnus populus, vnum corpus ſunt: Omnes ſumus fratres & filij Dei: Eumdem Patrem Deum, idem Caput Chriſtum habemus, & omnes dicti in caritate ſunt. Caritas autem cauſa dictorum eſt.

ibid. 5. Iuſti viatores omnino eamdem habent vnionē, & alia cum Angelis, & Beatis, & inter ſe, & cum animabus purgatorij, quia caritate cum illis coniuncti ſunt.

ibid. 6. Idem ob eamdem cauſam de animabus Purgatorij erga omnes dictos dicere opus eſt.

Euangel. 7. Diues Epulo habuit ſollicitudinem de fratribus ſuis. Rogauit Abraam pro beneficio illis obtinendo, & ſibi, ſi conſtitutus in inferno rogabat pro fratribus & petiit commercium cum Abraam, & Lazaro, cum quibus non erat caritate coniunctus, immo diſiunctus, quis dubitabit tale commercium multo magis eſſe affirmandum inter eos, qui caritate coniunctiſſimi ſunt?

in lib. Polit. 1. etc. 8. Idem probatur ex dictis ſupra. De ſocietate, de regno, de membris corporis inter ſe ſub eodem capite, & anima vnitis. De vinculo caritatis, & aliis.

a ratione et a forma regni. 9. Angeli, Beati, Iuſti viatores, Animæ Purgatorii, vel ex caritate diligunt ſe, vel non. Si non, ergo non habent caritatem, ergo Eccleſia non eſt vna, ergo Regnum Chriſti non eſt ſocietas; Si habent, ergo diligūt ſe inuicem, ergo bene volunt coniunctis ipſis caritate ergo gaudent de bonis ſociorum, ergo parati ſunt, quantum in ipſis eſt, facere illis bonum, ergo datur commercium.

Polit. lib. 1. et ſeq. 10. Qui negat in regno Chriſti hanc communicationem, & amicitiam maximam illi blaſpemiam, & iniuriam infert. Quia in quocumque Regno pax, et vnio, ciuium, & partium regni vnitas, & concordia, & amicitia, & commercium, & communicatio maximum

mum bonum eſt,ergo datur in illo, & negare iſta ab hoc regno,eſt remouere maximam perfectionem, illamque eſſentialem,quæ illi,vt regno caritatis,de eſſentia conueniet.

Cap. 13. Probatur, omnes creaturas habere recurſum & acceſſum ad Deum.

NVnc intendo probare, eſſe de ſubſtantia regni Chriſti,quod omnes creaturæ,& præcipuè intellectuales,etiam,vt ſic dicam,ipſimet dæmones, & damnati poſſunt,iuxta ſtatum ſuum,habere acceſſum & recurſum ad Deum,& quod ſit de ſubſtantia,& eſſentia regni Chriſti, Hoc ita probatur.

Maior. Quod dicit eſſentialem perfectionē in quocumque regno,debet concedi Regno Chriſti, in quo omnes regni perfectiones altiſſimo modo reperiuntur. Probatur ex Logica,quia omne quod eſt de eſſentia generis eſt de eſſentia ſpeciei.

Minor. Sed quod omnes partes regni, vel ſimul, vel ſingillatim poſſint habere recurſum, & acceſſum ad regem eſt perfectio ſubſtantialis cuiuſcumque regni quia de ſubſtantia cuiuſcumque regni eſt, quo apud regē ſit ſumma poteſtas & ſummum ius, quod ad omnia loca, & perſonas, & partes regni ſe extendit & vltima determinatio in rege poſita eſt. *Ex Polit. lib. 3. Ex natura rei. vſus cōis. S. Th. 1. 2. q. 90. et ſeq.*

Concluſio ergo omnes partes regni Dei habent recurſum, & acceſſum ad illum.

Secundo, probatur. Diues Epulo habuit recurſum, & acceſſum ad Abraam,tum pro ſe, tū pro fralribus ſuis,ergo multo magis hic acceſſus erit ad Deum. *Euangel.*

3. Diabolus in libro Iob petiit facultatem tentandi illum, & obtinuit. *lib. Iob.*

4 In die iudicii damnati ad Chriſtum accedent ſe excuſantes. *Matt. c. 25*

5. In veteri Teſtamento populus Hebræus recurrebat ad ſummum Magiſtratum. *Vetus teſtamen. ie x natura*

6. Idem ex lege naturali ſit in omni Regno. *Euangel.*

7. Quilibet,quantumuis peccator, poteſt rogare Deum pro ſe,& pro aliis. Ita multi Chriſtum roga-

uerunt pro ſe, & pro alijs, & obtinuerunt. Vt de Cananęa, de Centurione, de Socru Simonis, & alijs apparet.

Pater noſter. 8. In oratione Dominicali ſinguli, etiã peccatores, habent hunc recurſum ad Deum pro ſe, & pro alijs.

Ioan. 16. 9. Chriſtus impellit homines ad orandum tum pro ſe, tum pro alijs, quia ſic Dei bonitas maximè commendatur.

ex lib. Iob & rationaturalis. 10. Deus in mundo conſtituit ſecundas cauſas, & concurſum inter illas, qui concurſus in aliquibus eſt contingens, non tamen reſpectu Dei, in quo omnes ſecundæ cauſę conueniunt, & ab illo per ſe gubernantur; vnde etiam dæmones, & damnati ab illo ſunt gubernati. Ideo tum ſecundæ cauſæ, tum concurſus illarum ad Deum referre neceſſe eſt. Rogare autem Deũ, & accedere ad illum pro ſe & pro alijs nihil eſt aliud quam ſubdere Deo tum ſecundas cauſas, tum concurſus illarum, ergo hic acceſus in Regno Dei omnino eſt concedendus.

Cap. 14. *Probatur Beatos, & Angelos orare pro hominibus.*

ex dictis. Ex dictis colligitur Angelos, & Beatos orare, & intercedere pro hominibus, qui ſunt viatores, vel detinentur in Purgatorio. Rogare enim vel intercedere, pro illis nihil eſt aliud, quam accedere ad Deum pro ipſis. Nunc etiam addentur probationes.

Ratio. 1. Secunda cauſa poteſt recurrere ad Deum pro ſe, ergo poteſt etiam recurrere ad illum per aliquem concurſum, qui pertineat ad ſe etiam ex ſola caritate.

Euangel. impium fateri maiorem charitatem in damnato quam in beato. 2. Sicut inter diuitem Epulonem, & Lazarum, & fratres eius erat quidam concurſus, qui tompellabat illum, vt recurreret ad Abraam, & ad Lazarum; ita poteſt dari talis concurſus in Beato, veluti quod videat filios, vel alios ſibi amicos, & benefactores in aliquo periculo conſtitutos, quod impellatur habere recurſum ad Deum pro illis. Numquid quod conceditur damnato, negabitur Beato? Numquid maior beneficentia erit in inferno, quam in cælo? Quod ſi

hæreticus

hęreticus dicat, non eſt hiſtoria, ſed parabola; Contra tam hiſtoria, quam parabola ſemper debet fundari in rei veritate, ſed hiſtoria dicenda eſt.

3. In quocumque regno Pater, maritus, frater maior, amicus, conſanguineus poteſt recurrere ad regem vt agat cauſam illorum, & tueatur illos, & intercedat pro illis, ergo quod poſſunt homines non poterunt Beati? Et tam pium opus a terrenis principibus generaliter conceſſum, à Deo amicis ſuis negatum erit? *a ſimili. a natura. à ſenſu, et vſu communi.*

4. In ſcriptura paſſim videmus hoc fieri, vt vnus, intercedat pro alio, veluti filio, ſeruo; ſocru, & alijs, vt modo dictum fuit; qua ratione erga Beatis negatum? *ex Euang.*

5. Angeli, & Beati maximè gaudent de conuerſione peccatoris, ergo rogabunt pro illa. *ibid.*

6. Beati maxima prȩditi ſunt caritate erga homines: ergo bene illis appetunt: ergo deſiderant illorum ſalutem, ergo deſiderant, vt à Deo dētur illis auxilia opportuna, vt quid ergo. Hæc deſideria Deo non ſignificabunt? Hoc autem intercedere eſt. *ab eſſentia charitatis.*

7. Ex inferno aſcendunt dæmones ad terram, vt homines tenent, & noceant illis; tamquam inimici; Et beati illis caritate coniuncti nullum afferent auxiliũ? Quod Deus concedit inferno ad nocendum, non concedet Beatis ad iuuãdum? Deus proprium filium miſit, vt homines adiuuaret, & non concedet Beatis, vt illos valeant adiuuare. *à minori ad maius Impium dæmones magis lędere, quã beatos iuuare.*

8. Ergo ne Angelus cuſtos non poterit pro ſuo cuſtodito rogare? Ergo ne Beata Virgo non poterit pro ſuis deuotis aliquid petere & impetrare? In hac vita mortali poſita filium roguuit, & aliquo modo coegit, vt aquam in vinum mutaret, & modo in cælis coronata Regina mũdi hoc priuilegio priuata erit? Pater beatus videns filium in magno periculo animæ conſtitutum Deum pro illo ex caritate paterna non rogabit? Quod fecit Epulo damnatus ipſe non faciet? Inter infernum, & ſymbolum aliquod fuit, vt ſic dicam, commercium, & hoc inter Beatos, & viatores omnino negatum erit? *ex Euang. Inductio demonſtratiua, quod ſemel, vt mater fecit ſemper vt talis facere poteſt.*

9. Ami-

a ratione ab Euang. a ſenſu cõmuni. 9. Amicum rogare Deum pro alio amico vel facit iniuriam, vel non facit iniuriam, ſed dat honorem Deo. Si hereticus dicat, facit iniuriam. Contra, ergo Beata Virgo, Centurio, Archiſynagogus, Regulus, Cananęa, Apoſtoli, & alij iniuriam fecerunt Chriſto, quem rogauerunt pro alijs. Quod falſiſſimum eſt. Si non facit iniuriam, ſed dat honorem, quare Angelis & Beatis, qui amici ſunt Dei, hæc facultas pro alijs orandi neganda eſt? Si enim hoc conuenit diuinæ clementiæ, & Beatorum caritati, cur affirmari non debet?

a ratione 10. Regnum Chriſti in vnum colligit omnes iuſtos & ex illis vnam facit Eccleſiam & vnam ſocietatem, & caritas maximam inter illos conſtituit amicitiam, ergo inter omnes iuſtos debet eſſe commercium, & bonorum communicatio. Sed quodnam erit commercium, ſi neque poſſunt pro illis orare? Hæc de regno Chriſti? hæc de Eccleſia? hæc de Caritate? hæc de Sanctorum communione ſunt affirmanda? Vera eſt ergo Catholica affirmatio, & falſa hæreticorum negatio.

Cap. 15. Probatur, quod Angeli, & Beati poſſunt rogare pro animabus purgatorij.

ex dictis. PRobationes iam factæ concludunt, quod Angeli, & Beati poſſunt rogare pro animabus Purgatorij, veluti Beata Virgo poteſt rogare pro ſuis deuotis; Angelus cuſtos pro cuſtodito. Pater beatus pro filio exiſtente in Purgatorio, idem de alijs. Quod enim potuerunt facere mortales, multo magis poterunt Beati, & exaltati. Et vnio caritatis, quæ eſt inter illos, hanc communicationem, & beneficentiam requirit. Quod ſi iuſti viatores poſſunt orare pro defunctis, vt à peccatis ſoluantur, pari ratione Beati poſſunt orare, vt a penis peccatorum liberentur. Rationes ſunt iam allatę.

Cap. 16. Probatur iuſtos viatores poſſe orare pro animabus purgatorij.

EAdem omnino ratio militat de iuſtis viatoribus, quod poſſint rogare, & ſuffragia prabere animabus Purgatorij; Sunt enim coniuncti caritate, & ideo commercium, & communio inter illos eſt. Et ita conuenit regno Chriſti, in quo maxima caritatis vnio, & communio ita requirit. Et ita ſacra Scriptura poſſe fieri docet. *ex dictis. ex ar 9. Ex ſcriptura. ex ratione.*

Vtrum autem animæ Purgatorij poſſint rogare Deum, & Sanctos pro iuſtis viatoribus, dubium eſſe videtur multis; Aliquibus tamen ita eſſe affirmantibus. Et videtur probabile, quod poſſint: Primo quia ſunt in gratia, & amicitia Dei; Secundo Quia ſi Epulo damnatus hoc potuit facere pro fratribus Autoribus, cur non magis hoc poterunt animæ Purgatorij? Tertio Sicut iuſtus viator conſtitutus in peccato veniali poteſt orare pro viuis, & defunctis & oratio proderit, quia culpa venialis non priuat merito, & gratia facit aptum ad impetrandum. ita non videtur eſſe inconueniens, quod iuſti in pœna peccatorum venialium cum gratia Dei conſtituti, poſſint orare pro alijs, quos pro caritate diligere debent. *ex ratione. Ex Euang ex S. ſſ.6.c. 11.*

Cap. 17. Soluuntur argumenta hæreticorum.

PRimum argumentum eſt tale. Solus Chriſtus eſt meditator, ergo Sancti non ſunt meditatores.

Secundum Beati, & Angeli non ſunt in ſtatu merendi, ergo non poſſunt mereri pro nobis.

Tertium Deus immediatè poteſt prouidere omnibus, ergo fruſtra Sancti intercedunt.

Ad primum reſponſum eſt ſupra, Solus Chriſtus mediator per ſe, ſancti per Chriſtum.

Ad ſecundum negatur coſequentia; Chriſtus enim modo non eſt in ſtatu merendi pro nobis, & tamen eſt Aduocatus noſter, & interpellat pro nobis. Idem ergo Angeli, & Beati facere poſſunt, quia ſe compa

tiuntur

tiuuntur eſſe beatum, & orare pro alijs. Imo interceſſio maximè conuenit illis, quia in altiori gradu amicitiæ Dei ſunt. Ita Diues Epulo extra ſtatum merendi rogauit pro fratribus.

Ad tertium negatur conſequentia: Poteſt facere, ergo facit. Deus enim poteſt immediatè producere effectus, ſed ſua prouidentia aliter ordinat ob rationes, quæ ſupra dictæ ſunt. Plurimos enim effectus per ſecundas cauſas producit.

Cap. 18. Probatio de cultu, & inuocatione Sanctorum.

EX dictis probatur Regno Chriſti maximè conuenire, vt caritatis commercium inter iuſtos viatores ex vna parte, & Angelos, ac Beatos ex alia iuxta legem caritatis à Deo conſtitutum ſit; Hoc autem commercium ex parte Beatorum eſt, quod intercedant pro nobis, diligant nos, & bene faciant, nobis, cum quibus amicitiam, ſocietatem, & communionem habent. Ex parte noſtra comercium duo potiſſimum requirit, nempè vt petamus, & exhibeamus. Petamus interceſſionem, & beneficentiam, demus cultum, & honorem.

ex ratione, a caritatis et regni natura deſumpta. Ita Ariſt. de humana ſocietate in Politicis. idem.

Quod interceſſio nobis conueniat patet ex multis. Primo, quia beati parati ſunt rogare pro nobis, vt dictum eſt, ita enim caritas requirit. Secundo, quia nos in multis miſerijs nutriti eorum beneficentia indigemus. Tertio, quia ſic conuenit caritati, & amicitiæ, quæ intra nos eſt.

Quod vero cultus, & veneratio Sanctorum nobis conueniat, & regno Chriſti probatur.

ex Euang.

Primo ex ſcriptura, quæ paſſim docet, Beatis, & Sanctis hunc honorem eſſe tribuendum, veluti Chriſtus dicit: Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus, qui eſt in cælis. Ecce Pater æternus honorificat ſeruos Chriſti, ergo nos illos non honorabimus? Item Chriſtus dixit Apoſtolis; Sedebitis ſuper ſedes duodecim. Dixit. Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Dauid dicit. Mihi autem

nimis

nimis honorificati ſunt amici tui Deus, Dicit. Laudate Dominum in Sanctis eius; & alia plurima loca Scripturæ hoc docent.

ex lege naturæ. 2. Ex lege naturæ. In quocumque enim regno bene ordinato neceſſe eſt dari inferiores, & ſuperiores, & lex naturæ præcipit, vt inferiores honore afficiant ſuperiores. Quis autem dubitat, quod in Regno Christi Angeli, & Beati hominibus viatoribus, ordinariè loquendo, ſint ſuperiores? & ideo honor illi ſit ad hominibus exhibendus ita vt, qui in regno Christi negant hunc honorem in illo ordinem neget? *Ariſt. Pol. lib. 7. c. 14.*

ex lib. Polit. & Ethi. iuxta legem naturæ. 3. Vbi eſt aliqua excellentia, ibi eſt locus honori. Sed in Beata Virgine, in Patriarchis, & Prophetis, & Apoſtolis ſunt maximę excellentiæ, ergo honor illis debetur. Probatur; Tres potiſſimum ſunt excellentię. Prima beneficij, vt in Patre; Secunda poteſtatis, vt in rege. Tertia Virtutis, vt in inſigniter virtuoſis. Sed in Beatis ſunt omnes illæ excellentiæ, ergo illis debetur honor.

ab eſſẽtia gloriæ. 4. Gloria eſt clara cum laude notitia, ſed de Beata Virgine, de Patriarchis, Apoſtolis, & alijs habetur in terra clara cum laude notitia, quia terra eſt locus, vbi merita eximia habuerunt, ergo in terra ſunt honorandi.

à fine honoris. 5. Honor, & gloria ſunt quaſi præmium virtutis, Sed in Beatis maximæ eminent virtutes, ergo illis debetur honor.

à Regno Chriſti. 6. In regno Christi maximæ eſt vtilitatis, vt virtus videatur exaltata, & honorata, ſic n. ob præmiũ homines ad illam excitabuntur. ergo male loquitur de regno Christi, qui hanc gloriam Sanctis negat in terris dari.

A ſtatu Beatorũ. 7. Beati nunc ſunt in regno gloriæ, & regnant cum Christo, ergo gloria illis maximè conuenit. Quis autem dabit illam magis quam homines viatores, apud quos merita Sanctorum enituerunt?

A lege veteri. 8. In veteri Teſtamento Hebręi magno honore colebant Abraam, Iſaac, Iacob, Moyſem, Dauid, Hieremiam, & alios Prophetas mortuos, qui nõdum cælum aſcenderant, Cur ergo modo Sancti honorandi

di non ſunt? Nonne ſcriptura de iuſto dicit; Gloria, & honore coronaſti eum? Gloriam, & magnum decorem impones ſuper eũ? Eripiam eum, & glorificabo eum? cur ergo ſancti honor in terris, vbi merita habuerunt honorandi non ſunt?

Soluitur obiectio 9. Si dicat hæreticus, Soli Deo debetur honor, & gloria; Verum eſt primo, & per ſe, & eſſentia aliter; Sanctis vero non primo, nec eſſentialiter, ſed participatiue: Cum enim habeant gratiam, quę eſt diuinæ naturæ communicatio; ſi diuina natura eſt honoranda, ergo illi communicate honor debitus erit? Ita quia ſunt amici Dei, vt tales ſunt honorandi.

Alię probationes à Traditione, ab Eccleſia, à Sanctis Patribus, à Concilijs ab antiquitate, à ſenſu; & alijs apud Scriptores controueſiarum reperiuntur.

Cap. 19. Probatio de ſacris Reliquijs, & de cultu illarum.

PER ſacras Reliquias intelligo pręcipuè corpora Sanctorum, & alia, quæ ad ipſos Sanctos pertinebant, vt veſtes, ſepultura, & ſimilia, & quod dictis debeatur in terra honor modo probandum eſt.

à connexo. Primo ſi honor in terra debetur Sanctis, ergo & corporibus illorum, ex quibus conſtabant.

à meritò. 2. Corpora Sanctorũ fuerunt inſtrumenta ad merendam gloriam, ergo illi conuenit.

ab eodem ex Dei promiſſione vjus cõis. 3. Sancti in corporibus ſuis pro amore Chriſti maxima mala, pœnas, iniurias, contumelias, paſſi ſunt: ergo ſi compatimur cum illo, & con glorificabimur.

4. Lex naturæ docet, corpora amicorum poſt mortem in loco decenti eſſe ſeruanda; ideo antiqui cineres defunctorum in vrnis conſeruanbant, ergo honoranda.

ex Euãg. 5. Chriſtus dixit omnes capilli capitis veſtris numerati ſunt ergo corpora Sanctornm Deo gratiſſima ſunt & ideo honore digna.

art. 11 6. Corpora Sanctorum glorioſa reſurgent eadem numero, ergo ſi poſt diem iudicij in magno honore erunt per merita habita in hac vita, profecto cum

ſint

ſint eadem numero, nunc quoque in honore habenda ſunt.

7. Dicit Scriptura de illis: Quod in veteri teſtamento honorificè ſepeliebantur; ergo honor corporibus Sanctorum debetur; Honorifica enim ſepultura honor quidam eſt. *ex veteri Teſtam.*

8. De S. Stephano dicitur; Sepelierunt illum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum; ergo corpori illius honorem exhibuerunt. *ex nouo Teſtam.*

9. In Euangelio legitur, quod mos erat Iudæis cū myrrha, & aloes ſepelire, & cum alijs ad honorem pertinentibus; ergo honorare corpora Sanctorum licitum eſt. *Euangel.*

10. Chriſto & Mariæ cultum, & honorem in corpore exhibuerunt; ergo ſicut decuit dare honorem corpori Chriſti; ita licebit dare membris illius. *idem.*

Cap. 20. Probatio de ſacris imaginibus, & illarum vſu.

PRO faciliori, & clariori probatione ſciendum eſt, quod finis picturæ, & ſtatuarum eſt aliquam rem oculis repręſētare, vel aliquid ſignificare; Ideo vbi vſus picturæ licitus eſt, ibi pictura licita erit: Probatur autem quod licita ſit.

Primo totus mundus vtitur, & vſus eſt ab antiquo picturis; ergo pictura licita eſt. *Vſus.*

2. Si licet pingere res humanas, cur non etiam Sanctas? *à ſimili.*

3. Sacra Scriptura loquitur de pictura, & illam nō reprehendit, immo approbat, ergo. *Lib. Eſth.*

4. Voces ſunt ſignificatiuæ rerum, & vſus illarum licitus eſt, & Deus illis vtitur etiam in rebus ſacris: At pictura idem facit, quod vox; Vox enim hæc, homo, indicat hominem, ſicut pictura hominis indicat illū; ergo pictura licita eſt. *à ſimili.*

5. Hiſtoria narrat, & repręſentat res etiam ſacras, & vſus illius virtuoſus eſt, ſed pictura idem facit quod hiſtoria; ergo in rebus ſacris licita eſt. *à ſimili.*

6. Tropi, & allegoriæ in Scriptura frequentiſſimè *à ſimili.*

fundato in ſcript. à ſimili fundato in vſu communi. ſunt in vſu; ſed pictura idem facit, quod illæ, ergo licita eſt etiam in rebus ſacris.

7. Libri, & Scriptura liciti ſunt; ſed pictura idem facit, quod illi; Hæc enim idiotis liber quidam eſt: Et antiquitus aliqui populi pictura ſcribebant: ergo licita eſt.

ex veteri Teſtam. 8. Figuræ veteris Teſtamenti erant veluti quædã picturæ; veluti agnus paſqualis; Serpens æneus, & alia multa: ſed idem facit pictura, quod illæ figuræ faciebant: ergo etiam in rebus ſacris licita eſt.

à ſimili ex natura à ſcriptura approbato. 9. Memoria eſt potentia à Deo data homini ad hoc, vt rerum preteritarum cognitio retineatur: & Deus iubet memoriã conſeruari de beneficiis ab illo factis: & ad hanc memoriam adiuuandam quædam inſtituit, vt eſum agni paſqualis, & aliquas ſolemnitates: Et Chriſtus dixit: Hoc facite in meam commemorationem: ergo cum pictura eumdem habeat finem, & vſum, quem habet memoria: vtraque enim repreſentat preteritas res: ſi memoria de rebus ſacris licita eſt; Pictura quoque de illis licita erit.

ex lege Dei. ex natura. ex ſcriptura. 10. Dauid ait. In memoria æterna erit iuſtus; Si memoria iuſti debet eſſe æterna; Memoria autem fit per imaginem, vel ſimilitudinẽ in anima impreſſam, atque conſeruatam; Intellectus enim cognoſcit rem recipiendo imaginem, vel ſimilitudinem, vel ſpeciem rei intellectæ; memoria autem dum conſeruat imaginem receptam, recordatur; Obiecta autem ex ordinatione Dei deferunt ſpecies, & ſimilitudines ſuas ad intellectum; ergo pictura, vel ſtatua, quæ homini imaginem, & ſimilitudinem ſanctorum offert ſenſui, & intellectui hominum, non ſolum non erit illicita, ſed valdè virtuoſa erit: quia Deus vult, quod iuſti, & ſancti in memoria æterna hominum ſint.

Cap. 21. Probatio de veneratione Sanctarum imaginum.

Conc. ſeſſ. 25. NON eſt, quod hæretici tribuant Catholicis, quod ligna, & lapides, & colores honorent; Hoc enim nefas habemus; ſed honoramus res ab illis re-

repræſentatas; vtimur autem illis ad facilius ſenſibus Sanctos, & illorum actiones repræſentandas, vt ſic facilius, & memoria adiuuetur, & homo ad Sanctos colendos excitetur: Ideo in ſuis imaginibus Sanctos venerari licitum eſt.

Cap. 22. Probatio de theſauro Eccleſiæ, & de indulgentijs.

EX dictis probatur dari theſaurum in Eccleſia, & per indulgentias diſpenſari. *Conc. ſeſſ. 25. in fine*

Primo. Si in omni regno bene conſtituto datur ærarium publicum, in quo theſauri regij cuſtodiuntur, & à populis colliguntur tributa, & vectigalia ad theſauros dictos augendos; certè in magnificentiſſimo regno Chriſti dicti theſauri eſſe debent. *à natura Regni Chriſti.*

Secundo. Scriptura de hoc theſauro multa dicit: Veluti theſaurizate vobis theſauros in cælo; Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito in agro; In Chriſto ſunt omnes theſauri; ergo Theſaurus rectè in regno Chriſti affirmatur. *ex Euāg.*

Tertio. Finis regni Chriſti eſt ditare, & felicitare homines in illo receptos; ſed medium ad homines ſpiritualiter ditandos eſt theſaurus, ergo in regno Chriſti datur. *à fine regni Chriſti.*

Quartò. Sicut ad ditanda corpora bonis temporalibus requiritur theſaurus temporalis, ita ad ditandas animas requiritur ſpiritualis. *à ſimili.*

Quinto. Sanctus Paulus in immenſum celebrat ineſplicabiles diuitias diuinæ magnificentiæ; ergo in regno Chriſti theſaurus dignus Deo affirmari debet. *authoritate S. Pauli.*

Sexto Communio, & vnio Sanctorum, vt dictum eſt, ita requirit; ergo datur. *ab art. 9.*

Septimo. Homines iuſti ſunt filij, & hæredes Dei: Hæreditas autem Dei digna eſſe debet Deo; & de illa dictum eſt, quem conſtituit hæredem vniuerſorum; ergo hec hęreditas colligit omnia bona, & omnes theſauros diuinæ magnificentiæ. *ab hæreditate iuſtorū à Deo.*

Octauo. Omnino finis huius theſauri eſt diſpēſatio filijs adoptiuis, & hæredibus facta. *ab hæredibus.*

à fine theſauri. Nono Theſaurus debet habere theſaurarium, & diſpenſatorem generalem, qui eſt Summus Pontifex Vicarius Chriſti, Qui paſcit oues illius.

ab effectu. Decimo diſpenſatio fit per indulgentias, & alijs modis ſuperius dictis, ergo dantur.

Cap. 23. De gloria Dei, & de cultu debito illi.

AD clariorem probationem faciendam aliqua de gloria, & cultu Dei dicenda ſunt.

Seſſ. 6. c. 7. Supponendum ergo, quod finis regni Chriſti, vt dictum eſt, ſit gloria Dei ex vna parte, & felicitas hominum etiam in hac vita ex alia.

arg. ibid. Actio finalis principaliſſima erit cultus Dei dignus Deo; Per cultum intelligatur omnis actio, vel paſſio, vel res, quæ ad glorificandum Deum ſit deſtinata.

à fine, & medio illi proportionato. Hic cultus, vt ſit dignus Deo, debet eſſe publicus, generalis, virtuoſus, & talis, vt laudet Deum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

De hoc ſupra. Ad talem cultum conſtituendum miſſus eſt Filius Dei, qui ſolus ex infinitate ſuæ perſonæ poterat per ſeipſum, & propria virtute dare cultum dignū Deo, & talem dedit illi in Incarnatione, vita, atque paſſione; ſed potiſſimum in digniſſimo ſacrificio paſſionis ſuæ.

ſupra. de fine regni Chriſti, & de medio, q̃ eſt cultus illo dignus Ad maiorem diuini cultus extenſionem voluit non ſolum per ſeipſum, & in tempore vitæ ſuæ; ſed etiam per innumerabiles homines vſque in finem mundi, & in æternum dare altiſſimam gloriam Deo: Vt autem dictus cultus eſſet dignior, voluit inſtituere regnum electum, in quo talis cultus Deo publicè, & magnificentiſſimè daretur: Ideo elegit homines ex omni Tribu, & populo, & natione, & illos in vnam

De hoc cultu Ar. lib. 7. Topic. c. 8 9. 10. & alibi. Eccleſiam collegit; Et ipſe uoluit eſſe rex, & caput dicti populi. Huic populo dedit ſacram Scripturam; Dedit gratiam, & charitatem; Miſit in illum Spiritū ſanctum; Manet in illo vſque ad finem mundi. Dedit illi legem, Sacramenta, ſacrificium, & Sacerdotium; Factus eſt illi iuſtitia, & ſanctificatio; Donauit illi merita ſua, quibus ille non egebat; Ditat illum

lum theſauris ſuis; Et in hoc regno omnes iuſti, & electi vniuntur ad dandum cultum maximum, & dignum Deo ſub capite ſuo Chriſto: Et ob hanc vnionem inſtituta eſt in hoc regno Sanctorum communio; & theſaurus, & indulgentiæ ad ditandos illos, qui in hoc regno poſiti ſunt. Conſtituit etiam in illo magiſtratus, & Sacerdotes, & Clerum, & religiones, ad hoc, vt omnibus modis, etiam publicis, tantus cultus Deo exhibitus ſit: Quo enim aliquis rex eſt dignior, eo debet à plurimis, & nobilioribus, & multis modis honorari. Iſte eſt finis regni Chriſti; cui omnia dicta concordant; Et negare illa hoc regnum deſtruere eſt; & ab illo omnem excellentiam, quam habet, remouere; Nunc de hoc cultu aliqua ſunt probanda.

Cap. 24. De ritibus, ac cæremonijs.

PRobatur ritus, ac cæremonias diuino cultui in regno Chriſti conuenire.

Primo lex naturæ ita docet, qui enim ſeruiunt principibus, ac regibus, cum maximo apparatu ſeruiunt illis; Domus enim, veſtimenta, vaſa, equi, currus, ſerui, menſa, demum omnia cum regia magnificentia, & apparatu fiunt; Cur ergo non fiet regi regum Deo? *à lege naturæ. & ab vſu communi.*

Secundo in teſtamento veteri cultus Dei cum magno apparatu fiebat: Templum enim & Tabernaculum, & Arca maximam cõtinebant magnificentiam; ita altare, & luminaria, & alia; Ita Sacerdotes, & veſtes, & officia illorum. *à Teſtam. veteri.*

3. Ita etiam conuenit Teſtamento nouo: Chriſtus multa miracula, & actiones cum quibuſdam ritibus, ac cæremonijs fecit: Veluti in miraculo cæci nati, & aliorum; Ita in reſuſcitando Lazaro, & filio viduæ Nain; & filia Archiſynagogi; & in lotione pedum diſcipulorum; Et in benedictione panum; Oculos enim leuauit, gratias egit, & alia multa huiuſmodi, ergo regno Chriſti conueniunt. *à Teſtam. nouo. exemplo Christi.*

4. Externus apparatus eleuat mentes fidelium ad *ab vtilitate, & effectu, & fine.*

cultum Dei deuotum.

à conuenĩtia reſpectu populorũ. 5. Ritus,& cæremoniæ explicant miſteria, quæ in cultu Dei continetur.

6. Ita conuenit populo fideli; homines enim ſenſibiles per ſenſibilia ad cognitionem rerum inuiſibiliũ conuenit eleuari.

Item Dei. 7. Deo ita conuenit, cui cultus cum regia magnificentia tribui debet.

Exemplo Beatorum. 8. In Apocalipſi legitur, quod in cęlo Angeli, & Beati magnificum cultum, & cum magno apparatu exhibent Deo.

à die iudicij. 9. Chriſtus in die iudicij in gloria,& ſede maieſtates ſuæ iudicabit.

10. Publicus cultus cum publico apparatu Deo eſt exibendus, qui eſt publicus rex.

De cauſa efficienti probatur conuenientia. Rectè dicti ritus, ac cæremonię ab Eccleſia ſunt inſtituti: Quia cum vnum ſit regnum Chriſti; vna Eccleſia; vnus cultus; Ritus quoque, ac ceremoniæ eædem in illo exhibendo ſeruari debent; Ideo rectè in Miſſali, & Breuiario, ac Rituali communi ſunt inſtituta: Non enim conuenit regno Chriſti, in quo eſt maxima charitatis vnio, quod in exhibendo diuino cultu, qui eſt illius regni actio principalis, non detur vnio, & quoad fieri poteſt, conueniens vniformitas.

Cap. 25. *De vnitate, & varietate, & veritate diuini cultus.*

Vnitas cultus ab vnitate regni. Diuinus cultus in Eccleſia, & in Regno Chriſti debet eſſe vnus; quia Deus vnus eſt; Regnum Chriſti eſt vnum; Finis, ad quem dictus cultus ordinatur, eſt vnus: Eccleſia eſt vna; Eſt autem vnus, non quia vnica actione perficiatur, ſed quia ſingulæ actiones dicti cultus in tota Eccleſia eædem ſunt, veluti idem Baptiſmus, Sacrificium, Sacerdotium, Diuina officia, & alia.

à fine probatur varietas. Hic cultus debet eſſe varius; quia multitudo diuinæ magnitudinis vnica actione non poteſt digno cultu venerari: Hæc tamen varietas debet eſſe ordinata.

Hic

Hic cultus non debet eſſe ſuperſtitioſus, nec vanus aut irrationabilis; ſed debet eſſe talis, vt gratus ſit Deo; Erit autem verus, ſi ab Eccleſia, quam edocet Spiritus ſanctus, ſit inſtitutus, & approbatus. *inſtitutus à Deo, & quare.*

Quod impium ſit hunc cultum, illiuſque vnitatem, varietatem, veritatem, ac dignitatem in regno Chriſti negare, nullus dubitationi relinquitur locus.

Cap. 26. De perſonis ad diuinum cultum deſtinatis.

CErtum eſt, quod ſinguli fideles ſingillatim, iuxta ſtatum ſuum, priuatum cultum Deo exhibere tenentur: Sed vnio, quæ in regno Chriſti reperitur; euidenter indicat, & arguit, quod cultus publicus, & externus neceſſarius ſit. Et probatur à fine: Finis enim regni Chriſti eſt gloria Dei; Gloria autem non eſt priuata notitia, & laus, quæ in ſingulis reperitur; Sed eſt publica, & generalis, & magnifica laus, atque notitia: Ad efficiendam ergo in Regno Chriſti gloriam Dei, neceſſe eſt dari cultum externum, publicum, & generalem, ſic enim laus, & notitia cum gloria erit. *Ariſt. 7. Polit. c. 8. & ſeq.* *Ariſt. ibi. cap. 8. & ſeq.*

Vt autem iſte cultus ſit publicus, & generalis, oportet determinari perſonas, quæ nomine publico dent hunc cultum; & tales ſunt Sacerdotes, Epiſcopi, Clerici, Canonici, Regulares, Confraternitates, & ſimilia; Actio enim verè publica eſt illa, quæ fit per perſonam publicam, & nomine publico. Si enim perſona priuata faciat actionem in loco publico, & coram multis, illa actio non dicetur publica reſpectu perſonæ, quia non agit nomine publico; ſecus ſi perſona ſit publica, & nomine publico agat: Dari ergo in regno Chriſti publicas perſonas, qui nomine totius Eccleſiæ Deo publicum cultum exhibeant, neceſſarium eſt ad finem regni Chriſti obtinendum. *Ariſt. 7. Polit. c. 9. & ſeq.* *Ariſt. ibi.*

Iſtæ etiam perſonæ debent eligi ex dignioribus, quia cultus Dei digniſſimus eſt.

Iſtæ perſonæ electę debent eſſe in magno numero; Tum quia maximus eſt Rex Deus; magni autem reges à multis obſequium & famulatus habere deben; *Qualibet ciuitas. Ex Ariſt.*

Digitized by Google

Hunc cultū habere debet ibi. Tum quia conuenit, quod vbique Deo publicus cultus exhibeatur, Tum quia multitudo diuinæ magnitudinis ita requirit.

c. 8. à natura rei. à ratione & ſenſu. Eædem perſonę debent eſſe diuerſæ, & diuerſa habere officia, & miniſteria; quia magnificentia regij, & diuini cultus ita requirit: Sicut enim Deus in cælo poſuit ſolem, lunam, ſtellas, vt ſimul confluant, & influant in terram; ita terra varias dat herbas, arbores, & cibos vitæ hominis deſeruientes; ita homines in regno Chriſti debent vniri ad dandum vnum, ſed varium Deo cultum: Si enim Deus multis, & varijs modis vult ſuam infinitam bonitatem creaturis communicare, ita homines in regno Chriſti debent varijs modis, & per diuerſas perſonas, Deo cultum, & gloriam exhibere; Ideo rectè in Eccleſia ſunt varij ordinum gradus; Sacerdotum, Religioſorum, Clericorum, Canonicorum, Epiſcoporum, qui ad varium Deo cultum exhibendum ſunt deſtinati. Et hæc ex lege naturę, ex veteri, & nouo Teſtamento, & per ſenſum probata ſunt.

Cap. 27. De diebus feſtis, & vigilijs in regno Chriſti ſtatuendis.

à ratione naturali. à cõmuni vſu. SI homo in hac vita poſſet inceſſanter, vt Beati faciunt in cęlo, Deo gloriam, & cultum exhibere, non eſſet opus aliquos dies particulares ad hunc cultum deſtinare; quia ſemper, & ſine intermiſſione eſſet exhibendus: Verum quia homo hunc cultum non poteſt continuo præſtare; iuſtum fuit, vt aliquod tempus particulare ad illum deſtinaretur: Dies autem, qui ad hunc cultum ſpecialiter ſunt deſtinati, dies feſti, item vigiliæ, ſeu alia ratione ſunt appellati.

à ratione naturali, ab vſu cõmuni. Non erat autem conueniens, quod ſinguli fideles ad libitum ſuum cultum publicum, & tempus illi deſtinatum determinarent: Cum enim cultus Dei alius ſit publicus toti regno Chriſti conueniens, alius priuatus, qui ſingillatim à fidelibus exhibetur, licebit quidem ſingulis fidelibus tempus priuati cultus, vt illis placet, pro recta ratione determinare: Sed determinatio

natio publici cultus, & perſonarum, à quibus exhiberi debet; Item temporis, & locorum, in quibus exhibendus eſt, neceſſe fuit, ut in regno Chriſti publica Eccleſiæ authoritate determinaretur; quia de eſſentia publici cultus publica dictorum determinatio eſt.

Cum ergo publicus Dei cultus in regno Chriſti ſit actio finalis principaliſſima, neceſſe eſt, vt publica Eccleſiæ authoritate determinentur loca, tempora, perſonæ, ritus, ac cæremoniæ, quibus talis cultus eſt exhibendus: Ideo dies feſtos, & ieiunia, & abſtinentias pro tempore Eccleſia determinauit. *Ariſt. 7. Polit. c. 8. 9. 10. & 12.*

Cap. 28. De publicis Eccleſijs determinandis.

CVltus priuatus poteſt exhibere à ſingulis fidelibus in domibus priuatis: Sed cultus publicus omnino loca publica, in quibus multi fideles conueniant, habere debet: Ob hoc templa, & Eccleſiæ ad publicum cultum ſunt deſtinata. *Ariſt. 7. Polit. c. 12. ita vſus cōmunis.*

Hæc loca publica decet, ut magnificè ſint ornata; Omnia enim, quæ ad diuinum cultum publicum pertinent, decet, vt magnifica ſint; Hinc apparet, hæreticos habere ſpiritum Caim, quia ad cultum Dei pertinentia vilia eſſe volunt; item cultum publicum, & ritus, ac ceremonias negant; Catholici vero habent ſpiritum Abel, quia pinguia, & magnifica ad Dei cultum adhibenda decernunt. *Plutarch. de nulla audiuiſſe natione, quod non habeat tēpla.*

At hunc cultum publicum altaria, vaſa, veſtes, imagines, organa, & alia rectè in Eccleſia ordinata ſunt; & ita conuenire legi naturæ, legi veteri, ac nouæ, rectæque rationi dubium non eſt. *ex veteri Teſtam.*

Cap. 29. Probatur hæreticos indigna loqui de regno Chriſti.

DOctrina de regno Chriſti, vt dictum eſt, debet eſſe affirmatiua; Debet explicare quatuor cauſas, item proprietates, & partes, & operationes illius, & omnia, quæ de illo dicuntur, debent eſſe conſona

inter

inter ſe, & concordare cum ſacra Scriptura, cum lege, & lumine naturali, cum teſtamento veteri, & nouo: cum ſenſu, & cum recta ratione: Item cum Traditione, & alijs iam dictis. Hæc omnia Doctrina Catholica habet, ſicut ex dictis apparet. Sed Doctrina hæreticorum deficit in omnibus: Doctrina enim illorum non ſolum varia, ſed contraria, & contradictoria docet; veluti Caluinus contradictoria in multis Luthero docet. De regno etiam Chriſti nihil videntur affirmare, niſi quod ſit Schola, in qua Doctrina, & fides noua explicatur. De hoc regno omnia principalia, quæ de ſubſtantia regni ſunt, negant: Negant publicum cultum Dei, & omnia, quę ad illum ſpectant; perſonas publicas; Loca publica; Tempus publicum; Ornamenta publica; Ritus, ac cæremonias publicas; Demum omnia, quæ ad magnificentiam huius cultus ſpectant; Negant Sacrificium, & Sacerdotium in hoc regno; Negant cultum, inuocationem, interceſſionem Sanctorum; Sacras Imagines, communionem, & vnionem, & commercium inter Beatos, & fideles viatores, & animas Purgatorij: Negant Purgatorium, & ſuffragia pro defunctis; Negant Theſaurum Eccleſiæ, & indulgentias: Negant magiſtratus in regno Chriſti, Sacerdotes, Epiſcopos, Romanum Pontificem, illorum authoritatem, atque pręcepta, & illis obedientiam: Negant Sacramenta: Negant Eccleſiam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam antiquiſſimam: Negant Traditiones, Concilia generalia, Sanctos Patres, Summorum Pontificum Decreta: Negant ex parte ſacram Scripturam: Negant verbum Dei non ſcriptum: Negant explicationem Catholicam: Negant legem Dei; Decalogum; obligationem obediendi illi; neceſſitatem operum obſeruantiam S. Euangelij. In regno Chriſti volunt conſcientiæ libertatem, quæ in temporalibus regnis non datur: Et quis poterit illorum abſurdas, & impias negationes enumerare?

vide Ari. 7. Polit. loco citato, collige in hæreticis lumen naturale in fidelibus conceſſum pene extinctum eſſe.

Addamus. His auditis, negabunt Logicam, negabunt ſenſum, negabunt intellectum.

Videamus an aliquid affirment. Hæc ſunt, quæ

principi-

principaliter ab illis affirmantur: Primo Scripturam ab ipſis approbatam; Secundo Interpretationem illius ad libitum cuiuſcunque; Tertio Fidem non antiquam, ſed neſcio quam nouam; & talem doctrinam: Quarto miniſtros verbi Dei, ita vocatos ab illis; Quinto libertatem conſcientię, ideſt facultatem, vt vnuſquiſque, abſque timore peccandi, faciat quod ſibi placet: Quid de regno Chriſti? De lege Dei? De Sacramentis? De Sacrificio? De ſacerdotio? De fine? De actione finali, & alijs dictis? Nihil.

Videat nunc Logicus, Vtrum doctrina hæreticorum habeat veſtigium, non dico certitudinis, ſed neque probabilitatis: Videat hanc illorum doctrinam repugnare legi naturali, & Scriptæ, & Euangelicę; Item intellectui, ac Senſui: Videat, quod hæc doctrina per ſe, & ſecundum quod ipſa, & directè deſtruit regnum Chriſti, & materiam, & formam, & finem, & actiones finales, & proprietates illius: Videat ab hæreticis nullam aſſumi propoſitionem per ſe; Omnes enim propoſitiones per ſe ſunt affirmatiuæ, & neceſſariæ. Propoſitio autem negatiua non poteſt eſſe per ſe, quia non poteſt fluere ab eſſentia rei; niſi reducatur ad affirmatiuam ſic: Homo non eſt irrationalis; Suppoſito enim quod homo ſit rationalis in primo modo per ſe, affirmatio illius erit vera in primo modo; negatio vero falſa in eodem: Sed tunc neceſſe eſt prius probare, quod rationale conueniat homini per ſe in primo modo; quia tunc probatum erit irrationale non conuenire illi, vt ſic dicam, in primo modo per ſe ob contrarietatem, quæ inter rationale, & irrationale reperitur.

Videat doctrinam Catholicam de regno Chriſti iuxta methodum Logicam, eſſe traditam, atque probatam: Quattuor enim cauſæ illius in præciſa ratione ſunt aſſignatę: Item actio illius, & ordinatio finalis diſtinctè eſt aſſignata: Et omnia dicta de cauſis, & partibus, & proprietatibus illius per propoſitiones de per ſe, per ſenſum, per intellectum, per legem naturæ, & ſcriptam, & Euangelicam, & alijs dictis modis probata ſunt.

Con-

Conſideret, an quæ hæretici de regno Chriſti dicunt; à tempore Chriſti vſque modo ſemper fuerint in dicto regno, vel non fuerint in illo: Quæ enim de ſubſtantia regni Chriſti ſunt, neceſſe eſt, quod in illo fuerint ſemper: Quod ſi viderit, non poſſe probari, quod ſemper fuerint, concludet falſa eſſe, & ab hæreticis ficta; quia eſſentię regni Dei non poſſunt conuenire.

E contra conſideret, quod omnia, quæ Catholici de regno Chriſti affirmant, nunc verè & realiter in Eccleſia Catholica Romana ſunt; vt ſenſus euidentiſſime docet; Item in eadem Eccleſia à tẽpore Chriſti vſque modo ſemper, etiam ante Lutherum, fuerunt; & quod de ſola Eccleſia Romana probari poteſt, quod ſemper fuerit; Eccleſiæ vero Lutheri, & Caluini nouæ ſunt: & ex dictis concludat in ſola Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana regnum Chriſti verè, & realiter eſſe conſtitutum.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI QVARTI DISTINCTIO TERTIA.

De Eccleſia militante, & de partibus, ac membris illius.

SVPRA dictum eſt de Eccleſia in vniuerſali conſiderata, necnon de Eccleſia triumphanti, & de animabus, quæ ſunt in Purgatorio: Nunc Deo fauente, ad tractationem de Eccleſia militanti veniendum eſt; Quia autem circa illam ab hæreticis multi errores & hæreſes cum maximo animarum periculo diſſeminatæ ſunt, fuſius ad ueritatem comprobandam tractatio habenda eſt; quæ in tres partes diuiſa erit.

Primo enim doctrina Catholica proponetur iuxta methodum Logicalem.

Secūdo Veritas doctrinæ Catholicæ probabitur, &

Tertio hæretica falſitas confutabitur.

Cap. I. De nomine Eccleſiæ militantis.

AD diſtinctam de re tractationem habēdam maximè expedit, vt nominum æquiuocatio, & ambiguitas auferatur: Tria ergo nomina modo ſunt explicanda; primum eſt Eccleſia; ſecundum Militans; tertium Catholica.

Eccleſiæ nomen maximè conuenit Militanti; quia in illa abſolutè omnes homines viatores à principio vſque ad finem mundi ad legem Euangelicam ſunt euocati: Et in illa aliquo modo, ſaltem remotè, quantum eſt ex parte Eccleſiæ, collecti ſunt; quia Eccleſia toti mundo prædicat Euangelium, & omnes ad *Catech. art. 9.*

fidem

Digitized by Google

fidem illius vocat.

ibid. Dicitur, Militans, vt diſtinguatur à triũphante; Militans enim colligit homines viatores tãtum, & dum ſunt viatores; vocat ad laborem, ad meritum, ad bellum, ad ſpem victoriæ, ac præmij: Chriſtus enim in ſuo regno ordinauit, Triumphum non dari niſi victoriæ: Victoriam non haberi niſi per bellum: Et bellum non exerceri ſine labore; Ob hoc regnũ ſuum in duas partes diuiſit, in quarum vna requirit laborem, bellum, atque victoriam; & dicitur Eccleſia militans; Alia obtinet triumphum, & ſpolia, & præmium laborum. & dicta eſt triumphans.

Catech. art. 9. Notandum, quod Eccleſia militans vocat omnes ad laborem, ad militandum, ad vincẽdum; ſed hominibus viatoribus relinquitur libertas, vt poſſint Eccleſię conſentire, & non conſentire; Vnde fit, quod aliqui Eccleſiam audientes, laborant, præliantur, & vincunt; & hi ad Eccleſiã triumphantem pro triũpho tranſmittuntur: Alij vero ex parte Eccleſiã audientes laborant, & militant, ſed nõ vincunt, immo victi ſunt; Et hi dum viuunt, ſunt in Eccleſia militanti, quia in illa milites ſunt; ſed poſt mortem fiunt ſerui illius, à quo victi ſunt. Alij vero Eccleſiam non audientes à labore, à bello, a victoria ſe retrahunt; Primi ſunt electi, & prædeſtinati, qui finaliter vincunt: Secundi ſunt illi, qui in Eccleſia ad bellandũ recepti ſunt, ſed ſua deſidia, & culpa male pugnant, & non vincunt, veluti fideles peccatores: Tertij ſunt infideles, qui in exercitu Eccleſiæ adſcribi nolunt.

ibid. Ad ſignificandum ergo, quod præſens Eccleſia congregat bonos, & malos; & quod in exercitu ab illa congregato ſunt milites ſtrenui, & deſides; non eſt appellata Eccleſia vincens; ſed Militans; Sicut enim in exercitu terreno non omnes milites vincunt; ſed aliqui vincuntur; omnes tamen in illo militant; ita eſt in Eccleſia viatorum; Ideo hęc antiqua Eccleſiæ denominatio fauet doctrinæ Catholicę, quæ affirmat in Eccleſia præſenti non ſolum bonos, ſed etiam malos & colligi, & contineri.

Cap.

Cap. 2. Explicatur, quot modis accipiatur Eccleſia Catholica.

NVnc,quid ſignificet hoc nomen Eccleſia Catholica, eſt dicendum.

Primo ergo Eccleſia Catholica ſignificat totũ corpus miſticum Chriſti, quod in duas partes diuiſum eſt,nempè in Eccleſiam Triumphantem, & Militantem; ſicut antea dictum eſt: Catholicum enim idem ſignificat,quod vniuerſale; talis autem Eccleſia verè vniuerſalis eſt. *Catech. art. 9.*

Secundò Eccleſia Catholica accipitur pro vniuerſa Eccleſia militante: Cum enim Eccleſia militans innumerabilem hominum viatorum congreget multitudinem; quæ multitudo in plures, vt ſic dicam, partes diuiſa eſt; Aliqui enim homines in Eccleſia recepti fuerunt in prima ætate mundi; & aliqui in vno ſeculo, alij in alio; Qui enim modo ſunt in ſeculo noſtro fideles,nòn fuerunt in præteritis; & illi, qui in preteritis fuerunt,non ſunt in præſenti; & idem eſt de varietate locorum; veluti de parte Eccleſiæ, quæ eſt in Africa; vel Aſia; vel Europa: Hinc fit, quod Eccleſia militans poſſet dici Catholica, & vniuerſalis cum accipitur pro vniuerſo populo fideli, qui per vniuerſa tempora, & per cuncta loca per orbem diſperſus eſt; Sic enim Eccleſia militans Catholica eſt. *ibid. & S. Tho. 3.p.q.8.*

Tertio ex S.Thoma Eccleſia Catholica dicitur illa, quæ colligit omnes fideles, qui in eodẽm tempore actu ſimul ſunt: Ratio eſt, quia vt ſic verè colligit,& vnit omnes fideles, qui in illo tempore ſunt: Et hoc modo videtur accipi illa definitio Eccleſię S. Auguſtini.& Catechiſmi Romani,quę talis eſt: Eccleſia eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus; Ideſt Eccleſia Catholica huius temporis eſt illa, quæ non tantum aliquos, ſed omnes fideles huius temporis,& per orbẽ diſperſos in vnum colligit: dicit enim diſperſos per orbem; & non dicit, Qui per vniuerſa ſecula diſperſi ſunt. *S. Tho. & Catech. ibid.*

Eccle-

Catech. ibidem. Eccleſia ergo Catholica his tribus modis verè, & propriè accipi poteſt: Cum vero non colligit omnes fideles, ſed aliquos tantum, veluti vnius ciuitatis, vel regni, tunc non dicetur Eccleſia Catholica, quia non colligit omnes.

Cap. 3. De membris Eccleſiæ militantis.

S.Tho 3.p. q.8.art. 3. ORdo doctrinæ poſtulat, vt de membris Eccleſiæ militantis aliquid dicatur; Occurrit autem primo dubitatio; vtrum omnes homines viatores, etiam infideles, membra ſint Eccleſiæ; & videtur, quod ſic ex S.Thoma, quia Chriſtus caput omnium hominum etiam infidelium ab illo affirmatur: Vnde infideles *ar.9 nu.2.* appellat membra Eccleſiæ in potentia: Contrarium videtur dicere S. Auguſtinus, & Catechiſmus Romanus; quia ſolummodo fideles conſtituunt in Eccleſia; infideles verò extra Eccleſiam eſſe affirmant; verum poſſunt concordari, quia S.Thomas ait ſunt membra Eccleſiæ in potentia; Quod autem eſt in potentia, non eſt actu; Et quod non eſt actu, licet ſit in potentia, ſimpliciter loquendo non dicitur eſſe, veluti roſa in hieme habet eſſe in potentia, in vere autem actu eſt; & in hieme non dicitur eſſe, in vere autem ſic; Ideo quod S.Thomas affirmat de potentia, S.Auguſt. & Catechiſmus negant de actu: ideo ſunt concordes.

S.Tho. ibi. Creaturæ ergo irrationales neque actu, neque potentia ſunt membra Eccleſiæ.

ibid. Infideles vt tales tantum in potentia, non autem actu membra illius ſunt.

ibid. Homines viatores fideles, etiam iniuſti actu membra, non tamen viua, Eccleſiæ ſunt.

Homines damnati nec actu, nec potentia in Eccleſia ſunt.

Homines viatores iuſti membra Eccleſiæ viua ſũt.

Animæ, quæ ſunt in purgatorio; ſi ſermo ſit de Eccleſia militante Catholica in ordine ad omnia tempora; verè membra Eccleſiæ ſunt; Sed ſi de Eccleſia Catholica in hoc ſeculo exiſtente loquamur, aliquo modo ſunt membra illius, quia adhuc ſunt in via ad

ad patriam; aliquo modo non ſunt, quia modo non militant,& infra terram eſſe dicuntur.

Idem de beatis, qui in cęlo ſunt dicendum; Verè enim fuerunt membra Eccleſiæ militantis, modo autem non militantis,ſed triumphantis exiſtunt. *idem.*

Homines ergo viatores,& fideles membra Eccleſiæ ſunt militantis: Dicitur homines; ad excludenda irrationabilia: Dicitur viatores; ad excludendos illos, qui extra ſtatum vię ſunt: Dicitur Fideles; vt infideles ab Eccleſia ſint ſeparati. *ibid.*

Notandum non eſſe inconueniens, quod idem homo in diuerſis temporibus ſit membrum Eccleſię militantis,in alio triumphantis,vt de Beatis patet. *ibid.*

Cap. 4. De partibus Eccleſiæ militantis.

Sicut in vno corpore ſunt partes, & membra; & vna pars corporis poteſt plura habere membra, ut in brachio hominis apparet; immo vna pars plures poteſt habere partes,veluti pectus duo habet brachia: ita Eccleſia militans non ſolum plura membra, ſed etiam plures partes habere poteſt, de quibus aliquid eſt dicendum. *ibid.*

Ariſtoteles ergo ait omnem humanam ſocietatem, quæ bene ſit ordinata,diuidi in duas partes,quarum vna eſt parens,alia imperans: Veluti Maritus pręcipit, vxor obedit: Ita eſt inter Patrem,& filios; Dominum, & ſeruos: Principem,& ſubditos: Ideo cum Eccleſia militans ſit humana ſocietas bene ordinata, omnino in has duas partes diuidenda erit; quia lumen naturale docet, hoc eſſe de eſſentia humanæ ſocietatis ordinatæ; & qui hoc negat; neque in probabilitate dictū ſuum fundat. *in Polit. li. 7.c.14.*

Aliter etiam ſit diuiſio ſic: vna pars Eccleſiæ eſt Clerus ſecularis,Alia monachi, vel religioſi regulares: Alia populus. *Senſus, & vſus.*

Item ſit diuiſio in partes per loca diſtincta; Veluti Eccleſia Coloſſenſium,& Epheſiorum; Eccleſia, quæ eſt in Africa,& in Europa. *S. Paulus.*

Concilium generale non eſt pars Eccleſiæ; ſed to- *Bellar.to.1 de Co:*

tam repræſentat Eccleſiam; quia in illo omnes Epiſcopi, & paſtores Eccleſiarum in vnum conueniunt; Paſtor autem gregem ſuum repræſentat.

S.Tho.3.p. q.8. & 1.2.q. 90.& ſeq. Catech. art.9.

Cauſa, cur Eccleſia militans in dictas partes diuiſa ſit, ſunt varia officia, quæ in illa, iuxta finem illi à Chriſto præſcriptum, exerceri debent: Quidam enim ad diuinum cultum externum, & publicum ſunt deſtinandi. Alij ad populos, & fideles docendos, dirigendos, & gubernandos ſunt deputandi: Populus vero ſuis magiſtratibus ſubditus eſſe debet.

Cap. 5. De capite Eccleſiæ militantis.

S.Tho.3.p. q.8. art.6. Conc. ſeſſ. 6.c. 7. & c.16.

SOlus Chriſtus per ſe, & primo, & propria authoritate eſt caput Eccleſię militantis: Et illi ſoli in completa ratione conuenit eſſe caput illius: Caput enim duas in corpus principales actiones habet; Vna dicit intrinſecum influxum; quia virtus motiua, & ſenſitiua, ait S. Thomas, à capite ad membra deriuatur: Alia dicit extrinſecam directionem, & gubernationē, quia per viſum, & alios ſenſus, qui in capite radicantur, dirigitur homo ad exteriores membrorum operationes: Chriſtus ergo vtramque actionem capitis in Eccleſiam habet: Intrinſecè enim influit fidem, & gratiam, extrinſecè præbet directionem, & gubernationem. Item eſt caput omnium eorum, qui ad Eccleſiam pertinent ſecundum omnem locum, & tēpus, & ſtatum; Ideo ſoli Chriſto in completa ratione & primo conuenit eſſe caput.

Catech. art.9. & de Sacra.ord. S.Th.ibi.

Quod autem eſſe caput alijs à Chriſto conuenire poſſit, non tamen primo, & in completa ratione; ſed tantum ſecundario, & cum aliqua limitatione, doctrina Catholica eſt: Paſtores enim Eccleſiarum non in ſua, ſed in Chriſti virtute, atque perſona populos regunt: Item intrinſecum influxum capitis populis non præbent; extrinſecam autem gubernationem exhibent illis: Item aliqui dicuntur capita ſecundum quædam ſpecialia loca; ſicut Epiſcopi ſuarum Eccleſiarum; vel etiam ſecundum determinatum tempus, ſicut Papa eſt caput totius Eccleſiæ ſcilicet tempore

pore

pore ſui Pontificatus; & ſecundum determinatum ſtatum prout ſcilicet ſunt in ſtatu viatoris; Hæc S. Thomas 3.par.q 8.

Chriſtus ergo per ſe,& primo, & abſolute, & complete eſt caput totius Eccleſiæ, tum militantis, tum triumphantis;& hoc in omni loco,& tempore; & ſtatu; Magiſtratus autem Eccleſiaſtici, vt Epiſcopi, & Summus Pontifex ſunt capita Eccleſiæ eo modo, quo ſupra dictum eſt,ideſt ſecundario, & limitate.

Hæc Doctrina Catholica de viſibilibus magiſtratibus a Chriſto in Eccleſia militanti conſtitutis conſona eſt omni veritati,quæ,in lege naturæ, & ſcripta, & Euangelica continetur; & hæretici huius temporis nimis abſurde illā impugnant, vt infra ſuo loco probatum erit.

Cap. 6. De Definitione Eccleſiæ Catholicæ militantis.

NVnc tentandum eſt definire Eccleſiam Catholicam militanrem: Et quia hæc Eccleſia habet plures relationes, vt ſic dicam ſubſtantiales,quę ſunt, prima ad caput inuiſibile Chriſtum: ſecunda ad Eccleſiam triumphantem: tertia ad ſtatum viæ, & meriti in quo eſt: quarta ad Euangelium, quod eſt forma regni Chriſti, & per quod Eccleſia gubernatur: quinta ad Romanum Pontificem, qui eſt caput viſibile illius: ſexta ad fideles, qui membra illius ſunt: ſeptima ad regnum Chriſti: ideo iſtis ſeptem dictis modis definitio illius tradenda eſt.

Prima ergo definitio,quę cōmunis eſt, a reſpectu, quem habet ad fideles accepta, talis eſt: Eccleſia Catholica militans eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus: Dicitur,populus in ſingulari,ad ſignificandam vnionem, quam omnes fideles in Eccleſia habent; vnde vnus populus effecti ſunt: Dicitur, Fidelis; ad exprimendum, quod illi ſolummodo,qui veram fidem Chriſti profitentur, in Eccleſia contenti ſunt: Dicitur,Per vniuerſum orbem diſperſus; vt declaretur, omnes fideles totius mundi, ſeu orbis terrarum in Eccleſia Catholica militanti vniri,& cōtineri. *Catec. cū S. Augu. art. 1. n. 2*

Caiet. & S. Th. ibi. Secunda definitio accipitur in ordine ad Chriſtum caput ſic: Eſt populus fidelis a Chriſto capite Doctrina, legibus, Sacramentis, & Magiſtratibus edoctus, & gubernatus: Vel ſic: Eſt pars corporis miſtici Chriſti in terris conſtituta: Vel ſic: Eſt pars Eccleſię, quę Criſtum vt viatorem caput habet.

ibid. Tertia accipitur reſpectu Eccleſiæ triumphantis ſic. Eſt Eccleſia, quæ militat in terris. Eccleſia eſt quaſi genus. Militare in terris differentia.

ibid. Quarta à ſtatu præſenti ſic: Eccleſia militans eſt populus fidelis in ſtatu vię, ac meriti conſtitutus; Vel ſic: Eſt populus fidelis, qui cum mundo, carne, & diabolo militat.

ibid. Quinta eſt in ordine ad Euangelium ſic: Eſt populus fidelis per Euangelium ad cęleſtem patriam directus, & deſtinatus: Vel ſic: Eſt populus fidelis per legem Euangelij ad gloriam Dei, & ad meritum vitæ æternę deſtinatus.

ibid. Sexta eſt in ordine ad Romanum Pontificem ſic: Eccleſia Catholica militans eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus, & ſub capite viſibili Romano Pontifice vnitus & gubernatus: Vel ſic, Eſt pars Eccleſię à Chriſto ſupra Primatum Romani Pontificis, quaſi ſupra petram ædificatã: Vel ſic; Eſt pars Eccleſię, cuius caput viſibile, & Paſtor vniuerſalis Romanus Pontifex eſt: Vel ſic; Eſt Eccleſia, in qua Romanus Pontifex claues regni cælorum, & poteſtatem ligandi, atque ſoluendi ſuper terram a Chriſto habet.

Septima à regno Chriſti ſic; Eſt materia regni Chriſti in terris conſtituti.

Veritas de Primatu Romani Pontificis ab hęreticis impugnata ſuo loco fuſe probata erit, vbi eorum hęreſes confutabuntur.

Cap. 7. De quatuor cauſis Eccleſiæ Catholicæ militantis.

NVnc quatuor cauſæ Eccleſiæ militantis breuiter ſunt explicandæ; Ex parte enim illarum cognitio

gnitio ex ijs, quæ ſupra dicta ſunt, colligi poteſt.

Materia illius ſunt oēs homines quatenus fideles, ac viatores, quicunque ab initio vſque ad finem mundi, & in quacunque illius parte fuerunt, vel ſunt, vel erunt: Materia etiam illius ſunt partes iam dictæ, nempè populus, Clerus, Epiſcopi, Monachi, Ciuitates, Religiones, & alij in Eccleſia contenti. *ex Catech. art. 9. Ex S. Tho. 3. p. q. 8.*

Finis illius eſt gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna: In quo fine conuenit cum Eccleſia triumphanti, quæ eundem habet: Differunt autem in hoc, quia Militans habet dictum finem, vt per viam meriti obtinendum; Triumphans habet illum, vt per modum præmij iam obtentum: Ideo ambæ tendunt in eundem finem, ſed diuerſa ratione. *Seſſ. 6. c. 7. Catech. S. Th. ibi.*

Dici etiam poteſt, quod finis Eccleſię militantis ſit Deus vt cognoſcendus, diligendus, colendus, & obediendus; Et probatur à medio, per quod dictus finis obtinetur: Euangelium enim eſt hoc medium: Hoc autē quattuor in Eccleſia ordinat actiones; nempè cognitionem per Symbolum; Dilectionem per Sacramenta; quæ conferunt gratiam, & charitatem: Cultum, per orationem; Obedientiam per Decalogum: Ideo iſtæ erunt actiones finales, & per conſequens fini erūt pęnitus adæquatæ: In Beatis autem Deus erit finis, vt cognitus, ac viſus; vt amatus; vt glorificatus; & cuius voluntati Beati in omnibus ſunt conformati: Hic finis idem dicit cum primo. *De hoc inf.*

Efficiens eſt Chriſtus, qui dixit, Ædificabo Eccleſiam meam. *Matt. c. 16*

Pro explicanda forma Eccleſiæ militantis, ex S. Thoma poteſt accipi ex comparatione illius ad corpus hominis, ad cuius ſimilitudinem dicitur corpus Chriſti capitis: Corpus autem hominis tria potiſſimū reſpicit, quæ ſunt: primo membra: ſecundo caput; tertio operationem: Circa membra tria facit, primo colligit; ſecundo vnit; tertio ordinat illa adinuicem. Hoc enim de ſubſtantia corporis eſt; quod ſine vnione membrorum eſſe non poteſt: Circa caput corpus duo facit: primo ſubdit membra illi: ſecundo accipit ab illo tum internum influxum, tum externam gu- *S. Tho. 3. p. q. 8. Catech. art. 9.*

Digitized by Google

bernationem: Reſpectu operationis corpus omnia membra iuxta cuiuſque officium regulat, & ordinat ad operandum: Sic de forma Eccleſiæ videtur eſſe dicendum; nempè in hoc conſiſtere, quod omnia ſua membra, id eſt fideles, & partes, quæ dictę ſunt, colligat, vniat, ordinet, capiti ſuo tum inuiſibili, tũ viſibili ſubdat; & oẽs ad operationem finalem opportune deſtinet: Hæc ad formam Eccleſiæ exiſtimo pertinere.

S.Th.ibi.

Probatur, Hæc tria ſunt de ſubſtantia corporis humani; nempè colligere membra; ſubdere capiti, & ad operationem congruam ordinare; ergo erunt etiam de ſubſtantia Eccleſiæ, cuius eſſentia ad ſimilitudinẽ corporis facta eſt.

à ſimili, & ex S. Th. & Catech. ibid.

Notandum, quod ſicut homo habet corpus materiam, & animam formam; ita regnum Chriſti habet pro materia Eccleſiam, & pro forma Euangelium; Et ſicut anima informat corpus, & dat illi vitam, illudq; organizat, & ad operandum habilitat; ita Euangeliũ Eccleſiam organizat, ordinat, gratia, & Spiritu ſancto viuificat, vnde aliquo modo ab ipſo ratio formalis Eccleſiæ accipienda eſt.

Cap. 8. De operatione finali Eccleſiæ militantis.

S.Th. 3.p. q. 8. & 1. 2. q. 90. & ſeq.

OMnis res ordinata ad finem neceſſario debet habere aliquam operationem, per quam propoſitum finem conſequatur: Eccleſiam autem ordinari ad finem dubium non eſt: Dictum eſt autem, quod hæc tria compoſitum, forma, & materia illius eumdem finem, & eamdem operationem finalem habent; Tota enim quidditas compoſiti in materia, & forma poſita eſt: Operatio ergo finalis Eccleſiæ eadem erit cum operatione finali Regni Chriſti, & S. Euangelij. Eccleſia enim à S. Euangelio ad proprium finem per operationem finalem directa eſt.

ex S. Tho. 1. 2. q. 90. & ſeq.

Euangelium autem in Eccleſia vniuerſaliter conſideratū tria facit; primo determinat finem, & operationem finalem illi correſpondentem: ſecundo determinat præmium ijs, qui iuxta legem Euangelij fuerint operati: tertio ordinat pœnas ijs, qui contra fecerint

erint illi: Primum conuenit Eccleſiæ militanti; Secundum Triumphanti; Tertium ex parte Eccleſiæ ſatiſfacienti.

Actio ergo finalis Eccleſiæ militantis eſt completa obſeruantia S. Euangelij; quia hæc adæquate correſpondet fini: qui regno Chriſti, & Eccleſiæ militanti propoſitus eſt: quod ita explicatur. *idem.*

Obſeruantia ſancti Euangelij duo principalia ex Chriſti ordinatione facit; Primum eſt, quod dat digniſſimum cultum Deo; Secundum eſt, quod habet meritum vitæ æternæ: Qui enim complete obſeruat Euangelium, ex vna parte dat cultum Deo; ex alia meretur ſibi vitam æternam: Ideo hæc obſeruantia eſt propria Eccleſiæ militantis; & per ſe continet cultum Dei, & meritum vitæ æternæ. *ſeſſ. 4. 1. & ſeſſ. 6. c. 7.*

Dici etiam poteſt ſic: Euangelium quatuor in Eccleſia militanti principales ordinat operationes; quæ ſunt; Prima cognitio, quæ habetur per fidem, & explicatur in Symbolo Apoſtolorum: Secunda dilectio, quæ habetur per charitatem, & gratiam; quam conferunt Sacramenta: Tertia cultus Dei, qui datur per Orationem; item Sacramẽtis, & diuinis Officijs; & ad iſta peragenda homo adiuuatur per virtutem Spei: Quarta eſt obedientia Deo; Et hęc per Decalogum directa eſt; & illam adiuuat gratia, & charitas à Deo infuſa. Et de hoc infra, vbi de Euangelio dicendum eſt. *Catech. per totum.*

Completa igitur obſeruantia S. Euangelij, quia dat cultum Deo dignum illo, & meretur vitam æternam actio finalis Eccleſiæ militantis erit. *ibid.*

Notandum, quod ſinguli fideles, & ſingula membra Eccleſiæ militantis habent eũdem finem, & operationem finalem cum ipſa; quia omnia, & ſingula membra corporis eũdem finem cum corpore habent; & ſingula iuxta proprium ſtatum concurrunt ad completam finalem operationem perficiendam. *S. Th 1. 2. q. 90. & ſeq.*

à fine probatur.

Cap. 9. De cultu Dei publico, & priuato.

PRincipalis actio finalis Eccleſię militantis eſt cultus Dei tum publicus, tum priuatus: Per cultum *Ariſt. 7. Polit. c. 8. 9. 10. &c.*

Dei intelligo actionem, vel paſſionem, per quam Deo honor, & gloria data ſit, vt ſupra dictum eſt.

Per cultum priuatum intelligo illum, qui à ſingulis fidelibus priuatim datur.

ex Miſſali, & Breuiario.

Per publicum intelligo illum, qui in loco publico; Item tempore feſtiuo, & ſolemni ritu huic cultui dicato; Item à perſona publica; Item ex generali Eccleſiæ decreto, vel vſu, aut conſuetudine dari ſolet.

Ariſt. ibi. Ariſt. loco citato aperiiſſime ait in omni ciuitate hūc cultū eſſe neceſſariū & vſus cōmunis, & ratio ita ſuadet.

Doctrina Catholica docet, hunc cultum tum publicum, tum priuatum neceſſario in Eccleſia militanti eſſe inſtituendum; quia ad finem dictæ Eccleſiæ deſignatum talis actio omnino neceſſaria eſt: Ideo, Eccleſia Catholica Romana, quæ ſola vera eſt, ad hunc cultum publicum, & priuatum rectè ſtabiliendum: ordinat loca publica, & ſacra, vt Eccleſias, Oratoria, Altaria. Dies feſtos publicos; Vigilias; & ſacra Tempora per totum annum; Perſonas quoque publicas diuino cultui mancipatas aſſignat; Clericos, Monachos, Sacerdotes, & alios: Diuinum Miſſę Sacrificium; Diuina officia cum ritibus, & cæremonijs publicis quotidie celebrat. In Miſſali, in Breuiario, & in Rituali dicta omnia exacte, & diligenter præſcribit.

Quæ omnia, quam ſint conſona regno Chriſti. S. Euangelio, Eccleſiæ militanti, nec non fini, & operationi finali illorum, cæci ipſi viderent. Nunquid enim in Regno Chriſti non dabitur Deo cultus? Nō honor? Non gloria? Si finis regni Chriſti eſt gloria Dei; ergo huic fini actionem conuenientem non habebit? Et ſi omnes etiam Gentiles, vt Cato, Ariſtotiles & omnes alij ſapientes, prædicant Deum eſſe colendum, nunquid indigne colendus eſt? Cultus publicus eſt illi denegandus? Loca ſacra; tempora feſtiua, perſonę publicæ; ritus, ac cęremonię publicæ Deo ſunt deneganda? Solummodo cultus priuatus eſt illi tribuendus? Ad quid fideles omnes in vnam Eccleſiam ſunt congregandi, ſi ſolummodo cultus priuatus Deo eſt exhibendus? Doctrina igitur Catholica veriſſima omnino eſt.

Cap.

Digitized by Google

Cap. 10. Conſideratio Logica contra hæreticos.

HIC Logicus conſiderabit diſſonantiam, quam habet doctrina hæreticorum cum veritate: vel enim concedunt Eccleſiam ordinari ad finem, vel nõ: Si non: ergo Chriſtus abſque vllo fine ædificauit; & inſipienter ad nullum finem ordinauit Eccleſiam ſuã: Si finem illi aſſignauit; vel dedit illi operationem finalem; vel non: Si non: ergo inſipienter egit: Si dedit, quæritur quid ſit iſte finis, & quæ operatio finalis: De fine aliud non poteſt, nec debet dici, quam gloria Dei: Quilibet ſomniet, vt vult, alium finem principalem nõ inueniet; Modo quænam erit operatio finalis? Quid dicetur niſi cultus Dei? Hic cultus alius eſt publicus, alius priuatus; & publicus eſt dignior priuato; Et publicus cultus eſt dignior, cum in loco digniori, in tpe ſolenni, à perſona nobiliori, & publica, ritibus, ac cæremonijs inſignioribus celebratur; ergo iſta diuino cultui ſunt deneganda? Si finis regni Chriſti, & Eccleſiæ eſt gloria Dei, quę Deo digna ſit: & gloria Deo digna debet eſſe infinitę dignitatis; conſideret Logicus, an dicto fini concordet, ſi dignior cultus omittatur, & minus dignus acceptus ſit: Addatur; negare obſeruantiam S. Euangelij eſſe ad ſalutem neceſſariã; & negare neceſſitatem operum; & dicere, ſolam fidem eſſe de neceſſitate ſalutis; quid aliud eſt, quam omnino negare operationem finalem? Si ſufficit ſolà fidei cognitio; ergo non eſt neceſſe, quod voluntas, & quod homo in rem cognitam tendat? ergo ad finẽ ſe mouere non debet? ergo fideles, & tota Eccleſia in otio, & deſidia viuent? Et ſi obſeruantia S. Euangelij non eſt neceſſaria; ergo nulla alia actio neceſſaria erit: ergo nullus finis, & nulla operatio finalis in Eccleſia Dei conſtituetur: Sed de hoc alibi; Falſiſſima ergo ex Logica hæreticorum doctrina apparebit.

Videat Ariſt. 7. Polit. c. 8. & ſeq. ita alibi.

Cap.

Cap. 11. Enumerantur propriæ actiones Eccleſiæ militantis.

CVltus Dei eſt quidem principalis actio, quæ in Eccleſia Dei ſit exercenda: ſed etiam aliæ multæ actiones in eadem Eccleſia ſunt habendæ; quarum aliquæ hic poſitæ ſunt. Et notabit lector ſolummodo in Eccleſia Catholica Romana illas omnes reperiri.

Seſſ. 4. c. 1. Prima actio Eccleſiæ militãtis fuit, accipere verbũ Dei non ſcriptum ab ore proprio Chriſti prolatum.& non ſolum accipere, quod factum eſt in Apoſtolis, ſed etiam in Eccleſia Catholica per cuncta ſecula mediãte traditione conſeruare.

ibid. 2. Idem facere de verbo Dei ſcripto.& de toto textu Biblico.

ibid. 3. Determinare, quinam libri ſacræ Scripturæ verè Canonici ſint,& qui non ſint tales.

ibid. Et ex recognitione hoc tẽpore facta. 4. Curare, ne in ſacra Scriptura, & in textu Biblico errores, & falſitates, vel incuria librariorum, & ſcriptorum; vel malitia hæreticorum introducantur; Ideo varia volumina,& antiquiora cum vulgata editione ſunt conferenda; vt ſi qui ſint errores, detegantur: Vulgatæ autem Editioni, vtpote quæ per multa ſecula in Eccleſia fuit recepta, multum tribui debet.

Seſſ. 4. c. 2. 5. Summo ſtudio curare debet, vt vera intelligentia, & interpretatio verbi Dei tum ſcripti, tum non ſcripti habeatur: Et ſacra Scriptura cum traditione eſt conferenda: Et Eccleſia debet habere doctores, & ſcriptores a Deo illi datos, qui verbum Dei interpretentur, & veram fidei doctrinã in Eccleſia proponant.

Catech. pręf. n. 12 ſeſſ. 4. c. 1. 6. Summam S. Euangelij breuem, diſtinctam, ordinatam, veram, certam, & completam habere debet: Et opus eſt tria de illa probari; primo quod à Chriſto,& ab Apoſtolis fuerit accepta: Solus enim Chriſtus illam facere potuit, & fecit; vt patet ex illis verbis; Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque

man-

mandaui vobis: Spiritus etiam ſanctus ſummam Euangelicæ doctrinæ in Symbolo Apoſtolis dictauit: Secundo Quod illa ſemper in præteritis ſeculis continua ſucceſſione vſque modo pro certa habita ſit: tertio Quod à verbo Dei ſcripto, & non ſcripto ſit fideliter deriuata.

7. Si qua hæreſis incipit pullulare, ſtatim Eccleſia, & Doctores illius debent illam confutare, & condemnare & anathematizare; vt ſublatis erroribus, veritas, & puritas S. Euangelij in Eccleſia conſeruetur. *Seſſ. 4. & ſeq.*

8. Veritates Euangelicas principales veluti de ſacrificio Miſſæ, de Sacerdotio, de iuſtificatione, de Sacramentis, de merito, de neceſſitate operum, de cultu, & veneratione Sanctorum, & alias debet de fide determinare, vt certum ſit, quid de fide credere oporteat. *Conc. Tr. per totum.*

9. Ad res grauiſſimas de fide, & moribus determinandas, opportune, vt Apoſtoli fecerunt, Concilia generalia legitime congregare. *Conc. Tr.*

10. Debet curare, vt in Eccleſia nihil deſit, quod de ſubſtantia regni Chriſti ſit; illa autem ſunt de ſubſtantia, quę ad completam rationem quattuor cauſarum in dicto Regno à Chriſto inſtituta eſſe antiquiſſima traditio docet. *Seſſ. 4. c. 1.*

11. Ad illam ſpectat curare, vt circa ſubſtantialia Regni Chriſti nihil omnino mutatum, vel additum, vel detractum ſit: Eccleſia enim non prætendit, & nullus alius prętendere debet, ſe habere poteſtatem mutandi ſubſtantialia in regno Chriſti. *Catech. art 9. nu. 17.*

12. Eſt curare, vt infideles conuertantur ad fidem & Euangelium illius ſit prædicatum. *Matth. c. vlt.*

13. Eſt curare, vt vera, & certa ſumma S. Euangelij fidelibus tum voce, tum ſcriptura fideliter proponatur, & explicetur; & perſonas determinare, qui hoc præſtent. *Catech.*

14. Ordinare omnia, quæ pertinent ad cultum Dei tum publicum, tum priuatum, & hoc non ſolum voce, ſed etiam ſcriptura, quatenus opus eſt pręſtare. *Mißale, & Breu.*

15. Eſt ritus, ac cæremonias circa Sacramenta, & cultum Dei ſtatuere, vt ea, qua decet reuerentia, tan- *ibidem.*

tus cultus in Eccleſia præſtetur.

Conc. Tri. de reform. 16. Procurare obſeruantiam completam S. Euangelij; Ob hoc præcepta facere, per quę abuſus auferantur, & vera obſeruantia introducta ſit.

Conc. ibi. 17. Curare, vt electiones magiſtratuum in populo Dei legitimè fiant, & quod legitimi Paſtores, & Curati, & Epiſcopi opportune in Eccleſia ſint conſtituti.

Conc. ibi. 18. In his Magiſtratibus congruam ſubordinationem procurare, nempe, vt ſuperiores bene præſint, & inferiores bene ſubſint.

Religiones 19. Curare, vt ab aliquibus conſilia Euangelica obſeruentur, vt à Monachis, & Religioſis: Clerum etiam, & publicas perſonas ad cultum Dei deſtinare.

Conc. de refor. 20. Curare, vt omnia in regno Chriſti ordinata ſint; & ſi qui facinoroſi, vel ſcandaloſi ſint, punire, & ſi opus eſt excommunicare, & à communione fidelium remouere.

Iſtę, & alię ſimiles Actiones Eccleſiæ militantis proprię ſunt; quia omnes in regno Chriſti ſunt neceſſarię: Et in primitiua Eccleſia vſu receptę fuere: Et per cuncta ſecula in Eccleſia permāſerunt: Et quod modo omnes in Eccleſia Catholica Romana reipſa exerceantur, certiſſimum eſt: Et non ſolum fides, ſed etiam ratio naturalis dictat, regnum Chriſti ſine illis in Eccleſia militanti rectè ſe habere non poſſe.

Cap. 12. De principio productiuo dictarum operationum.

S.Th. 1.2. q.91.ar.4. CVM finis Regni Chriſti & S. Euangelij, & Eccleſiæ ſit ſupernaturalis, & per conſequens actio finalis ſupernaturalis ſit; Quod enim poteſt actione naturali obtineri, non ſuper naturale, ſed naturale eſt: Actio autem ſupernaturalis eſt illa, quæ virtute naturali produci non poteſt; neceſſe eſt affirmare, quod principium productiuum dictarum operationum ſupernaturale Eccleſiæ traditum ſit.

S.Tho.3.p. q.8. Conc. ſeſſ. 6.7.&c. Hoc autem principium aliud eſt primum, aliud immediatum: Primum eſt Deus, qui eſt caput Chriſti; ait S. Paulus; Vt homo conſiderati; Chriſtus vt homo

eſt

eſt caput Eccleſię,& influit in illam; Ita Spiritus ſanctus eſt veluti cor Eccleſię, qui illam inuiſibiliter viuificat; Immediatum principium ſunt Sacramenta, & gratia tum gratis data, tum gratos faciens; Virtutes infuſæ, fides, ſpes, charitas; Hęc enim omnia eleuant, & habilitant Eccleſiam, & membra illius, vt actiones ſupernaturales regno Chriſti conuenientes elicere poſſint. Hinc prouenit meritum, & cultus dignus Deo, vt ſupra dictum eſt.

Cap. 13. *De proprietatibus Eccleſiæ militantis.*

NVnc aliquæ proprietates Eccleſiæ militantis sũt aſſignandæ. *Catech. art. 9.*

Prima eſt, quod ſit Vna; Vnum enim eſt regnum; Vnum caput; Vnum Euangelium; vna fides; Vnum habet finem; & alia habet vna: Eſtque vna numero à principio vſque ad finem mundi, eo modo, quo populus vnus eſt. *& S.Th. 3.p.q.8.*

2. Eſt antiqua; quia à Chriſto ædificata, & regnũ Chriſti antiquum eſt. *Cate. ibi.*

3. Eſt perpetua, & æterna, quia regnum Chriſti in æternum manet, ideo nunquam defecit, in cunctis ſeculis eadem fuit, & ſemper erit. *ibid.*

4. Eſt ſancta; quia regnum Chriſti eſt ſanctum; Euangelium ſanctum; Caput ſanctum; omnia in illa ſancta; Ipſa Deo dicata; plurima membra habet ſancta: Quod ſi aliqui in illa ſunt mali, & peccatores; Hoc non maculat illam; quia in homine peccatore quattuor conſiderantur: primo quod ſit homo: ſecũdo quod ſit viator; tertio quod ſit fidelis, quarto quod ſit peccator; Tria prima per ſe pertinent ad Eccleſiã, vt Eccleſia eſt; quartum per accidens conuenit illi, ideſt per tria prima; non enim vt peccator, ſed vt fidelis membrum illius eſt: E contra eſt de iuſto; quia iuſtus, vt iuſtus, pertinet ad Eccleſiam, quia Euangelium ab illa propoſitum ſeruat. Sicut ergo homo dicitur per ſe bipes, & rectus; per accidens vero aliqui homines particulares ſint claudi, & curui; ſed vt homines tales non ſunt; ita Eccleſia eſt ſancta *S. Th. ibi. Catech. art. 9.*

per

per ſe, & ſecundum quod ipſa; licet aliqua membra ipſius, non tamen vt membra illius, ſed per aliud, & per accidens mala ſint.

Cate. ibi. 5. Eſt Catholica; quia regnum Chriſti eſt generale: Omnes fideles comprehendit; Per vniuerſum orbem diſperſa eſt; Et Apoſtoli illam Catholicam nominarunt.

ibid. 6. Eſt Apoſtolica, quia in Apoſtolis fundata; Ab illis edocta, & gubernata eſt: Sacerdotes, & Epiſcopi in illa Apoſtolis ſuccedunt: Et Romanus Pontifex ſucceſſor S. Petri ſemper in Eccleſia habitus eſt.

ibidem. 7. Romana eſt: Quia Eccleſia Romana in qua Cathedra S. Petri poſita eſt, & in qua Romanus Pontifex ſedet, mater, & magiſtra omnium Eccleſiarũ eſt.

ibid. 8. Fidelis; quia veram fidem ſeruat; & omnia, quæ de ſubſtantia regni Chriſti ſunt, fideliter acceptat, atque cuſtodit.

ibid. 9. Viſibilis, quia regnum Chriſti viſibile; & habet magiſtratus fideles, Sacramenta, & alia, quæ viſibilia ſunt: & ita ſemper fuiſſe infra probatum erit.

ibid. 10. Eſt domus Dei; ſponſa Chriſti; Corpus miſticum illius; Columna, & firmamentum veritatis: Hæc, & alia conueniunt Eccleſiæ per ſe.

Cap. 14. De priuilegijs Eccleſiæ militantis.

Eph. 1. INnumerabilia ſunt priuilegia Eccleſiæ Dei, & hic aliqua proponentur.

verſ. 22. Primum Chriſtus eſt caput illius; & in Euchariſtia

Ioan. 14. manet in illa vſque ad conſumationem ſeculi.

verſ. 17. 2. Certa, & continua aſſiſtentia Spiritus ſancti; qui

Ioan. 16. manet in illa in æternum.

verſ. 13. 3. Cognitio omnis veritatis; Docebit vos omnem

Catech. veritatem.

art. 9. 4. Priuilegium non errandi in rebus fidei, ac mo-

Rom. 8. rum: Firmamentum veritatis.

ver 32. 5. Theſaurus meritorum Chriſti illi donatus, quia

ibid. Chriſti hæres eſt.

S. ſſ. 4. c. 1. 6. Gratiæ gratis datæ illi conceſſæ ſunt.

& 2. 7. Sacra Scriptura, & verbum Dei non ſcriptum

illi

illi traditum eſt, vera interpretatione illius.

8. Deus in illa miracula facit.

9. Data eſt illi maxima poteſtas; In illa ſunt Claues regni cælorum: Primatus Romani Pontificis; Poteſtas faciendi præcepta; Excommunicandi; Dandi indulgentias; Remittendi peccata; Et alia multa facere poteſt. *Ex ſcriptura.*

10. In illa eſt Communio Sanctorum; Sacrificium, Sacerdotium, Sacramenta, & alia multa. *art. 3.*

Hæc eſt doctrina Catholica de Eccleſia militante; probata Logica ratione per ea, quæ de regno Chriſti dicta ſunt: Verum ad maiorem dictæ doctrinæ confirmationem; aliqua de illa; quæ apud hereticos in dubiũ vertuntur, fuſius probanda erunt; quæ ſunt, Primo probatio, quod Eccleſia Catholica vera ſemper fuit per ſe ſenſibus; Secundo Quod illi datum eſt a Deo priuilegium non errandi, & quod ſola eſt columna, & firmamentum veritatis: Tertio Quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera eſt; Alias vero omnes quæ ſub illa non ſunt, falſas eſſe: Quarto Probabitur in illa dari Primatum Romani Pontificis. & viſibiles magiſtratus: Hęc enim pertinent ad Eccleſiam militantem, & illis probatis videtur, quod Catholica doctrina ſit probata, & oppoſita confutata: ideo dicta probatio eſt aggredienda.

LIBRI

LIBRI QVARTI DISTINCTIO QVARTA.

In qua probatur, quod vera Eccleſia Catholica ſemper ſenſibilis, & viſibilis fuit.

QVIA hęretici dicunt Eccleſiã Catholicam eſſe inuiſibilem, & ſoli Deo cognitam; vnde probationem iam factam; & faciendam de vera Eccleſia Catholica tentabunt labefactare, & impugnare, dicentes, Veram Eccleſiam eſſe ignotam, quia ſenſibilis non eſt; exiſtimo, ad confirmandam probationem iam traditam, & tradendam, valde deſeruire, ſi fiat certa, & Logica probatio, quod Eccleſia Catholica ſenſibilis ſit, & ſemper talis fuerit.

Cap. 1. Proponitur Concluſio probanda.

COncluſio probanda eſt talis;

Hæc propoſitio Eccleſia Catholica eſt ſenſibilis poteſt cum certitudine fidei, & cum euidentia tum ſenſus, tum intellectus probari: Subiectum eſt illa propoſitio; Prædicatum eſt certa, & Logica probatio.

Medium ad hoc probandum ex Logica eſt primo definitio ſubiecti: ſecundo definitio prædicati: Ideo iſtę duæ difinitiones tradendæ ſunt.

Cap. 2. Explicantur termini concluſionis.

PRimo explicandum eſt, quid ſit Eccleſia Catholica, cuius definitio eſt talis.

Eccl:-

Digitized by Google

Eccleſia Catholica eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus: Populus autem fidelis dicitur ille, qui tria acceptat; Primo veram doctrinam, & fidem; Secundo veras leges; Tertio veros magiſtratus Regni Chriſti; vt dictum eſt.

Senſibile dicitur illud, quod ſenſibus, & oculis proprijs videri poteſt; Ideo ſi populus fidelis videri oculis poteſt, Eccleſia Catholica viſibilis erit.

Diffinitio certę probationis eſt talis; Certa probatio eſt illa, quę habet fundamentum, vel in dicto eius, qui non poteſt errare; vel in euidentia ſenſus, aut intellectus; vel in omnibus dictis.

Cap. 3. De regula Logica ad probationem faciendam, quod aliqua res ſenſibilis ſit.

MVltis modis poteſt cũ certitudine probari, quod aliqua res ſenſibilis ſit.

Primo illud eſt ſenſibile, quod totum percipitur ſenſu; ideſt cuius materia, & forma ſenſibilis eſt; veluti domus, gladius: Quidquid enim conuenit compoſito per materiam, & formam, dicitur illi conuenire per ſe, & per ſuam eſſentiam. *Ex primo modo per ſe Ariſt. 1. poſt c. 4. tex. 9.*

2. Illa res; quæ habet materiam ſenſibilem, etiam ſi forma illius non ſit ſenſibilis, tamen per ſe, & certiſſimę ſenſibilis erit: quia per partem eſſentiæ ſenſibilis eſt: Sic homo per ſe eſt ſenſibilis; Ita Chriſtus, quia eius humanitas ſenſibilis erat. *ibid.*

3. Quod eſt ſenſibile per partem ſuę materiæ per ſe ſenſibile eſt; quia illa pars de eſſentia illius eſt: Veluti ſi caput, vel pes hominis uidetur: cum per illam partem certo cognoſcatur homo, per illam dicetur eſſe uiſibilis: Ita hoc equus, qui in uno tantum pede claudicat, per ſe claudus eſſe dicatur. *ibid.*

4. Si Petrus in loco obſcuro loquatur, erit ſenſibilis per uocem, quæ eſt effectus proprius Petri: Ita ex fumo cognoſcitur per ſenſum adeſſe ignem. *Ex 4. modo per ſe, ibid.*

5. Per effectum rei ſenſibilem euidẽter cognoſcitur res per ſẽſum; ueluti uita effectus eſt animæ, & qui cognoſcit hoc corpus uiuere, cognoſcit habere animã. *ibid.*

Digitized by Google

à ſigno neceſſario. vt in Praeci diſt. 5. 6. Quando duæ res ab inuicem ſeparari non poſſunt, veluti anima, & corpus animalis viui; ita talis pulſus, & febris; tunc. ſi ſenſus cognoſcit vnum, dicetur etiam cognoſcere aliud, veluti ex pulſu cognoſcitur febris.

Nunc ex dictis probabitur, quod Eccleſia per ſe ſenſibilis eſt, & ſemper fuit.

Cap. 4. Logica probatio, quod Eccleſia ſenſibilis ſit.

PRobatio erit à lumine naturali, à lege ſcripta, à Regno Chriſti, & a ſenſu ſic.

ex 1. modo per ſe, & ex lib. Poli. & ex ſenſu, atque ratione. Primo a genere remoto; Omnis humana ſocietas per ſe, & ſecundum quod ipſa, ſeu per ſuam materiã, & formam ſenſibilis eſt: Eccleſia eſt quædam ſocietas; ergo; Minor eſt per ſe nota; quia Eccleſia eſt populus fidelis, in quo omnes fideles vniuntur. Maior eſt euidens, quia ſocietates ſunt ex Ariſt. prima inter maritum, & vxorem; ſecunda inter Patrem, & filios; tertia inter Dominum, & ſeruos; quarta in pagho, & ciuitate; quinta in Regno, & Republica, & iſtæ omnes ſenſibiles ex ſua natura ſunt: vt ſenſui notiſſimum eſt; ergo Eccleſia eſt ſocietas ſenſibilis.

ibid. & ex ſcriptura. 2. Omnis homo per ſe & eſſentialiter eſt viſibilis, quia habet corpus viſibile; Sed Eccleſia per ſe, & eſſentialiter conſtat ex hominibus; ergo per homines qui ſunt de eſſentia illius, ſenſibilis eſt: Ita Chriſtus fuit ſenſibilis per corpus; Ita Collegium Apoſtolicum erat ſenſibile, quia Apoſtoli homines erant.

ibid. 3. Omne regnum in terris poſitum eſt ſenſibile tũ reſpectu materiæ, ſeu populi gubernati, qui ſenſibilis eſt; tum reſpectu formæ, quæ eſt gubernatio; quia populus viſibilis viſibiliter gubernatur; ergo cum Eccleſia ſit materia regni Chriſti in terris conſtituti, per ſe viſibilis erit.

à ſenſu. à comuni iudicio. 4. Senſus apertiſſime videt, quòd Regnum Galliæ, Germaniæ, Hiſpaniæ, Turcarum, Perſarum, Medorum, Græcorum, Romanorum, ſiue modo ſint, ſiue alias fuerint, ſenſibilia ſunt; ergo etiam Regnum Chriſti ſenſibile erit: Non poteſt autem eſſe ſenſibile niſi

niſi Eccleſia ſenſibilis ſit, ergo.

5. Populus Hebræus in lege veteri, qui dicebatur Synagoga, per ſe erat ſenſibilis, & in toto orbe, vt populus ab alijs diſtinctus cognoſcebatur; etiam tunc, cum in captiuitate poſitus erat; ergo ſicut Synagoga, quæ tunc à Deo gubernata erat, fuit viſibilis; Ita Eccleſia modo erit. *ex veteri Teſtamento.*

6. Nunc Iudæi ſunt ſine templo, ſine rege, ſine ſacrificio, ſine Propheta; & ſunt per orbem diſperſi; & tamen ſenſus apertiſſime, & euidentiſſime cognoſcit populum Hebræum, ſeu Hebræos, vt Nationem ab omnibus alijs diſtinctam: ergo multo magis Eccleſia Catholica viſibilis erit. *à ſenſu. ab inductione demonſtratiua. de qua in Praxi lib. 3. diſt. 9.*

7. Sanctus Paulus ſcripſit ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, & alios, qui erant populi permixti ex Chriſtianis, & infidelibus; ſed nihilominus ſenſus ipſe euidenter cognoſcebat differentiam inter Eccleſiam Chriſtianorum, & infidelium; & S. Paulus ſcribit ad fideles Epiſtolam ſenſibilem; ergo ſingulæ Eccleſiæ ſenſibiles ſunt, & idem probatur ex Apocalipſi, vbi Ioannes ſcribit diuerſis Eccleſijs ſenſibiliter a loco, & Ciuitate notis; ergo Eccleſia Catholica, quæ ſimul vnit omnes particulares Eccleſias ſenſibilis erit, illud enim totum cuius ſingulæ partes, vel aliquę ſenſibiles ſunt, ſenſibile eſt. *Ex Epiſt. S. Pauli. & ex Apocalipſi.*

8. Fides Catholica eſt res ſenſibilis, ſed Eccleſia Catholica ab hac fide & ſecundum hæreticos ſpecificatur; ergo Eccleſia Catholica ſenſibilis eſt. Probatur maior; Fides Iudæorum ſenſibilis eſt, quia ſenſus euidenter cognoſcit, quid credant, & quid nō credāt: Idem eſt de Turcis, quos credere Mahumeto euidens eſt: Idem eſt de Idolatris, & alijs infidelibus: Idem de chriſtianis tum Catholicis, tum hæreticis: Senſibilis enim eſt fides Eccleſiæ Catholicę Romanæ: Idē de Secta Lutheri, & Caluini; vnuſquiſque enim ſenſu videt fidem, & doctrinam inter dictos diuerſas eſſe veluti Catholica credit ſacrificium Miſſæ, & primatum Romam Pontificis, alię autem non credunt: ergo per fidem Eccleſia ſenſibilis eſt. *Inductione demonſtratiua.*

9. Vel eſt certum, vel non eſt certum, quam m... *ducit ad i poſſibile.*

ſit vera fides Catholica; ſi non eſt certum; ergo male S. Athanaſius dicit eſſe de neceſſitate ſalutis, vt quilibet integre ſeruet Catholicam fidem, ſi enim ignoratur quæ ſit, nullus poterit illam profiteri: Si eſt certum; ergo Eccleſia Catholica vera certiſſima eſt: Fides enim Catholica nihil eſt aliud, quam fides, quam vera Eccleſia Catholica profitetur: Ideo ignorata Eccleſia dicta, eius fidem neceſſe eſt ignorari: at hoc eſt falſum.

Cate. ar. 9. nu. 8. & 20. 10. Omnes fideles de neceſſitate ſalutis tenentur credere, & obedire veræ Eccleſię: Sed eſt impoſſibile, quod quis hoc præſtet, ſi illam ignoret; ergo ſenſibilis eſt.

ducit ad impoſſibile. ex S. Paul. 11. Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis: Sed ſi eſt ignota, hoc facere, impoſſibile eſt: Si enim quis ità arguat: Quod docet Eccleſia Catholica eſt certum; Sed docet hoc; ergo eſt certum: De minori ſic dubitabitur: Vel eſt certum quod Eccleſia hoc dicit, vel non: Si non; ergo per illam non firmatur hæc veritas; quia ſemper dubium erit, an vera Eccleſia hoc dicat: Si certum; Contra, Impoſſibile eſt, quod quis ſit certus de dicto veræ Eccleſiæ, niſi certo cognoſcat præcisè, & ſpecificè, & in particulari, quęnam ſit vera Eccleſia: ergo vera Eccleſia non eſt ignota.

Cate. ar. 9. nu. 20. 12. Si infideles velint conuerti ad veram Chriſti fidem, neceſſe eſt, vt recurrant ad veram Eccleſiam: Sed ſi ignoratur; quid facient? ergo ſenſibilis eſt, & omnibus nota; nempè ſimilis ciuitati, quę ſupra montem poſita abſcondi non poteſt.

per experientiam. 13. Eccleſia Romana verè, & propriè ſenſibilis eſt: Item Eccleſia Romana eſt vera eccleſia; ergo vera Eccleſia ſenſibilis eſt: Et omnia, quę probant Eccleſiam Romanam eſſe veram Eccleſiam, probant verā Eccleſiam eſſe ſenſibilem.

argu. ad hominem. 14. Eadem probatio eſt ad mentem hæreticorum ſic: Eccleſia Caluiniſtica ſecundum Caluiniſtas eſt vera Eccleſia; Item eſt ſenſibilis, quia ſenſibiliter Caluiniſtæ ſectantur doctrinam Caluini; ergo ſecundum ipſos vera Eccleſia eſt nota, & ſenſibilis: Idem

pre-

probatur de Eccleſia Lutherana apud Lutheranos: Confirmatur: Eccleſia Caluiniſtica vel eſt vera, vel non eſt vera; Si non eſt vera; ergo falſa eſt illorum doctrina, & fides; Si eſt vera; vel eſt certum, vel incertum, quod vera ſit: Si incertum; ergo doctrina, & fides illius incerta eſt: Si certum; ergo cum dicta Eccleſia ſit cognita & ſenſibilis, vera Eccleſia ſecundum illos non erit incognita, & ſenſibilis erit.

15. Demus, quod modo ſint tantum iſtæ tres Eccleſiæ, Romana, Lutherana, Caluiniſtica: Tunc ſic arguamus: Vel datur vera Eccleſia, vel non datur: Si non datur; ergo nulla eſt Eccleſia; ideo neque viſibilis neque inuiſibilis erit; Si datur; Vel eſt vna ex dictis, vel non eſt ex illis: ſi non eſt vlla ex dictis; ergo non eſt; quia præter illas nulla alia Eccleſia eſt: Si eſt vna ex illis; ergo cum dictæ ſenſibiles ſint, vera Eccleſia ſenſibilis erit: Iſtæ enim tres Eccleſiæ per ſe ſenſibiles ſunt, quia materiam, & formam ſenſibilem habent; Materia enim illarum ſunt homines ſenſibiles, forma fides, & doctrina, & vnio ſub tali capite, quæ ſenſibilia ſunt: Homines enim Catholici, & Lutherani, & Caluiniſtæ per ſe ſenſibiles ſunt: Caput illorum sũt Pontifex Romanus; Lutherus, & Caluinus, & illorum doctrina, qui ſenſibiles ſunt. *Per diuiſionem demonſtrationum de qua in Praxi lib. 3. diſt. 7. & 8.*

10. Omnis populus per ſe, & ſecundum quod ipſum ſenſibile eſt, quia ſicut domus eſt per ſe ſenſibilis quia fit ex lapidibus, & lignis, quæ per ſe ſenſibilia ſunt; Ita populus conſtat ex hominibus, qui per ſe ſenſibiles ſunt: Sed Eccleſia per ſe, & ſecundum quod ipſa eſt populus ex hominibus compoſitus: ergo Eccleſia per ſe, & ſecundum quod ipſa ſenſibilis eſt. *A primo modo per ſe.*

17. Si hæreticus dicat; Eccleſia conſtat ex hominibus tantum prædeſtinatis, vel iuſtis, vel perfectis; Iſti autem, quia ignoti ſunt, & prædeſtinatio non eſt res ſenſibilis; ſequitur; quod Eccleſia ſit ignota, & inſenſibilis: Dicitur talem argumentationem eſſe Sophiſticam, & carere omnino Logica; quod ita probatur: Hæc argumentatio eſt Sophiſtica: Homo habet animam inuiſibilem; ergo eſt inuiſibilis: Ita hæc *Soluitur obiectio per Logicam.*

Chriſtus vt Deus erat inuiſibilis,& immortalis; ergo abſolute non poterat videri, neque mori: Idem in alijs multis. Oſtenditur deceptio: Ad hoc vt aliqua res ſit viſibilis, non eſt neceſſe, quod totum illud, quod eſt in illa re poſſit vederi; ſed ſufficit, quod aliquid de eſſentia, vel ſubſtantia illius viſibile ſit: Sic enim homo dicitur per ſe viſibilis,& mortalis; licet anima ſit inuiſibilis, & immortalis: Ita Chriſtus per ſe erat viſibilis, & mortalis: licet diuinitas eſſet inuiſibilis,& immortalis: Ita hic homo in vno tantum pede claudus per ſe dicitur claudus: Demus ergo, ſed non concedamus, verum ex ſuppoſito eſſe, quod vera Eccleſia conſtet ex ſolis prædeſtinatis: tunc Eccleſia erit ex hominibus prædeſtinatis, & vt homines erunt viſibiles, vt prædeſtinati non; Ideo non procedit hæc conſequentia; vt prędeſtinati ignoti ſunt; ergo etiam vt homines ignoti erunt; imo ſequitur contrarium; Prædeſtinati viatores, quia homines ſunt, per ſe viſibiles ſunt: Et confirmatur: Dato, ſed non conceſſo, quod in tempore Natiuitatis Chriſti Eccleſia, vt hæretici dicunt, eſſet poſita in Beata Virgine, S. Ioſeph, Zacharia, Eliſabet, Simeone, Anna, & in tribus Magis; & demus, quod tunc nullus alius eſſet prędeſtinatus, niſi dicti, quod falſum eſt; quia paſtores, & alij prædeſtinati erant; tunc verum erit dicere, quod Eccleſia viſibilis erat; Quia iſti prædeſtinati, vt homines viſibiles erant: Et viſibiliter Chriſtum cognoſcebant, & adorabant, & ſequebantur: Imo ex hoc loco arguitur, quod Deus vult, quod Eccleſia ſemper viſibilis ſit; quia per Angelum, & per Stellam, & per alia ſigna voluit manifeſtare natum Saluatorem mundi; ad hoc ut ſub viſibili capite viſibilis Eccleſia cōſtitueretur; quia dicti uiſibiliter Chriſtum ſequebantur.

ex quarto modo per ſe.

18. Vera Eccleſia, ſi debet eſſe vera, neceſſario debet facere aliquas ſenſibiles operationes, per quas ſenſibiliter cognita ſit; quia multæ operationes ſenſibiles per ſe, & ſecundum quod ipſum veræ Eccleſiæ conueniunt; veluti externa fidei confeſſio; Externus & ſenſibilis, & publicus cultus Dei; Prædicatio Euā-

gelij ſenſibilis tum infidelibus, tum rudibus, tum infantibus, tum alijs; ſicut etiam hæretici per miniſtros ſuos faciunt; Baptizare, & baptizari; Seruare omnia, quę Chriſtus Apoſtolis mandauit, & alia, quę cum ſint operationes ſenſibiles, & per ſe Eccleſiæ cōuenientes, neceſſario illam ſenſibilem faciunt: Et implicat contradictionem, quod Eccleſia habeat partes ſenſibiles, & operationes proprias, & eſſentiales ſenſibiles, & quod ipſa incognita, & inuiſibilis ſit: Confirmatur: Vel homines, qui ſunt in Eccleſia (dicamus prædeſtinati) habent corpus, vel non. Dicere non; eſt negare illos eſſe homines: Si habent corpora; vel aliquas in corpore faciunt operationes Euangelicas, & Chriſtianas, vel nullas: Si nullas; ergo corpus prædeſtinati nullum cultum dabit Deo? Deum non adorabit? Ore Deum non laudabit? Opera miſericordiæ non ſeruabit? Corpus ſuum non caſtigabit, & in ſeruitutem non rediget? & non dabit illud Deo hoſtiam viuentem, vt docet S. Paulus? Non ieiunabit? Non faciet eleemoſinas, & alia multa, quæ manifeſte à iuſtis fieri debēt: Si aliquas faciet actiones in corpore; cum corpus eſſentialiter ſit ſenſibile; & omnes operationes illius externę ſenſibiles ſint; omnino ſequitur, quod dicti fideles ſenſibiles, vt tales ſint; & ideo ex hac parte Eccleſia ſemper ſenſibilis erit.

19. Sāctus Paulus ab ęterno fuit prędeſtinatus, & tamen ante ſuam conuerſionem non erat membrum Catholicæ Eccleſiæ; ergo ex prædeſtinatione non deſumitur differentia ſpecifica Catholicæ Eccleſiæ. *Oppoſitio ex dicto de omni, Ariſt. 1. poſt c. 4.*

20. Iudas fuit reprobus, & tamē erat propriè, & per ſe de Collegio Apoſtolorum, & de Eccleſia; quia in Chriſto per ſe, & propriè fuerat in Apoſtolum electus, & vt talis ab Euangeliſtis enumeratur; ergo aliquis peccator, & non prædeſtinatus de Eccleſia erit; Ideo prædeſtinatio non eſt differentia ſpecifica: ſed neque gratia, quia etiam Iudas ſine gratia in Eccleſia fuit. *eadem probatio.*

21. Ad hoc, vt quis ſit de aliquo regno, ſufficit, quod acceptet leges, & magiſtratus in illo conſtitu- *ex natura rei.*

à ratione à ſenſu. à iudicio cōmuni.

tos: Acceptare autem, & obſeruare diſtinctæ res ſunt; Ideo ſi qui leges acceptauit, non obſeruet, punitur iuxta leges; Quod ſi quis non obſeruans leges regni ceſſaret eſſe in regno, & ſub legibus illius; non deberet iuxta leges puniri; quod falſum ab omnibus iudicatur: ergo etiam tranſgreſſores, & peccatores ſub lege, & in Eccleſia perſeuerant.

Infra probatum. Catech. ar.9.nu. 11.12.& 13.

22. Romanus Pontifex eſt caput viſibile Eccleſiæ Catholicæ Romanæ; Et ab ipſo differentia ſpecifica dictæ Eccleſiæ acceptatur; quia ille eſt Catholicus, qui fidem, & leges acceptat, quæ à Romano Pontifice tanquam Euangelicæ proponuntur; Et qui illas non acceptat, & illi non adhæret, non eſt Catholicus; ergo Si Eccleſia Catholica Romana eſt vera Eccleſia, vt probatum erit; & Primatus Romani Pontificis eſt de ſubſtantia regni Chriſti, vt probabitur in ſequenti libro: vera Eccleſia per hoc viſibile caput viſibilis erit.

Ex ſcriptura, & primitiua Eccleſia.

23. In vera Eccleſia ſunt Epiſcopi, Sacerdotes, Diaconi, Doctores, Concionatores, & alij, qui ſenſibile officium, & miniſterium exercent, & impoſſibile eſt, quod ſint ignoti, quia publicæ perſonæ exiſtunt; & iſti ſemper in Eccleſia ſunt, ideo ex hac parte Eccleſia ſemper ſenſibilis erit.

à Text biblico. Seſſ.4.c.1.& 2.

24. Textus Biblicus, ſeu ſacra Scriptura res ſenſibilis, & viſibilis eſt, quę ſemper in Eccleſia fuit, & ſine illa impoſſibile eſt Eccleſiam eſſe; Et vulgata editio notiſſima eſt, vt ſignificat nomen vulgatum; ergo per ſacram Scripturam ſemper Eccleſia ſenſibilis erit: Quod ſi hæreticus dicat; Verus Textus Biblicus ignotus eſt: Ideo vera Eccleſia per illud non poteſt indiciari: Contra, quia ſi res ita ſit omnis corruit certitudo fidei; Quia ſi ignoretur vera Scriptura, neceſſe eſt ignorari veram interpretationem illius, & veram doctrinam, & fidem; hoc autem eſt deſtruere regnum Chriſti: Et hęretici deſtruunt certitudinem ſuę doctrinæ, quam in Scriptura ponunt.

à propoſitione per ſe nota.

25. Impoſſibile eſt ſeparare veram Eccleſiam à vero Euangelio, ſicut vera materia hominis à vera forma ſeparari non poteſt: Sed verum Euangelium de-

bet

bet eſſe notiſſimum; quia fides, & obſeruantia illius ſine tali notitia eſſe non poteſt: ergo per verum Euangelium vera Eccleſia notiſſima erit.

26. Vel hæretici dicunt, quod Eccleſia ſemper inuiſibilis, & incognita ſit, vel ſemper viſibilis, & cognita exiſtat; vel aliquando inuiſibilis, aliquando viſibilis ſit; Si ſemper ſenſibilis; ergo falſum eſt, quod dicunt: Si ſemper incognita, & inſenſibilis eſt; ergo nullus tenetur credere, & obedire Eccleſiæ, & doctrina, ac fides illius ſemper ignota. & incerta erit, quod eſt contra certitudinem fidei: Si aliquando incognita; tunc, vel hoc conuenit illi per accidens, & ad modicum tempus; vel vt plurimum hoc illi ineſt: si vt plurimum; ergo vt plurimum eius fides, & doctrina incerta eſt: Et Euangelium, ac regnum Chriſti incertum erit, quod eſt impoſſibile: Si raro hoc contingit, & ex accidenti, veluti tempore Arij; videbatur incertum, quænam Eccleſia vera eſſet: Item in Eccleſia Romana tempore ſciſmatis inter duos prætenſos Pontifices, vt tempore S. Bernardi contingit; tunc ſequitur, quod vera Eccleſia per ſe, & ſecundum quod ipſa ſenſibilis, & cognoſcibilis ſit; per accidens autē, non dico ſit incognoſcibilis, ſed a paucis cognoſcatur: Aliud eſt enim eſſe incognoſcibile, aliud a paucis cognoſci; Eccleſia ergo per ſe eſt cognoſcibilis, per accidens autem aliquando à paucis cognita eſt: Ita Luna per ſe lucida eſt; per accidens autem ex interpoſitione terrę ecclypſatur: Et Sol per ſe eſt lucidus; ſed per accidens ex interpoſitione Lunę ecclypſatur Iudicium autem non ſumitur ab ijs, quę per accidēs ſunt.

demonſtratione diuiſiua.

S. Th. 1. p. q. 8. art. 1. & ſeq.

Iudicium rei debet ſumi non ab ijs, quæ per accidens, ſed per ſe conueniunt. Idē Ariſt. 1. poſt.

A primo modo per ſe

27. Omne materiale, & corporeum, in terra conſtitutum per ſe, & propriè ſenſibile eſt; quia omne corpus per ſe palpari, & tāgi poteſt: ergo cum Eccleſia vera ſit res materialis, & corporea, & in terra ſit conſtituta, per ſe, & propriè ſenſibilis erit.

28. Ait Ariſt. Omnis humana ſocietas diuiditur in duas partes, quarum vna imperat, alia paret; & per ſenſum apertè percipitur illarum diſtinctio, ergo cum Eccleſia has habeat partes, per ſe ſenſibilis erit.

Ex libris Politic.

29. Chri-

à fine Eccleſiæ, & Regni Chriſti.

29. Chriſtus,& Spiritus ſanctus,qui veram Eccleſiam, & Regnum illius gubernant, ſemper quædam certa ſigna,quibus vera a falſa Eccleſia deſcernatur; hominibus tradunt; & non eſt credibile, quod aliter fiat; iuxta illud,& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: ergo ſemper cognoſcibilis eſt: licet poſſit eſſe ex accidenti,quod aliquando a paucis cognoſcatur. Aliud eſt enim eſſe cognoſcibile,aliud eſſe cognitum; ita aliud eſſe ſenſibile, aliud ſentiri. veluti Quadratura circuli eſt ſcibilis, ſed non ſcita. Et aliquæ veritates ſunt ſcibiles, ſed nondum plenè ſcitę, veluti an B Virgo ſit concepta ſine peccato originali; Eccleſia ergo ſemper eſt cognoſcibilis, licet aliquando à paucis cognoſcatur. Deus enim per aliqua certa ſigna,& ſi opus eſt per miracula, veram Eccleſiam manifeſtat, quia ſic conuenit Regno Chriſti,quod ſenſibile eſt.

Probatio à ſignis certis.

30. Quod autem Eccleſia vera ſemper per aliqua certa, & ſenſibilia ſigna poſſit certiſſime cognoſci, ita probatur: Tria poſſunt in Regno Chriſti verti in dubium: Vnum eſt Eccleſia; Secundum Caput viſibile illius; Tertium Aliqua veritas fidei: Hæc enim tria; Eccleſia; Caput Eccleſiæ; & Veritas fidei: inter ſe omnino diſtincta ſunt quo ad eſſentiam,ſed tamen inter ſe ita connectuntur, vt impoſſibile ſit, vnū eſſe ſine alio: ideo cum oritur dubium de vno, poteſt hæc dubitatio certiſſime tolli per aliud. Deus autem non permittit, vt iſta tria ſimul dubia ſint,quia ſic tota fidei tolleretur certitudo: Tempore igitur noſtro hæretici vertunt in dubium, quænam Eccleſia ſit vera,an Romana, an Lutherana,an Caluiniſtica; ſed non mouent dubitationem de capite; quia ſupponunt pro certo; quod caput Eccleſię Romanæ eſt Pontifex Romanus; Lutheranæ Lutherus, & Caluinicæ Caluinus: Tempore vero ſchiſmatis vertitur in dubium non quia ſit vera Eccleſia Catholica; hoc enim ſenſui notum eſt; ſed quodnam ſit viſibile caput illius; Tempore Arrij non fuit dubitatio de viſibili capite Eccleſiæ; neque de Eccleſia, quæ Arium præceſſit.; ſed fuit dubitatio de quadam fidei veritate;

te: Ideo dictis temporibus vnum per aliud manifeſtabatur ſic: Tempore Arij certiſſimum erat, illam eſſe veram Eccleſiam, quæ Romano Pontifici capiti ſuo adhærebat, & fidem ab illo approbatam ſequebatur: Ideo Eccleſia vera à Romano Pontifice certiſſime indicabatur: Ab vtroq; vero veritas Catholica certiſſime oſtendebatur: Tempore ſchiſmatis, cum notiſſima ſit vera Eccleſia, & præcipue Romana, quæ Romæ commoratur; per ipſam certiſſime verum caput viſibile oſtendetur: Erit enim ille, cui Eccleſia Romana adheret, & per illam alię Eccleſię; Ideo per breue tempus dubietas Romani Pontificis permanebit: Quia vera Eccleſia cito veritatê ſui capitis demonſtrabit. Dubium autem de vera Eccleſia ab hæreticis noſtri temporis ſuſcitatum non facit, quin vera Eccleſia toti mundo, & ſenſibilis, & cognita ſit: Omnia enim ſigna veræ Eccleſiæ in ſola Romana apertiſſime cognoſcuntur, ſicut alibi dictum, & probatum eſt.

Cap. 5. Soluuntur argumenta hæreticorum.

ILluſtriſſimus Bellarminus, & alij argumenta ſoluerunt hæreticorum, & de hoc modo aliquid Logico more dicetur.

Primum argumentum, Iuſti tantum ſunt in Eccleſia, ſed ignotum eſt, quinam ſint iuſti; ergo ignotum eſt, quinã ſint in Eccleſia, & ideo Eccleſia ignota eſt.

2. Prædeſtinati tantum ſunt in vera Eccleſia; ſed ignotum eſt, quinam ſint prædeſtinati; ergo ignota eſt vera Eccleſia.

3. Tempore Arij Eccleſia Catholica erat in paucis, & ignota; ergo aliquando fuit ignota.

4. Quando caput viſibile Eccleſiæ eſt ignotum, tunc, & ipſa Eccleſia ignota eſt; Sed in tempore Schiſmatis ignoratur, quinam Pontifex verus ſit, ergo Eccleſia ignota.

5. Nunc tres ſenſui Eccleſiæ proponuntur, nempè Romana, Lutherana, Caluiniſtica; & vnaquæque prætendit eſſe vera; & duæ negant tertiã; ergo igno-

ta vera eſt.

6. Fides eſt de non apparentibus, & Eccleſia eſt articulus fidei, ergo non eſt ſenſibilis.

Ariſt. lib. 3. Polit. cap. 1. prope finem.

Ad primum maior eſt falſa: Iudas erat peccator, & tamen de Collegio Apoſtolorum fuit; Dauid peccauit, & tamen de Synagoga fuit: Multi filij, & ſerui, & ciues, & fratres, & ſubditi, & magiſtratus mali ſunt; & tamen in illorum ſocietate ſunt, & à legibus puniuntur mali; pœna autem ſubditis datur: Amplius, Minor eſt falſa: Iuſti enim ſunt homines corpora ſenſibilia habentes, ideo ſenſibiles ſunt; Item ex operibus tanquam ex fructibus iuſti cogniti ſunt.

Ad ſecundum eadem reſponſio; vtraque præmiſſa falſa: Soli prędeſtinati recipiuntur in Eccleſia beatorum: In militanti non ſic; Verum quidẽ eſt, quod iuſti. & prædeſtinati ſunt pars nobilior Eccleſiæ militantis; non tamen ſoli ſunt in illa: Et in omni regno ſimul vniuntur boni, & mali, iuſti, & iniuſti, & leges illis communes ſunt, & puniuntur ab illis: Et in regno Chriſti datur hominibus liberum arbitrium, vt poſſint male operari; nec tamen per peccatum a dicto regno excluduntur; ſed iuxta leges pęnam accipiunt: Prędeſtinati etiam vt homines, & per opera illorum manifeſti fiunt.

Ad Tertium Tẽpore Arij Eccleſia Catholica non fuit ignota, quia per caput viſibile Romanum Pontificem cognoſcebatur: Per aliquod autem tempus dubium apud multos fuit, an doctrina Arij vera, vel falſa eſſet; & aliqui dicebant eſſe veram, alij falſam; & de hoc erat dubitatio, non de Eccleſia: Dato autẽ ſed non conceſſo, quod vera Eccleſia ad modicum tempus fuerit quaſi ignota; hoc erit per accidens, ſicut cum luna, aut ſol per interpoſitionem corporis ecclypſantur; per ſe enim lucidi, per accidens Ecclypſati ſunt: Confirmatur; Veritas Catholica, quæ tunc apud multos dubia erat ab Eccleſia Catholica fuit de fide determinata, & hæreſis contraria damnata; & hæc determinatio tũc cognita fuit; ergo Eccleſia Catholica tunc cognita erat: Si enim non eſſet cognita, neque cognouiſſent, quod determinatio illius Eccle-

ſiæ

ſic Catholicæ eſſet.

Ad quartum Maior non eſt vera: Sæpe enim caput incognitum, & corpus cognitum eſt: Et in ſede vacante non videtur caput, ſed Eccleſia notiſſima eſt: Ideo non ſequitur, tempore ſchiſmatis, & ſedis vacantis non videtur caput, ergo neque Eccleſia: Minor etiam falſa eſt: Illa enim pars, quæ ſequitur verum Pontificem, non ignorat illum, ideo non poteſt abſolute dici, quod ſit ignotus: Amplius. Scitur, quod vnus ex duobus electis Pontifex eſt, vnde non abſolute ignoratur; Licet aliqui dubitent, quiſnam ſit in particulari: Item cognoſcibile eſt, quinam ſit qu a ile eſt, cui Eccleſia Romana adhæret: Item hæc dubitatio, & hoc ſchiſma non conuenit regno Chriſti per ſe, ſed per accidens, & per modicum tempus durat; Ideo ſicut de Ecclypſi dicendum de hoc caſu eſt, de Eccleſia ex tali accidenti non eſſe iudicandum.

Ad quintum reſpondetur: primo hæc argumentatio ſophiſtica eſt: Deus eſt ignotus, quia ſtultus negat illum: Ita ſol eſt ignotus; quia cęcus illum non videt: Ita Euangelium eſt ignotum, quia infideles, & Iudæi illud non cognoſcunt: Ita Eccleſia vera eſt ignota, quia Lutherani, & Caluiniſtæ illam negant, & ignorant in Romana: ſecundo per euidentiam tum ſenſus, tum intellectus notiſſimum eſt Catholicis, quod Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera eſt; Ita vt multi parati ſint magis mortem pati, quam negare, quod illa vera Eccleſia ſit: tertio eandem notitiam habent Iudæi, & infideles, qui cum fidem Chriſti accipere volunt; ſemper ad Eccleſiã Romanã tanquã ad verã confugiunt; & vt talis ſemper in pręteritis ſecũlis à cunctis nationibus habita eſt: quarto Nouitas Eccleſiæ hæreticorum, & antiquitas Cathol'icę cum alijs ſupradictis oſtendunt, Eccleſiam Romanam ſolam veram eſſe.

Ad ſextum Oſtenditur fieri æquiuocationem: Res enim poteſt eſſe ſenſibilis, vel ſecundum ſe totam, vt gladius & domus; vel ſecundum ſui partem; vt homo, qui corpus habet ſenſibile, animam vero non; Et ſecundum vnam partẽ poteſt dici ſenſibilis; ſecun-

dum

Catech. art. 9. nu. 20.

dum aliam non: Ita Chriſtus viſibilis erat vt homo vt Deus non: Cum ergo Eccleſia ex vna parte ſenſibilis ſit, quia conſtat ex hominibus, & ex magiſtratibus, qui ſenſibiles ſunt; habeatque plura ſibi annexa, quę ſenſibilia ſunt, vt Sacramenta, Scripturam, Sacrificium, Sacerdotium, & alia: *Ex* altera vero parte plurima habeat, quæ ſenſu percipi non poſſunt, veluti caput illius Chriſtus eſt inuiſibile; Aſſiſtentia Spiritus ſancti; Poteſtas, & priuilegium non errandi; aliaque huiuſmodi, quæ inuiſibilia ſunt, apparet argumentationem nihil concludere; quia Eccleſia ſimul poteſt eſſe per ſe viſibilis, & inuiſibilis; & non repugnat, quod ex vna parte cognoſcatur per ſenſum, ex alia per fidem cognita ſit; & ex hac articulus fidei cōſtituatur: Ita eſt de Deo, quem eſſe eſt per ſe notum, & tamen Deum eſſe articulus fidei eſt.

LIBRI QVARTI DISTINCTIO QVINTA.

In qua probatur, Quod priuilegium non errandi in rebus fidei, ac morum Eccleſiæ Catholicæ datum eſt, Et quod illa eſt columna, & firmamentum veritatis.

NVNC probatio habenda eſt, quod Eccleſia Catholica habeat priuilegium non errandi in rebus fidei, ac morum; id eſt in proponenda completa ſumma S. Euangelij, in quo omnes veritates fidei, & completa morum diſciplina contenta eſt: Et ſic eſt procedendum.

Primo Doctrina Catholica de hoc priuilegio proponetur.

2. Dicta Doctrina probanda eſt.

3. Oppoſita illi doctrina eſt confutanda.

Cap. 1. Tractanda de priuilegio non errandi Eccleſiæ conceſſo.

AD explicandam Doctrinam Catholicam de hoc priuilegio conſideranda ſunt.

Primo quid ſit hoc priuilegium.

2. Ad quid ſit, ſeu ad quem finem deſtinetur.

3. An ſit.

4. Quæ ſint proprietates, vtilitates, & effectus illius.

Cap. 2. Quid ſit priuilegium non errandi.

ANte omnia opus eſt explicare, quid ſit hoc priuilegium, ne contingat æquiuocatio. Quatuor au-

autem ad illud ſignificandum proponuntur, quæ ſunt: Primo priuilegium: Secundo non errandi: Tertio in rebus fidei, ac morum: Quarto Eccleſię Catholicæ conceſſum.

Catech. art. 1. nu. 12. & art. 9. num. 18. Dicitur priuilegium; ad ſignificandum, quod facultas non errandi dupliciter poteſt alicui conuenire, nempè, vel per propriam naturam, ſeu virtutem, & hoc conuenit ſoli Deo; vel per gratiam ab aliquo ſuperiori collatam, & hæc gratia dicitur priuilegiũ, cum generaliter non ſit omnibus, ſed vni particulari conceſſum eſt.

ibid. ar. 9. Dicitur, Non errandi; ad declarandum, quodnam ſit hoc priuilegium; Eſt enim quod Eccleſia nõ erret.

Cate. ibi. art. 9. Conc. ſeſſ. 4. c. 1. & 2. Dicitur in rebus fidei, ac morum; vt magis explicetur obiectum huius priuilegij: Vt autem declaretur, quid ſignificent hęc verba; Sciendum eſt, quod Euangelium ad ſummum duo continet, ex Concilio Tridentino; Vnum ſunt veritates fidei, quę pertinent ad cognitionem, & ad intellectum: Aliud ſunt diſciplina morum ſeu lex, & præcepta ad mores pertinentia, quibus voluntas, & totus homo in vltimum finem gubernatur: Euangelium ergo continet omnes veritates fidei, & completam morum diſciplinam: Dicta ergo verba hunc habent ſenſum, Eccleſia Catholica habet priuilegium non errandi in determinanda completa ſumma S. Euangelij, in qua omnes veritates fidei, & completa morum diſciplina continetur: Ideo non poteſt errare in determinanda aliqua veritate de fide: vel in declarando aliquo pręcepto, in quo morum diſciplina tradita ſit, veluti ſacrificio miſſæ, & alijs.

art. 9. Vltimum verbum eſt, Eccleſiæ Catholicæ; quo declaratur, cui hoc priuilegium datum eſſe affirmetur: Dicitur Eccleſia ad excludendos homines particulares: Dicitur Catholica, ad excludendas Eccleſias, quæ particulares, non vniuerſales ſunt.

Nunc ergo eſt ſermo de pruilegio nõ errandi in rebus fidei, ac morum Eccleſię Catholicæ conceſſo: Et qu d ſit ex dictis cognoſci poteſt.

Cap.

Cap. 3. Explicantur duæ conditiones huius priuilegij.

VT magis declaretur, quid ſit hoc priuilegium, duę illius præcipuè conditiones ſunt explicandę: Sciendum eſt ergo, quod Deus poteſt dare, cui vult, priuilegium non errandi: Si enim dedit Apoſtolis, & Prophetis: ita cui vult poteſt dare, & modo, & in quolibet ſeculo; & credi poteſt, quod aliquando alicui, uel Scriptori, vel Concionatori, vt S. Auguſtino, vel alio pro tempore. & in aliqua materia illud dederit; Idem de Eccleſia particulari: Sed priuilegiū Eccleſiæ Catholicæ duas habebit eminentes proprietates, quarum vna eſt, quod tanquam certum de fide habendum ſit, quod hoc priuilegium illi ſit datum: Alia eſt, quod ſinguli fideles teneantur de neceſſitate ſalutis cum certitudine fidei credere veriſſima eſſe, quæ ab Eccleſia circa Euangelium determinata ſunt. Explico magis; Demus, quod Deus S. Auguſtino in materia gratiæ, & liberi arbitrij dederit priuilegium non errandi; verum erit, quod illi datum ſit; ſed populo fideli non erit certum, quod ita ſit, & fideles non erunt obligati ad credendum cum certitudine fidei, quod ille dixit: Si vero Eccleſia declaret doctrinam S. Auguſtini eſſe veram, & ſine errore; tunc fides habebitur illi propter Eccleſiam: Deus ergo aliquibus dat, cum vult, priuilegium non errādi, ſed abſque certitudine, & obligatione ad credendum: Eccleſiæ autem Catholicę, & Romano Pontifici dat hoc priuilegium cum certitudine, & obligatione credendi. Nunc ergo ſermo eſt de priuilegio non errandi, quod cum certitudine generali, & cum obligatione credēdi à Deo datum eſt.

Catech. 1. p. art. 1. & art. 9. nu. 18.

S. Paul. 1. Tim. c. 3. verſ. 13. & alibi.

Catholici ergo affirmant, quod hoc priuilegium ſoli Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Pontifici a Deo datum eſt; quia ſacra Scriptura de illis ita docet; De alijs hominibus ſingillatim conſideratis, & de Eccleſijs particularibus, non dicunt, Deum non poſſe dare illis hoc priuilegium; ſed aſſerunt cum dicta

hoc infra probatum erit.

certitudine,& obligatione:poſt Apoſtolos ſoli Eccleſiæ Catholicæ,& Romano Pontifici datum fuiſſe.

Addo ad rem magis explicandam,nunc ſermonem eſſe de certitudine, & obligatione generali, quæ omnibus,& ſingulis fidelibus impoſita eſt; & hoc non quomodolibet,ſed de neceſſitate ſalutis.

Catec. vbi ſup. Conc. ibi.

Cap. 4. De controuerſia inter Catholicos, & & hæreticos.

HInc apparet, quænam ſit in hac controuerſia inter Catholicos, & hęreticos diſcrepantia. Catholici enim dicunt, Priuilegium non errandi cum certitudine,& obligatione ſoli Eccleſiæ Catholicæ datũ eſt,quia ex ſcriptura ita eſſe probatur: Item Romano Pontifici eadem de cauſa: Luthero,& Caluino non eſſe datum euidenter probatur: Qui enim errat non habet dictum priuilegium: At illi errarunt, quia docent contrarium eius,quod Eccleſia Catholica docet. Hæc autem errare non poteſt. Itẽ nõ poteſt probari ex Scriptura, quod hoc priuilegium illis datum ſit: Item non eſt certum,immo neque probabile,quod ita ſit: Demum fideles non ſunt obligati ad credendum, quod quilibet dicit.

Hæretici dicunt; Spiritus ſanctus poteſt,cui vult, dare priuilegium non errandi, ideo potuit dare Caluino,& Luthero: Et nos,dicunt, credimus,quod dederit; ſed nullo modo probant hoc ex Scriptura, vel alia certa,imo neque topica ratione,vt infra dicetur.

Cap. 5. De fine, vtilitate,& neceſſitate huius priuilegij.

Ex Catec. 1.p.c.1.& in præf.n.8 Conc. ſeſſ. 4.c.1. et 2.

NVnc tentandum eſt aſſignare cauſam finalem,ob quam hoc priuilegium datum eſt: Exiſtimo autem, quod finis huius priuilegij, ad quod per ſe, & primo ordinatur;ſit vnitas,& certitudo fidei: Non dixi autem Euangelij, vel Regni Dei,ſed dixi, Fidei;quia fides non eſt Euangelium;ſed cognitio Euãgelij: Cum enim aliud ſit Euangelium, aliud cognitio

tio Euangelij, hoc priuilegium non ordinatur immediatè ad Euangelium; vel ad ſacram Scripturam cõſtituendam; hæc enim à ſolo Deo in eſſe dependent: Ordinatur autem ad cognitionem certam hominibus dandam de Euangelio, & de ſacra Scriptura; Cognitio autem, quæ à fidelibus habetur de Euangelio, appellatur fides: Hæc autem fides debet, vt ait Apoſtolus, eſſe vna, & debet eſſe certiſſimam: Non poteſt autem eſſe vna; niſi ſit generalis; Non poteſt eſſe certa; niſi, qui illa docet, habeat priuilegium non errandi: Nunc lector vide, quomodo veritas ſibi conſona ſit: Si Eccleſię Catholicę detur priuilegium non errandi, tunc duo in illa conſiderabuntur; Vnum, quod ſit Eccleſia vna, & vniuerſalis; & hoc vnitatis fidei cauſa erit: Aliud, quod habeat priuilegium non errandi; & hoc efficiet certitudinem. *Ephеſ. 4. verſ. 5.*

Finis ergo dicti priuilegij eſt Fidei Catholicæ vnitas, & certitudo.

Cap. 6. De differentia inter certitudinem fidei, & priuilegium non errandi.

HÆretici æquiuocant inter certitudinem, & priuilegium non errandi minimè diſtinguentes; ſũt n. inter ſe diſtincta; quia priuilegium non errandi ſemper habet annexam certitudinem: Non poſſe enim errare dicit certitudinem cognitionis; Certitudo autem poteſt habere annexum periculum errandi: Quilibet enim fidelis fidei certitudinem, dum fidelis eſt, habet; & tamen poteſt eſſe, quod erret in fide, & fiat infidelis: ſic Arius, & alij errauerunt: idem de hæreticis eſt: Singuli ergo fideles habent fidei certitudinẽ, ſed non habent priuilegium non errandi: Et in hoc diſtincti erant Apoſtoli ab alijs fidelibus; quia Apoſtoli habebant cum certitudine fidei coniunctum priuilegium non errandi; alij verò fideles dictam certitudinem, ſed ſine priuilegio obtinebant: Priuilegium ergo non errandi ad efficiendam generalem certitudinẽ ordinatum eſt. *Catech. par. 1. c. 1.*

ceſſaria ſit; quid facit Spiritus ſanctus ne in re neceſſaria deficiat? Facit hoc: Ex vna parte primo, & immediatè docet Eccleſiam omnes Euangelicas veritates; ex alia Phyſicè, & cum certitudine per fidem mouet intime ſingulos fideles, vt firmiter credant omnia à Chriſto fuiſſe reuelata, quę Eccleſia Catholica talia eſſe declarat: Et ne erret in hac declaratione, dat illi priuilegium non errandi.

Ex quo apparet, finem priuilegij non errandi eſſe efficere certitudinem obiectiuam de completa ſumma S. Euangelij, & de ſingulis veritatibus in illo contentis: & ita docet Cathechiſmus Romanus: Hæc autem certitudo obiectiua intelligitur in ordine ad fidem, & cognitionem fidelium. *Catech. ibidem, et Conc. ſeſſ. 4.*

Quibus addendum eſt, quod Chriſtus obligat ſingulos fideles, vt fidem, & cognitionem ſuam de rebus ab ipſo reuelatis cum fide, & cognitione, & doctrina Eccleſiæ de neceſſitate conforment. *Matth. c. 18. verſ. 17.*

Hæc doctrina eſt maximè conſona naturæ, vt ſupra dictum eſt: Quia Patres, Magiſtri, Legiſlatores, Iudices, ſeniores docent iuniores, & ſubditos, obiecta, & actus in illa proponendo: Magiſter enim non Phyſicè, ſed obiectiuè intellectum diſcipuli mouet: Et diabolus hoc modo tentat; Et intellectus proponendo obiecta mouet voluntatem ad operandum; Idem ergo Eccleſia faciet, vt dictum eſt. *à natura, & ab experientia.*

Cap. 8. De vſu priuilegij non errandi.

Eccleſia ſic vtitur priuilegio non errandi.

Circa tria obiecta principalia vtitur illo, quæ sũt.

Primum eſt verbum Dei ſcriptum, & nõ ſcriptum: Ad ipſam enim hoc ſpectat determinare; Alioquin nemo poſſet certo ſcire, quodnam ſit verbum Dei. *Seſſ. 4. c. 1.*

Secundum obiectum eſt vera intelligentia, & interpretatio, Sine hac enim cognitione, illaque certa, tota doctrina reuelata in dubio manet. *ibid. c. 2.*

Tertium obiectum eſt res à verbo Dei ſignificata; Hæc autem eſt completa ſumma S. Euangelij, id eſt ſumma completa veritatum fidei, & ſumma com- *Seſſ. 4. c. 1. & Catec. in præf.*

 pleta

pleta diſciplinæ morum; Hæc enim ſumma eſt res principaliter contenta in verbo Dei: Et aliquo modo poteſt dici, quod ſit finis illius; quia verbum Dei ad illam ſignificandam principaliter eſt deſtinatum: Finis enim verbi eſt rem ſignificatam ſua ſignificatione manifeſtare. Et de hoc ſupra.

Ariſt. Perih. lib. 1.

Circa hæc tria obiecta, ſed præcipuè circa tertium Eccleſia ita procedit.

Seſſ. 4. c. 1. & 2.

Primo examinat verbum Dei, ſignificationem, & rem ſignificatam.

Conc. per totum.

2. Iudicat, quid ex verbo Dei de re ſignificata tenẽdum ſit, veluti. An Sacramenta ſeptem ſint, & quæ.

ibid.

3. Determinat veritates fidei, & oppoſitas hæreſes damnat.

ibid.

4. De veritate determinata publicam fidem facit toti populo Chriſtiano; obligans ſingulos fideles ad credendum, quod illa determinat.

Catech. 1. par. c. 1. Conc. ibi.

5. Spiritus ſanctus ſingulos fideles intime mouet ad certo credendum, quod ab Eccleſia propoſitum eſt; & qui non credit, fidem amiſit.

Cap. 9. De quattuor cauſis priuilegij non errandi.

EX dictis poſſunt colligi quattuor cauſę priuilegij non errandi.

Catech. ar. 9. n. 19

Materia, in qua recipitur eſt Eccleſia: Materia, circa quam hoc priuilegium verſatur, eſt completa ſumma S. Euangelij; Seu verbum Dei, & ſignificatio, & res ſignificata illius.

Catech p. 1. c 1. ibidem, & art. 9. nu. 1. & ſeq.

Finis eſt vnitas, & certitudo fidei in ordine ad fideles.

Forma dicit quattuor, primo priuilegium; ſecundo non errandi; tertio ab omnibus rectè credentibus certo cognitum; quarto obligatiuum, vt fides illi habeatur ab omnibus.

ibidem.

Efficiens eſt Spiritus ſanctus, qui docet Eccleſiam omnem veritatem.

Ca-

Digitized by Google

Cap. 10. De exiſtentia priuilegij non errandi.

DIctum eſt, quid ſit hoc priuilegiũ,& ad quid ſit; Nunc de illius exiſtentia, circa quam præcipuè verſatur controuerſia,dicendũ eſt: Pro hac autem exiſtentia tum explicanda,tum probanda,aliqua ſunt diſcutienda,per quæ veritas huius rei dilucidanda ſit.

Duo autem ſupponenda ſunt ad ęquiuocationes tollendas.

Vnum eſt, modo eſſe ſermonem, non de primitiua Eccleſia,ſed de his ſeculis noſtris, & inquiri, an in his ſeculis,& in præcedentibus detur in Eccleſia hoc priuilegium non errandi.

Secundum eſt, nos nunc loqui de priuilegio non errandi, quod toti populo Chriſtiano cum certitudine fidei notum ſit: Et cui omnes habeant credendi obligationem: Modo enim non refert conſiderare de priuilegijs, quę Deus occulto, vel certè abſque generali notitia,& ſine obligatione illi credendi, priuatis perſonis dat:quia nunc de vniuerſali Eccleſia conſideratio eſt.

Cap. 11. Probatur, Deum, cui vult, poſſe dare priuilegium non errandi.

QVod Deus poſſit dare, cui vult, priuilegium non errandi, probatur ab effectu. Dedit Prophetis, & Apoſtolis; ergo ſi dedit potuit dare illis: Impoſſibile eſt enim quod cauſa producat effectum,quẽ producere non poteſt: Quod autem Deus, qui eſt omnipotens, potuit dare vni, poteſt & dare alteri; & quod potuit tunc, poteſt & nunc; ergo cui vult poteſt dare hoc priuilegium: ergo poteſt illud dare Romano Pontifici; Concilio generali: Doctoribus Eccleſiæ in vnum conſentientibus; Eccleſiæ Catholicæ, & demum cui vult. *Ex ſcriptura.*

Dixi, poteſt, & potuit, ſed non infero, ergo dedit, & dat: Ideo nunc eſt examinandum, an Deus illud dederit, & cui dederit.

Digitized by Google

Cap. 12. Examinatur, cui certum ſit, Deum dediſſe.

SVppoſito, quod Deus poſſit hoc priuilegium dare, quærendum eſt, an dederit, & cui; Sed ne fiat inutilis tractatio; res eſt inquirenda ſub hoc termino: Cui, certum de fide ſit, Deum dediſſe: hoc enim ad noſtram ſpectat tractationem: Si enim non eſt mihi certum de fide, quod Deus tali dederit hoc priuilegium; dato, quod reuera dederit, non teneor certo credere illi in ijs, quæ dicit, vel docet: Ex quo enim dubito, vel non ſum certus de dato priuilegio, neque ero certus, quod non poſſit errare: Et in hoc puncto veritas valde dilucidatur.

Catholici ergo probare debent, certum eſſe de fide quod Eccleſia Catholica, & Romanus Pontifex habent priuilegium non errandi.

Hęretici quoque, ſi volunt doctrinam Lutheri, & Caluini tanquam certam de fide tenere, & affirmare, neceſſe eſt, vt probent, certum eſſe de fide, quod Luthero, & Caluino priuilegium non errandi conceſſum ſit: Quod ſi hoc non probant; Tota illorum corruit doctrina, quia vbi priuilegium non errandi, non eſt, vel non eſt certum de fide adeſſe, ibi certitudo fidei eſſe non poteſt.

Medium primum, & verum, & vnicum ad probãdum, certum eſſe de fide, quod Deus hoc priuilegium alicui dederit, eſt Dictum, & factum Dei: Dictum; Quia Deus hoc dicit; Factum, quia Deus certis miraculis illud confirmat. Aliud medium impoſſibile eſt inuenire: Quia modo non ſupponimus priuilegium non errandi alicui eſſe datum, vel ſaltem non eſſe probatum.

Sola ergo ſcriptura, & traditio erit verum medium ad probandum, cui certum de fide ſit, Deum hoc priuilegium dediſſe; Cum ergo Catholici per ſcripturam probent, hoc priuilegium datum eſſe Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Pontifici: Hæretici vero per ſcripturam probare non poſſunt, quod ſpeciatim Lu-

thero

thero,& Caluino datum ſit, quia de illis in ſcriptura nulla penitus ſit mentio, clarum erit, quod Catholica doctrina veriſſima; Hæreticorum falſiſſima ſit.

Cap. 13. Examinatur, an ſingulis fidelibus datum ſit.

NVnc eſt examinandum, an poſſit probari, certum eſſe de fide, quod hoc priuilegium ſingulis fidelibus datum ſit: Opus eſt autem ex Logica ſic diuidere: Hoc priuilegium, vel dicitur datum omnibus, & ſingulis fidelibus; vel nullis; vel aliquibus ſic, aliquibus non: ſi nullis dicatur ſit conſequentia; ergo ſoli Eccleſiæ datum eſt; Si dicatur omnibus, & ſingulis, opus eſt hoc ex ſcriptura probare; Idem ſi dicatur aliquibus ſic, & aliquibus non dari.

Quod autem non detur ſingulis fidelibus, apertiſſime per cauſam, & per effectum probatur non eſſe verum; multo minus certum eſſe de fide.

Per cauſam probatur ſic: Nullibi ſcriptura hoc dicit, imo dicit contrarium, aliquos erraſſe à fide: ergo non eſt verum, nec certum, quod ita ſit.

Per effectum ſic: Per ſenſum apertiſſime videmus, quotidie multos deficere à fide; alios errare circa fidem; & non poteſt negari; ergo non omnibus fidelibus, Non Ario, non Pelagio, nec alijs datum eſt: Et hæretici ipſi hoc fatentur, dum vnus, vt Caluiniſta dicit, Lutheranos, & alios errare. Vbi enim eſt error, ibi non poteſt eſſe priuilegium non errandi.

Quod detur aliquibus ſic; aliquibus non; dicatur poſſibile eſſe; Quod ſi quis velit dicere certum eſſe, & ex ſcriptura poſſe probari: Non contradicerem loquendo de hominibus in generali ſic: Deus in quocũque ſeculo aliquibus Doctoribus, & Scriptoribus, & Concionatoribus ita aſſiſtit, vt iuxta beneplacitum ſuum non permittat illos errare: Hoc enim eſt Spiritum ſanctum ſpirare, vbi vult, & quomodo vult.

Si autem ſermo ſit de perſona particulari, veluti de S. Auguſtino, & S. Hieronymo apud Catholicos; vel

vel de Luthero, & Caluino apud ſectatores illorum: dico impoſſibile eſſe, vt de aliqua perſona particulari, quæ poſt primum ſeculum fuerit, per ſcripturam cum certitudine fidei probetur, quod illi hoc priuilegium datum ſit; modo enim probatio per miracula omittitur: Ratio euidentiſſima eſt, quia ſacra Scriptura de nulla omnino perſona particulari hoc affirmat: Nos enim Catholici hoc non inueniemus dictũ de S. Auguſtino, & S. Hieronymo; idem de alijs eſt: Vnde ſequitur, Non poſſe probari cum certitudine fidei per ſcripturam, quod huic, vel illi homini particulari hoc priuilegium datum ſit: Poſſet quidẽ Deus per miracula hoc probare, ſed non eſt opus, quia ſufficit de fide certum eſſe, quod dictum priuilegium Eccleſiæ datum ſit.

Catech. 1. p. c. 1. Addo; Demus, quod Deus per miracula certum faciat, quod Titio hoc priuilegium dederit; ego non teneor credere illi, niſi quatenus in doctrina cum Eccleſia concordat: vel certè non diſcordat; Quia Deus non obligauit ad credendum miraculis, ſed Eccleſiæ; cui magis quam miraculis eſt credendum; quia certum eſt ex ſcriptura illam non errare.

Colligitur ergo ex dictis nullo modo poſſe fieri certum de fide ex ſacra Scriptura, quod hic, vel ille homo habeat priuilegium non errandi; Excepto Romano Pontifice, de quo ex ſcriptura ratione officij clara probatio data eſt.

Cap. 14. *De règula non errandi.*

Catech. p. 1. c. 1. SVppoſito, vt dictum eſt, priuilegium non errandi non eſſe datum ſingulis fidelibus, ſed fideles poſſe obiectum fidei ignorare ex parte; Item circa illud errare; ſequitur conſequentia talis. Omnes fideles habent certitudinem fidei in generali, veluti vera eſſe omnia, quæ Chriſtus in Euangelio docuit; ſed non habent per ipſam fidem infuſam diſtinctam cognitionem de ſingulis veritatibus à Chriſto reuelatis; & hoc patet in pueris, mulieribus, ruſticis, & alijs. Idem in hæreticis: Omnes enim dicti in nu-

meto

mero Sacramentorum, & in doctrina illorum multa poſſunt ignorare, vel in illis errare: Vnde ſequitur, dictos non habere certitudinem fidei de ſingulis veritatibus obiectiue conſideratis: Et tamen certitudo fidei requirit fundamentum firmum ex parte obiecti. Certitudo enim neceſſario requirit, quod intellectus cognoſcat rem non poſſe aliter ſe habere, quam ab ipſo cognitum eſt; veluti ſeptem eſſe Sacramenta: Ex quo fit, neceſſarium eſſe, quod ſingulis fidelibus hæc obiectiua detur certitudo: Confirmatur. Catholici dicunt, Sacramenta eſſe ſeptem: Dari ſacrificium Miſſę: Peccata à Sacerdotibus per pęnitentiam remitti. Hæretici hæc omnia negant: In hac veritate, quid faciet fidelis? Cui credet? In quo ſuam fidei certitudinem fundabit? Ipſe non poteſt illam habere à ſeipſo: Doctrina aliorum contradictoria dicit: ergo dubius manebit? ergo completam ſummam S. Euangelij ignorabit? Quomodo ergo illud complete obſeruabit? Si Chriſtus dixit, Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis; cur dicta omnia cum certitudine fidei doceri, & explicari non debent? Quis autem hoc præſtabit?

Eccleſia Catholica hoc præſtat: Non poteſt autem pręſtare, niſi habeat priuilegium non errandi: quia certitudo fidei neceſſario debet habere pro fundamẽto Dictum illius, qui in dicendo errare non poteſt: ergo ſi Eccleſia eſt firmamentum veritatis, hoc priuilegium omnino habere debet. *Catec. ibi.*

Hoc autem priuilegium dupliciter poteſt conſiderari, primo in ordine ad Eccleſiam cui datum eſt, & ſic dicitur Priuilegium non errandi: ſecundo reſpectũ ſingulorum fidelium, & ſic dici poteſt, Certa regula ad credendum: Per hoc enim priuilegium datur fidelibus certa regula, quod illæ veritates Euangelicæ, quæ ab Eccleſia Catholica, vt tales, propoſitæ ſunt, certiſſima fide, vt veritates à Chriſto reuelatæ, ſint acceptandæ, & ideo ſi Eccleſia docet ſeptem eſſe Sacramenta, certa fide ita credendum eſt. Et hoc eſt, quod S. Paulus ait: Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis. Hoc igitur priuilegium neceſ- *Catec. art. 9. nu. 18. idem p. 1. cap. 1.* *1. Tim. 3. verſ. 15.*

ſarium

ſarium fuit in Eccleſia dari; quia ſingulis fidelibus eſt certiſſima regula ad veritates fidei diſtinctè diſcernendas, quibus certiſſima fide credendum ſit.

Cap. 15. De proprietatibus huius priuilegij.

S. Paulus ibid. NVnc de proprietatibus eſt dicendum.
Prima proprietas eſt, quod ſit toti populo Chriſtiano certa regula ad credendum.

ibid. 2. Quod hoc priuilegium Eccleſiæ ſemper inſit, & nunquam ab illa amoueatur: ſi enim non ſemper adeſſet; certa non eſſet regula ad credendũ; & ſequeretur; Eccleſiam in rebus fidei: ac morum errare, quod impoſſibile eſt.

arg. ibid. Catech. in præf. nu. 8. 3. Quod vnitatem fidei in toto populo Chriſtiano efficiat; cum enim fides Eccleſiæ vna ſit: Singuli autem fideles ſe in credendo cum fide Eccleſię conforment, ſequitur, vt vna fides in omnibus ſit: E contra vero in hæreticis tanta diuerſitas ſit, quia certam regulam credendi non habent.

Catech. p. 1. c. 1. 4. Eſt, quod in ſingulis fidelibus certitudinem fidei modo iam dicto efficiat. Dictum enim illius, qui non poteſt errare, certam fidem facit, & habet.

S. Paulus ibidem. 5. Hoc priuilegium toti mundo à ſacra Scriptura, & à Chriſto fuit publicatum.

ibidem. 6. Habet annexam obligationem, vt omnes fideles illi certo credant.

Cap. 16. De probatione huius priuilegij Eccleſiæ dati.

HVcuſque doctrina Catholica propoſita eſt: Nũc probationes ſunt afferendæ: Probatio autem completa ita procedit: primo afferri debent aliqua loca ſcripturæ, quæ in ſenſu litterali hoc affirment: ſecundo per Logicam explicandum eſt, dicta loca litteraliter de hoc priuilegio intelligenda eſſe: tertio probandum eſt, quod dicta explicatio, & interpretatio ſcripturę ad litteram in nullo penitus diſcordat cum lege naturali, vel ſcripta, vel Euangelica, ne-

que

quę repugnat ſenſui, aut intellectui: quarto probare, quod talis explicatio cum omnibus dictis conueniat.

Cap. 17. Prima probatio ex Scriptura.

PRimus locus Scripturę eſt Matth. 16. Et portę inferi non præualebunt aduerſus eam. Probatur: Vel Ecclesia poteſt errare, vel non poteſt errare; Si non poteſt; Probatio concluſa eſt. Si poteſt errare; vel de facto errat, vel de facto nunquam errat: Si nunquam errat, vtique hoc eſt ex virtute, & priuilegio à Deo illi conceſſo, quod eſt affirmare hoc priuilegium: ſi de facto errat; vtique hic error erit vel circa fidem, vel circa mores; Si circa fidem; ergo docebit falſa: Si circa mores; ergo docebit iniuſta: At Diabolus eſt pater mendacij, & iniuſtitię; & Eccleſiam toto ſuo poſſe impugnat; ergo ſi facit Eccleſiam errare, præualet contra illam; ergo vel Chriſtus falſum dixit, quod eſt impoſſibile; Vel Eccleſia non poteſt errare.

Secundus locus eſt Matth. 18. Si autem non audierit Eccleſiam, ſit tibi ſicut Ethnicus. & Publicanus. Probatur ſic: Vel Eccleſia errat docendo falſa, & iniuſta, vel non: Si non; ergo habet priuilegium nō errandi: Si errat; Vel Chriſtus vult nos audire illam, cum errat; vel non: Si non; cur ergo ait; Si non audierit illam, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus? Tanta pœna à Chriſto imponitur illi, qui errantem non vult ſequi? Hoc modo Chriſtus tàm grauibus pænis coget homines ad errandum? Quis hoc de Chriſto dicet? ergo, vel Eccleſia non poteſt errare; vel verba Chriſti vera, aut iuſta non ſunt.

Tertius locus eſt Ioan. 16. Vbi Chriſtus de Spiritu ſancto ait: Docebit vos omnem veritatem: Vtique per vos intelligit fideles: cum quibus manet in æternum; Fideles autem ſunt, qui veram fidem ſequuntur, & in fide non errant: Eccleſia vero eſt congregatio dictorum fidelium, vel ergo Eccleſia errat; vel non errat; Si non errat; ergo habet priuilegium non errandi: Si errat, ergo Spiritus ſanctus non docet

certitudine,& obligatione: poſt Apoſtolos ſoli Eccleſiæ Catholicæ,& Romano Pontifici datum fuiſſe.

Addo ad rem magis explicandam, nunc ſermonem eſſe de certitudine, & obligatione generali, quæ omnibus,& ſingulis fidelibus impoſita eſt; & hoc non quomodolibet, ſed de neceſſitate ſalutis.

Catec. vbi ſup. Conc. ibi.

Cap. 4. De controuerſia inter Catholicos, & hæreticos.

HInc apparet, quænam ſit in hac controuerſia inter Catholicos, & hęreticos diſcrepantia: Catholici enim dicunt, Priuilegium non errandi cum certitudine,& obligatione ſoli Eccleſiæ Catholicæ datũ eſt, quia ex ſcriptura ita eſſe probatur: Item Romano Pontifici eadem de cauſa: Luthero,& Caluino non eſſe datum euidenter probatur: Qui enim errat non habet dictum priuilegium: At illi errarunt, quia docent contrarium eius, quod Eccleſia Catholica docet. Hæc autem errare non poteſt. Itẽ nõ poteſt probari ex Scriptura, quod hoc priuilegium illis datum ſit: Item non eſt certum, immo neque probabile, quod ita ſit: Demum fideles non ſunt obligati ad credendum, quod quilibet dicit.

Hæretici dicunt; Spiritus ſanctus poteſt, cui vult dare priuilegium non errandi, ideo potuit dare Caluino,& Luthero: *Et nos*, dicunt, credimus, quod dederit; ſed nullo modo probant hoc ex Scriptura, vel alia certa, imo neque topica ratione, vt infra dicetur.

Cap. 5. De fine, vtilitate, & neceſſitate huius priuilegij.

Ex Catec. 1. p. c. 1. & in præf. n. 8 Conc. ſeſſ. 4. c. 1. et 2.

NVnc tentandum eſt aſſignare cauſam finalem, ob quam hoc priuilegium datum eſt: Exiſtimo autem, quod finis huius priuilegij, ad quod per ſe, & primo ordinatur; ſit vnitas,& certitudo fidei: Non dixi autem Euangelij, vel Regni Dei, ſed dixi, Fidei; quia fides non eſt Euangelium; ſed cognitio Euãgelij: Cum enim aliud ſit Euangelium, aliud cognitio

tio Euangelij, hoc priuilegium non ordinatur immediatè ad Euangelium; vel ad ſacram Scripturam cōſtituendam; hæc enim à ſolo Deo in eſſe dependent: Ordinatur autem ad cognitionem certam hominibus dandam de Euangelio, & de ſacra Scriptura; Cognitio autem, quæ à fidelibus habetur de Euangelio, appellatur fides: Hæc autem fides debet, vt ait Apoſtolus, eſſe vna, & debet eſſe certiſſimam: Non poteſt autem eſſe vna; niſi ſit generalis; Non poteſt eſſe certa; niſi, qui illa docet, habeat priuilegium non errandi: Nunc lector vide, quomodo veritas ſibi conſona ſit: Si Eccleſię Catholicę detur priuilegium non errandi, tunc duo in illa conſiderabuntur; Vnum, quod ſit Eccleſia vna, & vniuerſalis; & hoc vnitatis fidei cauſa erit: Aliud, quod habeat priuilegium non errandi; & hoc efficiet certitudinem. *Epheſ. 4. verſ. 5.*

Finis ergo dicti priuilegij eſt Fidei Catholicæ vnitas, & certitudo.

Cap. 6. De differentia inter certitudinem fidei, & priuilegium non errandi.

HÆretici æquiuocant inter certitudinem, & priuilegium non errandi minimè diſtinguentes; ſūt n. inter ſe diſtincta; quia priuilegium non errandi ſemper habet annexam certitudinem: Non poſſe enim errare dicit certitudinem cognitionis; Certitudo autem poteſt habere annexum periculum errandi: Quilibet enim fidelis fidei certitudinem, dum fidelis eſt, habet; & tamen poteſt eſſe, quod erret in fide, & fiat infidelis: ſic Arius, & alij errauerunt: idem de hæreticis eſt: Singuli ergo fideles habent fidei certitudinē, ſed non habent priuilegium non errandi: Et in hoc diſtincti erant Apoſtoli ab alijs fidelibus; quia Apoſtoli habebant cum certitudine fidei coniunctum priuilegium non errandi; alij verò fideles dictam certitudinem, ſed ſine priuilegio obtinebant: Priuilegium ergo non errandi ad efficiendam generalem certitudinē ordinatum eſt. *Catech. par. 1. c. 1.*

ceſſaria ſit; quid facit Spiritus ſanctus ne in re neceſſaria deficiat? Facit hoc: Ex vna parte primo, & immediatè docet Eccleſiam omnes Euangelicas veritates; ex alia Phyſicè, & cum certitudine per fidem mouet intime ſingulos fideles, vt firmiter credant omnia à Chriſto fuiſſe reuelata, quę Eccleſia Catholica talia eſſe declarat: Et ne erret in hac declaratione, dat illi priuilegium non errandi.

Ex quo apparet, finem priuilegij non errandi eſſe efficere certitudinem obiectiuam de completa ſumma S. Euangelij, & de ſingulis veritatibus in illo contentis: & ita docet Cathechiſmus Romanus: Hæc autem certitudo obiectiua intelligitur in ordine ad fidem, & cognitionem fidelium. *Catech. ibidem, et Conc. ſeſſ. 4.*

Quibus addendum eſt, quod Chriſtus obligat ſingulos fideles, vt fidem, & cognitionem ſuam de rebus ab ipſo reuelatis, cum fide, & cognitione, & doctrina Eccleſiæ de neceſſitate conforment. *Matth. c. 18. verſ. 17.*

Hæc doctrina eſt maximè conſona naturæ, vt ſupra dictum eſt: Quia Patres, Magiſtri, Legiſlatores, Iudices, ſeniores docent iuniores, & ſubditos, obiecta, & actus in illa proponendo: Magiſter enim non Phyſicè, ſed obiectiuè intellectum diſcipuli mouet: Et diabolus hoc modo tentat; Et intellectus proponendo obiecta mouet voluntatem ad operandum; Idem ergo Eccleſia faciet, vt dictum eſt. *à natura, & ab experientia.*

Cap. 8. De vſu priuilegij non errandi.

Eccleſia ſic vtitur priuilegio non errandi.

Circa tria obiecta principalia vtitur illo, quæ ſũt.

Primum eſt verbum Dei ſcriptum, & nõ ſcriptum: Ad ipſam enim hoc ſpectat determinare; Alioquin nemo poſſet certo ſcire, quodnam ſit verbum Dei. *Seſſ. 4. c. 1.*

Secundum obiectum eſt vera intelligentia, & interpretatio, Sine hac enim cognitione, illaque certa, tota doctrina reuelata in dubio manet. *ibid. c. 2.*

Tertium obiectum eſt res à verbo Dei ſignificata; Hæc autem eſt completa ſumma S. Euangelij, ideſt ſumma completa veritatum fidei, & ſumma com- *Seſſ. 4. c. 1. & Catec. in præf.*

pleta diſciplinæ morum; Hæc enim ſumma eſt res principaliter contenta in verbo Dei: Et aliquo modo poteſt dici, quod ſit finis illius; quia verbum Dei ad illam ſignificandam principaliter eſt deſtinatum: Finis enim verbi eſt rem ſignificatam ſua ſignificatione manifeſtare: Et de hoc ſupra.

Ariſt. Perih. lib. 1.

Circa hæc tria obiecta, ſed pręcipuè circa tertium Eccleſia ita procedit.

Seſſ. 4. c. 1. & 2.

Primo examinat verbum Dei, ſignificationem, & rem ſignificatam.

Conc. per totum.

2. Iudicat, quid ex verbo Dei de re ſignificata tenēdum ſit, veluti. An Sacramenta ſeptem ſint, & quæ.

ibid.

3. Determinat veritates fidei, & oppoſitas hęreſes damnat.

4. De veritate determinata publicam fidem facit toti populo Chriſtiano; obligans ſingulos fideles ad credendum, quod illa determinat.

ibid.

5. Spiritus ſanctus ſingulos fideles intime mouet ad certo credendum, quod ab Eccleſia propoſitum eſt; & qui non credit, fidem amiſit.

Catech. 1. par. c. 1. Conc. ibi.

Cap. 9. De quattuor cauſis priuilegij non errandi.

EX dictis poſſunt colligi quattuor cauſę priuilegij non errandi.

Materia, in qua recipitur eſt Eccleſia: Materia, circa quam hoc priuilegium verſatur, eſt completa ſumma S. Euangelij; Seu verbum Dei, & ſignificatio, & res ſignificata illius.

Catech. ar. 9. n. 19

Finis eſt vnitas, & certitudo fidei in ordine ad fideles.

Forma dicit quattuor, primo priuilegium; ſecundo non errandi; tertio ab omnibus rectè credentibus certo cognitum; quarto obligatiuum, vt fides illi habeatur ab omnibus.

Catech p. 1. c 1. ibidem, & art. 9. nu. 1. & ſeq.

Efficiens eſt Spiritus ſanctus, qui docet Eccleſiam omnem veritatem.

ibidem.

Cap. 10. De exiſtentia priuilegij non errandi.

DIctum eſt, quid ſit hoc priuilegiũ,& ad quid ſit; Nunc de illius exiſtentia, circa quam præcipuè verſatur controuerſia.dicendũ eſt: Pro hac autem exiſtentia tum explicanda,tum probanda,aliqua ſunt diſcutienda,per quæ veritas huius rei dilucidanda ſit.

Duo autem ſupponenda ſunt ad æquiuocationes tollendas.

Vnum eſt, modo eſſe ſermonem, non de primitiua Eccleſia,ſed de his ſeculis noſtris. & inquiri, an in his ſeculis,& in præcedentibus detur in Eccleſia hoc priuilegium non errandi.

Secundum eſt, nos nunc loqui de priuilegio non errandi, quod toti populo Chriſtiano cum certitudine fidei notum ſit: Et cui omnes habeant credendi obligationem: Modo enim non refert conſiderare de priuilegijs, quę Deus occulto, vel certè abſque generali notitia,& ſine obligatione illi credendi, priuatis perſonis dat:quia nunc de vniuerſali Eccleſia conſideratio eſt.

Cap. 11. Probatur, Deum, cui vult, poſſe dare priuilegium non errandi.

QVod Deus poſſit dare, cui vult, priuilegium non errandi, probatur ab effectu. Dedit Prophetis, & Apoſtolis; ergo ſi dedit potuit dare illis: Impoſſibile eſt enim quod cauſa producat effectum,quē producere non poteſt: Quod autem Deus, qui eſt omnipotens, potuit dare vni, poteſt & dare alteri; & quod potuit tunc, poteſt & nunc; ergo cui vult poteſt dare hoc priuilegium: ergo poteſt illud dare Romano Pontifici; Concilio generali: Doctoribus Eccleſiæ in vnum conſentientibus; Eccleſiæ Catholicæ, & demum cui vult. *Ex ſcriptura.*

Dixi, poteſt, & potuit, ſed non infero, ergo dedit, & dat: Ideo nunc eſt examinandum,an Deus illud dederit, & cui dederit.

Digitized by Google

Cap. 12. Examinatur, cui certum ſit, Deum dediſſe.

SVppoſito, quod Deus poſſit hoc priuilegium dare, quærendum eſt, an dederit, & cui; Sed ne fiat inutilis tractatio; res eſt inquirenda ſub hoc termino: Cui, certum de fide ſit, Deum dediſſe: hoc enim ad noſtram ſpectat tractationem: Si enim non eſt mihi certum de fide, quod Deus tali dederit hoc priuilegium; dato, quod reuera dederit, non teneor certo credere illi in ijs, quæ dicit, vel docet: Ex quo enim dubito, vel non ſum certus de dato priuilegio, neque ero certus, quod non poſſit errare: Et in hoc puncto veritas valde dilucidatur.

Catholici ergo probare debent, certum eſſe de fide quod Eccleſia Catholica, & Romanus Pontifex habent priuilegium non errandi.

Hęretici quoque, ſi volunt doctrinam Lutheri, & Caluini tanquam certam de fide tenere, & affirmare, neceſſe eſt, vt probent, certum eſſe de fide, quod Luthero, & Caluino priuilegium non errandi conceſſum ſit: Quod ſi hoc non probant; Tota illorum corruit doctrina, quia vbi priuilegium non errandi, non eſt, vel non eſt certum de fide adeſſe, ibi certitudo fidei eſſe non poteſt.

Medium primum, & verum, & vnicum ad probādum, certum eſſe de fide, quod Deus hoc priuilegium alicui dederit, eſt Dictum, & factum Dei: Dictum; Quia Deus hoc dicit; Factum, quia Deus certis miraculis illud confirmat. Aliud medium impoſſibile eſt inuenire: Quia modo non ſupponimus priuilegium non errandi alicui eſſe datum, vel ſaltem non eſſe probatum.

Sola ergo ſcriptura, & traditio erit verum medium ad probandum, cui certum de fide ſit, Deum hoc priuilegium dediſſe; Cum ergo Catholici per ſcripturam probent, hoc priuilegium datum eſſe Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Pontifici: Hæretici vero per ſcripturam probare non poſſunt, quod ſpeciatim Lu-

thero

thero, & Caluino datum ſit, quia de illis in ſcriptura nulla penitus ſit mentio, clarum erit, quod Catholica doctrina veriſſima; Hæreticorum falſiſſima ſit.

Cap. 13. Examinatur, an ſingulis fidelibus datum ſit.

NVnc eſt examinandum, an poſſit probari, certum eſſe de fide, quod hoc priuilegium ſingulis fidelibus datum ſit: Opus eſt autem ex Logica ſic diuidere: Hoc priuilegium, vel dicitur datum omnibus, & ſingulis fidelibus; vel nullis; vel aliquibus ſic, aliquibus non: ſi nullis dicatur ſit conſequentia: ergo ſoli Eccleſiæ datum eſt; Si dicatur omnibus, & ſingulis, opus eſt hoc ex ſcriptura probare; Idem ſi dicatur aliquibus ſic, & aliquibus non dari.

Quod autem non detur ſingulis fidelibus, apertiſſime per cauſam, & per effectum probatur non eſſe verum; multo minus certum eſſe de fide.

Per cauſam probatur ſic: Nullibi ſcriptura hoc dicit, imo dicit contrarium, aliquos erraſſe à fide: ergo non eſt verum, nec certum, quod ita ſit.

Per effectum ſic: Per ſenſum apertiſſime videmus, quotidie multos deficere à fide; alios errare circa fidem; & non poteſt negari; ergo non omnibus fidelibus, Non Ario, non Pelagio, nec alijs datum eſt: Et hæretici ipſi hoc fatentur, dum vnus, vt Caluiniſta dicit, Lutheranos, & alios errare. Vbi enim eſt error, ibi non poteſt eſſe priuilegium non errandi.

Quod detur aliquibus ſic; aliquibus non; dicatur poſſibile eſſe; Quod ſi quis velit dicere certum eſſe, & ex ſcriptura poſſe probari: Non contradicerem loquendo de hominibus in generali ſic: Deus in quocũque ſeculo aliquibus Doctoribus, & Scriptoribus, & Concionatoribus ita aſſiſtit, vt iuxta beneplacitum ſuum non permittat illos errare: Hoc enim eſt Spiritum ſanctum ſpirare, vbi vult, & quomodo vult.

Si autem ſermo ſit de perſona particulari, veluti de S. Auguſtino, & S. Hieronymo apud Catholicos;

vel de Luthero, & Caluino apud ſectatores illorum: dico impoſſibile eſſe, vt de aliqua perſona particulari, quæ poſt primum ſeculum fuerit, per ſcripturam cum certitudine fidei probetur, quod illi hoc priuilegium datum ſit; modo enim probatio per miracula omittitur: Ratio euidentiſſima eſt, quia ſacra Scriptura de nulla omnino perſona particulari hoc affirmat: Nos enim Catholici hoc non inueniemus dictũ de S. Auguſtino, & S. Hieronymo; idem de alijs eſt: Vnde ſequitur, Non poſſe probari cum certitudine fidei per ſcripturam, quod huic, vel illi homini particulari hoc priuilegium datum ſit: Poſſet quidẽ Deus per miracula hoc probare, ſed non eſt opus, quia ſufficit de fide certum eſſe, quod dictum priuilegium Eccleſiæ datum ſit.

Catech. 1. p. c. 1. Addo; Demus, quod Deus per miracula certum faciat, quod Titio hoc priuilegium dederit; ego non teneor credere illi, niſi quatenus in doctrina cum Eccleſia concordat: vel certè non diſcordat; Quia Deus non obligauit ad credendum miraculis, ſed Eccleſiæ; cui magis quam miraculis eſt credendum; quia certum eſt ex ſcriptura illam non errare.

Colligitur ergo ex dictis nullo modo poſſe fieri certum de fide ex ſacra Scriptura, quod hic, vel ille homo habeat priuilegium non errandi; Excepto Romano Pontifice, de quo ex ſcriptura ratione officij clara probatio data eſt.

Cap. 14. *De règula non errandi.*

Catech. p. 1. c. 1. SVppoſito, vt dictum eſt, priuilegium non errandi non eſſe datum ſingulis fidelibus, ſed fideles poſſe obiectum fidei ignorare ex parte; Item circa illud errare; ſequitur conſequentia talis. Omnes fideles habent certitudinem fidei in generali, veluti vera eſſe omnia, quæ Chriſtus in Euangelio docuit; ſed non habent per ipſam fidem infuſam diſtinctam cognitionem de ſingulis veritatibus à Chriſto reuelatis; & hoc patet in pueris, mulieribus, ruſticis, & alijs. Idem in hæreticis: Omnes enim dicti in numero

mero

mero Sacramentorum, & in doctrina illorum multa poſſunt ignorare, vel in illis errare: Vnde ſequitur, dictos non habere certitudinem fidei de ſingulis veritatibus obiectiue conſideratis: Et tamen certitudo fidei requirit fundamentum firmum ex parte obiecti. Certitudo enim neceſſario requirit, quod intellectus cognoſcat rem non poſſe aliter ſe habere, quam ab ipſo cognitum eſt; veluti ſeptem eſſe Sacramenta: Ex quo fit, neceſſarium eſſe, quod ſingulis fidelibus hæc obiectiua detur certitudo. Confirmatur. Catholici dicunt, Sacramenta eſſe ſeptem: Dari ſacrificium Miſſę: Peccata à Sacerdotibus per pęnitentiam remitti. Hæretici hæc omnia negant: In hac veritate, quid faciet fidelis? Cui credet? In quo ſuam fidei certitudinem fundabit? Ipſe non poteſt illam habere à ſeipſo: Doctrina aliorum contradictoria dicit: ergo dubius manebit? ergo completam ſummam S. Euangelij ignorabit? Quomodo ergo illud complete obſeruabit? Si Chriſtus dixit, Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis; cur dicta omnia cum certitudine fidei doceri, & explicari non debent? Quis autem hoc præſtabit?

Eccleſia Catholica hoc præſtat: Non poteſt autem pręſtare, niſi habeat priuilegium non errandi: quia certitudo fidei neceſſario debet habere pro fundamēto Dictum illius, qui in dicendo errare non poteſt: ergo ſi Eccleſia eſt firmamentum veritatis, hoc priuilegium omnino habere debet. *Catec. ibi.*

Hoc autem priuilegium dupliciter poteſt conſiderari, primo in ordine ad Eccleſiam cui datum eſt, & ſic dicitur Priuilegium non errandi: ſecundo reſpectū ſingulorum fidelium, & ſic dici poteſt, Certa regula ad credendum: Per hoc enim priuilegium datur fidelibus certa regula, quod illæ veritates Euangelicæ, quæ ab Eccleſia Catholica, vt tales, propoſitæ ſunt, certiſſima fide, vt veritates à Chriſto reuelatæ, ſint acceptandæ, & ideo ſi Eccleſia docet ſeptem eſſe Sacramenta, certa fide ita credendum eſt. Et hoc eſt, quod S. Paulus ait: Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis. Hoc igitur priuilegium neceſ- *Catec. art. 9. nu. 18. idem p. 1. cap. 1.* *1. Tim. 3. verſ. 15.*

ſarium

quę repugnat ſenſui, aut intellectui: quarto probare, quod talis explicatio cum omnibus dictis conueniat.

Cap. 17. Prima probatio ex Scriptura.

PRimus locus Scripturę eſt Matth. 16. Et portę inferi non præualebunt aduerſus eam. Probatur: Vel Ecclesia poteſt errare, vel non poteſt errare; Si non poteſt; Probatio concluſa eſt: Si poteſt errare; vel de facto errat, vel de facto nunquam errat: Si nunquam errat, vtique hoc eſt ex virtute, & priuilegio à Deo illi conceſſo, quod eſt affirmare hoc priuilegium: ſi de facto errat; vtique hic error erit vel circa fidem, vel circa mores; Si circa fidem; ergo docebit falſa: Si circa mores; ergo docebit iniuſta: At Diabolus eſt pater mendacij, & iniuſtitię; & Eccleſiam toto ſuo poſſe impugnat; ergo ſi facit Eccleſiam errare, præualet contra illam; ergo vel Chriſtus falſum dixit, quod eſt impoſſibile; Vel Eccleſia non poteſt errare.

Secundus locus eſt Matth. 18. Si autem non audierit Eccleſiam, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Probatur ſic: Vel Eccleſia errat docendo falſa, & iniuſta, vel non: Si non; ergo habet priuilegium nō errandi: Si errat; Vel Chriſtus vult nos audire illam, cum errat; vel non: Si non; cur ergo ait; Si non audierit illam, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus? Tanta pœna à Chriſto imponitur illi, qui errantem non vult ſequi? Hoc modo Chriſtus tàm grauibus pænis coget homines ad errandum? Quis hoc de Chriſto dicet? ergo, vel Eccleſia non poteſt errare; vel verba Chriſti vera, aut iuſta non ſunt.

Tertius locus eſt Ioan. 16. Vbi Chriſtus de Spiritu ſancto ait: Docebit vos omnem veritatem: Vtique per vos intelligit fideles: cum quibus manet in æternum; Fideles autem ſunt, qui veram fidem ſequuntur, & in fide non errant: Eccleſia vero eſt congregatio dictorum fidelium, vel ergo Eccleſia errat; vel non errat; Si non errat; ergo habet priuilegium non errandi: Si errat, ergo Spiritus ſanctus non do-

cet

cet illam omnem ueritatem; Probatur conſequentia: Vbi eſt error, ibi neceſſario deeſt aliqua veritas; Error enim veritati contrariatur: Et quod non eſt contrarium veritati, non eſt error: Si ergo Eccleſia errat; ergo ab vna veritate recedit; ergo vna veritas non eſt in illa: ergo Spiritus ſanctus non docet Eccleſiam & illius fideles omnem veritatem: ergo ſi Chriſtus verum dixit, Eccleſia non errat.

Quartus locus eſt Pauli 1. Tim. 3. Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis; Probatur. Illud eſt firmamentum veritatis, quod firmat veritatem: Firmare veritatem idem eſt, quod certam facere illam: Sola enim certitudo firmitatem in cognitione dicit: In rebus autem fidei certitudo fundatur tantum in dicto illius, qui non poteſt errare: Vel ergo Eccleſia poteſt errare, vel non poteſt errare: Si non poteſt; bene firmat veritatem: Si poteſt errare, impoſſibile eſt, qđ ſit firmamentum veritatis; ergo vel non poteſt errare, vel S. Paulus falſum dicit.

Hæc quattuor loca ad litterā clara, & conſona ſunt; & nullus locus Scripturæ reperitur; qui ad litteram dicat, Eccleſiam vel poſſe errare, vel de facto errare: ideo, ſi nihil in contrarium obſtet, tanquam propoſitio certa de fide habenda eſt, quæ affirmat Eccleſiam hoc priuilegium habere. Nunc probabo vndequaq; conuenire, quod hoc priuilegium affirmetur.

Cap. 18. Secunda probatio ex neceſſitate huius priuilegij.

Ducit ad impoſſibile.

NVnc intendo probare, quod hoc priuilegium, nō dico eſt conueniens, ſed neceſſarium in regno Chriſti; ita vt regnum Chriſti abſque hoc priuilegio, male, & inordinate diſpoſitum ſit: In fide enim plurima ſequentur inconuenientia; quia ſi ſinguli fideles poſſunt credere, quod ſibi placet, & contraria, valdeque diuerſa credunt, vt patet in hæreticis; quomodo fides vna erit? ergo Arius, ſalua fide, potuit credere, quod volebat? Vel ergo Eccleſia habet veram fidem, vel non: Si non: ergo non eſt vera Eccleſia:

Si

Si ſic; vel omnes, & ſinguli fideles tenentur ſequi illam fidem, vel non; Si non; ergo non eſt vna fides; quia haec Eccleſiæ à fide fidelium diſſona eſt: Si tenetur ſequi; ergo fides Eccleſiæ eſt vera, & certa regula credendi ad omnes fideles: Si certa; ergo habet priuilegium non errandi; ergo vnitas fidei in hoc poſita eſt, quod omnes fidem Eccleſiæ ſequi tenentur.

Aliud ſequitur inconueniens; quod fides non erit certa: Si enim ſupponamus, quod Eccleſia poſſit circa fidem errare; tunc impoſſibile eſt; quod Eccleſia certa ſit, quod fides ſua ſit vera; Vbi enim pōt eſſe error; ibi non poteſt eſſe certitudo; Certitudo enim ſupponit rem non poſſe aliter ſe habere, quam à nobis cognitum ſit; ſed qui ſcit ſe poſſe errare, ſcit rem poſſe aliter ſe habere, quam ab ipſo cognitum ſit, ergo in tali cognitione non eſt certitudo. Quod ſi fides Eccleſiæ incerta ſit, multo magis fides ſingulorum fidelium, qui fidem Eccleſiæ ſequuntur incerta erit: ergo qui in Eccleſia negat priuilegium non errandi, certitudinem fidei omnino deſtruit: At in regno Chriſti hæc certitudo eſt maximè neceſſaria; ergo & hoc priuilegium. *Eadem probatio.*

Magis hanc neceſſitatem declaro: In regno Chriſti ex parte S. Euangelij datur hæc coordinatio.

Primo datur Verbum Dei, quod eſt fons primus omnis veritatis. *Seſſ. 4. c. 1.*

Secundo datur ſignificatio verbi Dei, ſignificatio enim actio propria verbi eſt. *ibid.*

Tertio datur res ſignificata; Hæc enim finis, verbi, & illius ſignificationis dici poteſt: Hæc res ſignificata, ſaltem principaliter, completa ſumma S. Euangelij eſt: Omne enim verbum Dei ad manifeſtationem S. Euangelij ordinatum eſt: Dari autem hanc ſummam S. Euangelij Chriſtus apertiſſime docuit illis verbis; Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. *ibid.* *Matth. c. c. vlt.*

Quarto hanc completā ſummam opus eſſe ſemper in Eccleſia docere, & de illa non dubiam, ſed certam doctrinam tradere. eadem Chriſti verba apertiſſime declarant; dum ait; Docentes eos &c. Et prædicate *ibid.*

dicate

dicate Euangelium omni creaturæ.

ibidem. Quinto fideles tenentur certo credere doctrinæ illis tradıtæ de ſumma dicta.

ibidem. Sexto neceſſarium eſſe ad ſalutem, obſeruare omnia, quę in illa tradita ſunt.

Seſſ.4.c.1. & 2. Hæc omnia inuicem habent neceſſariam connexionem; & neceſſe eſt, quod in omnibus, & ſingulis ſit certitudo; ita vt ſi vnum ſit dubium, tota coordinatio dubia ſit: Si enim dubium ſit, An hoc ſit verbũ Dei; omnino erit dubium de ſignificatione, & re ſignificata an ſint à Deo; Ita ſi dubium ſit, An hæc verbi Dei ſignificatio, & intelligentia vera ſit; erit dubium de omnibus, quę ex illa conſequuntur: Item ſi dubitetur de re ſignificata, an à verbo Dei ſignificata ſit; idem dubium erit de alijs: Si enim præmiſſæ ſunt dubiæ, conſequentia neceſſario dubia erit: Et ſi hęc ſit dubia; neceſſario aliqua ex præmiſſis dubia erit. Hęc igitur ſex vel omnia, vel nulla certa erunt, quia tria prima ſunt veluti pręmiſſæ; tria vltima ſunt veluti concluſiones.

Catech. p. 1. c. 1. Cum ergo omnes tum Catholici, tum hęretici affirment, fidem maximam habere certitudinem; & ita regno Chriſti conueniat; oportebit affirmare, quod in Eccleſia Dei neceſſario debeat dari certitudo de omnibus dictis; ita vt certum de fide ſit, quod hoc ſit verbum Dei, veluti tales libri; & quod hæc illius vera ſignificatio, & res ſignificata, & doctrina, & fides, & obſeruantia: Si enim hæc dubia ſint, corruit Euangelium, & illius obſeruantia; quia nullus tenebitur credere illi, & obſeruare illud.

Cate. ibi. Conc. ſeſſ. 4. c. 1. & 2. Nunc quæritur, vnde habebitur hæc certitudo? Si dicatur; A verbo Dei: Hoc eſt petitio principij; quia de hoc eſt dubitatio: Et quærimus, an Textus Biblicus contineat verbum Dei: Si dicatur quilibet fidelis hoc per fidem certo cognoſcit; Contra; Maior pars fidelium hoc ignorat. Et opus eſt, vt fideles de hoc edoceantur: Et cum maxima ſit veritas, & difficultas in verſionibus, & hæretici deprauant ſcripturas, neceſſe erit de his certam habere veritatem, quæ à ſingulis fidelibus haberi non poteſt.

Eſt

Eſt autem impoſſibile, quod certitudo fidei de dictis habeatur, niſi pro fundamento ſtatuatur dictum alicuius, qui priuilegium habeat non errandi; & hoc priuilegium ſit publicum, & tale, vt omnes illi credere teneantur; hoc autem de ſola Eccleſia affirmari poteſt: ergo omnino neceſſarium eſt, vt in regno Chriſti detur hoc priuilegium: Ideo ratio ipſa concordat cū ſcriptura, quod hoc priuilegium Eccleſię datum ſit: Per ſolam .n. Traditionem Eccleſiæ poteſt probari, quod Textus Biblicus verbum Dei contineat: ideo opus eſt, vt Eccleſia in hoc dicto errare non poſſit.

Cap. 19. *Tertia probatio ex lege naturæ, & ex lege ſcripta.*

Modo probandum; hanc ſcripturæ explicationem concordare cum lege naturæ. *in lib. Politic.*

Primo apud omnes nationes natura docet; Patres, maiores, ſeniores, ſapientiores, iudices, reges, reſpublicas, magiſtatus, docere, & gubernare homines populares: Et omnis humana ſocietas diuiditur in partem gubernantem, & gubernatam; maritus enim gubernat vxorem; Dominus ſeruos; Rex ſubditos: ergo lex naturę requirit, vt ab aliquo ſenſibili magiſtratu ſinguli homines doceantur, ac gubernentur; & ideo fideles per Eccleſiam edocti, & gubernati erunt tum in fide, tum in moribus. Fides autem certitudinem requirit, quę ſine priuilegio dicto eſſe non poteſt, ideo conforme eſt naturæ, ut Eccleſiæ priuilegium non errandi datum ſit. *ſenſus experientia. iudicium ſapientū.*

Secundo in quolibet homine ſenſus gubernantur, & docentur à ratione, & voluntas ab intellectu in cognitione gubernatur; Et intellectus in duas partes, vt ſic dicam, diuiſus eſt; quarum vna non poteſt errare, & eſt illa, qua prima principia operabilia naturaliter cognoſcit: Alia eſt illa, qua ex principijs concluſiones deducit; quæ tota in priori fundata eſt: ergo Deus in lege naturæ ex vna parte intime mouet ſenſus, & voluntatem ad obſeruantiam legis naturalis; vt ait Apoſtolus; ex alia facit, vt intellectus pro- *S. Th. 1. p. q. 79. art. 12. & 13.* *Rom. c. 2. verſ. 14. & 15.*

Digitized by Google

Cap. 12. Examinatur, cui certum ſit, Deum dediſſe.

SVppoſito, quod Deus poſſit hoc priuilegium dare, quærendum eſt, an dederit, & cui; Sed ne fiat inutilis tractatio; res eſt inquirenda ſub hoc termino: Cui, certum de fide ſit, Deum dediſſe: hoc enim ad noſtram ſpectat tractationem: Si enim non eſt mihi certum de fide, quod Deus tali dederit hoc priuilegium; dato, quod reuera dederit, non teneor certo credere illi in ijs, quæ dicit, vel docet: Ex quo enim dubito, vel non ſum certus de dato priuilegio, neque ero certus, quod non poſſit errare: Et in hoc puncto veritas valde dilucidatur.

Catholici ergo probare debent, certum eſſe de fide quod Eccleſia Catholica, & Romanus Pontifex habent priuilegium non errandi.

Hęretici quoque, ſi volunt doctrinam Lutheri, & Caluini tanquam certam de fide tenere, & affirmare, neceſſe eſt, vt probent, certum eſſe de fide, quod Luthero, & Caluino priuilegium non errandi conceſſum ſit: Quod ſi hoc non probant; Tota illorum corruit doctrina, quia vbi priuilegium non errandi, non eſt, vel non eſt certum de fide adeſſe, ibi certitudo fidei eſſe non poteſt.

Medium primum, & verum, & vnicum ad probãdum, certum eſſe de fide, quod Deus hoc priuilegium alicui dederit, eſt Dictum, & factum Dei: Dictum; Quia Deus hoc dicit; Factum, quia Deus certis miraculis illud confirmat. Aliud medium impoſſibile eſt inuenire: Quia modo non ſupponimus priuilegium non errandi alicui eſſe datum, vel ſaltem non eſſe probatum.

Sola ergo ſcriptura, & traditio erit verum medium ad probandum, cui certum de fide ſit, Deum hoc priuilegium dediſſe; Cum ergo Catholici per ſcripturam probent, hoc priuilegium datum eſſe Eccleſiæ Catholicæ, & Romano Pontifici: Hæretici vero per ſcripturam probare non poſſunt, quod ſpeciatim Lu-

thero

thero, & Caluino datum ſit, quia de illis in ſcriptura nulla penitus ſit mentio, clarum erit, quod Catholica doctrina veriſſima; Hæreticorum falſiſſima ſit.

Cap. 13. Examinatur, an ſingulis fidelibus datum ſit.

NVnc eſt examinandum, an poſſit probari, certum eſſe de fide, quod hoc priuilegium ſingulis fidelibus datum ſit: Opus eſt autem ex Logica ſic diuidere: Hoc priuilegium, vel dicitur datum omnibus, & ſingulis fidelibus; vel nullis; vel aliquibus ſic, aliquibus non: ſi nullis dicatur ſit conſequentia: ergo ſoli Eccleſiæ datum eſt; Si dicatur omnibus, & ſingulis, opus eſt hoc ex ſcriptura probare; Idem ſi dicatur aliquibus ſic, & aliquibus non dari.

Quod autem non detur ſingulis fidelibus, apertiſſime per cauſam, & per effectum probatur non eſſe verum; multo minus certum eſſe de fide.

Per cauſam probatur ſic: Nullibi ſcriptura hoc dicit, imo dicit contrarium, aliquos erraſſe à fide: ergo non eſt verum, nec certum, quod ita ſit.

Per effectum ſic: Per ſenſum apertiſſime videmus, quotidie multos deficere à fide; alios errare circa fidem; & non poteſt negari; ergo non omnibus fidelibus, Non Ario, non Pelagio, nec alijs datum eſt: Et hæretici ipſi hoc fatentur, dum vnus, vt Caluiniſta dicit, Lutheranos, & alios errare. Vbi enim eſt error, ibi non poteſt eſſe priuilegium non errandi.

Quod detur aliquibus ſic; aliquibus non; dicatur poſſibile eſſe; Quod ſi quis velit dicere certum eſſe, & ex ſcriptura poſſe probari: Non contradicerem loquendo de hominibus in generali ſic: Deus in quocũque ſeculo aliquibus Doctoribus, & Scriptoribus, & Concionatoribus ita aſſiſtit, vt iuxta beneplacitum ſuum non permittat illos errare: Hoc enim eſt Spiritum ſanctum ſpirare, vbi vult, & quomodo vult.

Si autem ſermo ſit de perſona particulari, veluti de S. Auguſtino, & S. Hieronymo apud Catholicos;

vel

vel de Luthero, & Caluino apud ſectatores illorum: dico impoſſibile eſſe, vt de aliqua perſona particulari, quæ poſt primum ſeculum fuerit, per ſcripturam cum certitudine fidei probetur, quod illi hoc priuilegium datum ſit; modo enim probatio per miracula omittitur: Ratio euidentiſſima eſt, quia ſacra Scriptura de nulla omnino perſona particulari hoc affirmat: Nos enim Catholici hoc non inueniemus dictũ de S. Auguſtino, & S. Hieronymo; idem de alijs eſt: Vnde ſequitur, Non poſſe probari cum certitudine fidei per ſcripturam, quod huic, vel illi homini particulari hoc priuilegium datum ſit: Poſſet quidẽ Deus per miracula hoc probare, ſed non eſt opus, quia ſufficit de fide certum eſſe, quod dictum priuilegium Eccleſiæ datum ſit.

Catech. 1. *p.c.* 1. Addo; Demus, quod Deus per miracula certum faciat, quod Titio hoc priuilegium dederit; ego non teneor credere illi, niſi quatenus in doctrina cum Eccleſia concordat: vel certè non diſcordat; Quia Deus non obligauit ad credendum miraculis, ſed Eccleſiæ; cui magis quam miraculis eſt credendum; quia certum eſt ex ſcriptura illam non errare.

Colligitur ergo ex dictis nullo modo poſſe fieri certum de fide ex ſacra Scriptura, quod hic, vel ille homo habeat priuilegium non errandi; Excepto Romano Pontifice, de quo ex ſcriptura ratione officij clara probatio data eſt.

Cap. 14. *De regula non errandi.*

Catech. p. 1. *c.* 1. SVppoſito, vt dictum eſt, priuilegium non errandi non eſſe datum ſingulis fidelibus, ſed fideles poſſe obiectum fidei ignorare ex parte; Item circa illud errare; ſequitur conſequentia talis. Omnes fideles habent certitudinem fidei in generali, veluti vera eſſe omnia, quæ Chriſtus in Euangelio docuit; ſed non habent per ipſam fidem infuſam diſtinctam cognitionem de ſingulis veritatibus à Chriſto reuelatis; & hoc patet in pueris, mulieribus, ruſticis, & alijs. Idem in hæreticis: Omnes enim dicti in numero

meio

mero Sacramentorum, & in doctrina illorum multa poſſunt ignorare, vel in illis errare: Vnde ſequitur, dictos non habere certitudinem fidei de ſingulis veritatibus obiectiue conſideratis: Et tamen certitudo fidei requirit fundamentum firmum ex parte obiecti. Certitudo enim neceſſario requirit, quod intellectus cognoſcat rem non poſſe aliter ſe habere, quam ab ipſo cognitum eſt; veluti ſeptem eſſe Sacramenta: Ex quo fit, neceſſarium eſſe, quod ſingulis fidelibus hæc obiectiua detur certitudo: Confirmatur. Catholici dicunt, Sacramenta eſſe ſeptem: Dari ſacrificium Miſſę: Peccata à Sacerdotibus per pęnitentiam remitti. Hæretici hæc omnia negant: In hac veritate, quid faciet fidelis? Cui credet? In quo ſuam fidei certitudinem fundabit? Ipſe non poteſt illam habere à ſeipſo: Doctrina aliorum contradictoria dicit: ergo dubius manebit? ergo completam ſummam S. Euangelij ignorabit? Quomodo ergo illud complete obſeruabit? Si Chriſtus dixit, Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis; cur dicta omnia cum certitudine fidei doceri, & explicari non debent? Quis autem hoc præſtabit?

Eccleſia Catholica hoc præſtat: Non poteſt autem pręſtare, niſi habeat priuilegium non errandi: quia certitudo fidei neceſſario debet habere pro fundamēto Dictum illius, qui in dicendo errare non poteſt: ergo ſi Eccleſia eſt firmamentum veritatis, hoc priuilegium omnino habere debet. *Catec. ibi.*

Hoc autem priuilegium dupliciter poteſt conſiderari, primo in ordine ad Eccleſiam cui datum eſt, & ſic dicitur Priuilegium non errandi: ſecundo reſpectū ſingulorum fidelium, & ſic dici poteſt, Certa regula ad credendum: Per hoc enim priuilegium datur fidelibus certa regula, quod illæ veritates Euangelicæ, quæ ab Eccleſia Catholica, vt tales, propoſitæ ſunt, certiſſima fide, vt veritates à Chriſto reuelatæ, ſint acceptandæ, & ideo ſi Eccleſia docet ſeptem eſſe Sacramenta, certa fide ita credendum eſt. Et hoc eſt, quod S. Paulus ait: Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis. Hoc igitur priuilegium neceſ- *Catec. art. 9. nu. 18. idem p. 1. cap. 1.* *1. Tim. 3. verſ. 15.*

ſarium

quę repugnat ſenſui, aut intellectui: quarto probare, quod talis explicatio cum omnibus dictis conueniat.

Cap. 17. Prima probatio ex Scriptura.

PRimus locus Scripturę eſt Matth. 16. Et portę inferi non prævalebunt aduerſus eam. Probatur: Vel Ecclesia poteſt errare, vel non poteſt errare; Si non poteſt; Probatio concluſa eſt: Si poteſt errare; vel de facto errat, vel de facto nunquam errat: Si nunquam errat, vtique hoc eſt ex virtute, & priuilegio à Deo illi conceſſo, quod eſt affirmare hoc priuilegium: ſi de facto errat; vtique hic error erit vel circa fidem, vel circa mores; Si circa fidem; ergo docebit falſa: Si circa mores; ergo docebit iniuſta: At Diabolus eſt pater mendacij, & iniuſtitię; & Eccleſiam toto ſuo poſſe impugnat; ergo ſi facit Eccleſiam errare, prævalet contra illam; ergo vel Chriſtus falſum dixit, quod eſt impoſſibile; Vel Eccleſia non poteſt errare.

Secundus locus eſt Matth. 18. Si autem non audierit Eccleſiam, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Probatur ſic: Vel Eccleſia errat docendo falſa, & iniuſta, vel non: Si non; ergo habet priuilegium nō errandi: Si errat; Vel Chriſtus vult nos audire illam, cum errat; vel non: Si non; cur ergo ait; Si non audierit illam, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus? Tanta pœna à Chriſto imponitur illi, qui errantem non vult ſequi? Hoc modo Chriſtus tàm grauibus pænis coget homines ad errandum? Quis hoc de Chriſto dicet? ergo, vel Eccleſia non poteſt errare; vel verba Chriſti vera, aut iuſta non ſunt.

Tertius locus eſt Ioan. 16. Vbi Chriſtus de Spiritu ſancto ait: Docebit vos omnem veritatem: Vtique per vos intelligit fideles: cum quibus manet in æternum; Fideles autem ſunt, qui veram fidem ſequuntur, & in fide non errant: Eccleſia vero eſt congregatio dictorum fidelium, vel ergo Eccleſia errat; vel non errat; Si non errat; ergo habet priuilegium non errandi: Si errat, ergo Spiritus ſanctus non do-

cet

cet illam omnem ueritatem; Probatur conſequentia: Vbi eſt error, ibi neceſſario deeſt aliqua veritas; Error enim veritati contrariatur: Et quod non eſt contrarium veritati, non eſt error: Si ergo Eccleſia errat; ergo ab vna veritate recedit; ergo vna veritas non eſt in illa: ergo Spiritus ſanctus non docet Eccleſiam & illius fideles omnem veritatem: ergo ſi Chriſtus verum dixit, Eccleſia non errat.

Quartus locus eſt Pauli 1. Tim. 3. Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis; Probatur. Illud eſt firmamentum veritatis, quod firmat veritatem: Firmare veritatem idem eſt, quod certam facere illam: Sola enim certitudo firmitatem in cognitione dicit: In rebus autem fidei certitudo fundatur tantum in dicto illius, qui non poteſt errare: Vel ergo Eccleſia poteſt errare, vel non poteſt errare: Si non poteſt; bene firmat veritatem: Si poteſt errare, impoſſibile eſt, qđ ſit firmamentum veritatis; ergo vel non poteſt errare, vel S. Paulus falſum dicit.

Hæc quattuor loca ad litterã clara, & conſona ſunt; & nullus locus Scripturæ reperitur; qui ad litteram dicat, Eccleſiam vel poſſe errare, vel de facto errare: ideo, ſi nihil in contrarium obſtet, tanquam propoſitio certa de fide habenda eſt, quæ affirmat Eccleſiam hoc priuilegium habere. Nunc probabo vndequaq; conuenire, quod hoc priuilegium affirmetur.

Cap. 18. Secunda probatio ex neceſſitate huius priuilegij.

Ducit ad impoſſibile. Nunc intendo probare, quod hoc priuilegium, nõ dico eſt conueniens, ſed neceſſarium in regno Chriſti; ita vt regnum Chriſti abſque hoc priuilegio, male, & inordinate diſpoſitum ſit: In fide enim plurima ſequentur inconuenientia; quia ſi ſinguli fideles poſſunt credere, quod ſibi placet, & contraria, valdeque diuerſa credunt, vt patet in hæreticis; quomodo fides vna erit? ergo Arius, ſalua fide, potuit credere, quod volebat? Vel ergo Eccleſia habet veram fidem, vel non: Si non: ergo non eſt vera Eccleſia:

Si

Si ſic, vel omnes, & ſinguli fideles tenentur ſequi illam fidem, vel non; Si non; ergo non eſt vna fides; quia hæc Eccleſiæ à fide fidelium diſſona eſt: Si tenetur ſequi;ergo fides Eccleſiæ eſt vera, & certa regula credendi ad omnes fideles: Si certa;ergo habet priuilegium non errandi;ergo vnitas fidei in hoc poſita eſt, quod omnes fidem Eccleſiæ ſequi tenentur.

Aliud ſequitur inconueniens; quod fides non erit certa: Si enim ſupponamus,quod Eccleſia poſſit circa fidem errare; tunc impoſſibile eſt;quod Eccleſia certa ſit, quod fides ſua ſit vera; Vbi enim põt eſſe error; ibi non poteſt eſſe certitudo; Certitudo enim ſupponit rem non poſſe aliter ſe habere, quam à nobis cognitum ſit;ſed qui ſcit ſe poſſe errare,ſcit rem poſſe aliter ſe habere, quam ab ipſo cognitum ſit, ergo in tali cognitione non eſt certitudo. Quod ſi fides Eccleſiæ incerta ſit,multo magis fides ſingulorum fidelium, qui fidem Eccleſiæ ſequuntur incerta erit: ergo qui in Eccleſia negat priuilegium non errandi, certitudinem fidei omnino deſtruit: At in regno Chriſti hæc certitudo eſt maximè neceſſaria; ergo & hoc priuilegium. *Eadem probatio.*

Magis hanc neceſſitatem declaro: In regno Chriſti ex parte S. Euangelij datur hæc coordinatio.

Primo datur Verbum Dei, quod eſt fons primus omnis veritatis. *Seſſ.4.c.1.*

Secundo datur ſignificatio verbi Dei, ſignificatio enim actio propria verbi eſt. *ibid.*

Tertio datur res ſignificata; Hæc enim finis,verbi, & illius ſignificationis dici poteſt: Hæc res ſignificata, ſaltem principaliter, completa ſumma S. Euangelij eſt: Omne enim verbum Dei ad manifeſtationem S. Euangelij ordinatum eſt: Dari autem hanc ſummam S. Euangelij Chriſtus apertiſſime docuit illis verbis; Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. *ibid.* *Matth.c. c.vlt.*

Quarto hanc completã ſummam opus eſſe ſemper in Eccleſia docere,& de illa non dubiam, ſed certam doctrinam tradere,eadem Chriſti verba apertiſſime declarant; dum ait; Docentes eos &c. Et præ- *ibid.*

di-ate

Eſt autem impoſſibile, quod certitudo fidei de di-ctis habeatur, niſi pro fundamento ſtatuatur dictum alicuius, qui priuilegium habeat non errandi; & hoc priuilegium ſit publicum, & tale, vt omnes illi crede-re teneantur; hoc autem de ſola Eccleſia affirmari po-teſt: ergo omnino neceſſarium eſt, vt in regno Chriſti detur hoc priuilegium: Ideo ratio ipſa concordat cũ ſcriptura, quod hoc priuilegium Eccleſię datum ſit: Per ſolam .n. Traditionem Eccleſiæ poteſt probari, quod Textus Biblicus verbum Dei contineat: ideo o-pus eſt, vt Eccleſia in hoc dicto errare non poſſit.

Cap. 19. *Tertia probatio ex lege naturæ, & ex lege ſcripta.*

MOdo probandum; hanc ſcripturæ explicatio-nem concordare cum lege naturæ. *in lib. Po-litic.*

Primo apud omnes nationes natura docet; Patres, maiores, ſeniores, ſapientiores, iudices, reges, reſ-publicas, magiſtatus, docere, & gubernare homines populares: Et omnis humana ſocietas diuiditur in par-tem gubernantem, & gubernatam; maritus enim gu-bernat vxorem; Dominus ſeruos; Rex ſubditos: ergo lex naturę requirit, vt ab aliquo ſenſibili magiſtratu ſinguli homines doceantur, ac gubernentur; & ideo fideles per Eccleſiam edocti, & gubernati erunt tum in fide, tum in moribus: Fides autem certitudinem re-quirit, quę ſine priuilegio dicto eſſe non poteſt, ideo conforme eſt naturæ, ut Eccleſiæ priuilegium non er-randi datum ſit. *ſenſus experientia. iudicium ſapientũ.*

Secundo in quolibet homine ſenſus gubernantur, & docentur à ratione, & voluntas ab intellectu in co-gnitione gubernatur; Et intellectus in duas partes, vt ſic dicam, diuiſus eſt; quarum vna non poteſt er-rare, & eſt illa, qua prima principia operabilia natu-raliter cognoſcit: Alia eſt illa, qua ex principijs con-cluſiones deducit; quæ tota in priori fundata eſt: er-go Deus in lege naturæ ex vna parte intime mouet ſenſus, & voluntatem ad obſeruantiam legis natura-lis; vt ait Apoſtolus; ex alia facit, vt intellectus pro- *S. Th. 1. p. q. 79. art. 12. & 13.* *Rom. c. 2. verſ. 14. & 15.*

Digitized by Google

ſimum ex ſcriptura hoc priuilegium datum eſſe Eccleſiæ manifeſte probetur?

Cap. 21. Quinta probatio ex Traditione, & alijs modis.

VLtima probatio multa cõprehendit. Primo enim ita eſſe habetur ex traditione, ex vſu, conſuetudine, iudicio, ſenſu omnium fidelium, qui à tempore Chriſti vſque modo fuerunt: Ita Scriptores, Doctores, & Patres Eccleſiæ docent: Vna enim voce ab omnibus dicitur; De neceſſitate ſalutis eſſe, vt ſinguli fideles credant omnia illa, quæ S. Mater Eccleſia credit, & quæ credenda proponit: Ita in Symbolo Athanaſij; Quicumque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat Catholicam fidem: Fides autem Catholica eſt illa, quam Eccleſia Catholica tenet: Si ergo ſinguli fideles tenentur, non credere quod ipſis videtur; ſed ſequi fidem Catholicam, & in fide debent eſſe certi; ergo Eccleſia non poteſt errare. Hæc fides Eccleſię Catholicæ eſt certa regula ad omnes hæreſes Arij, Sabellij, & aliorum damnandas. Amplius, multi hæretici dicunt, Eccleſiam poſſe errare: Sed nunc ex Logica probabo implicare contradictionem, quod vera Eccleſia erret: Vera autem ex Symbolo Apoſtolorum Catholica eſt.

ex traditione. ſenſus generalis Eccleſiæ. Symbol. Athan.

Cap. 22. Sexta Probatio Logica, quod Eccleſia vera non poſſit errare.

PRobo ſic: Vera Eccleſia eſt illa, quæ habet verum Euangelium, & non errat circa illud; Si .n. errat, etiam in vna tantum veritate, veluti fecit Arius, illa Eccleſia non eſt vera; quia non habet verã fidem, nec verum Euangelium; ergo implicat contradictionem, quod Eccleſia ſit vera, & non habeat veram fidem, & verum Euangelium: Si enim de eſſentia verę Eccleſiæ eſt, quod habeat veram fidem, & verum Euangelium: Vbi autem eſt error non eſt vera fides, nec verum Euangelium; ergo dicere quod

ducit ad impoſſibile.

Digitized by Google

vera Eccleſia erret, eſt affirmare contradictoria, nempè quod vera Eccleſia ſit,& non ſit vera Eccleſia: Si dicatur cum Eccleſia Catholica errat, deſinit eſſe vera Eccleſia; Contra impoſſibile eſt,quod Eccleſia Catholica deficiat, quia ſic regnum Chriſti deficeret; Et articulus nonus falſus eſſet,quod eſt impoſſibile,ergo non errat.

ad impoſſibile. Idem probatur alia ratione ſic: Vera Eccleſia eſſentialiter eſt populus fidelis, ideſt congregatio omnium fidelium; Fidelis autem eſſentialiter acceptus eſt ille, qui profitetur veram fidem; Vera autem fides eſt illa, quę nullum admittit errorem in fide: veritas enim fidei, & error in fide contradictoriè ſe habent; & qui affirmat veram fidem continere errorem, affirmat idem ſimul eſſe,& non eſſe: Si ergo vera Eccleſia congregat ſolummodo veros fideles; Veri autem fideles ſunt illi tantum, qui habent veram fidem: Vera autem fides eſt illa,quæ nullum in fide, vel circa fidem admittit errorem: ergo impoſſibile eſt, & implicat contradictionem, quod vera Eccleſia erret.

ad impoſſibile. Confirmatur: Titius hodie habet veram fidem, & eſt in vera Eccleſia; cras ſciens, & volens contra fidem Eccleſiæ errat in fide; Quæro, an poſt errorem ſit in Eccleſia, vel non: Si dicatur eſſe: Contra ergo Eccleſia aliquos continet,qui non habent veram fidē, & ſuam fidem; Si non continet; ergo error in fide eſt certiſſima cauſa,vt quis ab Eccleſia vera excluſus ſit; ergo in illa non poteſt eſſe error.

Cap. 23. Proponitur ex dictis Logica conſequentia.

NVnc ex dictis colligitur talis conſequentia.

Prima ſi Eccleſia in rebus fidei, & morum errare non poteſt.

Ergo non errabit in determinando verbo Dei ſcripto,& non ſcripto.

Ergo non errabit in explicatione, in intelligentia, & in interpretatione dicti verbi.

Ergo non errabit in cognitione rei à verbo Dei ſigni-

gnificatę.

Ergo non errabit in colligenda ex verbo Dei completa ſumma S. Euangelij; Ideo certum de fide erit, quod ſumma ab illa collecta completa ſit: Et quod apud illam eſt verum Euangelium, & vera ſumma illius; & quod omnes, & ſinguli fideles tenentur integraliter acceptare Euangelium, quod ab illa propoſitum eſt.

Ergo non errabit in veritatibus fidei determinãdis.

Ergo non errabit in hæreſibus condemnandis.

Ergo Doctrina, & prædicatio, & fides illius vera, & certa erit.

Ergo omnes, & ſinguli fideles tenentur ſequi fidẽ, & doctrinam illius: & Euangelium integraliter acceptare, & obſeruare prout ab illa propoſitum eſt.

Cap. 24. De completa, & certa ſumma S. Euangelij.

TAndem ad confirmationem dictorum de completa, & certa ſumma S. Euangelij, & de illius neceſſitate aliquid eſt dicendum.

Primo ergo ſciendum eſt, quod Chriſtus fecit hanc ſummam; & quod Apoſtoli ex Chriſti pręcepto illam docuerunt, vt patet ex illis verbis; Docentes eos ſeruare omnia, quęcunque mandaui vobis. *Mat. c. vlt.*

2. Quod finis verbi Dei eſt res ab illo ſignificata; nempè dicta ſumma completa. *Seſſ. 4. c. 1.*

3. Quod completa obſeruantia S. Euangelij, & dictæ ſummæ, eſt neceſſaria ad ſalutem. *Matt. vlt.*

4. Quod nemo poteſt illam obſeruare, niſi habeat cognitionem illius. *arg. ibid.*

5. Quod nemo tenetur ad obſeruantiam illius, niſi certus ſit, quod talis ſumma à Deo inſtituta, atque præcepta ſit. *Marci vlt.*

6. Potiſſimum autem hoc tempore, in quo multæ hæreſes circa dictam ſummam, veluti circa numerum Sacramentorum, ſuſcitatæ ſunt, hæc certitudo maximè neceſſaria eſt: Impoſſibile eſt autem, quod ſinguli fideles hãc poſſint à ſeipſis habere certi- *Seſſ. 4. c. 1. & 2. Catech. 1. p. c. 1.*

Digitized by Google

tudinem; vt declarat tanta hæreticorum in hac ſumma colligenda varietas: Ideo ab Eccleſia Catholica illis tradenda cum certitudine erat; hoc autem facere non poteſt; niſi illi conceſſum ſit priuilegium non errandi; ideo talis conceſſio eſt affirmanda.

Cap. 25. Ex dictis ſoluuntur quædam argumenta hæreticorum.

EX dictis patet, Nullo modo hæreticos poſſe probare, quod Luthero, aut Caluino priuilegium non errandi datum ſit: Idem de omni alio hæretico. Item non poſſe probari, quod cuilibet fideli datum ſit, quia multi fideles de facto errant in fide: Quod ſi concedatur, alicui homini particulari poſſe Spiritum ſanctum dare priuilegium non errandi; illud priuilegium non erit publicum, nec obligatiuum ad illi credendum; ſaltem totam Eccleſiam non obligabit; Et hoc priuilegium ſemper erit ſubordinatum priuilegio Eccleſiæ, & nunquam ab illius doctrina diſcordabit: Quia ſic Spiritus ſanctus ſibiipſi contrarius eſſet: Quod ſi hæretici dicant, Spiritus ſanctus non eſt alligatus Eccleſię, Reſpondebitur: Imo eſſe ex promiſſione Chriſti obligatum ad docendam Eccleſiam omnem veritatem cum priuilegio dicto; Non eſſe tamen ita alligatum Eccleſiæ, vt non poſſit alijs, cum vult, hoc priuilegium impertire. Ideo doctrina Catholica de hoc priuilegio vndequaque conſona eſt.

LIBRI

LIBRI QVARTI DISTINCTIO SEXTA.

De Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana: Et probatur, quod illa ſola vera Eccleſia ſit.

NVNC probandum eſt, quod ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana vera Eccleſia ſit: Eccleſiæ vero, vel potius ſectæ Lutheri, Caluini, & aliorum hæreticorum falſæ erunt: Tria autem facienda ſunt.

Primo Doctrina Catholica proponenda.

2. Probationes de illa habendæ ſunt.

3. Hæreſes illi contrariæ ſunt confutandæ.

Doctrina Catholica breuius proponetur de illa explicando, primo nomen; ſecundo definitionem; tertio quattuor cauſas; quarto exiſtentiam; quinto proprietates, & operationes, & ſigna, & priuilegia.

Cap. 1. Explicantur hæc nomina Eccleſia Romana, Apoſtolica, Catholica.

AD omnem tollendam æquiuocationem nomina dicta ſunt explicanda.

Hoc nomen, Eccleſia, quid ſignificet dictum eſt ſupra; ſignificat enim congregationem fidelium; Sed *art.9.* quia hæc ſignificatio eſt generica, ne fiat æquiuocatio alia nomina adduntur ad præciſè ſignificandum, de quanam Eccleſia modo ſit ſermo.

Dicitur ergo Eccleſia Romana; vt diſtinguatur à *Conc. ita* Lutherana, & Caluiniſtica; & ab alijs fictis Eccleſijs *appellat.* hæreticorum: Poteſt autem multa ſignificare hæc *Seſſ.3.* vox Eccleſia Romana; nempè, Primo locum illum,

Digitized by Google

qui dicitur Roma, ita vt Eccleſia Romana ſit illa, quę Romæ commoratur; & hoc modo accipitur ſtrictè & vt ſic nō eſt Eccleſia Catholica, & vniuerſalis: Secundo populum Romæ habitantem; & dicit idem cum priori ſignificatione; Tertio populum fidelem, qui immediatè à Romano Pontifice gubernatur; & ſignificat idem cum priori: His tribus modis Eccleſia Romana accipitur ſtrictè pro populo fideli Romę ſub Pontifice Romano commorante.

Seſſ. 3. & Seſſ. 7. de Bapt. can. 3. & alibi. Alio modo accipitur Eccleſia Romana, pro vniuerſa Eccleſia militante, vbicumque illa ſit, ſiue Romæ, ſiue alibi: Eccleſia enim Catholica dicitur Romana, tum quia Romanus Pontifex eſt caput viſibile illius, tum quia Eccleſia Romana ſtrictè conſiderata eſt mater, & magiſtra omnium Eccleſiarum, quæ vbiq; ſunt.

Ad ſignificādum ergo, quod per Eccleſiam Romanā intelligitur Eccleſia vniuerſalis, additur illa vox, Catholica, ideſt vniuerſalis.

Catech. ar. 9. num. 17. Demum ad ſignificandum, quod hæc Eccleſia eſt illa, de qua Chriſtus dixit Petro, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; additur Apoſtolica, quia in illa Cathedra S. Petri Apoſtoli poſita eſt.

Eccleſia ergo Romana poteſt accipi ſtrictè; Item pro vniuerſali Eccleſia militante accipi ſolet.

Cap. 2. De definitione Eccleſiæ Romanæ ſtrictè acceptæ.

Eccleſia Romana ſtrictè accepta ſic poteſt definiri. *Senſus probat.* Primo ex parte materię: Eſt populus fidelis Romę habitans: Et ſic diſtinguitur à Catholica, quæ eſt diſperſa per totum orbem; Item ab alijs Eccleſiis particularibus, quæ alibi ſunt.

per ſenſum Secundo in ordine ad Romanum Pontificem ſic: Eſt populus fidelis Romæ habitans, & à Romano Pontifice immediatè gubernatus: Romanus enim Pontifex poteſt immediatè in totam Eccleſiam ſuam exercere poteſtatem; tamen ſolam Eccleſiam Romanam, ordinariè loquendo, immediatè, vt proprius Epiſcopus, gubernat; alias verò Eccleſias mediatè per alios Epiſcopos gubernare ſolet.

Tertio

Tertio in ordine ad alias Eccleſias particulares ſic: Eccleſia Romana eſt mater,& magiſtra omnium Eccleſiarum: Eſt enim vnita modo quodam particulari Romano Pontifici,Qui vt Pater gubernat,& vt magiſter docet omnem Eccleſiam. *Senſus. Conc. ſeſſ. 7.can. 3. de Baptiſ. & alibi*

Quarto in ordine ad vniuerſalem Eccleſiam ſic: Eccleſia Romana eſt nobilior pars Eccleſię Catholicæ militantis: Et patet ex dictis. *ibi.Conc.*

Hinc apparet, quænam ſint quattuor cauſæ huius Eccleſiæ ſtrictè conſideratæ; Materia eſt populus fidelis Romæ habitans: Forma eſt ſpecialis, & propria ſubiectio, & vnio Romano Pontifici; Finis eſt docere, & gubernare alias Eccleſias, & præeſſe illis: Efficienss fuit S. Petrus,qui ſuam ſedem in illa collocauit,ideo dicitur Apoſtolica. Chriſtus enim primo & principaliter ſuā Eccleſiam in petra, quæ erat Petrus fundauit; deinde S. Petrus ſuam ſedem Romæ collocans ex hoc facto Petri factum eſt, vt Roma, & Romana Eccleſia cum ſede, & Cathedra S. Petri inſeparabiliter ſit vnita. *ex Conc. ibidem. Ex ſcriptura.*

Proprietates huius Eccleſię ſunt: prima, quod ſit mater aliarum Eccleſiarum: Secunda, quod ſit magiſtra illarum: Tertia,quod aliæ Eccleſię debeant illi honorem ſubiectionem,& obedientiam; & quod debeant illi ſe conformare in fide, & in his, quę ad ſacros ritus pertinent. *Conc.ibi. & alibi.*

Hęc Eccleſia habet priuilegium non errandi circa fidem;quia populus Romæ habitans, vt ſit fidelis, neceſſario debet adhærere Pontifici. Hic autem non poteſt errare, ideo neque populus, qui illi adhæret. Huic Eccleſiæ ſpeciali modo aſſiſtit Spiritus ſanctus, & docet illam, quia ſic conuenit fini, ad quem illa ordinata eſt; Et illius ſpecialis vnio ad caput Eccleſiæ ita requirit. *Bella.hoc probat.*

Cap. 3. De definitione Eccleſia Romana vniuerſaliter accepta.

ECcleſiæ Romanæ vniuerſaliter acceptæ conuenit ita denominari: Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Roma-

Romana ratione ſuperius dicta.

De hac non eſt opus dare definitionem, nec cauſas illius, aut proprietates, vel operationes, vel priuilegia, vel ſigna explicare; quia ſufficit probare, quod hæc ſit vera Eccleſia; ſtatim enim apparebit, omnia, dicta de vera Eccleſia, illi conuenire. Nunc aliquid de exiſtentia illius dicendum eſt.

Cap. 4. De exiſtentia Romanæ Eccleſiæ.

NVnc videndum de Eccleſia Romana. An ſit, vbi ſit, quando inceperit, & perſeuerauerit: Et hęc per ſenſum ex magna parte manifeſta ſunt.

Senſus. Hiſtoria. Traditio. Quod ergo nunc ſit vrbs Roma eadem numero, quæ fuit tempore S. Petri ſenſus docet apertiſſimè de præſenti: & Hiſtoriæ, atque traditiones, & plurimi Scriptores de præterito docent: ita vt hoc negare inſipientia dici poſſit.

Eadē probatio. Quod nunc in dicta Vrbe ſit populus, qui non fidē Hebręorum, vel infidelium, ſed Chriſtianam ſectetur; Item à Romano Pontifice gubernetur; Item ab Eccleſijs totius orbis, vt mater, & magiſtra habeatur; ſenſus ipſe apertiſſime docet; ita vt hoc negare, ſit ſenſū ipſum deſtruere; Et ipſimet hæretici, & omnes infideles hoc affirmant.

Epiſt ad Rom. c. 1. Act. Apo. c. vlt. Quod Eccleſia Romana tempore Apoſtolorum ſuſceperit fidem Chriſti, ſacra Scriptura, vt Epiſtola ad Romanos, & in Actibus Apoſtolorum apertiſſime cō probatur: Quod hęc Eccleſia ante Lutherum, & Caluinum fuerit omnino eadem, quę modo eſt, ipſi hæretici fatentur, & vident. Quod eadem fecerit in antiquioribus ſeculis, & Traditio, & Hiſtorici, & Scriptores tum ſacri tum profani, apertiſſime tradunt.

Apertiſſimè ergo conſtat de exiſtentia Romanæ Eccleſiæ; de loco vbi ſit; quando inceperit; quandiu perſeuerauerit; quod modo ſit: A quo gubernetur; Et quid de illa ſentiant Eccleſiæ totius Orbis.

Cap. 5. De Eccleſijs, ſeu ſectis hæreticorum.

ALiquid de Eccleſijs hæreticorum dicendum eſt. Duæ hęreticorum principales Eccleſiæ eſſe videntur; Prima eſt Lutheri: Secunda Caluini; Siue autem ſint iſtæ, ſiue alię parum modo refert: Supponamus duas eſſe Sectas, vna Lutheri, alia Caluini; & dicta de his intelligantur de alijs.

De his probandum, quod falſæ Eccleſiæ ſunt: Modo de nomine, & definitione, & de exiſtentia illarum dicendum eſt.

Demus, quod Secta Lutheri appelletur Eccleſia; quęro, Quod nomen dabitur illi, quod illi ſoli conueniat? Si dicatur, Catholica, vel Eccleſia Chriſti; Idem prætendit Secta Caluini: Aliud nomen non poteſt proprium illi dari, niſi hoc, Secta, & Eccleſia Lutheri; Sic enim habebit nomen proprium diſtinctum ab Eccleſia Catholica, & Caluini. At hoc nomen non eſt nomen Eccleſiæ veræ: Vera enim Eccleſia ſolius Chriſti Eccleſia eſt. Eſt autem falſum, quod vera Eccleſia alterius Chriſto eſſe dicatur. Ecce falſitas in nomine reperitur.

Idem eſt de definitione: Modo enim tradenda ſit definitio Eccleſiæ Lutheri: Genus erit Eccleſia; Quænam erit differentia: Ego non video aliam differentiam ſpecificam, niſi hanc; quod Eccleſia Lutheri; vel Lutherana dicatur: Sic enim ab omnibus diſtincta erit; Idem erit de fide, de doctrina, de Euangelio, & alijs: Quis autem non videt; Lutherum, & illius fidem, atque doctrinam eſſe accidens magis quam contingens, & quintum prędicabile veræ Eccleſiæ? & quod vera Eccleſia ante Lutherum per tot ſecula fuit; ideo doctrina illius poteſt abeſſe ab Eccleſia abſque ipſius corruptione: Ergo vera Eccleſia diffinietur per accidens quintum prædicabile? ergo impoſſibile eſt de Eccleſia Lutheri aſſignari differentiã eſſentialem in eſſentia veræ Eccleſiæ fundatam, quæ differentia ſpecifica illi ſit: Si enim dicatur Doctrina, vel fides, vel Euangelium Lutheri; Contra per

accidens,

accidens, & caſu contigit illis, quod Lutheri eſſe dicantur; & non poteſt eſſe de eſſentia illarum.

Circa exiſtentiam, ſi quæratur: An modo ſit Eccleſia, ſeu Secta Lutheri; dicetur ſenſui manifeſtum eſſe, qđ ſit; Et aliquo modo dici pôt, vbi ſit; Quod ſi quæratur; Quãdo inceperit; A quo inceperit; Ex quo tẽpore fuit; & alia; Omnia incerta, & dubia dicentur: Si enim dicatur: A Luthero initium habuit; ergo eſt Eccleſia Lutheri, non Chriſti. Si dicatur ante Lutherum non fuit; ergo tunc regnum Chriſti ſine illa erat. Si dicatur incepit à Chriſto, & in Apoſtolis fundata eſt; & ſemper in præcedentibus ſeculis perſeuerauit; ergo à Luthero non debet denominari: & ab antiquitate illius eſſentia debet affirmari. Deinde per accidẽs eſt, quod Lutherus, & Caluinus in vera Eccleſia fuerint, ideo impoſſibile eſt, quod eſſentia veræ Eccleſiæ ab illis poſſit determinari: Vel .n. Eccleſia Lutheri ante Lutherũ erat, vel nõ: Si nõ; ergo nõ eſt vera Eccleſia; quia hæc à Chriſto vſque modo ſemper fuit: Si erat; ergo illius eſſentia non à Luthero, ſed ab eo, quod ante Lutherum fuit; eſt definienda Eccleſia ergo hæreticorum nullo modo vera eſſe poteſt.

Cap. 6. De regula Logica ad probandum, quæ Eccleſia vera, & quæ falſa ſit.

1. Poſt. c. 10. tex. 30. PRima regula Ariſtotelis eſt hæc. Quod per ſe, & propriè eſt cauſa affirmationis, per ſe, & propriè erit cauſa negationis: Exemplum eſt tale: Habere pulmonem eſt per ſe, & propriè cauſa reſpirationis; Ideo habere pulmonem erit cauſa affirmandi reſpirationem: Non habere negandi illam.

Media ergo ad faciendã certã probationẽ de vera Eccleſia in particulari cõſiderata poſsũt eſſe ſequẽtia.

ex 1. Perih er. Primum eſt nomen; hoc enim aliquo modo facit certam probationem.

ex 1. modo per ſe, adm. Secundum definitio veræ Eccleſię; & hoc eſt medium certiſſimum.

Tertium ſunt quattuor cauſæ ſubſtantiales; & ſunt certiſſimum medium.

Quar-

Quartum proprietates rei; Certiſſimum eſt mediũ. *ex 2. modo*
Quintum propriæ rei operationes; Certiſſimũ eſt. *per ſe.*
Sextum ſigna propria rei; & quę ab illa non ſeparantur. *ex 4. modo per ſe.*

Iſta ſex ſunt certiſſimum medium ad probandam veritatem, & falſitatem cuiuſcunque rei: Ideo illa erit vera Eccleſia, quæ dicta habebit; illa falſa, cui dicta non conuenire certo probatum erit. *ex modis per ſe. ex modis per ſe lib. 1. poſt.*

Cap. 7. De probatione iuxta Logicam facienda.

CONcluſiones probandę ſunt duæ: prima eſt hæc, Sola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, vera Eccleſia eſt.

Secunda Concluſio eſt: Secta, & Eccleſia Lutheri, & Caluini, & cuiuſcumque alterius hæretici falſa eſt.

Medium ad vtramque concluſionem probandam ſunt ſex iam dicta.

Syllogiſmus affirmatiuus pro prima cõcluſione affirmatiua eſt talis.

Maior, illa Eccleſia, cui conueniunt ſex dicta, veræ Eccleſię per ſe conuenientia, vera Eccleſia eſt: Eſt per ſe nota in Logica ex modis per ſe.

Minor; Sed ſoli Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicę, Romanę, ſex dicta veræ Eccleſiæ conuenientia, per ſe, & propriè inſunt.

Concluſio, ergo ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, vera Eccleſia eſt.

Syllogiſm⁹ negatiuus ad ꝓbãdã negatiuã talis eſt.

Maior, illa eſt vera Eccleſia, cui ſex dicta per ſe conueniunt.

Minor, ſed Eccleſiæ Lutheri, & Caluini, & aliorum hęreticorum non conueniunt ſex dicta.

Concluſio ergo non ſunt verę Eccleſiæ. Nunc dicendum de probatione pręmiſſarum.

Cap. 8. De probatione maioris.

MAior ex Logica ſic probatur: Omnis propoſitio per ſe eſt vera, & certa, & neceſſaria: Sed defi- *ex modis per ſe, lib. 1. poſt.*

Digitized by Google

finitio rei, & quattuor cauſæ illius conueniunt per ſe in primo modo rei: Proprietates & operationes propriæ conueniunt rei in ſecundo, vel in quarto modo per ſe; Signa etiam aliqua reducuntur ad modos per ſe; ergo definitio veræ Eccleſiæ, & quattuor cauſæ illius, & proprietates, & propriæ operationes eiuſdem conueniunt illi per ſe, vnde erunt veræ, certæ, & neceſſariæ propoſitiones.

ex Metaphyſica. Probatur etiam ex metaphiſica ſic: Definitio ſemper conuenit definito, & conuertitur cum illo: Dicit enim eſſentiam rei; quæ a re ſeparari non poteſt: ideo vbi eſt eſſentia rei, ibi eſt res; vbi non eſt eſſentia, ibi neque res erit. Idem eſt de quattuor cauſis: Vnaquæque enim res conſtituitur per illas, ideo vbi ſunt cauſæ rei, ibi eſt res; & vbi illæ non ſunt; neque res ipſa erit: Similiter proprietates fluunt ab eſſentia. & conueniunt rei inſeparabiliter, & conuertibiliter; ergo vbi res eſt, & ipſæ erunt: Demum propria operatio rei eſt effectus proprius illius; cauſa autem probatur per effectum, & hic per cauſam, & vnum conſequitur aliud: ergo illa propoſitio, in qua definitio prædicatur de definito; vel cauſa rei de ipſa re; Vel propria paſſio de illo, cuius eſt paſſio; vel propria operatio de illo, cuius eſt operatio; erit vera, certa & neceſſaria; talis autem eſt iam dicta.

Cap. 9. De probatione minoris.

Ex Ariſt. lib. 1. & 2 Poſter. q̄ a ſenſu accipiatur cognitio in ſcientia, ideo ait deficiente vno ſenſu deficiſcna

MInor vtriuſque ſyllogiſmi debet probari per ſenſum, ordinariè loquendo; Ratio eſt, quia minor accipit terminum ſingularem; nempè hęc, vel illa Eccleſia, quæ modo eſt; & per ſe ſenſim probatur, an ſit; vbi ſit; a quo ſit; quæ ſint illius operationes; quæ accidentia illi conueniunt; an habeat hæc, vel illa ſigna: Sit exemplum; De Titio quæritur, an ſit ſanus, vel infirmus, virtuoſus, vel vitioſus; Res ita probabitur; Videndum eſt, quid ſit ſanitas, infirmitas, virtus, & vitium; & hoc cognoſcitur ab intellectu; deinde ſenſus obſeruat, an in Titio verificentur, quę ſanitati, vel infirmitati conueniunt; & ſic

certo

certo cognoſcitur, an ſit ſanus: Ita eſt de Eccleſia particulari: Si enim illa, quæ de vera Eccleſia in generali conſiderata ſacra Scriptura, & ratio certo docet, de Romana tantum verificantur; de alijs vero non; minor certo probata erit per ſenſum: ergo probatio minoris facienda eſt principaliter per ſenſum.

ſcientia, & ait cognitio ſingularium eſt à ſenſu. Senſus.n.eſt ſingularium, intellectus vniue ſalium.

Quod ſi quis dicat, Eccleſia non eſt res ſenſibilis, iam ſupra contrarium probatum e... ſenſui contrarium apparet: De Eccleſia enim Lutheri ſenſus docet quando inceperit; An modo ſit; Vbi ſit; Quid credat; quomodo ab Eccleſia Caluini differat; & alia huiuſmodi, idem de alijs.

Cap. 10. Prima probatio à nomine.

Senſus. Ratio.

NVnc eſt ſermo de Eccleſia Catholica, de qua in Symbolo Articolo nono. Dicitur Catholica; Hoc nomen conuenit Romanæ, quia dicitur Eccleſia Catholica communi nomine: Et fides illius dicitur Catholica: Et qui ſequuntur fidem illius, dicuntur Catholici: Et res concordat cum nomine, quia Catholici per vniuerſum orbem diſperſi ſunt; ſecus de hæreticis: Eccleſia etiam Catholica fuit ante Lutherum, & tempore Apoſtolorum, vt Symbolum docet: Hoc etiam nomen Eccleſia Lutheri valdè diſſonum eſt: Nunquid Lutherus Eccleſiam fundauit veram? Nunquid vera Eccleſia non eſt Chriſti, & ab illo ædificata?

Cap. 11. Secunda probatio à definitione.

Catec. num S. Aug. art. 9. nu. 2.

DEfinitio Catholicę Eccleſiæ eſt hæc: Eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus: Quæ definitio non conuenit Eccleſiæ hæreticorum; Soli autem Romanæ conuenit, quæ per uniuerſum orbem diſperſa eſt; Et tamen ſub eodem Romano Pontifice in eadem fide, & Euangelio vnita eſt: Hęretici autem nec dicuntur vnus populus, quia in diuerſas ſectas diuiſi ſunt, non habentes eamdem fidem; doctrinam; Euangelium; ideo nec genus, nec differentia conue-

nit

nit illis: quia nec vnus populus ſunt; neque per vniuerſum orbem diſperſi exiſtunt: Et vtrunque conuenit Eccleſiæ Romanę: Eſt enim vnus populus, &, per orbem diſperſus; eſt etiam populus fidelis, quia tum leges, tum magiſtratus à Chriſto datos acceptat; hæretici neutrum acceptant: Et hæc ſenſui manifeſta ſunt.

Cap. 12. Tertia probatio ab exiſtentia.

Ex Symb. Apoſt.

VEra Eccleſia à tempore Chriſti vſque ad finem mundi continuatam habet exiſtentiam; ſemper actu fuit; Semper eapem tum ſpecie, tum numero extitit; ſemper habuit eamdem fidem, idem Euangelium; eoſdem magiſtratus; demum omnia, quæ verę Eccleſiæ neceſſaria ſunt: Probatur per Symbolum Apoſtolorum, exiſtentiam huius Eccleſiæ in cunctis ſeculis vt certam de fide veritatem proponens: Probatur ex Euangelio dicente, Quod portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: Probatur ex illo dicto Chriſti; quod tum ipſe, tum Spiritus ſanctus in Eccleſia manebunt in æternum: Probatur, quia regnum Chriſti eſt ęternum: Vera autem Eccleſia eſt materia regni Chriſti; ideſt populus in hoc regno gubernatus: Impoſſibile eſt autem dari regnum ſine populo, qui legibus regni ſit gubernatus.

Hæretici non probāt de ſua Secta continuatam exiſtentiā.

Nunc videamus; cui Eccleſiæ hæc perpetua, & continuata exiſtentia conueniat: Si enim Eccleſia vera ſemper extitit; & ſemper ſenſibilis fuit; ergo per ſenſum debet probari hæc continuata illius exiſtentia: Dicere autem, quod Eccleſia ſit ignota, eſt recurrere ad tenebras, ne falſitas à luce detegatur: Conſideremus initium Eccleſię Lutheri; Illius exiſtentiam noua eſt; Non eſt in antiquitate: non in Traditione fundata; Vel enim Lutherani dicunt ſuam Eccleſiam ſemper fuiſſe; vel tantum in his duobus vltimis ſeculis: Si tantum in his ſeculis; ergo non eſt vera Eccleſia, quia hæc ſemper fuit. Si dicant ſemper fuiſſe; vel probant, vel non probant: Si non probant, ridicula eſt illorum affirmatio non probata: Si probant;

bant; examinemus hanc probationem: An ex Scriptura? Vtique nec verbum in ſcriptura de Luthero, & illius Eccleſia: An ex Traditione? At Lutherani negant Traditiones: An ex Patribus, ex Doctoribus, ex Hiſtorijs, & Scriptoribus? At nullus ſcriptor de illa aliquid dicit: At dicunt, tunc erat ignota: Ignotum, & dormientem adhibens teſtem: Quæro, an Eccleſia Lutheri ſit eadem modo, quæ erat ante ipſum: Si non eſt eadem; ergo tunc non erat: Si eſt eadem; vel nunc affirmatur ſenſibilis, vel non: Si non, contra, quia ſenſus aperti ſſime contrarium docet; deinde ſi eſt ignota, cur quod ignoratur, dicitur verum? Si eſt ſenſibilis; ergo ante Lutherũ talis erat: At hoc eſt falſum, quia de illa tunc nulla notitia habebatur: ergo falſa eſt, quia continuatam non habuit exiſtentiam.

De Eccleſia Romana probatur continuata exiſtentia.

De continuata exiſtentia Eccleſię Romanæ probationes plurimæ ſunt. Epiſtola ad Romanos, & Actus Apoſtolorum aperte illius initium docēt: De Cathedra S. Petri plurima ex varijs ſcriptoribus habentur: Catalogus Romanorum Pontificum diſtinctè traditus eſt: Scriptores multa de illa in cunctis ſeculis ſcribunt: Traditio idem tanquam certiſſimum de fide docet: Senſus docet hanc Eccleſiam ante Lutherum extitiſſe; Et de illius recenti initio nihil penitus dici: ergo habuit ſola continuatam exiſtentiam.

Si hæretici dicant; Nos impugnamus Romanæ Eccleſiæ continuatam exiſtentiam; quia ſucceſſio Romanorum Pontificum valdè interrupta apparet: Reſpondebitur, valdè diuerſa ratione conſiderari exiſtentiam regni, vel regum: Ita Eccleſiæ, vel Romanorum Pontificũ: Populus enim fidelis in interregno manet idem numero, in eadem fide, & profeſſione S. Euangelij: ſed Romanus Pontifex mutatur: Ideo exiſtentia numerica populi, etiam ſi Romanus Pontifex numero ſit mutatus, perſeuerat; Definitio enim Eccleſię, etiã in interregno, de illa verificatur; nempè quod ſit populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus. Continuata ergo ſemper fuit Eccleſiæ Catholicę eadem numero exiſtentia.

Addo, in cunctis ſeculis aliquid de exiſtentia Ec-

cleſiæ Catholicæ Romanæ ex ſcriptoribus haberi, & hoc ſufficit ad probandam continuatam illius exiſtentiam.

Tandem veritas tali ratione patebit: Certum eſt de fide, quod vera Eccleſia Catholica ſemper, & continuate, & in cunctis ſeculis fuit; ita enim Symbolum docet; ſed de nulla alia Eccleſia poteſt probari, quod ſemper fuerit, niſi de Romana: Græca enim Eccleſia nec eſt Catholica, nec ſemper fuit; Idem de Lutherana, & Caluiniſtica, vel alijs: ergo neceſſe eſt vel negare Eccleſiam ſemper extitiſſe; vel affirmare, quod ſola Eccleſia Romana vera eſt. Primum autem falſum, & contra fidem eſt; ergo ſecundum verum erit.

Cap. 13. *Quarta probatio ab efficiente.*

Matt. 16. CHriſtus dixit: Ædificabo Eccleſiam meam: Ergo cauſa efficiens Eccleſiæ eſt Chriſtus; ipſe illam acquiſiuit ſanguine ſuo: Efficiens autem eſt illud, quod rei dat exiſtentiam: ergo Eccleſia Catholica ſuam exiſtentiam accipit à Chriſto: Et fundata eſt in Apoſtolis; ergo Eccleſia tempore Apoſtolorum fuit; vt docet Symbolum: ergo Lutherus non fuit cauſa efficiens Eccleſiæ: ergo per Lutherum nihil de exiſtentia Eccleſię Catholicæ, vel mutatum, vel innouatum eſt, ergo poſt ipſum fuit eadem, quæ erat ante ipſum: Sed ante ipſum ſola Eccleſia Catholica Romana erat; & hęc ædificata eſt à Chriſto ſupra petram, & Apoſtolica nominatur: ergo Eccleſia Lutheri, vel nulla, vel falſa eſt: Romana vero veram habet Eccleſiæ cauſam efficientem.

Cap. 14. *Quinta probatio à forma vera Eccleſiæ.*

Ex libris Politic. & ex Metaphyſi. SIcut anima eſt forma corporis humani; ita Euangelium eſt forma Eccleſiæ: Omne enim regnum pro materia habet populum gubernatum; pro forma habet leges, & magiſtratus, in quibus ratio gubernatiua poſita eſt: Euangelium autem dat doctrinam, leges, & magiſtratus; Magiſtratus autem ab Euan-

Euangelio conſtituti ſunt: Romanus Pontifex; Epiſcopi; Sacerdotes; Diaconi; Prępoſiti; Doctores; & alij: Iſti autem magiſtratus in ſola Eccleſia Catholica Romana reperiuntur: Quæ etiam ſola accipit doctrinā, & fidem, & legem antiquam à Chriſto, & ab Apoſtolis traditam; & ob hoc Traditionem, quę eſt magiſtra antiquitatis acceptat, & veneratur: nihilque nouum circa S. Euangelium, & illius doctrinam profitetur ſe inuenire: Hæretici verò e contra faciunt: Magiſtratus negant; Doctrinam antiquam non acceptant; Formam regni Chriſti, non formam regni, ſed ſcholæ aſſignant: Schola enim eſt ad docendum; regnum ad gubernandum; gubernatio autem fit per magiſtratus; ergo modus gubernandi, quem hæretici in Eccleſia fingunt, nimis diſcordat ab Euāgelio; & Regno Chriſti conuenire non poteſt; quia magiſtratus à Chriſto inſtitutos non acceptant; & obedientiam illis negant; Legum obſeruantiam de medio tollunt; Opera non admittunt; Solam fidem, & verbi Dei prædicationem concedunt: Hic eſt modus, & forma, quo in regno Chriſti Eccleſia gubernata eſt? ergo non regnum, ſed ſchola eſt. *Seſſ 4. c. 1. Cat. art. 9. nu. 17.*

Cap. 15. Sexta probatio à materia.

ILle populus eſt fidelis, qui doctrinam, & leges, & magiſtratus à Chriſto inſtitutos acceptat, vt in omni regno terreno patet: ſed hęretici nec leges, nec magiſtratus, à Chriſto inſtitutos acceptant; quia negant neceſſitatem operum; & legum obſeruantiam; magiſtratus etiam non admittunt; & prędicant conſcientiæ libertatem; quæ omnia fidelitati ſubditorū repugnant: ergo hęreticis non conuenit, quod dicantur populus fidelis: E contra verò Eccleſia Catholica Romana leges, & magiſtratus à Chriſto inſtitutos acceptat, vt ſenſui patet; & prædicat neceſſitatem operum; & obſeruantiam legis; ergo hęc ſola vera Eccleſia eſt: Ratio autem ita poteſt ex Logica explicari. *Vſus communis.*

Vbi ſunt veri magiſtratus à Chriſto inſtituti, ibi eſt *Per ſenſū.*

vera Eccleſia;& è cõtra,vbi eſt vera Eccleſia,ibi ſunt dicti magiſtratus; ſed apud hęreticos non ſunt; apud Catholicos ſunt;vt patet de Romano Pontifice, de Epiſcopis, & alijs; ergo ſola Eccleſia Catholica Romana vera Eccleſia, & populus fidelis eſt.

Cap. 16. Septima probatio à fine.

ex Ariſt. 7. Politic. c. 13. & 15.

A Finali cauſa Eccleſiæ idem probatur: Veram.n. Eccleſiam ad aliquem finẽ ordinari neceſſe eſt: Diuina enim prouidẽtia omnia ordinat ad fines; multo magis Regnum Chriſti, & illius Eccleſiam ad finẽ ordinabit: Hic finis non poteſt eſſe alius, quam finis regni Chriſti; quia partes eſſentiales rei, vt hominis, eundem finem habent cum toto,vt homine. Finis autem Regni Chriſti eſt gloria Dei,& ſalus mundi, ſeu vita æterna: Ideo talis probatio fieri poteſt.

Seſſ.6.c.7. ibid.

Vera Eccleſia habet pro fine gloriam Dei,& vitam beatam.

Sed Eccleſia hæreticorum non habet hunc finem; Eccleſia vero Catholicorum habet; ergo hæc ſola vera Eccleſia eſt.

ex Miſſali, & Breuiario, & Rituali.

Probatur minor: Eccleſia Romana habet plurima ad cultum Dei pertinentia, veluti Sacrificium Miſſæ: Sacerdotium; Diuina officia; Sacramenta; Eccleſias; Altaria; Vaſa; Veſtes; Ritus; Cęremonias; Item opera pręcipit,quibus docet homines mereri vitam æternam;ergo habet finem dictum: E contra hæretici,Omnia dicta negant; Cultum Dei deſtruunt; nomen meriti non audiunt; ergo dictum finem non habent.

Cap. 17. Octaua probatio ab operatione finali.

S.Th.1.p. nu. 22. Ariſt. 7. Polit.c.13

OMne, quod ordinatur ad aliquem finem neceſſario debet habere aliquam operationem, qua finem conſequatur: Operatio enim finalis eſt medium ad finem obtinendum:ergo vera Eccleſia debet habere ſuam operationem finalem, quæ ad obtinendum finem proportionata ſit; Sed hæretici hanc negant

op-

operationem finalem; Catholici vero illam admittunt; & res patet ſenſui: Hæretici enim negant operum neceſſitatem, Solam fidem dicunt ſufficere ad ſalutem; ergo nulla eſt operatio finalis: Fides enim dat cognitionem finis, & mediorum: Finis autem non obtinetur per ſolam cognitionem; quis enim cognoſcet virtutem, & non erit virtuoſus; quis videt panem, & non ſatiatur ab illo; & nullus ſapiens dicit, quod finis per ſolam cognitionem obtineatur: ergo cum hæretici in ſuis Eccleſijs negent operationem finalem, non erunt veræ Eccleſiæ; e contra de Eccleſia Catholica Romana dicendum eſt: Omnia enim ordinata habet.

Cap. 18. Nona probatio à lege S. Euangelij.

OMnes legiſlatores pro fine habent ſuis legibus dirigere, & ordinare populos ad aliquem finem obtinendum: Et obſeruantia legum eſt medium, quo finis propoſitus obtinetur: Et ſtultus eſſet legiſlator, qui faceret legem abſque ea intentione, vt à populis obſeruata ſit; Si enim non vis obſeruari, cur facis legem? Et quis vnquam audiuit dari legem, quæ non obliget ad ſui obſeruantiam? Nonne lex dicta eſt à ligando? Quod ſi leges hominum obligant; quis dicet legem Dei non obligare? ergo Lex Chriſti non obligabit ad faciendum, quod illa præſcribit? ergo cultum Deo deſtinatū fruſtra lex Euangelij ordinabit? Quid magis ineptum & falſum dici poteſt, quam Chriſtū in regno ſuo permittere otium, & deſidiam, virtutem non præcipere, vitium non prohibere, & conſcientiæ permittere libertatem? Hæc hæretici falſo dicunt; Catholici contrarium affirmant: ergo Eccleſia Catholica vera eſt.

S. Th. 1. 2. q. 90. & ſeq.
Ariſt. 7. Polit. c. 13

Cap. 19. Decima probatio à ſacrificio Miſſæ, & Sacerdotio.

Probatio ab operatione finali.

HÆretici negant ſacrificium Miſſæ, item Sacerdotium in regno Chriſti; Regnum Chriſti eſſe

 ſine

ex lege veteri præcepto primo & alibi. vide Ari. 7. Politic. c.8.& ſeq. ſine ſacrificio? Si enim finis huius Regni eſt altiſſima gloria Dei: Et ſi ſacrificium eſt ſuper omnia medium accommodatum ad dãdam altiſſimam gloriam Deo, & ſi hoc ſacrificium à Deo in lege naturæ,& in lege ſcripta inſtitutum eſt: cur in lege noua admitti non debet? Chriſtus hoc obtulit ſacrificium; ergo in ſuo regno illud amouebit? Quis negabit iuſtum eſſe dari Sacerdotes, & perſonas ſacras, qui Deo publicum cultum exhibeant? Rectè igitur in vera Eccleſia iſta vt neceſſaria affirmantur: Et in ſola Eccleſia Catholica reperiuntur, Ideo ſola vera erit.

Cap. 20. Vndecima probatio à proprietatibus veræ Eccleſiæ.

Cath.ar.9. PRoprietates veræ Eccleſiæ ſunt: primo vna; ſecundo Catholica; tertio Apoſtolica; quarto Antiqua; quinto Perpetua; ſexto Viſibilis; & aliæ huiuſmodi: Quæ proprietates nulli Eccleſiæ hæreticorum conueniunt; Catholicæ autem propriæ ſunt.

Per ſensũ. Quæ enim vnitas eſt in Eccleſijs hæreticorum? An vnitas fidei? Quid magis alienum ab ipſis hac vnitate? Singuli, quod volunt, credunt: Nunquid eſt vnitas ſub aliquo magiſtratu? At magiſtratus negant: Eccleſia autem Catholica habet vnitatem fidei, & doctrinæ; Habet vnitatem in Romano Pontifice; Summa S. Euangelij eadem omnibus eſt.

Per ſensũ. Hæreticorum Eccleſiæ non ſunt Catholicæ, neque per vniuerſum orbem diſperſæ; Catholica autem & dicitur, & eſt talis.

Per ſensũ. Eccleſiæ hæreticorum non ſunt Apoſtolicæ, neque in Apoſtolis fundatæ: Si enim hoc eſſet, deberent hæretici hoc probare; Originem, durationem, continuationem declarare; Quod ſine traditione fieri non poteſt: E contra Eccleſia Catholica hoc facit; & per traditionem facit.

Per ſensũ. Eccleſia Lutheri non eſt antiqua; in præterito enim ſeculo initium habuit; nihil omnino de hac antiquitate probant: Traditionem negant; per quam antiquitas rectè probatur: Idem eſt de perpetuitate illius:

Et tamen ſi Regnum Chriſti eſt antiquum; & perpetuum, & in Apoſtolis inchoatum, & ita ſemper conſeruatum fuit; neceſſe eſt, quod Eccleſia ſit antiqua, & perpetua, ergo ſola Catholica Romana vera eſt.

Eccleſia Romana ſemper fuit viſibilis: Eccleſia Lutheri ſolum eſt viſibilis à tempore Lutheri, vſque modo; ergo ante Lutherum non erat. *Per ſenſū.*

Proprietates ergo veræ Eccleſiæ conueniunt Romanę, alijs verò non.

Cap. 21. 12. Probatio à virtute, & vitio.

VIrtus ſecundum naturam eſt valdè laudabilis, & valdè excellens; vitium è contra vituperabile; & homines virtuoſi ſunt eminentiores alijs. Populus autem fidelis debet ſupra alios omnes populos eminere: Hoc autem non poteſt fieri, niſi ex hoc, quod virtutem ſectetur, & vitia fugiat: At ſola Eccleſia Catholica Romana proponit virtutes, vt ſectandas, & vitia vt fugienda: Hæretici vero in ſuis Eccleſijs, nec virtutem, nec vitium norunt, dum negant opera virtutum; & ſolam infidelitatem dicant eſſe peccatum; ergo illorum Eccleſia indigna eſt regno Chriſti: Quis enim dicat, virtutes in regno Chriſti non eſſe? Vitia in hoc regno non prohiberi? ergo terrena regna ſunt nobiliora cæleſti? Quis non videt hanc doctrinam legi naturali, & rationi repugnare. *A legè naturali. Ariſt. in Polit. lib. 7. c. 13. 14. & 15.*

Cap. 22. 13. Probatio à præmio, & pæna.

OMnes populi præmio, & pæna ad virtutem impelluntur, & à vitio retrahuntur: Hæretici autem negantes virtutē, & vitium in regno Chriſti, præmiū, & pænam; meritum, & demeritū in illo negant; & ſic regnum Chriſti erit minus rectè gubernatum, quam regna humana, & terrena: hoc autem nimis abſurdū eſt: ergo in Eccleſia erit pręmium, & pæna, & ideo Catholica, in qua dicta reperiuntur vera Eccleſia erit. *Lex naturæ, lex ſcripta, lex, Euangelij.*

Cap. 23. 14. *Probatio à libero arbitrio.*

ducit ad impoſſibile. *Ariſt. 3. Ethic.*

MVlti hæretici negant liberum arbitrium in fidelibus. Vbi ergo virtus, & vitium? vbi meritum, & demeritũ? vbi præmium, & pęna? ergo iſta à regno Chriſti ſunt excludenda? Verum ſenſus contrarium docet: Homines enim ſua libertate poſſunt eſſe boni, & mali; fideles, & infideles; Nunquid Lutherani non poſſunt ad fidem Catholicam conuerti, & relinquere ſectam Lutheranam.

Cap. 24. 15. *Probatio à Communione Sanctorum.*

ex Symb. Apoſtol.

APoſtoli in Symbolo poſt Eccleſiam de Sanctorum Communione propoſuerunt; At hæretici illam negant: Omne enim commercium inter homines viatores, & beatos excludunt: Negant Sanctorum cultum, inuocationem, interceſſionem, auxilium; Negant rogare pro mortuis; Vbi eſt ergo Sanctorum Communio? Hoc modo regnum Chriſti diuiſum erit? Non erit vnus Paſtor, vnum ouile, vnus grex? In omni regno terreno hæc datur communio, & in Regno Chriſti non erit? Eccleſia ergo hæreticorum à Regno Chriſti diſſona eſt; Catholica vero cum illo concordat.

Ariſt. in Polit. per totum.

Cap. 25. 16. *Probatio ab operationibus Eccleſiæ veræ conuenientibus.*

Senſus. Experientia. Ratio. Authoritas.

VIginti operationes veræ Eccleſiæ conuenire ſupra explicatum eſt; & apertiſſimè apparet vana eſſe; Quæ omnes ſoli Eccleſiæ Catholicæ Romanę conuenire, ſenſus apertiſſimè docet, & ratio, & authoritas probat: Ipſa enim ſola a tempore Chriſti vſque modo circa verbum Dei, & illius ſignificationem, & rem ſignificatam, & ſummam S. Euangelij, & alia, fecit, quod in regno Chriſti fieri eſt neceſſe. Quod ſi hæretici moderni prætendunt, ſe aliquas facere ex illis operationes, illorum prætenſio vana

na eſt. Cum enim Eccleſia vera ſemper fuerit; Neceſſe eſt, quod ſemper fecerit operationes, quæ illi propriȩ ſunt: ergo ante Lutherum, & alios hæreticos vera Eccleſia erat, & operationes verȩ Eccleſiæ exercebat: ergo qui probat Eccleſiam Romanam modo dictas omnes operationes exercere, & illas in cunctis præteritis ſeculis exercuiſſe; iſte, vt ſic dicam, demonſtratiue probauit, quod ſola Eccleſia Romana vera Eccleſia eſt; aliæ verò falſȩ ſunt: Effectus enim proprius rei eſt certiſſimum medium ex Logica ad cauſam demonſtratiue comprobanda: Ita ex motu probatur motor; & ex vita, quæ eſt effectus animæ, probatur in corpore viuo animam eſſe, probatio autem ita fit.

Maior, Illa eſt vera Eccleſia, quæ modo, & in cunctis prȩteritis ſeculis habet, & habuit veram exiſtentiã, & veras operationes veræ Eccleſiȩ, non cuiuſcunque, ſed illius, quȩ Catholica eſt.

Minor pro negatiua; ſed Eccleſia, ſeu ſecta Lutheri, & cuiuſcunque alterius hȩretici modo non habet, nec ſemper in præteritis ſeculis habuit, veram exiſtentiam Eccleſiȩ Catholicȩ, & non exercet, nec exercuit veras operationes illius.

Minor pro affirmatiua; Sed Eccleſia Catholica Romana modo habet, & ſemper in præteritis ſeculis habuit veram exiſtentiam Eccleſiæ Catholicȩ, & ſemper exercuit, & modo exercet veras operationes illius.

Concluſio ergo Eccleſia Catholica Romana eſt uera, & Hæreticorum falſa:

Cap. 26. 17. Probatio maioris.

MAior tria de vera Eccleſia affirmat; primò, quod modo ſit, & ſemper fuerit; ſecundo, quod modo ſit, & ſemper fuerit Catholica, & hȩc duo ſuperius probata ſunt: tertio quod modo, & in cunctis ſeculis operatione veræ Eccleſiæ exercuerit; & hoc tertium modo probandum eſt: Probatur autem ſic.

Quȩcunque alicui rei per ſe conueniunt, illa dicuntur neceſſario, & inſeparabiliter conuenire; quæ enim

ſ uunt

fluunt ab eſſentia, non poſſunt ab illa ſeparari: ſed propriæ operationes rei conueniunt per ſe, & fluunt ab eſſentia illius; & impoſſibile eſt ab illa ſeparari; veluti a ſole non poteſt ſeparari illuminatio; ab igne calefactio, & motus ſurſum; ab homine intelligere, & velle; à virtuoſo operari ſecundum virtutem: Idem in alijs. Vnaquæque enim res per ſe, & ſecundũ quod ipſa ad proprium finem eſt ordinata; Ordinatur autem ad finem per propriam operationem; quæ operatio producitur ab eſſentia rei, ideo impoſſibile eſt proprias operationes a reipſa ſeparari; & ſi vera Eccleſia in cunctis ſeculis fuit, neceſſarium eſt dicere, quod in illis ſemper ſuas proprias effecerit operationes: Et confirmatur.

Vel Eccleſia vera ordinariè facit aliquam operationem; vel nullam: Si nullam: ergo non tendit in finem à Deo illi ordinatum: Tendere enim in finem per ſolam operationem fieri poteſt: Res autem, quæ non tendit in finem à Deo illi ordinatum, non bona, ſed mala res eſt; quia deficit a fine ſibi ordinato; Ideo ſi Eccleſia nullam exercet operationem; non meretur dici vera Eccleſia: Si facit operationes; vel facit illas, quę conueniunt ſuo fini; & iſtæ ſunt propriæ, & fluũt ab eſſentia rei: Vel facit diuerſas à fine ſuo; & tunc non eſt vera Eccleſia, quia non tendit in finem ſuum: ergo vera Eccleſia in cunctis ſeculis proprias exercuit operationes, quia aliter vera Eccleſia dici non poſſet, ideo maior vera, & certa eſt.

Cap. 27. 18. Probatio minoris.

Minor ſic probatur. Secta Lutheri nunc quidem habet exiſtentiam, & aliquo modo Eccleſia Lutheri dici poteſt: nihilominus in ſeculis præcedentibus non exiſtebat, & per conſequens vera Eccleſia eſſe non poteſt: Item ſecta Lutheri neque modo, neque antea habet, vel habuit exiſtentiam Eccleſiæ Catholicæ, quia non eſt diſperſa per vniuerſum orbem; neque in vllo ſeculo talis fuit: Item neque modo, neque antea operationes exercuit veræ Eccleſiæ

Catho-

Catholicæ; Imò illis contrarias ſemper fecit, vt probabitur, operationes, ergo minor negatiua per ſenſum manifeſta eſt.

Minor affirmatiua ſic probatur: Eccleſia Catholica Romana modo verè, & realiter habet exiſtentiam, vt ſenſus aperte docet: Habet ſola exiſtentiam Eccleſiæ Catholicæ; quia ſola per vniuerſum orbem diſperſa eſt; Modo etiam, vt patebit, facit omnes operationes, quæ verę Eccleſiæ Catholicæ conueniunt; Et hęc omnia de illa in cunctis pręcedentibus ſeculis verificantur; quod de nulla alia Eccleſia dici poteſt; ergo ipſa ſola vera Eccleſia eſt: Quod clarius etiam probandum erit.

Cap. 18. 19. Probatio à verbo Dei non ſcripto. & à Traditione.

PRima operatio veræ Eccleſiæ eſt acceptare verbũ Dei non ſcriptum; item diuinas Traditiones: Verbum enim Chriſti fuit non ſcriptum: Et per hoc verbum Euangelium Eccleſiæ traditum eſt: Et dicta remouere ab Eccleſia impium, & Chriſto iniurioſum eſt: At hæretici dicta negant; Eccleſia vero Romana illa recipit, ac veneratur: ergo ipſa ſola verę Eccleſiæ facit primam operationem. *Seſſ. 4. c. 1.*

Cap. 19 20. Probatio à verbo Dei ſcripto.

VEra Eccleſia tria circa verbum Dei ſcriptum facere debet: primo quidem determinare, quodnam ſit hoc verbum Dei ſcriptum, veluti, quis Textus Biblicus verus; qui libri veri; quæ traductiò vera, & tanquam authentica habenda; e contra quę falſa, vel pro non vera habenda ſit: ſecundo debet procurare veram intelligentiam, & interpretationem, & explicationem verbi Dei ſcripti, & non ſcripti; & hoc facere tum voce, tum ſcriptura: Sacra enim Scriptura, niſi bene intelligatur; non eſt magiſtra veritatis; tertio debet ex ſacra Scriptura, & ex illius vera intelligentia; item ex Traditione colligere veram & *Seſſ. 4. c. 1. & 2.* *Catech. in præf. & per totum.*

certam ſummam S. Euangelij, quod fidelibus obſeruandum proponat.

Hęc omnia Eccleſia Catholica Romana in cunctis præcedentibus ſeculis fecit, vt ex Scriptoribus apparet; veluti tempore Damaſi factū eſt: Vulgata etiam editio in Eccleſia vſu recepta, & approbata fuit; Doctores, & explicatores ſacræ Scripturæ multi fuerunt in illa; quorum ſcripta modo manent: Summa quoque S. Euangelij ab Eccleſia collecta eſt, de qua infra dicetur.

At hæretici nihil horum per multa ſecula, ſed neque modo fecerunt: Quid enim ſecta Lutheri ante Lutherum in Eccleſia fecit? Si non erat quid potuit operari? ergo ne Spiritus ſanctus tunc dormiebat, & Eccleſiam ſuam omnem veritatem circa verbū Dei, & illius ſignificationem, & rem ſignificatam non docebat?

Adhuc eccleſia, quę ante Lutherum erat, vel errabat in dictis; vel non errabat: Si errabat; ergo non erat vera Eccleſia; & ſic per tot ſecula ante Lutherū defecit Eccleſia, & Regnum Chriſti, & verum Euangelium; & Spiritus ſanctus non docebat Eccleſiam omnem veritatem; quæ omnia impoſſibilia ſunt: Si non errabat; ergo vera erant omnia, quæ illa docebat, & faciebat; ergo ſecta Lutheri eſt falſa, quia docet, & facit contraria his, quæ ab Eccleſia ante ipſum fiebant: ergo talis ſecta, & ſimiles illi falſæ ſunt.

Cap. 30. 21. Probatio à determinatione Euangelij.

Conc. Tr. per totum.

SI Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis, duo omnino facere pro tempore in cunctis ſeculis debet: Primo quidem veritates fidei determinare; Secundo hæreſes dictis veritatibus contrarias damnare, & anathematizare: Hæc autem omnia facit modo Eccleſia Catholica, vt manifeſtè in ſacro Concilio Tridentino apparet; In quo plurimæ fidei veritates determinantur, & oppoſitæ hæreſes damnantur: Idem in preteritis ſeculis factum eſt; Quis enim

enim damnauit hæreſim Arij? Sabellij? & aliorum hæreticorum, niſi Eccleſia Catholica Romana?

At Secta Lutheri hoc præſtat ne modo? aut ante Lutherum aliquando hoc fecit? Nonne ſectæ hæreticorum magis occupantur in impugnanda Doctrina Eccleſiæ Catholicæ, quam in veritatibus Euangelicis inquirendis?

Cap. 31. 22. Probatio ab interpretatione Scripturarum.

Vera Eccleſia debet maximè occupari in vera interpretatione verbi Dei; Ab hoc enim omnis Euangelica veritas deriuatur; Et neceſſe eſt, quod Eccleſia hoc ſemper fecerit: Et ſi, vt dictum eſt, non poteſt errare, neceſſe eſt dicere, quod illius interpretatio, & cæterorum vera ſit. Quod de Luthero dici non poteſt; quia priuilegium non errandi illi conceſſum non eſt: ergo interpretatio ſcripturę facta à Luthero non ſolum eſt incerta & dubia, ſed etiā falſa; quod etiam à ratione ita eſſe probatur. *Seſſ. 4. c. 2.*

Vera enim interpretatio, vt ſupra probatum eſt; debet fundari in ſenſu litterali, quando talis ſenſus non habet repugnantiam cum alia veritate, quæ magis nota ſit: Item quando locus ſcripturæ loquitur de re particulari: etiam ſi aliqua propoſitio generalis videatur illi contraria, propoſitio particularis maximi facienda eſt, quia eſt ex proprijs; vniuerſalis autem Topica eſt: Item cum propoſitio negatiua per ſcripturam probatur; ordinariè loquendo, debet afferri locus ſcripturæ, qui æquipolleat illi negatiuæ, & non arguere ab vniuerſalibus, quia hæc argumentatio topica eſt: Sed hæretici nihil horum faciunt, imò contrarium obſeruant: Eccleſia vero Romana ſemper, cum probat authoritate Scripturæ, non autem ſola traditione, affert locum ſcripturæ proprium, & in ſenſu litterali acceptum; Veluti de Sacramento Confirmationis, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, Extremæ Vnctionis; Ordinis, Item de alijs; Et illa interpretatio probatur conſona cum lege naturæ, ſcripta, cum intellectu.

tellectu, cum ſenſu, cum traditione, & alijs. Hæretici vero recedunt à ſenſu litterali ſine cauſa: Veluti dicunt, Eſt, accipi pro, Apparet; Et vt negent Sacerdotes non abſoluere à peccatis, varias fingunt diuerſiones: Ita ex illa vniuerſali propoſitione; Vnus eſt mediator Chriſtus; faciunt conſequentias; ergo nullus in Eccleſia eſt magiſtratus: Ita ad probandam hanc ſuã negatiuam: Extrema vnctio non eſt ſacramentum; non adducũt locum ſcripturæ; qui talem proferat negationem; Eccleſia vero affert locum S. Iacobi clarè iuxta ſuam concluſionem affirmantem: Quid ſi illam Epiſtolam, vt ipſis contrariam, negent? ergo Hæreticorum interpretatio falſa falſam ſectam declarabit.

Cap. 32. 23. Probatio à reformatione morum.

Concil. Tr. per totum. VEra Eccleſia debet ſemper reformationem morũ in populis procurare; Hoc facit, & fecit ſemper Eccleſia Romana, vt patet ex Concilio Tridentino, & alijs: Item debet obſeruantiam S. Euangelij procurare, quod fit: At hæretici contrarium faciunt: Prædicant conſcientiæ libertatem, otioſitatem, Nullum dicunt eſſe peccatum, niſi infidelitatem, Opera dicunt non eſſe neceſſaria: ergo Doctrina, & Eccleſia falſa eſt, quæ talia docet.

Cap. 33. 24. Probatio à Concilijs Generalibus.

Ex Actib. Apoſt. c. 5. ECcleſia vera in grauioribus determinandis opportune debet Concilia Generalia, ſicut fecerunt Apoſtoli, conuocare: Hoc facit, & fecit Romana: Hæretici Concilia negant.

Cap. 34. 25. Probatio à completa ſumma S. Euangelij.

Mat. vlt. IN vera Eccleſia completa ſumma S. Euangelij ſemper neceſſaria fuit; Et Chriſtus illam inſtituit, & Apoſtoli illam docuerunt, vt ſupra probatum eſt: Et hæc ſumma magis ex vſu per traditionem, quam

ex

ex ſcriptura accipi debet; Hæc autem ſumma completa à maioribus accepta eſt illa, quæ in Catechiſmo Romano propoſita eſt: Hanc, vt à maioribus acceptam Eccleſia Romana accipit; Hæretici illam non admittunt; ergo ſecta hæreticorum falſa eſt. *Cate. 1. in præfat. nu. 11.*

Cap. 35. 26. Probatio à conuerſione infidelium ad fidem.

ECcleſia vera debet procurare, vt infideles conuertantur ad fidem; Hoc facit Romana: Hæretici non: Iſti enim totos ſe in impugnanda Eccleſia Romana occupant; Ita vt manifeſtè appareat Spiritum ipſorum non eſſe ſpiritum veritatis, ſed contradictionis. *Ex Matt. & Marci c. vlt.*

Cap. 36. 27. Probatio ex diuino, & publico cultu.

ACtio Eccleſię principaliſſima eſt diuinus cultus publicus: Hic ab Eccleſia Romana in Miſſali, & Breuiario Romano ordinatur: & loca publica, tempora, ritus, cæremoniæ, vaſa, veſtes, & alia ab illa ordinata ſunt; per quæ diuinus cultus cum magnificentia à perſonis publicis celebratur: Hæretici vero hunc cultum omnino deſtruunt, vt alibi probatum eſt: ergo Eccleſia Romana eſt vera. *Ex Miſſali, & Breuiario.*

Cap. 37. 28. Probatio à Conſilijs Euangelicis.

CHriſtum dediſſe conſilia Euangelica dubium non eſt; quæ ſunt paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis: Et Eccleſia Romana hæc obſeruat in Clero ſeculari, & regulari; vnde ſunt tot ordines religioſorum; qui illa obſeruant; & impium, & hæreticum eſt dicere, nō eſſe obſeruanda; At hæretici illorum nolunt obſeruantiam; ergo non ſunt de vera Eccleſia. *ex Euang.*

Cap. 38. De probatione à ſignis.

NVnc à ſignis tentandum eſt probare, quęnam Eccleſia vera ſit: Multa autem ſunt ſigna; ſed hic aliqua proponentur.

Cap. 39. 29. Probatio à miraculis, & martyribus.

IN Catholica Eccleſia Romana plures fuiſſe martyres, ſacri Scriptores tradunt: Item in illa plura facta fuiſſe miracula; Item in illa plures fuiſſe ſanctitate inſignes: At iſta non poſſunt eſſe niſi in vera Eccleſia: Apud hæreticos autem talia non reperiuntur; ergo ſola Eccleſia Romana vera eſt.

Cap. 40. 30. Ab ordine, & magiſtratibus.

IN Eccleſia Romana maximus ordo reperitur; Summus enim magiſtratus eſt Romanus Pōtifex; ſub quo ſunt Patriarchę, & Archiepiſcopi; ſub iſtis Epiſcopi; ſub Epiſcopis ſunt Curati, & Sacerdotes, & Canonici; ſub quibus alij ordines conſtituti ſunt: Ordinata etiam diſtinctio temporum, & locorum, & actionum, & perſonarum, & officiorum, & rituum in illa ſunt: Demum omnia in illa ſunt bene ordinata: At Sectę hæreticorum omnia confuſa habent: Vnuſquiſque credit, viuit, operatur, vt ſibi placet: Sunt ſicut grex ſine paſtore; Vnuſquiſque ambulat in vijs ſuis: Quę regno Chriſti conuenire non poſſunt: Sectæ etiam hæreticorum potius Scholę, quam regnū dici debent.

Cap. 41. 31. Probatio à Romano Pontifice.

INfra probabitur Primatum Romani Pontificis eſſe de ſubſtantia regni Chriſti; At in ſola Eccleſia Romana reperitur; ergo ſola vera eſt.

Cap.

Cap. 42. 33. Probatio ex Logica.

QVod ſemel affirmatur de ſubſtantia verę Eccleſiæ ſemper debet affirmari de ſubſtantia illius; quia dum res manet eadem, impoſſibile eſt; q̃d ſubſtantia illius ſiue in totum, ſiue ex parte mutata ſit; mutata enim ſubſtantia, rem quoque mutari neceſſe eſt: Sed hęretici non poſſunt negare, quod Eccleſia Romana in primis ſeculis vera non fuerit; veluti tempore S. Syluestri, S. Damaſi. S. Ambroſij, S. Auguſtini, Concilij Nicęni, conſtat enim apud omnes, quod in illo ſeculo vera Eccleſia erat Catholica, Apoſtolica, Romana; & nulla alia erat tunc Eccleſia, quę vera dici poſſet, Quo ſuppoſito, multi enim hęretici hoc affirmant; & apud omnes Scriptores apertiſſimè conſtat; Ita vt hoc negare inſipientia apertiſſima ſit; Logicus ita procedit: Si conſtat Eccleſiam Catholicam quarti ſeculi iam dicti fuiſſe veram ſequitur neceſſario quod vera Eccleſia in præcedentibus, & in futuris ſeculis ſemper fuerit eadem tum ſpecie, tum numero cum illa; quia vera Eccleſia in cunctis ſeculis ſemper eadẽ eſt. Si ergo Catholici probant nunc Eccleſiam Catholicam Romanam eſſe eandem cum illa; probata erit illorum affirmatiua; ſi etiam probent ſectam Lutheri non eſſe eandem cum illa; clarè probatum erit, quod ſecta Lutheri vera Eccleſia non ſit: Idem de hæreticis: Si probant ſuam Eccleſiam eſſe eandem cum illa, & Romanam non eſſe eandem, probatio pro ipſis erit: Idem etiam procedet de primitiua Eccleſia, de qua multa clara ſunt.

Cum ergo apertiſſimè conſtet, quod Eccleſia quarti ſeculi Catholica, & vera, fuit ſola Romana, & nulla alia; Item per ſenſum modo apertiſſimè probetur, quod eadem ſit cum illa; E contra verò de ſectis hæreticorum per eundem ſenſum apertiſſimè probatum ſit, non eſſe eandem: videtur clarè probatum, quod Eccleſia Romana eſt vera; Hæreticorum falſa.

Probatur autem ſic: In illo ſeculo Eccleſia habebat S. Syluestrum, & S. Damaſum, & alios Romanos

Pontifices, qui vniuerſam Eccleſiam gubernabant: Tunc erant Epiſcopi, vt S. Ambroſius, S. Auguſtinus & alij, de quibus conſtat, quod in Concilio Niceno fuerunt: Erant tunc Sacerdotes, vt S. Hieronymus, & alij: Tunc in illo ſeculo offerebatur Sacrificium Miſſæ, & Sacerdotes abſoluebant a peccatis. Tunc concilia generalia fuerunt congregata: Et hęc ex ſcriptoribus clariſſimè conſtant: Cum ergo in hoc ſeculo ſenſus apertiſſimè doceat; Romanum Pontificē, Epiſcopos, Sacerdotes, & iam dicta ſolam Eccleſiam Romanam habere; item habere eandem cum illa doctrinam, & fidem; Cuius certiſſimum ſignum eſt. Quia ſacrum Concilium Tridentinum fidem Concilij Niceni in principio profeſſus eſt; Doctrinam quoque à Doctoribus, qui in illo ſeculo ſcripſerunt, acceptat: Textum quoque Biblicum in illo ſeculo approbatum admittit: Demum omnia ab illo ſeculo deriuata veneratur: Clarè ſequitur, quod eadem cum illa Eccleſia ſit: E contra Secta Lutheri non habet primatum Romani Pontificis; Non Epiſcopos: Non Sacerdotes: Non Concilia generalia; Non admittit Traditiones ab illo ſeculo deriuatas: Non credit Doctoribus, qui in illo ſeculo excelluerunt. Nouam doctrinam, nouam fidem, nouam ſcripturæ interpretationem proponit; ergo non eſt eadem Eccleſia cum illa, & per conſequens non eſt vera.

Cap. 43. Concluſio probationis.

SI ergo Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana habet veræ Eccleſiæ; primo nomen; ſecundo diffinitionem; tertio exiſtētiam; quarto quattuor cauſas; quinto proprietates; ſexto operationes, ſeptimo ſigna; Secta verò Lutheri nihil penitus horum habet; nec probat ſe habere; Et rationes illius apertè Sophiſticæ comprobantur: Concluſio ſequitur pro Catholicis, Quod Eccleſia Romana ſola ſit vera, hæreticorum falſa vt dictum eſt.

Cap.

Cap. 44. Proponuntur, & ſoluuntur argumenta hæreticorum.

VT ait Ariſtoteles, Probatio alia eſt ſcientifica, & certa: alia topica, & probabilis: Alia ſophiſtica, & apparens vera, ſed eſt falſa: Hinc fit, vt hæretici, non poſſint prætendere, ſe facere, vel feciſſe certas probationes: Topicæ enim, & Sophiſticæ nihil certi concludunt; Et expedit modo ex Logica probare, quod hæretici nec fecerunt, nec poſſunt facere certas probationes: Quod ita probatur.

Si hæretici volunt facere certam probationem, neceſſe eſt, quod ita procedant.

Maior. Ille populus, vel illa multitudo, cui conuenit, non quomodocunque, ſed per ſe, & proprie nomen; diffinitio, exiſtentia, eſſentia, efficiens, finis, proprietates, operationes finales, & ſigna veræ Eccleſiæ, eſt vera Eccleſia: Hæc eſt per ſe nota, quia ſicut aurum verum diſtinguitur ab alchimico, & falſo per illa, quæ dicta ſunt; ita per illa vera Eccleſia à falſa diſcerni poteſt: Si enim Simia ſe homini ſimilem fingat; tamen cum dicta, quæ homini conueniunt, de illa non verificentur; veluti non habet proprietates, operationes hominis, & alia, per dicta probabitur, quod non ſit homo, ſed fingat ſe hominem eſſe: Et ideo Ariſtoteles Sophiſtis dat ſtudium apparentię, non veritatis.

Minor. Sed Sectæ Lutheri conueniunt omnia iam dicta: Eccleſiæ verò Romanæ non conueniunt: ergo &c. Et hæc minor probanda eſt: Hæc autem probatio debet fieri potiſſimum per ſenſum tali ratione: Ex vna parte obſeruare, quænam Eccleſiæ primitiuæ, item Eccleſiæ quarti ſeculi, vt magis notæ conueniant; Item quænam ex qualitate Regni Chriſti veræ Eccleſiæ conuenire dicendum ſit: Ex alia parte obſeruare, an verè, & realiter, & per ſe ſectæ Lutheri conueniant: Si enim Secta Lutheri fingeret modo, quaſi ſimia Eccleſiæ Romanæ, ſe habere Sacerdotes, & Epiſcopos, & vnum Summum Pontificem, clarè

Digitized by Google

probaretur eſſe veluti aurum alchimicum, quod non à natura, ſed ab arte productum eſt: Cum ergo impoſſibile ſit, quod hęretici probent hanc minorem, ſequitur, quod certam probationem facere non poſſunt.

38 Sed neque topicam probationem ab illis fieri poſſibile eſt; quia in ſola apparentia ſuam probationē fundare poſſunt: Ideo ne hæc apparentia detegatur, dicunt Eccleſiam ignoram fuiſse, & eſse: & in tenebris, & ſuper re ignota ſuas fundant ratiocinationes. Aliqua hic ponam argumenta.

Primum, vbi eſt vera intelligentia Scripturarum, ibi eſt vera Eccleſia: Sed apud Lutherum fuit vera intelligētia ſcripturarum, ergo: conceditur maior, negatur minor: Nos enim dicimus Lutherum peſſime interpretatum eſſe ſcripturam; quia contra apertum ſenſum Eccleſiæ Catholicæ, & Sanctorum Patrum; & eſt impoſſibile, quod Lutherani probent cum certitudine fidei, quod Luthero datum ſit priuilegium non errandi: Idem de alijs hæreticis, vt ſuo loco ſupra probatum eſt, ergo argumentum nihil concludet.

Secundum, vera Eccleſia debet eſſe pura, ſine macula, atque peccato, & ſanos mores habere debet: Eccleſia Lutheri eſt talis; Romana non.

Ad maiorem ſic dicitur: Eccleſia poteſt conſiderari, primo per ſe, & ſecundum quod ipſa; ſecundo per accidens, & ſecundum quid ab extrinſeco adueniens; ſi conſideretur ſecundum quod ipſa, vt eſt Eccleſia Dei, tunc eſt ſine macula, & pura, carens omni peccato; & optimos habet mores: ſi autem conſideretur per accidens, & per illa, quæ extrinſecus, & ex accidenti illi conueniant; tunc in membris Eccleſiæ dicuntur eſſe peccata; quia Eccleſia comprehendit bonos, & malos: Mali autem in Eccleſia dupliciter conſiderantur; primo vt fideles veram fidem profitentes; & hoc modo accepti, ſunt per ſe membra Eccleſiæ, quæ eſſentialiter diffinitur, quod ſit populus fidelis, ſeu multitudo fidelium: ſecundo conſiderantur vt mali fideles; quia etſi veram fidem tenent, mores tamen non rectos habent; & hoc modo accepti per accidens pertinent ad Eccleſiam; Eccleſia enim per ſe, & ſecundum

cundùm quod ipſa ordinatur ad completam,& virtuoſam obſeruantiam S. Euangelij; nullo autem modo ordinatur ad tranſgreſſionem: Ita Eccleſia per ſe ordinat ſingulos fideles ad completam obſeruantiam Sancti Euangelij; quod ſi quis tranſgrediatur illud, cõtra intentionem Eccleſiæ eſt: Ideo fideles vt tales pertinent per ſe ad Eccleſiam; Boni fideles, tum vt fideles, tum vt boni per ſe pertinent ad Eccleſiam: quia Eccleſia per ſe ordinat homines, & membra ſua ad vtrunque. Mali vero fideles vt fideles per ſe pertinent ad Eccleſiam; vt verò mali ſunt, non pertinent ad Eccleſiam; quia neminem ordinat ad malum: Per accidens ergo dicetur, peccata eſſe in membris Eccleſiæ, quia contingit, quod fidelis malus ſit: Rem apertiſſimè declaro. Si muſicus canit; dicitur per ſe canere, quia operatur iuxta artem ſuam: Si vero muſicus ædificet; tunc muſico per accidens conuenit ædificatio; quia non vt muſicus ædificat: Ita homo per ſe, & ſecundum quod ipſe eſt rationalis, rectus, & bipes; ſed ſi quis homo ſit vitioſus, infirmus, demens, & claudus, tunc iſta non vt eſt homo; ſed per accidens illi conueniunt: Idem eſt in Eccleſia, fideles enim vt fideles, & vt boni, per ſe pertinent ad Eccleſiam; mali autem modo ſint fideles, ſunt quidem vt fideles, in Eccleſia; vt mali verò per accidens ad illam pertinent; nempè quia contingit, quod fideles mali ſunt: Eccleſia ergo per ſe, & ſecundum quod ipſa ſine macula eſt; per accidens autem zizania, & peccata ſunt permixta cum tritico; quia in fidelibus, qui mali ſunt, cum bona fide mala opera coniunguntur: Et ſic non repugnat, quod in agro ſeminatum ſit triticum; ſed per accidens zizania habeat.

Ariſtot. 2. Phyſ. tex. 50. & ſeq.

Ad minorem: Ridiculum eſt dicere, quod hæretici bonis moribus, Catholici malis ſint: Vtrique ſenſus de vtriſque iudicare poteſt: Hæretici nullum dicunt dari peccatum, niſi infidelitatem: Negant opera bona; Concedunt conſcientiæ libertatem; & alia iam dicta: Catholici prædicant obedientiam; legum obſeruantiam; cultum Dei, & alia multa: Obſer-

uantia quoque conſiliorum Euangelicorum in Clero, & religionibus reperitur: Ideo de populo Chriſtiano hæretici falſa confingunt.

Sed dato etiã aliquos eſſe malos, ob hoc non ſequitur, quod Eccleſia non ſit vera, quia in illa aliqui mali ſint; Sic Collegium Apoſtolorum erat verum, licet de numero illorum Iudas proditor eſſet; Ratio eſt, quia Chriſtus per Euãgelium non excludit à fidelibus viatoribus arbitrij libertatem; alias viatores non eſſent in ſtatu merendi, & demerendi; Ideo fideles poſſunt eſſe boni, & mali: Et ſi ſunt boni, hoc ſit per Euangelium; ſi mali per ſuam libertatem.

Tertium Argumentum eſt: Eccleſia Romana talis eſt per Romanum Pontificem; ſed ob duplicem cauſam modo Romani Pontifices legitimi non ſunt; & prima eſt, quia aliqui fuerunt mali, & non ſancti, ſicut primi: Alia quia circa electiones Romanorum Pontificum varia Schiſmata, & alia accidentia, & inconuenientia ſequuta ſunt: per quæ electiones illegitimæ fuerunt: Ideo ſi Romani Pontifices illegitimi ſunt; Eccleſia quoque Romana illegitima erit, & non vera.

Reſpondetur: primo aliud eſſe conſiderare, & loqui de populo, aliud de rege gubernante; populus enim idem numero perſeuerat; in regibus autem mutatio fit, & interregnum datur: ſecundo quattuor in Romano Pontifice conſiderantur, nempè primo poteſtas; ſecundo perſona, cui pro tempore talis poteſtas datur; tertio electio perſonæ, quæ pro tempore fit: quarto vſus acceptæ poteſtatis: Poteſtas ſemper eſt bona: Fuit à Chriſto inſtituta: Eſt de ſubſtantia regni Chriſti; & impoſſibile eſt, quod ab illo ſeparetur; ideo ſemper fuit, & eſt, & erit in illo: Perſona, quæ eligitur poteſt eſſe bona, & mala: Non priuatur libero arbitrio; Electio illius fit ab hominibus; excepta prima, quæ facta fuit à Chriſto in perſona S. Petri: Iſti electores etiam ipſi habent liberum arbitrium; & in hac electione poſſunt peccare; Ideo non eſt mirum, ſi aliquando Schiſmata, quæ tamen raro fuerunt, & alia inconuenientia ſequuta ſint: Neque

que tamen ſequitur ex hoc, quod dicta poteſtas à regno Chriſti ſublata ſit: De vſu poteſtatis idem dicendum; quod poſſit eſſe bonus,& malus,nec tamen ſi ſit malus, ſequitur deficere poteſtatem; ſicut Chriſtus de Scribis,& Phariſæis ſuper Cathedram Moyſi ſedẽtibus aperte declarauit: Quæ omnia in libro ſequenti fuſius explicata,& probata erunt. *Ariſt. 3. Perih.c.1.*

Primatus ergo Romani Pontificis, cum ſit de ſubſtantia regni Chriſti, ſemper in illo manet; & argumenta, quæ ab inconuenientibus accipiunt, non ſunt certa; quia inconuenientia accidentia quinti prædicabilis ſunt; ideo poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem; Peccata autem; & ſimilia talia accidentia ſunt; ideo nihil certi probant; Sed de hoc infra.

Cap. 45. De conſequentijs ex hac probatione faciendis.

EX facta probatione, quod Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana ſola vera ſit, reliquæ falſæ, tales debent fieri conſequentiæ: Quod ipſa non poſſit errare; Quod Spiritus ſanctus doceat illam omnem veritatem: Quod apud illam ſit verus Textus Biblicus; Vera intelligentia,& interpretatio ſcripturarum; verum Euangelium; vera & completa,& certa ſumma S. Euangelij: vera fides; vera doctrina; vera prędicatio; Quod ad ipſam ſpectet veritates fidei determinare,& hæreſes confutare; Quod veri magiſtratus; vera Sacramenta in illa ſint: Demum omnia, quæ illa facit,& docet veriſſima eſſe.

Contrarium de Sectis hæreticorum dici, neceſſe eſt; quia, vbi eſt falſa Eccleſia ibi quatenus falſa eſt,& à vera diſcordat, omnia falſa eſſe neceſſe eſt.

Hinc fit, vt per Eccleſiam veram veritas totius Euangelij comprobetur; ob hoc prius de illa, quam de S. Euangelio dicendum fuit.

ANNOTATIONES EX LOGICA,

Circa iam habitam de Eccleſia tractationem. *Cap. 46.*

Doct. Cathol. colligit omnia ſcibilia de Eccleſia.

VT Logicus clarius perſpiciat, quod Doctrina Catholica de Eccleſia iam propoſita in omnibus conſona ſit veritati, ſequentes poterit obſeruare annotationes.

Primo circa collectionem ſcibilium notabit, omnia ſcibilia, quæ, iuxta methodum Logicam, de Eccleſia erant conſideranda, complete, & diſtinctè fuiſſe collecta; illaque inter ſe omnimodam habere conſonantiam; item concordare cum lege naturali & ſcripta, & Euangelica; Item cum ſenſu, cum experientia, cum intellectu; nihilque in dicta doctrina diſſonum reperiri. De Eccleſia enim explicata ſunt, nomen, definitio, quattuor cauſæ, partes, proprietates, relationes, operationes, priuilegia, & ſigna: Explicata quoque ſunt decem illa ſuperius dicta, quę Metaphyſica de omnibus vult diſtinctè conſiderari; nempè finis, operatio finalis, principium productiuum, & applicatiuum dictæ operationis, cum alijs iam dictis: Hęc omnia hic collecta ſunt, & in doctrina ſacri Concilij, & Catechiſmi fundata fuerę; & hanc doctrinam omnes Catholici vnanimiter acceptant, vt patebit rem diligenter conſideranti; quę omnia certæ veritatis ſigna ſunt.

Hac collectio conſonat cum omni veritate.

Doctrina negatiua non colligit ſcibilia.

Circa eandem collectionem ſcibilium notabit Logicus, an hæretici idem faciant, & an omnia ſcibilia de Eccleſia colligant, & quid circa hoc præſtent: Cũ autem certum ſit, omnia ſcibilia de propoſita re doctrinam conſtituere affirmatiuam, nomen enim definitio, cauſæ, proprietates, partes, & alia; Item finis, operatio finalis de re, cui conueniunt, non negatiuè, ſed affirmatiuè prædicantur; certum etiam erit, quod doctri-

doctrina negatiua de Eccleſia non colligit, quæ de illa ſcibilia ſunt: Notabit, doctrinam hæreticorum ferè totam eſſe negatiuam; ſtudent enim negare omnia, quæ doctrina Catholica de Eccleſia docet; veluti Eccleſia non habet ſacrificium, non Sacerdotium, non Magiſtratus, non Sacramenta, non templa, non ritus, non cæremonias, non abſoluit à peccatis; opera in illa non ſunt neceſſaria, & alia multa, quę negatiua ſunt: Ideo hæc doctrina negatiua nihili facienda eſt; niſi conſtet, quod in affirmatiua fundata ſit: Omnis enim doctrina, & probatio negatiua ſemper, ut Ariſtoteles, & experientia docet, in affirmatiua fundari debet; quia ex puris negatiuis nulla argumentatio fit: Logicus ergo veritatis indagator doctrinam hæreticorum omittens negatiuam, ad conſiderandam affirmatiuam ſe conferet.

Doctrina hæreticorū ferè tota negatiua.

Hæretici de Eccleſia variā & contrariam doctrinā tradunt.

Notabit, innumerabiles eſſe Sectas hęreticorum, ſed ponatur has eſſe principales; Lutherana, Caluiniſtica, ſeu prætenſa reformata, vt dici ſolet: Notetur, an iſtæ Sectæ de Eccleſia eandem tradant doctrinam affirmatiuam, an vero diuerſam, & contrariam, & contradictoriam: Et per ſenſum euidentur inueniet, eſſe contradictoriam: Examinet, an omnes hæretici eiuſdem Sectæ idem dicant de Eccleſia, & ſenſus apertè docebit varia nimis ab illis affirmari: Examinet an omnes Sectæ iam dictæ in vnum collectę poſſint conſtituere vnam Eccleſiam; & apparebit, quod non, quia fides, & doctrina Eccleſię vna eſſe debet, & veritas vna eſt: Examinet, an vna Secta poſſit eſſe vera Eccleſia cum tanta varietate doctrinæ, & inueniet, quod non, quia fides, & vera doctrina vna eſt. Examinet, an vna Secta poſſit probare, quod ipſa ſit vera Eccleſia, & quod ſua doctrina ſit vera: aliarum vero Eccleſiarum ſit falſa; & inueniet quod non, quia non eſt maior ratio de vna, quam de alia: Examinet, an aliqua Secta colligat, & explicet omnia, quæ de Eccleſia ſcibilia ſunt, & inueniet nullam hoc facere, quod ſi faciat, omnia inter ſe diſſona eſſe.

Oēs hæretici nō poſſūt facere vnam Eccleſiā. Nulla Secta poteſt probare, quod ſit vera Eccleſia.

Pauca affirmat de Eccleſia.

Notabit hæreticos quattuor de Eccleſia affirmare; Primo verbum Dei; Secundo miniſtros verbi Dei;

Tertio veram fidem; Quarto homines dictam fidem amplectentes: Et quælibet Secta in ſua Eccleſia ſola dicit, hæc quatuor eſſe vera, in alijs eſſe falſa; ex quo apparet, apud hæreticos nihil certi haberi, neque de Eccleſia, neque de doctrina illius.

Male de fine illius loquũtur. Examinet Logicus, quid hæretici dicant de fine Eccleſiæ; ſi dicant Fidem; Contra Fides non eſt finis, ſed medium ad finem; tradit enim cognitionem, & doctrinam reuelatam de fine, & de med jsad illum obtinendum: Si dicant, vt neceſſe eſt dicere, finis Eccleſię eſt gloria Dei, & vita æterna hominum: bene dictum erit, & cum Catholicis in fine ſtatuendo conuenient.

Male de operatione finali. Modo de operatione finali quæratur: Vel dicunt, hunc finem per aliquam operationem eſſe obtinendum, vel per nullam. Si dicant nullam; Logicus de hac inſipientia ridebit, quia omnes eſſe impoſſibile affirmant, quod finis ſine operatione finali obtineatur: Si dicant aliquam; aſſignent, quænam ſit illa: Si dicant fidem: Contra quia ſola cognitio finis non facit conſequi finem; veluti cognitio ſanitatis, immò & medicinæ non facit conſequi ſanitatem; ſola autem fides ſine operibus conſiderata dat cognitionem tum finis, tum mediorum; ideo præter fidem alia operatio neceſſaria eſt. Lex enim Euangelij Eccleſiæ tria

1.2.q.90. & ſeq. Ariſt.7. Polit.c.13 præſcribere debet, quæ ſunt, Finis, Media, & bonus vſus mediorum; quia omnes leges hoc præſtant: cognitio autem horum trium habetur per fidem; ſed hoc non ſufficit ad propoſitum finem obtinendum: Si dicant præter fidem alia opera ſunt neceſſaria, explicent quænam ſint iſta opera, & non poterunt alia dicere, niſi illa, quæ à lege Dei præſcripta ſunt: ideo obſeruantia legis Dei neceſſaria erit; & opera, quæ illa præſcribit ad obtinendum finem neceſſaria erunt; omnis enim legiſlator primo finem proponit; ſecundo actiones præſcribit, ſeu media, per quas dictus finis obtineatur; Obſeruantia ergo S. Euangelij actio finalis erit, & ad finem, quem illa pręſcribit, obtinendum neceſſaria.

Male de cultu Dei Examinabit, an cultus Dei publicus, & magnificus

ad

ad dandam Deo gloriam, item an ſacrificium, an ſacerdotium, an templa, & altaria, & vaſa, & veſtes, & tempora, & loca, & ritus, ac cæremoniæ ad hunc cultum rectè, dignè, & magnificè peragendum ſit actio finalis congrua fini, & in Eccleſia ſtatuenda, Et omnibus conſideratis inueniet, omnino neceſſaria eſſe, nec poſſe Eccleſiam rectè conſtitui ſine illis; Idem de merito erit.

Idem erit de principio productiuo dicti cultus, & meriti, quod eſt gratia, & virtutes infuſæ, de quibus ſupra dictum eſt. *Male de medijs.*

Cum ergo circa dicta media neceſſaria hęretici nõ tradant doctrinam affirmatiuam neceſſariam; & vndique conſonam; Logicus concludet, circa collectionem ſcibilium de Eccleſia, hæreticos admodum diminute, & varie, & dubie, & contraria, atque indigna loqui. ideo illorum doctrinam de Eccleſia eſſe omnino reijciendam, & Catholicam amplectendam.

Habita diſcuſſione de collectione ſcibilium, Logicus ad examinandas probationes ſe conferet; primo autem examinabit probationes Catholicorum; ſecundo Hæreticorum.

Notabit Concluſiones probandas eſſe duas principales: Vna eſt de Eccleſia in generali conſiderata, abſtrahendo à conditionibus indiuiduantibus, nempè a Lutherana, Caluiniſtica, & alia quacunque, quæ modo ſit, vel alias fuerit: Alia eſt de Eccleſia particulari modo conſiderata, veluti an Eccleſia Romana, vel Lutherana, vel Caluiniſtica, vel prætenſa reformata, vt dicitur, vera Eccleſia ſit: Vtraque enim concluſio probari debet. *Concluſiones probanda de Eccleſia.*

Prima concluſio habet pro ſubiecto Eccleſiam in generali conſideratam; prædicata vero illius plurima ſunt, quæ ad ſequentia capita reduci poſſunt: Primum nomina; Secundum relationes ſubſtantiales; Tertium diffinitiones; Quartum fines; Quintum materiam, & partes illius; Sextum efficiens; Septimum proprietates; Octauum operationes; Nonum priuilegia; Decimum ſigna; Vndecimum Communio Sanctorum, item continuata exiſtentia, & alia ſimilia. *Explicatur prima concluſio probanda.*

Nomi-

Nomina ſunt, Eccleſia, Catholica, Apoſtolica, Romana.

Relationes ſunt, prima ad Chriſtum caput; ſecunda ad Spiritum ſanctum, à quo viuificatur, & docetur; tertia ad regnum Chriſti, cuius eſt pars: quarta ad Euangelium, quod eſt forma illius; quinta ad partes principales; ſexta ad Romanum Pontificem viſibile caput; ſeptima ad omnes fideles, qui ſunt membra illius.

Definitiones ſunt tot, quot dictæ relationes.

Finis ſunt gloria Dei, & vita æterna.

Operationes finales ſunt cultus Dei, & meritum vitæ æternæ, vel aliæ, vt ſupra dictum eſt.

Proprietates, priuilegia, ſigna, operationes Eccleſię ſuperius enumeratæ, & explicatæ ſunt.

Hæc omnia prædicata Doctrina Catholica colligit in prima concluſione.

De his omnibus à Catholicis de Eccleſia facienda eſt probatio.

Media pro Catholica probatione Hæc probatio fit per quattuor media, quæ ſunt; primum verbum Dei ſcriptum, & non ſcriptum: ſecundum lex naturalis; tertium intellectus, quartum ipſemet ſenſus

Verbũ Dei. Verbum Dei plurima dicit de Eccleſia, quibus probantur dicta. Dicit plurima de regno Chriſti, quæ neceſſario Eccleſiæ conueniunt.

Lex natura. Lex naturæ plurima docet de ſocietate, de ciuitate, de regno, de legibus, de magiſtratibus, de ſacrificio, de Sacerdotio, de cultu Dei, de legum obſeruantia, de commercio & communione inter partes regni, demũ de populo gubernato, & alijs, per quæ poſſunt multa probari de Eccleſia, quæ eſt populus à Chriſto gubernatus in regno ſuo.

Intellectus Intellectus per lumẽ naturale, per Logicam, & Metaphyſicam, item per Ethicam, & Politicam habet regulas, & principia per ſe nota, quibus multa probet de regno, & de populo gubernato.

Senſus. Senſus duo habet potiſſima media ad dicta probanda; Vnum eſt obſeruare, quænam ſit, & fuerit in toto orbe terrarum de regno, & de populo illius ſub-

ſtan-

ſtantialis gubernatio: Secundum eſt notare à parte rei, quænam modo ſit, & in cunctis præteritis ſeculis fuerit Regni Chriſti, & Eccleſiæ gubernatio.

His quattuor medijs ſit primæ concluſionis à Catholicis probatio.

Notandum eſt, Probationem dictam ex Logica ita faciendam; primo de regno Chriſti debet haberi completa tractatio, atque probatio, explicando nomen, definitionem, quattuor cauſas, relationes ſubſtantiales, proprietates, partes, operationes, priuilegia, ſigna, & alia huiuſmodi: Hæc enim per verbum Dei, per vetus, & nouum teſtamentum; per legem naturæ, per lumen naturale; per intellectum, & ſenſum probari poſſunt de illo; quia omnibus notum eſt, quænam ſit regni natura, atque ſubſtantia, & item quænam ſit in illo populi gubernatio: Dicta igitur de regno Chriſti primo probanda ſunt. *Modus probandi.* *Prima probatio de regno Chriſti*

Qua facta probatione, omnia, quæ de regno Chriſti probata fuere, iuxta Logicam, erunt optimum, & certum medium ad omnes dictas concluſiones de Eccleſia probandas; quia quidquid conueniet regno Chriſti, omnino conueniet Eccleſiæ, & populo in illo gubernato: Quidquid enim eſt in regno omnino illud eſſe debet in populo gubernato: Ita Ariſtoteles, & alij omnes affirmant; ita ſenſus ipſe apertiſſimè docet: populus enim in regno gubernatus habet reges, habet leges, habet magiſtratus, habet ſacrificium, Sacerdotium, & demum omnia, quæ in regno ſunt. *Secunda probatio de Eccleſia in generali conſiderata.*

Hæc eſt legitima probatio, quæ à Catholicis fit.

Nunc Logicus examinabit, quænam ſint prædicata affirmatiua, quæ ab hæreticis in hac prima concluſione colliguntur; & examinabit probationes, quas ipſi faciunt; & apertiſſimè inueniet, pauca admodum ab illis proferri affirmatiua; illaque dubia, & incerta, & incompleta, & non probata: Vnde concludet Doctrinam Catholicam de Eccleſia in generali conſiderata hic explicatam eſſe veram, & certo probatam. *Prima concluſio ab hæreticis male poſita, & probata.*

Hac prima ſuppoſita probatione, Logicus ſe accinget *2. Conclu.*

ſio de Eccleſia in particulari conſiderata. cinget ad probationem ſecundę concluſionis examinandam.

Notabit duplicem eſſe in qualibet Eccleſia concluſionem; Vna eſt affirmatiua de ſua Eccleſia, altera negatiua de alijs; veluti Catholici dicunt, Eccleſia Romana eſt vera, aliæ falſæ.

Notabit regulam Logicam eſſe, vt primo probetur affirmatiua, poſtea per illam negatiua.

Explicatur concluſio. Examinabit Logicus concluſionem probandam; Nunc enim non quæritur; An vera Eccleſia ſit; & an ſemper fuerit; Hoc enim ſupponitur eſſe: Neque quæritur, an modo Eccleſia Romana, Lutherana, & Caluiniſtica ſint: Hoc enim per ſenſum certum eſt eſſe, & notum eſt etiam vbi ſint: Sed modo queritur, quęnam harum Eccleſiarum vera ſit: Non quęritur etiam, an omnes dictę Eccleſiæ ſint, vel eſſe poſſunt verę; ſed ſupponitur, quod una tantum poſſit eſſe uera, & quęritur, quęnam ſit: Item non quęritur, quid ſit Eccleſia Romana, & Lutherana, & Caluiniſtica, quia iſta nota ſunt; Patet enim quę ſit fides, & doctrina, & opera illarum; Item ſupponitur, quod omnino una ex Eccleſijs, quę modo ſunt, debeat dici uera, quia ſemper uera Eccleſia eſt.

Subiectum Subiectum ergo concluſionis eſt una ex quatuor iă dictis Eccleſijs, Romana, Lutherana, Caluiniſtica, uel dicta prætenſa reformata, ſi diſtinguitur ab illis: Prædicatum erit, Vera Eccleſia: Queritur enim an talis Eccleſia ſit uera Eccleſia.

Traditio eſt optimŭ mediŭ ad probandŭ. Notabit, Eccleſiam Romanam probare ſe eſſe uerā Eccleſiam per Traditionem, & hæc probatio optima, & certiſſima eſt: Sed quia hęretici negant hanc Traditionem, aliud medium, ex Logica illis proponere utiliſſimum eſt.

Vă diffinitio ſubiecti, & prædicati. Logica ergo docet, aſſignandam eſſe diffinitionem tum ſubiecti, tum prędicati, & ex utraque certam probationem eſſe faciēdam: Si enim diffiniatur, quid ſit uera Eccleſia; & item quid ſint Eccleſię iam dictę ſingillatim conſideratę, ſtatim apparebit, quod illa erit uera Eccleſia, in qua, & de qua omnia uerifican-

tur,

tur, quæ veræ Eccleſiæ conueniunt; & illę non erunt veræ; quibus dicta non conuenire notum eſt. ſenſus autem certiſſimum faciet, an huic, vel illi omnia conueniant: Demus enim, quod de ſubſtantia regni Chriſti;& veræ Eccleſię ſit ſacrificium Miſſæ: & Primatus Romani Pontificis; Vtique.cum ſenſus aperuiſſime probet,iam dicta in ſola Eccleſia Romana reperiri,per illa erit certo probatum, quod illa ſola vera Eccleſia ſit.

Nunc Logicus diffinitiones ſubiecti examinabit.

Diffinitio Eccleſiæ Romanæ. Eccleſia Romana ſic diffinitur: eſt illa, de qua Chriſtus dixit, ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: Vel ſic; Eſt illa, quę in Cathedra S. Petri firmata eſt, iuxta illud Chriſti; Super Cathedram Moyſi,&c. Vel ſic: Eſt illa, quæ à Romano Pontifice gubernatur.

Diffinitio Lutheranæ. Eccleſia Lutherana ſic diffinietur: Eſt illa, quę doctrinæ Lutheri adhæret: Alia differentia ſpecifica non poteſt excogitari.

Caluiniſtica diffinitio. Eccleſia Caluiniſtica ſic; Eſt illa,quæ Caluini amplectitur doctrinam. Ita Eccleſia Arriana; & Pelagiana dicitur;quæ doctrinam Arij,& Pelagij Amplexa eſt.

Diffinitio veræ Eccleſiæ in generali conſiderata. Nunc diffinitio tradatur veræ Eccleſię: Vera Eccleſia eſt illa,quam Chriſtus à parte rei ædificauit, & in ęternum illam ſtabiliuit: Vel clarius ſic; Eſt illa, in qua Chriſtus determinauit, & ſtabiliuit nomen. Definitionem,Exiſtentiam,quattuor cauſas,relationes eſſentiales partes,proprietates, operationes,priuilegia, & ſigna: Hęc enim omnia à quolibet agente in prima rei productione determinantur; & dum manet res, ſemper,& neceſſario in illa perſeuerant,quia per ſe illi conueniunt: Definitio ergo verę Eccleſię duo omnino dicit,quæ ſunt.

Primum quod initium ſuę exiſtentię cum omnibus dictis à Chriſto acceperit, quia ipſe ſuam Eccleſiam ędificauit.

Secundum eſt, quod eadem numero exiſtentia à Chriſto cum omnibus dictis inchoata, abſque vlla in ſubſtantialibus varietate, continuatę per cuncta

ſecula

ſecula vſque ad finem mundi, vel in ęternum perſeuerat. Vbi hęc duo reperiuntur, abſque dubio vera Eccleſia erit.

Nunc Logicus ex dictis examinabit modum certā faciendi probationem.

Modus probandi. Modus talis erit: Illa Eccleſia, quę probat tria de ſua Eccleſia, ſeu de ſeipſa, probauit ſe veram Eccleſiā eſſe: Tria autem ſunt hæc.

Primo debet probare, quod Chriſtus ſuam Eccleſiam cum tali materia, forma, fine; Item proprietatibus, priuilegijs, ſignis, magiſtratibus, & alijs ędificauit, fundauit, ſtabiliuit.

Secundo, quod præſens Eccleſia, quæ intendit probare ſe eſſe veram, modo verè, & realiter habet omnia dicta, quę Chriſtus Eccleſiæ ſuę in prima illius contulit fundatione, & productione.

Tertio quod dicta omnia, non ſolum in præſenti habet, ſed etiam, quod in omnibus ante actis ſeculis illa integrè habuit; & ideo, quod à tempore Chriſti vſque ad præſens continua ſucceſſione cum omnibus dictis permanſit: Vera enim Eccleſiā ſemper fuit, & cū ſubſtantialibus ſuis.

Hic eſt modus probandi, quænam Eccleſia vera ſit; Ideo illa Eccleſia, quæ cum certitudine poteſt probare dicta tria, vera Eccleſia erit; quæ autem non poteſt cum certitudine probare, vera non erit.

Probatio Catholicorum. Nunc Logicus, examinabit probationem Eccleſiæ Romanæ, quæ dicta tria apertiſſimè probat.

Primum, & ſecundum probat ſic, Chriſtus in ſua Eccleſia inſtituit primatum Romani Pontificis, Apoſtolos, Epiſcopos, Diſcipulos, Sacerdotes, Sacrificium, Sacerdotium, Sacramenta, remiſſionem peccatorum, legem Decalogi confirmauit; & alia; vt ex ſcriptura probatur: At ſenſus apertiſſimè docet, hęc omnia in ſola Eccleſia Romana reperiri; ergo primum de illa ſola verificatur, atque probatur.

Tertium probat per traditionem, Hæc enim eſt magiſtra antiquitatis: Sanctus enim Petrus primus in Cathedra Romana ſedit; Poſt illum ſucceſſiue alij Romani Pontifices pro tempore ſucceſſerunt: De quibus

quibus diſtinctè Cathalogus effectus eſt; Et nullum fuit ſeculum, in quo aliqui Romani Pontifices, & Epiſcopi, & Sacerdotes; Ita Sacrificium Miſſæ, Sacerdotium, & Sacramenta, aliaque multa non fuerint.

Ecce quam rectè, & apertè ab Eccleſia Romana dicta tria probentur.

Quod ſi hæretici dicant; In electione Pontificum varia ſchiſmata contigerunt; Reſpondetur: Aliud eſſe Romanam Eccleſiam, hæc enim ſemper eadem manet: Aliud Primatum Romani Pontificis; in quo etiam duo conſiderantur, nempè Cathedra, ſeu primatus, & perſona, quę ſedet in illa: Cathedra ſemper eadem manet; perſona autem variatur, iuxta illud Chriſti, Super Cathedram Moyſi, &c. Sed de hoc infra. *Soluuntur obiectiones*

Si dicant Cathalogus Romanorum Pontificũ multas patitur difficultates, Reſpondetur, In moralibus, & in ſucceſſione, quæ fit in Magiſtratibus, res, & euentus non ita minutatim, vt ſic dicam, ſunt inſpiciendæ, ſed ſub quadam generalitate conſiderandæ; Ita ſapientes, & experientia docent; Demum hæretici nec minimam partem continuationis, quæ à Catholicis fit, vt dicetur, afferre poſſunt.

Nunc Logicus debet examinare; An hæretici dicta tria probent, & probare poſſint; & videbit, apud ipſos nullum eſſe medium, vt dicta probent. *Examinatur probatio hæreticorum.*

Sacra enim Scriptura nihil omnino dicit de dictis Eccleſijs; Quod ſi vtantur aliquo loco communi, ille locus omni Eccleſiæ poterit conuenire, ideo nihil omnino probabit de ſua in particulari conſiderata. *Nõ probãt ſcriptura.*

Primum ergo non poſſunt probare, quia Eccleſię hæreticorum non concordãt cum primitiua Eccleſia, quæ habuit Apoſtolos, Epiſcopos, & alia, quæ ipſi non habent.

Neque poſſunt probare, quod illorum Eccleſiæ habeant illa omnia, quæ regno Chriſti conueniunt.

Impoſſibile eſt etiam, quod nouæ ſectæ hæreticorũ probent continuatam exiſtentiam ſuæ Eccleſiæ in cunctis pręcedentibus ſeculis, alio modo quam per Traditionem; At ipſi illam negant, deinde hæc tra- *Nõ probãt traditione.*

Digitized by Google

ditio contra illos eſt, & apertiſſimè Eccleſiæ Romanæ fauet, illamque probat eſſe veram.

Notabit Hæreticos, vt hanc continuationem de ſua Eccleſia probent, fingere, quod in præteritis ſeculis aliquando fuerit ignota, vt videtur fuiſſe tempore Arij: ſed hoc nihil omnino probat: tum quia in modico tempore, & ex accidenti id fuit; ſi tamen fuit; quia nunquam videtur aſſerendum, quod non fuerit cum ſit ciuitas ſupra montem poſita, Tum quia hoc eſſe ignotum nihil probat; medium enim ut probet; ſemper debet eſſe notius concluſione: At hęretici vtuntur medio ignoto ad probandum æque ignotum: Hoc etiam medium poteſt tum Ario, tum omnibus hęreticis, & illorum ſectis deſeruire: Deinde hæretici non ſibijpſis conſtant: Ex vna enim parte volunt, quod vera Eccleſia, per plurima ſecula fuerit ignota, cum loquuntur de ſua; Cum vero de Romana ſermonem habent, ſi quid minimum dubietatis in illius continuatione inueniunt, attollunt voces, exclamant, illã eſſe deletam pronunciant. Cur, quod ſibi arrogant de ſeculis; Eccleſię Romanę non concedunt de annis, vel de diebus?

detegitur falſum medium.

Notabit, quænam gubernatio ſit in ſectis hæreticorum, & videbit nullo modo poſſe conuenire regno Chriſti, quia potius ſcholæ, quam regni eſſentiam habent.

Notabit omnia media, quibus Lutherani probant ſuam ſectam eſſe veram, poſſe etiam conuenire, Arianis, Caluiniſtis, & omnibus alijs.

Oĩa hæreticorum media cõia.

Notabit medium potiſſimum, quo dictæ ſectæ nituntur probare, quod ſua Eccleſia vera ſit, eſt hoc: Vbi eſt vera doctrina, & vera interpretatio Scripturarum, ibi eſt vera Eccleſia; hęc eſt maior; Singulæ ſectæ addunt minorem ſic: Sed in noſtra ſecta eſt vera doctrina, & interpretatio Scripturarum; ergo; hæc probatio poteſt fieri à quocunque hæretico, Ario, Sabellio, & alijs, ideo nihil concludit.

Aliud medium declaratur falſum.

Notabit, maiorem eſſe veram, addendo præter veram doctrinam plurima alia in vera Eccleſia reperiri; quæ in ſectis hęreticorum non ſunt.

Mino-

Minorem iudicabit omnino eſſe negādam; & probatio notanda eſt.

Videbit ex ſupradictis impoſſibile eſſe, vt Lutherani probent cum certitudine, quod doctrina Lutheri vera ſit, & idem de alijs; Neque enim poſſunt probare per ſcripturam, neque per traditionem, neque per rationem naturalem, neque miraculis illam probarunt. *Hæretici nihil certi probant de ſua Eccleſia.*

Notabit, inter veram Eccleſiam ex vna parte, & Lutherum, illiuſque doctrinam ex alia, nullam eſſe penitus connexionem, quin Eccleſia vera non poſſit eſſe diſiuncta à Luthero, & doctrina illius ideo contingenter aduenit illi. *Nulla ſecta habet certam connexionem cum vera Eccleſia.*

Si dicat hæreticus, ergo idē erit de S. Hieronymo, & S. Auguſtino contra Catholicos: Reſpondetur verum eſſe antequam Eccleſia illos, vt ſuos doctores acceptet; ſed poſtquam declarauit illos eſſe Eccleſiæ Doctores, tunc aliquam cum Eccleſia connexionem habent.

Notabit ſuperius dicta, per quæ fit euidens, quod nulla ſecta hæreticorum poteſt cum certitudine probare, quod Spiritus ſanctus voluerit in ſuum doctorē ſpirare, ita vt tradiderit illi priuilegium non errandi, nouamque voluerit doctrinam illi reuelare.

Quibus omnibus recte diſcuſſis ex Logica certiſſimè apparebit probatum, quod ſola Eccleſia Romana vera eſt, Reliquæ vero omnes falſæ erunt: Quę veritas vtinam ab hæreticis cognoſcatur.

DOCTRINÆ CATHOLICAE.

LIBER QVINTVS.

DE PRIMATV ROMANI Pontificis,

Et de Magiſtratibus à Chriſto in rēgno ſuo inſtitutis.

LICET, ſtudioſè Lector,probatio iam facta, quod ſola Eccleſia Catholica,Apoſtolica,Romana vera Eccleſia eſt, ſecum trahat per neceſſariam,& euidentem conſequẽtiam, quod detur Primatus Romani Pontificis, à quo differentia ſpecifica, & eſſentialis illius deſumpta eſt; ita vt vnũ neceſſario aliud conſequatur, & vnum ſine alio eſſe non poſſit; vnde per demonſtrationem ſigni, qui probat vnum exiſtere,probat,& aliud eſſe: Nihilominus ad maiorem euidentiam veritatis,& probationis,nũc propria,& completa probatione de hoc Primatu probandum erit.

Hic *Lector* notabit,cõglobatas eſſe Catholicorum probationes; quia per verbũ Dei probatur Regnum Chriſti: Per hoc probatur vera Eccleſia, Per hãc Primatus Romani Pontificis probatus eſt; & è contra, quia per hunc Primatũ veritas Eccleſiæ Romanæ probata eſt; Demum per oĩa dicta veritas S. Euangelij apertiſſimè probata erit: Vnde apparet, quod veritas Catholicæ Doctrinæ vndequaque conſona eſt.

Rectè

Digitized by Google

Rectè autem poſt tractationem de Eccleſia, de Capite, & de Magiſtratibus illius eſt dicendum; quia ſimul connexa ſunt: Ad Logicam autem ſpectat, quædam principalia probare, per quæ omnium aliorum veritas innoteſcat: Si enim probatum ſit, dari hunc primatum, & eſſe de ſubſtantia regni Chriſti; vtique probatum erit, dari Epiſcopos, & alios Magiſtratus, qui in Eccleſia Romana apertiſſimè conſpiciuntur.

Vt autem præſens probatio cum certitudine fidei, & cum euidentia tum ſenſus, tum intellectus facta ſit, prius aliqui termini ſunt explicandi.

LIBRI QVINTI DISTINCTIO PRIMA.

In qua aliqua explicantur.

De humana ſocietate; De Regno in generali; De Regno Chriſti; De Eccleſia; De Primatu Romani Pontificis; De Romano Pontifice; & quid ſit hunc Primatum eſſe, vel non eſſe.

Cap. 1. De humana ſocietate.

Polit. lib. 1 c. 2.

RECTE Ariſtoteles Politicam tractationem incipit ab humana ſocietate ſic. Homo eſt animal maximè ſociabile; id eſt valdè appetens aliorum hominum ſocietatem: Dicitur autem ſocietas, quaſi ſociorum vnitas; Quæ vnitas poteſt eſſe, vel ratione loci, vt multorum cohabitatio; Vel ratione actionis; vt multi ſimul itinerantes, vel aliquid agentes; Vel ratione conuictus, & commercij, vt fit in ciuitatibus, quæ etiam in legibus, & magiſtratibus vnitæ ſunt.

Ariſt. in Polit. & Econom.

Hæc ſocietas duplex eſt; Vna dicitur ordinata, quæ habet aliquod caput, à quo regatur: Alia inordinata; quæ à nullo capite recta eſt; veluti ſi multi ſimul iter faciant, & vnus alteri nec ſubſit nec præſit.

ibid.

Ordinata ergo ſocietas eſt illa, quæ ab aliquo gubernatur: Materia illius ſunt perſonæ, quæ vniuntur: Forma eſt illa vnio, vel conuictus, vel communio, vel

vel participatio ſub aliquo gubernante: Finis eſt bonum commune, nempè vtilitas, quæ ſingulis ex tali prouenit communione: Multa enim bona ex illa prouenire poſſunt: Efficiens eſt natura; Duo enim homines ad hanc ſocietatem impellunt: Vnum eſt mutua ſociorum vtilitas; & hæc pertinet ad cauſam finalem; Aliud eſt natura; quę impellit marem, & fæminam, Patrem, & filios, & conſanguineos ad communem ſocietatem: Effectus ſunt mutua officia, & beneficia. *Ariſt. ibid.*

Hæc ordinata ſocietas tres, vt ſic dicam, habet ſpecies; prima eſt parua; ſecunda mediocris: tertia magna.

Parua eſt paucorum vnio ſub aliquo gubernante: Et habet tres ſpecies. *ibid.*

Prima eſt inter maritum, & vxorem; & in hac maritus caput eſt.

Secunda eſt inter patrem, matrem, & filios; Et pater eſt caput; Mater autem patris adiuuat gubernationem.

Tertia eſt inter Dominum: & ſeruos; Et dominus eſt, qui gubernat: Ex his tribus ſocietatibus poteſt fieri quarta mixta ex illis, veluti ſi in eadem domo ſint, maritus, & vxor; pater, & filij; dominus, & ſerui; & in hâc gubernans erit ſimul maritus, pater, & dominus: Hæc ſocietas dicitur à loco domus; vel a perſonis, familia: & rector dicitur paterfamilias.

Mediocris ſocietas eſt illa, in qua non ſolum perſonæ in eadem domo vniuntur: ſed etiam multæ domus in vnum locum, & ſub vno rectore conueniunt, & eſt duplex. *ibid.*

Prima dicitur Pagus, ſeu Opidum, ſeu Villa, & hęc eſt minor.

Secunda dicitur Ciuitas, quæ plures colligit pagus, & terras: Domus enim colligit perſonas: Pagus Domos; Ciuitas pagos, ſeu Parochias.

Magna eſt illa, quæ in vnum plures colligit Ciuitates ſub vno aliquo gubernante, Et habet tres ſpecies à gubernatore ſummo deriuatæ. *ibid.*

Prima dicitur Regnum, in quo ſummus Magiſtratus conſtituitur in ſingulari perſona, quę dicitur *In lib. Pol.*

 rex;

rex;& in regno ſummam vbique habet,iuxta leges regni.poteſtatē,& hęc gubernatio, & ſocietas ait Ariſt. ordinariè loquendo optima eſt.

ibid. Secunda habet primum magiſtratum in paucis optimatibus conſtitutum;& hęc dicitur Reſpublica optimatum,& ſecundum obtinet gradum bonitatis.

ibid. Tertia habet primum magiſtratum, ſeu ſummam poteſtatem in multis conſtitutam;& dicitur Reſpublica popularis; quia ſumma poteſtas penes populum eſt. Et hæc infimum gradum bonitatis habet.

Ex his tribus ſpeciebus poteſt fieri quarta, quę dicitur mixta ex illis; quod tunc eſt, cum ſumma poteſtas reſpectiuè tum in vna ſingulari perſona,tum in multis collocata eſt.

Cap. 2. Notandum circa iam dicta.

Circa iam dicta notandum eſt.

Primo quod de eſſentia & ſubſtantia cuiuſcunque ordinatæ ſocietatis eſt, quod habeat vnum primum gubernantem magiſtratum, in quo ſumma poteſtas ſit in totam ſocietatem. Probatur quod ſit de eſſentia; quia forma, à qua res conſtituitur in eſſe, & ſpecificatur eſt de eſſentia,& ſubſtantia: Hic autem primus magiſtratus eſt illud, à quo dictæ ſocietates ſpecificantur; ergo pertinet ad formam, & eſſentiam illius. *Ariſt. in Polit. & Oeconom.*

2. Hęc ſumma poteſtas,ordinariè loquendo, dum ſocietas eadem ſpecie manet, ſemper eadem in ſe cōſiderata perſeuerat,perſonæ verò, quibus talis prima poteſtas datur, maximam poſſunt in magnis ſocietatibus ſubire variationem; quia multis modis datur illis dicta poteſtas;veluti per electionem; per ſucceſſionem;per vſurpationem:legitimè,& illegitimè; bonis,ac malis;& dictę perſonæ electæ poſſunt bene, & male vti illa;& in electionibus poſſunt ſequi ſchiſmata,& alia multa inconuenientia;& nihilominus in tanta varietate & Regnum,vel Reſpublica vna eſt,& prima poteſtas vna erit. *Ariſt. ibi.*

Ari. Polit. & Oecom. 3. Quod omnis ſocietas ordinata diuiditur in partem

tem gubernantem, quæ dicitur forma illius; & in gubernatam, quę materia rectè appellatur.

4. Quod gubernatio in duobus pręcipuè poſita eſt, nempè legibus, & magiſtratibus; & ab his duobus differentia ſpecifica ſocietatum accipi debet. *ibid. & S. Th. 1. 2. q. 90. & ſeq.*

5. Quod gubernatio in eadem ſocietate poteſt habere plures magiſtratus ſubordinatos; ita vt aliqui ſint ſuperiores, alij inferiores à ſuperioribus gubernati; ſed in quacunque ſocietate ordinata neceſſe eſt, quod detur vnus primus magiſtratus; qui vbique, & in omnes, etiam magiſtratus, ordinariè loquendo ſummam habeat poteſtatem. *Ariſt. ibid.*

6. Quod hic ſummus in ſocietate magiſtratus non intelligitur vnus ex hoc, quod in vna tantum perſona, vt in regno collocatur; ſed eſt etiam vnus, cum in tali numero, vel optimatum, vt in Senatu, vel in pluribus, vt in Republica populari ſit collocatur; Hæc.n. primi magiſtratus vnitas, ordinariè loquendo eſt vnicum, & verum medium ad vnitatem in multis ciuitatibus, & populis, & Regnis, & Reſpublicis conſtituendam. *ibid.*

7. Hinc fit, quod vnum Regnum, & poteſtas regia per longa tempora eadem permanebunt; nihilominus multi reges, & plurima interregna erunt. Hæc igitur ſunt notanda. *ibid.*

Cap. 3. De regno, de regia poteſtate, de rege.

TRia dicta ſunt quidem inter ſe vnita, ſed tamen diſtincta. *ibid.*

Regnum enim eſt quodam totum in genere artis completum: Quod componitur ex materia, & forma: Materia ſunt populi gubernati: Forma gubernatio, & modus gubernandi; Materia remota ſunt perſonæ particulares: item domus, & pagus; Minus remota, Ciuitas; proxima multitudo ciuitatum, & populorũ. *ibid. S. Tho. 1. 2. q. 90. & ſeq.*

De eſſentia enim Regni eſt multitudo eorum, qui gubernantur: Forma, ſeu gubernatio, duo potiſſimum dicit: nempè leges, & magiſtratus: Leges enim præſcribũtur populis actiones, quas faciant: Magiſtratus

autem

Digitized by Google

autem, qui ſunt tanquã leges viuæ, procurant in populis gubernatis legũ obſeruantiã. Magiſtratus in vno regno poſſunt eſſe plures, etiã ſpecie diſtincti: quia quelibet domus, & pagus, & ciuitas propriũ poteſt habere gubernatorẽ; & in vna Ciuitate ſub vno Gubernatore poſſunt eſſe plures officiales poteſtatem diſtinctam habentes; ſed de ſubſtantia, & eſſentia, & forma regni eſt, quod omnis multitudo tum hominum, tum ciuitatum, tum populorum, ſub vno Rege vnita, & gubernata ſit: Magiſtratus etiam poſſunt eſſe plures, ſed de eſſentia magnæ ſocietatis eſt, quod detur vnus ſummus Magiſtratus: Et de eſſentia Regni eſt, quod hic ſummus Magiſtratus in vna ſigulari perſona ſit collocatus: Vnde regnum à regia poteſtate, & à rege diſtinctum eſt, licet hæc tria à ſeipſis non ſaperentur.

Ariſt. in Politicis. Regia poteſtas dicit ſummam in regno gubernandi poteſtatem; dicit etiam primam: Summam, quia in omnes partes regni, & in omnes populos, item in omnes magiſtratus ſe extendit: Primam, quia nullam habet ſuperiorem in gubernando poteſtatem: Dicitur Regni, quia in vna perſona particulari, quæ dicitur Rex, collocata eſt. Sic igitur poteſt definiri. *ibid.*

Regia poteſtas eſt prima, & ſumma gubernandi authoritas, in vna perſona particulari, quæ dicitur Rex collocata. *ibid.*

Hæc poteſtas triplicem habet relationem, nempè primo ad regnum; & eſt differentia ſpecifica illius; ſeu forma; non tamen completa: quia forma completa continet leges, & omnes magiſtratus, quia in his duobus gubernatio, & forma regni poſita eſt: ſecunda relatio eſt ad perſonam particularem, in qua hæc poteſtas collocata eſt; hæc enim duo, poteſtas, & habens poteſtatem, ita ſimul vniri poſſunt, vt fiat ex vtroque compoſitum, quod dicitur Rex; Rex enim duo dicit, nempè poteſtatem regiam, quę eſt veluti forma, & perſonam, in qua hæc poteſtas collocatur, quæ eſt veluti materia: tertia Relatio eſt ad omnes populos gubernatos, quia tum ipſa, tum perſona, cui illa ineſt, ad omnes gubernatos, vt prima, & ſumma, loquendo de magiſtratibus, gubernandi ratio

ratio ſe extendit: Vnde regia poteſtas, à regno, & à Rege diſtincta eſt.

Rex dicitur a regendo: Sic poteſt definiri: Eſt perſona particularis in regno habens primam, & ſummam gubernandi poteſtatem. *ibid.*

Finis regis, & regiæ poteſtatis, & regni eſt bonum commune, quod in tribus potiſſimũ poſitum eſt: primo in vnitate populorum; hæc enim vnio ſub vno rege magnam populis gubernatis poteſt afferre vtilitatem: ſecundo in ordine; Vnitas enim in populis ordinata bona eſt, inordinata mala: Vbi autem eſt ordo ibi neceſſe eſt, quod aliquid primum detur, & hoc eſt rex: tertium eſt optima gubernatio; gubernatio enim per vnum primum, ait Ariſt. optima eſt. *ibidem. & S. Tho. 1.2.q.90. & ſeq.* *Polit. lib.*

Efficiens regni, & regiæ poteſtatis, & regis eſt illud à quo hæc tria fiunt, nempè populi vniuntur; leges conduntur; magiſtratus conſtituuntur; Electores regum, magiſtratuum, iam regno conſtituto, non ſunt cauſa efficiens regni, vel poteſtatis regiæ; poſſunt tamen eſſe cauſa, quod huic perſonæ regia poteſtas data ſit: Eligunt enim perſonam, in qua regia poteſtas ſit collocanda.

Notandum quod aliquod regnum poteſt per multa ſecula idem numero permanere, etiam ſi in populis, & in regibus maximæ fiant variationes: Sicut enim homo particularis, manens idem numero, multas habet in corpore variationes, à paruo ad magnũ; ab ætate in ætatem: à ſtatu in ſtatum; ab infirmitate ad ſanitatem; à virtute ad vitium; & idem in alijs; ita in eodem regno populi aliquando boni, pacifici, vniti, virtuoſi, legibus, & magiſtratibus obedientes ſunt; aliquando e contra fiunt: Continuo etiam aliqui moriuntur, aliqui naſcuntur: aliqui populi recedunt à regno; aliqui accedunt ad regnum. Ita aliqui reges boni, & digni; aliqui mali, & indigni: aliqui partim digni, partim indigni: Ita aliqui bene vtuntur poteſtate, aliqui male; Aliqui pacificè, alij tumultuosè eliguntur: Quibus non obſtantibus regnum ſemper vnum numero manet. *Ariſt. Pol. lib. 4. c. 1.*

Digitized by Google

Cap. 4. De regno Dei in mundo.

Catech. petit. 2. in orat. Dom. HIc aliqua ſuperius dicta in gratiam facilioris doctrinæ repetuntur.

S. Th. 1. 2. q. 90. & ſeq. Regnum Dei eſt Regnum Regnorum: Se extendit ad totum mundum: Eſt maxima omnium creaturarum ſocietas à Deo legibus, & magiſtratibus gubernata: Eſt vnum, ſed in quatuor partes diuiſum, nempè in regnum Naturæ, Iuſtitiæ, Gratiæ, & Gloriæ.

Conc. ſeſſ. 6. c. 7. Catec. & S. Th. ibid. Finis huius regni eſt primo altiſſima gloria Dei; ſecundo maxima vtilitas creaturarum. Materia ſunt omnes creaturæ à Deo gubernatæ: Forma ſunt leges, & magiſtratus, quibus Deus mundum gubernat: Efficiens eſt Deus, à quo leges, & magiſtratus determinati ſunt.

ibid. In hoc Regno duo ſunt maximè digna admiratione: Vnum eſt, quod, cum poſſet Deus abſque legibus mundum ad libitum ſuum, item per ſeipſum immediatè abſque vllis magiſtratibus gubernare. Anima enim in corpore conſtituta, vt ſic dicam, ſine legibus, & magiſtratibus per ſeipſam ipſum corpus gubernat; Ideo hoc poſſet facere Deus; Nihilominus illum per leges, & magiſtratus vult gubernare.

Catec. in ora. dom. petit. 2. n. 5 Aliud dubium eſt; Quia cum creaturæ ſint in duplici differentia; quædam enim immediatè ſeruiunt Deo: vt Angelus; & homo: Quædam immediatè ſeruiunt Angelis, & hominibus, vt ſunt omnes creaturæ corporales ratione carentes: Deus cum poſſet vtraſque ita ad finem, & ad operationes finales ordinare, vt nulla illarum poſſet à dictis declinare, ſed quadam naturali neceſſitate impellerentur ad fines ordinatos per proprias operationes obtinendos; ita illas diſpoſuit, vt quæ ſunt ordinatæ in Deum poſſent à ſuo fine peccando declinare; ordinata vero ad hominem, vt cæli, & terræ à proprio fine deuiare non poſſent; cum tamen contrarium prima facie uideretur rationabilius; quia magis iuſtum eſt, Angelos, & homines ſeruire Deo, quam Cælũ, & terrã homini deſeruire; horũ igitur cauſa aliquo modo quęrenda eſt.

Ad

Ad primum ex Concilio, ex Catechiſmo Romano videtur dicendum; quod Deus ſemper in rebus creatis coniungit gloriam ſuam cum noſtra vtilitate; quia autem tum gloria Dei, tum noſtra vtilitas maximè conſurgit ex hoc, quod Deus rebus creatis altiſſimè communicet ſe, hæc autem communicatio eminenter fit duobus modis præcipuè; Vnus eſt per leges, obligando ſe ad talia bona rebus creatis communicand.: Alius, dum ſumma bona communicat; Inter ſumma autem bona eſt diuina poteſtas cauſandi, & gubernand.: Deus rebus creatis voluit dare cauſalitatem, & poteſtatem effectus producendi, & quod maius eſt Angelis, & hominibus ſuam gubernatiuam poteſtatem communicauit: & per leges ſeipſum ad multa efficienda obligauit: Ob hoc Deus in Regno ſuo reges, Principes, magiſtratus inſtituit, cum tamen omnia per ſe facere poſſit. *Seſſ. 6. c. 7. Catech. 3. p. cap. 1. nu. 10. S. Tho. 3. p. q. 103. art. 6.*

Ad ſecundum dicendum: Deum hoc feciſſe ob gloriam ſuam; quia ſic oſtendit, ſe eſſe beatiſſimum in ſeipſo; & nihil omnino egere honore, vel laudibus creaturarum; ideo ſe permittere illis, vt poſſint Deum blaſphemare; contemnere, non obedire illi. Oſtendit etiam, ſe eſſe tantæ ſapientiæ, & bonitatis, vt poſſit confuſiones, errores, deordinationes innumerabiles, quæ à libero arbitrio proueniunt, ita ordinare, & emẽdare, vt mundus à libero arbitrio totus deprauatus in meliorem ſtatum, & ordinem reducat. *Ex S. Tho. 1. p. q. 23. art. 5. ad 3*

Hinc colligitur, hæreticos noſtri temporis non bene intelligere diuinam gubernationem, dum putant, non conuenire diuinæ gubernationi Dei, & Chriſti, quod in Eccleſia ſint magiſtratus, Sacerdotes, Epiſcopi, ſummus Pontifex: Sed Deum per ſeipſum Eccleſiam immediatè gubernare; Item non bene intelligunt, cogitando nõ conuenire Deo, quod permittat fideles in Eccleſia peccare; & malos ac peccatores eſſe membra Eccleſiæ; & præcipuè non conuenire, quod poteſtas gubernatiua ſit apud peccatores: ſed per peccata, & per malum vſum poteſtatis amitti ipſam poteſtatem: Diuina enim bonitas magis glorificatur ex hoc, quod Deus hominibus ſuam communicet poteſtatem:

tatem: Item quod illis, etiam ſuis magiſtratibus permittat libertatem, & facultatem peccandi, vt oſtendatuſe tantæ eſſe ſapientiæ, ac bonitatis, quod ſciat ēt huiuſmodi deordinationibus prouidere: Vnde illorum conſequentia non valet, multi fideles, & multi magiſtratus ſunt mali; ergo Eccleſia, & magiſtratus defecerunt.

Cap. 5. De Regno Dei in veteri teſtamento.

Ex ſcriptura. ex Conc. ex Catec. ex S.Tho. REgnum Dei, quod fuit in veteri teſtamento, fuit vere regnum, & à Moyſe fuit ſemper vſque ad Chriſtum continuatum in vtraque poteſtate temporali, & ſpirituali; iuxta illud; Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. Et illud Chriſti, ſuper Cathedram Moyſi &c. Materia illius Regni fuit populus Hebræus, ſeu Synagoga: Forma Lex vetus, & Magiſtratus in illo regno conſtituti: Finis gloria Dei, & ſalus mundi: Efficiens Deus.

ex ſcriptura. Gubernatio illius Regni ſemper fuit per vnum primum, & ſummum Magiſtratum exercitata, licet non ſēper, iſte primus magiſtratus fuit appellatus Rex; ſed modo Duces, & modo Reges, modo Iudices, modo Summi Sacerdotes, ſunt appellati: Gubernatio autem, quæ conuenit Reipublicæ, ſiue populari, ſiue optimatum huic regno non conuenit.

arg. à ſimili in lege naturæ & veteri. Ex hoc regno magnum argumētum deſumitur ad probanda multa de regno Chriſti. Si enim Deus hoc regnum per magiſtratus viſibiles, non autem per ſeipſum immediatè gubernabat: Si gubernatio erat ad modum regni, per vnum ſummum magiſtratum; cur non modo idem fieri poteſt? Idem argumentum in alijs multis fiet, etiam ad confutandos hæreticorum errores.

Cap. 6. De regno Chriſti Euangelico.

ex Logica. DE hoc dictum eſt in ſuperiori libro, & hic aliqua ſunt repetenda.

Quinque de hoc regno poſſunt ex Logica conſiderari,

rari, nempè primo an ſit, ſeu illa, quæ pertinent ad exiſtentiam,& ad cauſam efficientem: ſecundo quid ſit,ſeu illa,quæ ſpectant ad materiam, & form. m: tertio ad quid ſit; ideſt illa, quæ reſpiciunt cauſam finalem huius regni: quarto quia, vel qualis ſit: Ideſt proprietates,& accidentia,quę illi conueniunt: quinto propter quid: id eſt propter quam cauſam talia accidentia illi conueniant,& inſint.

De primo quod ſit,ex Scriptura aperte conſtat,quę etiam docet, quod ſit æternum,& nunquam deficiet vſque ad finem mundi. Chriſtus eſt efficiens illius, quia ipſe ædificauit Eccleſiam; leges,Sacramenta, & magiſtratus illi dedit. *Ex ſcriptura.*

De ſecundo patet, quod Eccleſia Catholica eſt materia illius, & Euangelium forma. Populi enim gubernati ſunt materia in omni regno. Modus autem gubernandi eſt forma: Duo autem ordinariè pertinent ad formam cuiuſcunque regni, vnum ſunt leges, aliud magiſtratus: Leges enim populis præſcribunt quid faciant: Magiſtratus procurant opportunam legum obſeruantiam, vt dictum eſt: In regno autem Chriſti quatuor videntur ad formam,ſeu ad modum gubernandi pertinere, quæ ſunt: Primo doctrina Euangelica: Secundo Leges: Tertio Sacramenta: Quarto Magiſtratus Chriſtus enim per Doctrinam intellectum illuminat,vt ſciat: Per Sacramenta populos ſanctificat. Per Leges,quid populi agant, preſcribit: Per Magiſtratus curat,vt opportune doctrina percipiatur; Sacramenta ſuſcipiantur,& leges ſint obſeruatæ. Ideo ad formam huius regni hęc quatuor pertinent, quia omnia alia regna excellit. *ibid.* *Ex Polit.* *Ex Catec. per totum.*

De tertio hoc eſt de fine huius regni, iſta duo ſunt finis: primo gloria Dei, & Chriſti; ſecundo ſalus mundi, ſeu hominum vita beata: Ad hæc enim duo omnia, quæ in Chriſti regno fiunt, vel ſunt, ordinata exiſtunt. *Seſſ. 6. c. 7.*

De quarto multæ ſunt huius regni proprietates, de quibus ſupra dictum eſt; modo autem iſte proponantur, quæ ad propoſitam materiam deſeruiunt. *ex Catec. pet. 2. & art. 9*

Primo eſt vnum: ſecundo eſt maximum, & re-

gnum

gnum regnorum: tertio eſt optimum regnum: quarto eſt antiquum, & æternum: quinto eſt ſenſibile: ſexto eſt ſanctum: ſeptimo multa habet priuilegia à Deo, veluti. Sacram Scripturam, Veram intelligentiam illius; priuilegium non errandi; Aſſiſtentiam Spiritus ſancti; & realem Chriſti preſentiam; cum alijs multis, quæ modo referre opus non eſt.

ibid. De quinto cur hæc habeat accidentia, patet ex cauſis, iam dictis huius regi. Cum enim Chriſtus ſit vnus rex, ex parte efficientis erit vnum; ita cum Euangelium ſit vnum. & Eccleſia vna; & finis vnus regnum etiam erit vnum. Eſt maximum. & optimum, & perfectiſſimum, quia talis eſt rex Chriſtus; tale Euangelium; talis finis; talis materia: Eſt ſenſibile, quia populi gubernati ſenſibiles ſunt; Sacramenta etiam, & Leges, & magiſtratus res ſenſibiles ſunt: Habet priuilegia dicta ex promiſſione Chriſti, & quia tali, ac tanto regno ita conueniens eſt: Hæc attigiſſe ſufficiat.

Hæc omnia conuenire Regno Chriſti probari poteſt: primo, per legem naturæ ab Ariſtotele explicatam, ſecundo per teſtamentum vetus; tertio per Euangelium, & per nouum teſtamentum, vt clarè patebit conſideranti.

Cap. 7. De Magiſtratibus à Chriſto in regno ſuo inſtitutis.

DE Magiſtratibus huius regni nunc aliqua ſunt cōſideranda:

Primo autem occurrit conſiderare, an in hoc regno ſint viſibiles magiſtratus: Hæretici enim videntur illos negare, dum auferunt ab illis omnem poteſtatem;

Ex ſcriptura. Verum quod in regno Chriſti viſibili neceſſarij ſint magiſtratus viſibiles, & quod ſint de forma, de ſubſtātia, & de eſſentia illius, ex ſupradictis per legem naturę, per teſtamentum vetus, & per nouum probari poteſt. Euangelium enim aperiè docet quod in regno Chriſti Diaconi, Sacerdotes, Epiſcopi, Doctores, Apoſtoli & alij reperiuntur Eccleſiam gubernantes: idem

eſt

eſt de Romano Pontifice.

Secundo occurrit conſiderare, quinam, & quot ſint: *Ex ſcriptura.* Et dicamus aperte, ſcripturam docere, quod dentur Diaconi, Sacerdotes, & Epiſcopi; Iſti ſunt inferiores magiſtratus: Summus Magiſtratus eſt Romanus Pontifex: Catholici hos magiſtratus in regno Chriſti affirmant Hæretici negant.

Tertio notandum eſt, quod in quocunque magiſtratu quattuor poſſunt conſiderari; primo ipſa poteſtas, *ex Polit.* quæ in regno Chriſti ſemper eſt bona; & ſemper in illo manet: ſecundo vſus poteſtatis, & hic poteſt eſſe bonus, & malus: tertio Perſona, cui datur illa poteſtas veluti Petrus, Paulus: quarto qualitas perſone, veluti quod digna, vel indigna; Idonea, nel non idonea; Bona, vel mala ſit. *ex natura rei.* *Ex ſcriptura.*

Quarto notari etiam debet: Quod hæretici hęc quattuor confundunt: vnde graues faciunt æquiuocationes, in quibus ſophiſticas fundant argumentationes: arguunt enim ſic: Hic magiſtratus eſt malus; ergo ab Eccleſia remouendus, & negandus: Eſt enim æquiuocatio, quia magiſtratus duo dicit, primo poteſtatem; ſecundo perſona in qua eſt illa poteſtas Perſona poteſt eſſe mala; ſed poteſtas ſemper bona eſt. Ideo cum malitia perſonæ non tollat bonitatem poteſtatis, non eſt uerum, quod magiſtratus abſolute malus ſit: Ita non ualet hæc conſequentia, hic annulus in quo margarita pretioſa eſt collocata, plūbeus, & uilis eſt; ergo, & ille, & margarita uilia ſunt; & ideo proijcienda: Ita non ualet hæc conſequentia: Pater, maritus, Dominus, Princeps, Rex, Prælatus male vtuntur tali poteſtate; ergo non habent illam: Aliud eſt enim poteſtas, aliud uſus illius: Et ſimul ſtant bona poteſtas, & malus uſus: ueluti quis poteſt male uti anima, & corpore, & auro, & uino, & alijs: Ita non ualet hæc conſequentia: Titius legitimè ſucceſſit in regnum; ſed quia non eſt idoneus, uel bonus, uel puer, non eſt rex: quia poteſtas regia etiam in perſona indigna reperitur: Idem in alijs eſt conſequentijs. *Ariſt. 3. Polit. c. 1.*

5. Notandum, quod in Regno Chriſti ſit diuiſio *Ex Polit.*

& lege naturali, ſcripta, & Euangel. illa, quæ in omni ſocietate fit. Omnis enim ſocietas ordinata diuiditur in partem gubernantem, quæ pertinet ad magiſtratus; & in gubernatam, quæ communiter populus appellatur: In Regno Chriſti pars gubernata ſunt omnes fideles; Pars gubernans reſpicit gubernatores; Iſti gubernatores ſunt in duplici differentia: Aliqui ſunt primi, & inuiſibiles; & ſic Pater æternus, Spiritus ſanctus, & Chriſtus regnum Eccleſiæ inuiſibiliter gubernant; & ſunt per ſe, & ſecundum quod ipſum, & primo illius gubernatores: Alij ſunt viſibiles gubernatores, vt maritus, Pater, Dominus. Prætor in pago, Rector in Ciuitate, Dux in exercitu, & Rex, vel Reſpublica in magna ſocietate: Et in Regno Chriſti Parochus eſt Rector in Pago: Epiſcopus in Ciuitate: Archiepiſcopus in Prouincia: Romanus Pontifex in toto orbe; Et iſti magiſtratus nec primo, nec per ſe, nec ſecundum quod ipſum (ſane intelligatur) ſunt gubernatores, quia magiſtratus viſibilis ab inuiſibili dependet; & poteſtas gubernatiua per ſe conuenit inuiſibili magiſtratui, quia in diuinis perſonis per ſe, neceſſario, & inſeparabiliter ſumma ineſt poteſtas; Perſonæ vero hominum per ſe, & primo Deo ſubiectæ ſunt, & ab illo gubernatæ; Poteſtatem verò gubernandi, ſi habent, omnino ab alio habent, veluti Sacerdotes illam accipiunt ab Epiſcopo: Epiſcopi à Summo Pontifice; Hic vero à Chriſto, cuius Vicarius eſt: Et hæc diuiſio valdè notanda eſt.

De hac ſupra dictũ eſt. 6. Hanc diuiſionem, & diſtinctionem hæretici non perpendentes magnas faciunt æquiuocationes, & Sophiſticas argumentationes, & male ſcripturam interpretantur: Illa enim loca Scripturę; Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus; Vnus eſt mediator Dei, & hominum Chriſtus; ita intelligunt, vt omnes viſibiles magiſtratus à regno Chriſti dicant eſſe amouendos: Hęc autem conſequentia vera non eſt: Si enim ſermo fit de illo, qui per ſe, & primo eſt magiſter, & mediator, & gubernator; vnus, & ſolus Chriſtus talis eſt; & talis poteſtas ſic conſiderata nulli hominum conuenire poteſt: Sed ſi Chriſtus vult hanc poteſta-

tem alijs communicare; tunc ipſe ſolus habebit illā, quia alij habent illam per ipſum: Et declaro exēplo: Hæc propoſitio, Sola albedo diſgregat viſum, veriſſima eſt; & tamen ex hoc non ſequitur, quod paries nō diſgreget viſum. Ex eo enim quod paries habet, vel non habet albedinem, dicitur diſgregare; vnde non paries, ſed albedo in pariete eſt illa, quæ diſgregat: Quod ſi aliqua res, vt nix probatur per ſuam eſſentiam eſſe albam, tunc illa res per ſe dicitur diſgregare; ſecus ſi per accidens inſit. Ita eſt de poteſtate iam dicta, quæ ſoli Chriſto conuenire dicitur; licet ab illo ſit alijs communicata: Cum ergo hæc duo poſſint ſimul ſtare; Solus Chriſtus eſt mediator; Et aliqui ſunt mediatores per ipſum; apparet, quod conſequentia hæreticorum vera non eſt.

7. Circa finem magiſtratuum in regno Chriſti: Notandum, quod finis viſibilis magiſtratus, ſi de vltimo loquamur, eſt gloria Dei, & vtilitas hominū: Pertinet enim ad gloriam, & bonitatem Dei, quod velit ſuam poteſtatem hominibus communicare; Hęc communicatio confert nobis magnam vtilitatē; tum quia talis poteſtas homini communicata reddit illum valdè honorabilem; tum quia magiſtratus, in quocunque regno, ad gubernandum multum ſunt vtiles, & neceſſarij: Verum ſi loquamur de fine proximo, & de vtilitate in particulari; magiſtratus in quocunque regnò tria bona particularia efficiunt, quæ ſunt; primo vnitas; ſecundò Ordo; tertio Optima gubernatio: Omnis enim ordinata ſocietas vt domus, familia, pagus, Ciuitas, Prouincia, Regnum, & Reſpublica à magiſtratu vno ſuam accipit vnitatem: Ordo etiam per illos efficitur, quia aliqui ſunt ſuperiores, alij inferiores; alij primi, alij non primi ſunt magiſtratus; & inter ipſos ſuam habent coordinationem: Ideo ſocietas, quæ non habet magiſtratus, dicenda eſt inordinata: Demum gubernatio abſque magiſtratibus eſſe non poteſt: Modo enim per magiſtratum intelligimus gubernatorem: Magiſtratus ergo viſibiles in regno Chriſti triplicem in Eccleſia, ſeu in populis gubernatis afferunt vtilitatem; Primo

Seſſ. 6. c. 7. Catech. 3. p. c. 1. n. 10. S. Tho. 1. p. q. 103. art. 6.

Ariſt. in Politicis. S. Th. 2. 2. q. 90. & ſeq.

quidem vniunt populos ſub vno primo viſibili magiſtratu,qui eſt Romanus Pontifex: Secundo ordinãt hoc regnum; quia populi ſunt ſubditi magiſtratibus, & iſti illis pręſunt. Inter hos etiam magiſtratus varij gradus dantur, vt dictum eſt; quia vnus magiſtratus ſubditur alteri, & omnes uiſibiles magiſtratus inuiſibilibus ſubditi ſunt: Demum cum regnum Chriſti ſit optimum, optimam debet habere gubernationem, quæ eſt, ſi magiſtratus, qui debent gubernare, viſibiles ſint,& omnes ad vnum primum uiſibilem reducãtur: Quæ omnia hęretici non attendentes à vera doctrina alieni facti ſunt, negantes omnes uiſibiles magiſtratus,& pręcipuè primum in Rom. Pontifice collocatum.

Experiẽtia 8. Circa cauſam efficientem, à qua magiſtratus dicti dependent,notandum eſt,quod in quocunque magiſtratu quattuor ſiunt: Primo enim eligitur perſona,cui poteſtas ſit conferenda: Secundo illa perſona efficitur degna, vel indigna: Idonea, uel non idonea ad recipiendam poteſtatem: Tertio confertur poteſtas: Quarto fit vſus poteſtatis ſiue bonus, ſiue malus: Vt hæc quattuor producantur multa agentia neceſſaria ſunt: Primo enim Chriſtus determinat poteſtatem;& gradus illius; Præſcribit vſum eiuſdem; *ex Euang.* Docet,quinam,& quales ſint eligendi: Sed electoribus, & electis liberum arbitrium naturaliter conceſſum non negat: His ita à Chriſto determinatis: Electio perſonæ,cui poteſtas ſit cõferenda,ordinariè cauſam efficientem immediatam homines habet, qui in dicta electione poſſunt ſe bene,& male habere; Cauſa vero prima,à qua dicta electio fit,Deus eſt, qui vel effectiuè,vel permiſſiuè cauſa illius eſt. Hinc fit, vt ex natura rei in dicta electione multa poſſint ſequi inconuenientia; Hæc autem electio perſonæ ab hominibus facta ſæpè non eſt cauſa efficiens poteſtatis, vel collationis illius; ſed electio eſt conditio ſine qua non confertur poteſtas;quod potiſſimum fit,cum alij ſunt electores ab his,qui conferunt poteſtatem: Sæpè ergo alia ſunt agentia determinantia perſonam; Alia ſunt,quæ conferunt poteſtatem: Saul, & Dauid,ita

Apo-

Digitized by Google

Apoſtoli, & diſcipuli habuerunt Deum electorem, & collatorem poteſtatis: Aliqui uero alij, uel per ſucceſſionem, uel per uſurpationem, uel per electionem in poteſtatę conſtituti, ſeu ad illam determinati ſunt: Deus autẽ ſemper eſt primus collator poteſtatis; quia omnis poteſtas à Deo eſt: Non tamen ſemper immediatè cõfert; quia ſæpè per unum magiſtratum immediatè confert poteſtatem alteri; ueluti per Summum Pontificem creat Epiſcopos; & per hos facit Sacerdotes: Ita Deus ſolus eſt primus collator gratiæ, & tamẽ vult immediatè per Sacramenta illam conferre: Ita per Samuelem fecit electionem Saulis, & Dauid. Quoad uſum poteſtatis cauſa efficiens immediata illius eſt ille, qui utitur poteſtate: Ipſe enim producit illum immediatè: Bonus autem uſus primo à Deo productus eſt: Malus autem à perſona, quæ habet poteſtatem determinatur, ueluti cum poteſtate utitur contra bonum publicum ad proprium intereſſe. Vſus iſtę arbitrij non excludit libertatem: Idem poteſt dici de idoneitate, & habilitate, nempè quod Deus eſt prima cauſa illarum, ueluti in ordinibus per gratiam facit dignum, per characterem idoneum; Gratiam tamen, & characterem confert per ordinis Sacramentum: Ad hoc perſona dicta debet ſuo arbitrio cooperari: Ideo ab ipſa prouenit defectus dignitatis, & habilitatis, ueluti ſi reddat ſe gratiæ indignum, uel cum appetit gradum, & munus, quod ipſe exercere non ualet: Hinc fit, ut circa cauſam efficientem multæ poſſint in hoc particulari fieri æquiuocationes; & ſæpè, niſi opportune diſtinguatur, errores maximi fieri poſſunt, dum unum pro alio acceptum eſt.

9. Notandum, quod Deus non ſolum in gubernatis, ſed etiam in gubernatoribus, iuxta legem naturæ, vult relinqui libertatem arbitrij; Et Chriſtus non uenit ſoluere, ſed adimplere, & perficere legem: Ideo in magiſtratibus, & in electoribus poſſunt eſſe & uirtutes, & uitia, & plurima ſequi inconuenientia, viciſſitudines, mutationes, uariationes, tum circa electiones, & perſonas, & uſus poteſtatis: Per quæ Deus ſuam infinitam oſtendit ſapientiam, dum in tanta re- *Experiẽtia*

rum viciſſitudine, Regnum ſuum firmum, & ſtabile & ſanctum, & ordinatum conſeruat.

Ratio. 10. Notandum eſt, non eſſe mirum, ſi in magiſtratibus plures errores, quam in alijs, non dico ſint, ſed conſpiciantur: Hoc enim ex natura rei certum eſt ob plures cauſas prouenire; Primo enim Magiſtratus & illorum actiones publicæ res ſunt, & in conſpectu omnium collocatæ; vnde ab omnibus conſpiciuntur: Secundo ſunt in ſtatu perfectiori, vnde etiam minuti errores, graues à populis reputantur: Tertio vt ait quidam hiſtoricus, præſens imperium ſemper durum eſſe videtur; ideo multi ſæpe de magiſtratibus conquæruntur etiam contra iuſtitiam: Quarto vt dixit quidam Conſul Romanus, Nihil adeo diuinũ, quam moderate vti imperio; ideo nõn eſt mirum, ſi ſæpè aliquid, quod nimis rigoroſum, vel remiſſum ſit, vel videatur actum ſit: Quinto Populi noua ſemper appetunt, ideo de præſentibus non bene loquuntur: Sexto multi contra illos inuidia, vel odio, vel ambitione commouentur: Septimo dum conferunt præmia, & pœnas impoſſibile eſt, quod omnibus ſatisfaciant; Octauo & ipſi homines ſunt, & liberum arbitrium habentes, peccare poſſunt, ex duplici capite, nempè primo vt homines; ſecundo vt tales magiſtratus; ideo additur occaſio peccandi: Nono Poteſtas eſt bonum maximè appetibile, glorioſum, & honorabile, ideo multi illam appetunt; vnde pro illa conſequenda ex natura rei neceſſe eſt, quod inter competitores oriantur diſſidia, ęmulationes, contentiones, & ſimilia. Homines etiam poſſunt vti poteſtate ad bonum proprium, & familiæ, & amicorum augendum; ideo ob intereſſe propriũ creſcit appetitus obtinendi, & bonus vſus illius valde difficilis eſt: Ex quo fit, nõ eſſe mirũ, ſi in magiſtratibus eligendis, & in vſu dictę poteſtatis aliqua nõ multũ decentia quandoq; cõſpiciantur.

Experiẽtia

Experiẽtia 10. Sciendum eſt, quod perſona priuata cito deficit, magiſtratus autem, veluti Epiſcopi, & ſummi Pontifices ſemper perſeuerant: Item eodem tempore ſunt multi Epiſcopi, & Sacerdotes: Summi vero Pontifices à Chriſto vſque modo plurimi fuerunt: Eſt autem

tem maledicorum conſuetudo, vt quidquid minus rectum in hoc, vel in illo Epiſcopo, in hoc vel in illo ſummo Pontifice obſeruarint, illud totum in vnum per diuerſa tempora colligentes, & de tali magiſtratu affirmantes, conentur libros implere, & edere, vt magiſtratum illum fontem omnium malorum eſſe oſtendant; Qua re nihil eſt irrationabilius; Quis enim ignorat per tot ſecula, & in tanta magiſtratuum varietate, ſuppoſita hominum infirmitate, non eſſe mirum, ſi multa minus recta quandoque ab illis acta eſſe dicantur? Et hæc de magiſtratibus in generali dicta ſint.

Cap. 8. De Primatu S. Petri & Romani Pontificis.

NVnc explicandus eſt terminus ille, de quo principalis eſt dubitatio, declarando, quid ſignificet: Primatus ergo S. Petri, & Romani Pontificis eſt terminus iſte, qui ita definitione, ſeu deſcriptione explicatur.

Primatus S. Petri, & Romani Pontificis eſt prima, & ſumma poteſtas gubernatiua à Chriſto in ſuo regno terreno conſtituta, & vni ſingulari perſonæ atque viſibili communicata; Quæ ſic explicatur: Dicitur; Poteſtas, quia facultas gubernandi communiter ita ſolet appellari: Dicitur, Prima: quia loquendo de viſibili poteſtate, nullam habet ſuperiorem poteſtatem; imò omnis poteſtas viſibilis ſub illa poſita eſt; Dicitur, Summa, quia vbique, & ad omnes in regno Chriſti conſtitutos ſe extendit: Hæc enim duo, ait Ariſtoteles, Primæ, & ſummæ poteſtati conueniunt, nempè extenſio ad omnes perſonas, & ad omnia loca: Dicitur, Gubernatiua, ad clarius explicandum, quod modo de hac poteſtate ſermo eſt: Dicitur, In regno Chriſti conſtituta, vt explicetur in quonam ſubiecto per ſe inſit; eſt enim de eſſentia dicti regni; Dicitur, Communicata, ad declarandum, quod non eſt ſimpliciter prima, & ſumma, cum ſupra ſe habeat inuiſibilem Dei poteſtatem, cui ſubeſt, & à qua illa

Matth. cap. 16. Ioan. 21. Conc. ſeſſ. 6. c. 1. reſ. & alibi ſæpius. Catech. ar. 9. nu. 12. & 13. & de Sacra. ord. nu. 28

dependet; Dicitur, Vni perſonæ ſingulari (intelligatur autem humanæ, non angelicæ) vt diſtinguatur a prima, & ſumma poteſtate, quæ Reipublicę conuenit; quæ in multis perſonis poſita eſt. Dicitur, Viſibili, ad excludendas perſonas ſingulares hominum Beatorum, quę nobis viſibiles non ſunt; Hæc eſt explicatio huius primatus.

Ex Seſſ. 6. c. 7. Finis vltimus huius primatus eſt primo gloria Dei ſe mirabiliter in hac poteſtate communicantis: ſecundo noſtra vtilitas, quia mundo, & Eccleſiæ maximam affert vtilitatem, quia ab illa prouenit vnitas, ordo, & optima gubernatio.

Conc. ſapè. Catech. vbi ſup. Materia, in qua recipitur hæc poteſtas, eſt illa perſona ſingularis, cui pro tempore ſucceſſiuè confertur dicta poteſtas; Et prima perſona fuit S. Petrus, poſtea Romani Pontifices illius ſucceſſores pro tempore exiſtentes. Materia, circa quam verſatur dicta poteſtas, ſunt omnes fideles, ſeu tota Eccleſia Catholica per vniuerſum orbem diſperſa.

Conc. & Catech. Forma eſt illa, quæ modo in definitione dicta eſt.

Efficiens eſt Chriſtus, qui primus illam inſtituit, &

Matth. 16 S. Petro dedit.

Per ſenſum. Hæc poteſtas eſt inuiſibilis: Perſona autem, in qua recipitur, viſibilis eſt: Item vſus, & effectus illius viſibiles ſunt: Oculis enim videmus Romanum Pontificem hac poteſtate vtentem, & totam Eccleſiam gubernantem.

Cap. 9. De ſummo Pontifice Romano.

MOdo explicandum eſt, quid per ſummum Pontificem intelligatur.

Sciendum ergo, quod ſicut in homine tria conſiderantur; primo anima rationalis, quæ eſt forma illius, ſecundo corpus humanum, quod huius formæ eſt materia; quia in illo anima recepta eſt: tertio compoſitum ex vtroque, quod dicitur homo; & hæc tria inter ſe diſtinguuntur; quia anima ſola non eſt homo; corpus ſolum non eſt homo; Homo vero eſt compoſitum ex anima, & corpore; Ita ſummus Pontifex

tria

tria dicit; nempè materiam, formam, & compoſitum; Forma enim eſt ſumma poteſtas iam dicta; Materia eſt illa perſona particularis, in qua talis poteſtas recepta eſt: Compoſitum vero ex tali perſona & ex tali poteſtate ſummus Pontifex appellatur.

Per ſummum ergo Pontificem intelligimus perſonam illam, cui ſumma iam dicta poteſtas collata eſt: Sed quia poſſet fieri æquiuocatio in perſona, cui talis poteſtas ſit communicata, dicitur quod S. Petrus fuit illa perſona, cui primo communicata eſt; Poſt S. Petrum, illa tantum perſona, quæ pro tempore ſuccedit in Cathedra S. Petri, eſt illa, cui communicatur, iuxta illud Chriſti; Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribę, & Phariſęi: Sicut enim Moyſes fuit primus, cui ſumma poteſtas in veteri teſtamento tradita eſt; quæ poteſtas à Chriſto Cathedra dicta eſt; Et poſt ipſum, vſque ad tempus Chriſti, ſemper fuerunt pro tēpore, qui in illa Cathedra ſederent; Ita S. Petrus fuit primus in nouo teſtamento, cui ſumma poteſtas collata ſit; Poſt ipſum vero illis tantum pro tēpore datur, qui ſucceſſores in Cathedra illius ſunt: Cum autem Cathedra S. Petri fuerit Romæ collocata; quippè qui illius Epiſcopus fuit; ſequitur, quod ille dicatur ſucceſſor S. Petri, qui ſuccedit illi in Cathedra Romana, in qua S. Petrus ſedens exercebat ſummam poteſtatem in Vrbem, & in Orbem. Ideo qui eligitur, vt ſedeat in illa Cathedra eſt electus: vt ſit Epiſcopus Vrbis, & Orbis.

Conc. & Catech. ibid.

Catech. de Sacra. ord. nu. 28.

Tria ergo de Pontifice Romano affirmātur; Primo quod ſit Pontifex, ſeu Epiſcopus, ſed hoc non ſufficit, quia non omnis Epiſcopus habet illam ſummam in totum orbem poteſtatem; Ideo ſecundo dicitur quod ſit Epiſcopus Romæ; ex quo ſequitur, tertium quod totius orbis Pontifex ſit, quia Petri ſucceſſor. Hæc autem tria ab his tribus verbis, ſummus Pontifex, Romanus; ſeu Romanus, Pontifex Summus explicata ſunt.

Catech. & Conc. ibid.

In Romano etiam Pōtifice quattuor cauſę poſſunt conſiderari; quę ſunt, materia eſt perſona, forma poteſtas collata, vt dictum eſt, Finis immediatus ſunt

Conc. & Catec. ibid.

ſunt hæc tria: Vnitas: Ordo; & optima gubernatio: Efficiens quoad inſtitutionem eſt Chriſtus, qui hunc magiſtratum in regno ſuo inſtituit: Quoad collationem poteſtatis, eſt idem Chriſtus, qui ſolus immediatè cuicunque Romano Pontifici hanc ſummam confert poteſtatem: Electores enim determinant quidem perſonam, cui conferatur poteſtas; ſed ipſi non conferunt poteſtatem: Sic in iurepatronatus, domini determinant perſonam cui conferatur beneficium, ſed ad Epiſcopo; non autem ab ipſis beneficij collatio fit: Determinatio ergo perſonæ ſuam debet habere cauſam efficientem: Hæc autem determinatio tria requirit: Primo quod ſit ſucceſſor Petri: Secundo quod ſit Epiſcopus Romæ; Tertio quod ſit Epiſcopus Orbis: Quæ inter ſe ita ſubordinantur, vt eſſe Epiſcopum Romæ ſit cauſa, quod quis ſit ſucceſſor Petri, quia Petrus Romæ Epiſcopi Cathedram habuit; Eſſe ſucceſſorem Petri ſit cauſa, ut quis ſit Pontifex Orbis, quia Petrus talis Pontifex fuit. Chriſtus ergo fuit cauſa, vt Petrus Epiſcopus Orbis fuerit: Factum Petri, Deo ſic diſponente; qui ſedit in Cathedra Romana, fuit cauſa quare Cathedra Romana, Cathedra Petri dicatur, & ſit: Electores ergo Romanorum Pontificum non determinant, quod Romanus Pontifex ſit ſucceſſor S. Petri; ſed ſupponunt iam eſſe determinatum; Sed determinant, quod modo hec perſona particularis ſit illa, quæ in Cathedra Petri ſedere debeat, & cui à Chriſto poteſtas data Petro, & illi tanquam ſucceſſori ipſius conferatur. Tale igitur eſt efficiens.

Catec. de Sacram. ord. n. 28.

Catec. de Sacr. ord. nu. 28.

De diſtinctione inter poteſtatem, & vſum illius: Item inter perſonam, & conditiones ipſius, dicendum eſt, vt ſupra.

Cap. 10. De vera Eccleſia.

Catech. art. 9.

DE hac ſupradictum eſt. Modo dicamus de illa ſic: illa eſt vera Eccleſia, in qua eſt vera forma regni Chriſti, ideſt vera doctrina; veræ leges; veri magiſtratus; & vera Sacramenta à Chriſto in Regno

ſuo

ſuo inſtituta: Sic illud eſt verũ corpus hominis, quod habet veram formam illius: Hinc fit, vt vera Eccleſia neceſſario habeat veros magiſtratus à Chriſto inſtitutos; & impoſſibile ſit, quod Eccleſia poſſit eſſe vera, ſi non habet veros magiſtratus, & quod magiſtratus poſſint eſſe veri, niſi in vera Eccleſia ſint conſtituti. Et hoc attigiſſe ſufficiat.

Cap. 11. Quid ſit eſſe, vel non eſſe Primatum Romani Pontificis.

HIc aliquæ æquiuocationes notandæ ſunt: Primatus Romani Pontificis duplicem habet exiſtentiam: Vnam in regno Chriſti, cuius eſt pars formalis; & ideo ab illo ſeparari non poteſt; ſicut nec poteſt ſeparari à vera Eccleſia. Aliam habet in perſona, cui à Deo collatus eſt; Et hæc exiſtentia valde variabilis eſt, quia modo in vna, modo in alia perſona collocatur, & in ſede vacante in nulla perſona eſt: Cum ergo Romanus Pontifex dicat, tum Primatum, tum perſonam, in qua ille receptus eſt; hęc autem variam nimis de exiſtentia conſiderationem habent, opus eſt, iuxta rei naturam, in ſingulis de exiſtentia conſiderare. *Senſus.*

Notandum hoc loco, per ſenſum euidens eſſe, quod in Eccleſia Catholica Romana iſte Primatus modo eſt, & antea fuit; hoc enim etiam hæretici fatentur: Item euidens eſt, quod in Eccleſia Lutherana, & Caluiniſtica nec modo eſt, nec antea fuit; ideo non eſt neceſse probare vtrum in dictis Eccleſijs ſit, vel non ſit; Sed ſumma probationis debet eſse hæc: Vtrum Primatus iſte ſemper fuerit, & ſit, & futurus ſit in regno Chriſti: Hæretici enim negant: Catholici affirmant: Et vtrique ſuas nituntur probare concluſiones: Sed probationes hæreticorum ſophiſticas, vel ad ſummum Topicas eſſe; Catholicorum vero multis modis certas eſse, per vſum Logicæ ſcientificæ admodum clarè demonſtrari poteſt. Quod ego nunc explicare tentabo.

LIBRI QVINTI DISTINCTIO SECVNDA.

In qua probatur

Primo, quod in nouo Teſtamento populus Chriſti gubernatur per viſibiles magiſtratus.

Secundo, quod mali magiſtratus peccant quidem non bene gubernando, ſed non amittunt poteſtatem.

NVnc ad probationes veniendum eſt. Prima autem probatio eſt, quod in lege noua populus Dei per uiſibiles magiſtratus gubernatur; non quidem primo; quia hoc ſoli Deo inuiſibili gubernatori conuenit; ſed ſecundario, & immediatè.

Cap. 1. Probatio, quod populus Dei in nouo Teſtamento per viſibilis magiſtratus gubernetur.

Ariſt. in Politic.

PEr magiſtratum intelligo poteſtatem gubernandi, non ſolam, ſed in aliqua particulari perſona collocatam: Nuda enim poteſtas non gubernat, ſed habens illam dicitur gubernator, & gubernare. Per magiſtratum uiſibilem non intelligo, quod poteſtas viſibilis ſit; eſt enim inuiſibilis; ſed intelligo compoſitum ex perſona, & poteſtate: Sicut enim homo componitur ex anima inuiſibili, & corpore viſibili; & tamen homo dicitur eſſe uiſibilis, quia per corpus uidemus effectus animæ, quorum primus eſt uita; ita in magiſtratu, licet poteſtas inuiſibilis ſit; tamen,

quia

Digitized by Google

quia in perſona talem poteſtatem habente ſenſibiliter videmus vſum poteſtatis, & effectus illius quorum primus eſt gubernatio, ideo magiſtratus, quia perſonā viſibilem habent, viſibiles eſſe dicuntur.

Per populum Dei intelligo veram Eccleſiam, & populum fidelem, ideſt illum, qui habet veram doctrinam Euangelij, veram fidem, veras Chriſti leges, veros magiſtratus, & vera Sacramenta. *art. 9.*

Per gubernationem intelligo exercere hos actus; Primus docendi veram doctrinam, & fidem S. Euangelij, ſeu veritates Euangelicas: Secundus explicandi legem Chriſti: Tertius conficiendi, & miniſtrandi Sacramenta: Quartus faciendi præcepta, quæ pro bona obſeruantia S. Euangelij opportuna eſſe videantur. Illa perſona, quæ, non quomodocunque, ſed ex officio ſibi dato, facit hos quatuor actus, vel aliquos illorum, ſiue in omnes, vt Summus Pontifex; ſiue in aliquos fideles, vt Epiſcopi particulares; gubernare populum Dei dicenda eſt. *ex Conc. ex Catec. ex Ariſt.*

Cap. 2. De mediata, & immediata Dei gubernatione.

NE circa hanc vocem gubernatio æquiuocetur, ſciendum eſt, quod Deus poteſt duplici modo mundum, homines, & populos gubernare: Et vnus eſt per ſeipſum ſolum primo, & immediatè abſque vlla ſecunda cauſa gubernantem: Alius eſt, quod per ſeipſum quidem primo; per alios verò immediatè, tradita illis poteſtate, gubernet: Qui ſecundus modus fit, cum Deus ſecundis cauſis ex una parte dat facultatem producendi ſuos effectus, ex alia præmouet, impellit, ordinat, adiuuat, cooperatur, ut illos producant: Catholici affirmant, Deum utroque modo mundum, & populos gubernare; ideſt primo per ſeipſum; immediatè per uiſibiles magiſtratus: Hæretici multi negant ſecundum modum gubernationis per viſibiles magiſtratus: Rationes hæreticorum mihi videntur tales. *S. Tho. 1. p. q. 22. ar. 3. & q. 103. ar. 6.*

Prima Deus poteſt mundum, & populos immediatè

diatè gubernare; ergo poſſibile eſt, quod dicitur.

2. Magis conuenit Deo, quod tantum primo modo gubernet.

3. Poteſtas Dei gubernatiua eſt ſancta, ideo non debet tradi hominibus, qui peccatores ſunt, ne polluatur.

4. Poteſtas Dei bona non poteſt ſtare cum malo vſu ipſius: Homines autem, qui habent hanc poteſtatem, ordinariè male vtuntur illa; ergo non habent illam.

5. Scriptura ait. Vnus eſt mediator, vnus Dominus, vnus Magiſter Chriſtus. ergo ſolus Chriſtus in regno ſuo eſt gubernator. Ad quæ ſic reſpondetur.

1. p. q. 22. ar. 2. & q. 193. ar. 6. Ad primum Conſequentia eſt de poſſibili ad eſſe; Ideo ſophiſtica nihil concludens. Deus enim poteſt etiam per alios ſecundo modo gubernare.

ibidem. Ad 2. Diuinæ bonitati maximè conuenit, vt hanc ſuam communicet poteſtatem.

ibid. arg Ad 3. Magis glorificatur diuina bonitas, ſi etiam peccatoribus data ſit: Deinde ſicut lapis precioſus non vileſcit in annulo plumbeo; ita Dei poteſtas non polluitur in homine peccatore.

Ariſt. 3. Polit. c. 1. Ad 4. Infra probabitur bonam poteſtatem ſecum compati malum vſum reſpectu perſonæ.

Arg. ex S. Th. vbi ſupra. Ad 5. Sicut albedo per ſe, & ſecundum quod ipſa vna eſt; & tamen res albæ plurimæ ſunt, veluti nix, paries, cignus; ſimulque ſtant albedinem eſſe vnam, & tamen plurimis communicari: Ita Chriſtus per ſe, & primo ſolus eſt mediator, & magiſter; & tamen non ſequitur, quin poſſit alijs ſuam poteſtatem communicare abſq; præiudicio ſuæ vnitatis: Ita in regno vnus eſt rex, & ſolus; qui tamen multis, abſque præiudicio dictæ vnitatis, & ſingularitatis ſuam communicat poteſtatem: Ideo dicta argumenta nihil concludunt; Nunc affirmatio Catholicorum probanda eſt.

Cap. 3. Probatio ex lumine naturali, & ex ſenſu.

A lege naturali ab experiētia. PRimo probatur à ſigno ſic: Deus poſſet producere immediatè omnes effectus, qui fiunt in terra, abſque

abſque cælo, & alijs cauſis: Ita poſſet producere immediatè corpora omnium hominum, & animantium, ſicut fecit ab initio mundi; ſed euidens eſt, nolle; quia per cælum, per genitores, & per ſecundas cauſas producit; ergo idem eſt probabile in gubernatione.

2. Communicatio diuinæ poteſtatis maximè glorioſam facit diuinam bonitatem; ergo affirmanda, quia gloria Dei eſt finis mundi. *à fine mū. di, & ex S.Th.ibi.*

3. Hæc communicatio maximam affert hominibus vtilitatem; ergo affirmanda, quia hęc vtilitas finis mundi eſt. *S.Th. 1 p. q.22.art. 3. & 103. art.6.*

4. Si Deus voluit communicare, quod maius eſt, nempè ſeipſum, ſuam eſſentiam, Spiritum ſanctum, & proprium filium, ergo vult poteſtatem, quæ minor eſt, communicare. *A maiori ad minus ex ſcriptura.*

5. Sicut in homine membra corporis duplicem habent gubernatorem, vnum inuiſibilem, qui eſt anima; alium viſibilem, qui eſt caput; ita in regno Chriſti gubernatio viſibilis & inuiſibilis rectè affirmatur. *A ſenſu.& ex S: Th. 3. p. q.8.*

6. Senſui euidens eſt, quod de iure diuino naturali plurimi homines habent poteſtatem à Deo gubernatiuam; veluti maritus in vxorem; Pater in filios; Dominus in ſeruos: Rector in Ciuitate; Dux in exercitu; Rex in Regno, & certū eſt, iſtas poteſtates eſſe à Deo, quia omnis poteſtas à Deo eſt; ergo certum, & euidens eſt per ſenſum, quod Deus ſuam poteſtatem gubernatiuam hominibus communicauit. *Ariſt. in Politica. Oeconomica. Per ſensū.*

7. Senſui euidens eſt, quod Maritus, Pater, Domini, Duces, & Reges verè & realiter pręcipiunt, prohibēt, dominantur in ſubditos ſuos; quod eſt proprium poteſtatis gubernatiuæ; ergo illam habent à Deo communicatam. *Ariſt.ibid. & ſenſus.*

8. Senſui certiſſimum eſt; Quod Deus modo nihil de nouo per ſeipſum immediatè, vel præcipit, vel prohibet, vel ordinat faciendum, vel vitandum; ſed iſta ab hominibus authoritatiue fiunt; ergo per homines immediatè gubernat. *Catech. ar.9.n.17 Conc. ſæpè in proœm.*

9. Membra viſibilia habent caput viſibile; grex viſibilis gubernantur à paſtore viſibili; ita exercitus; & Ciuitas, & Regnum gubernatorem viſibilem habent; *Senſus. Ratio. Authorit*

bent; ergo, & regnum Chriſti viſibile, gubernatorem viſibilem habere debet.

A ſenſu. A natura rei. 10. Omnes reges in regionibus longinquis, à quibus abſunt gubernatores conſtituunt, qui populis gubernatis præſentes nomine regis ſint: ergo cum Deus hominibus inuiſibilis ſit; quod æquipollet abſentię; rectè viſibiles magiſtratus conſtituet vices ſuas gerentes.

In Poli. & Oeconom. 11. Omnis ſocietas ordinata per ſe, & ſecundum quod ipſa, debet habere partem gubernantem, & partem gubernatam, vt ait Ariſtoteles; ſed ſoli homines ſunt pars humanæ ſocietatis; Deus autem non eſt pars: ergo ſocietas hominum in regno Chriſto debet habere partem gubernantem, & gubernatam.

Ex vſu, & natura rei. Ariſt. ibid. 12. In quocunque regno bene conſtituto neceſſe eſt, dare magiſtratum, qui poteſtatem habeat coactiuam, & punitiuam; per quam homines compeſcat facinoroſos; offenſas impediat; obſeruantiam legum promoueat: Cur ergo in Regno Chriſti non erit hæc poteſtas, quę prohibeat furta, homicidia, & adulteria?

Ducit ad impoſſibile 13. Si in Regno Chriſti nullus eſt magiſtratus viſibilis; ergo quilibet poteſt facere, quod ſibi placet, quia crimina impunita erunt: Hoc autem eſt regnum Chriſti eſſe ſumme confuſum, & inordinatum, quod eſt inconueniens.

idem. 14. Si quis in regno Chriſti iniuriam patiatur ab alio; ad quem pro obtinenda iuſtitia recurret? Nunquid ad Deum inuiſibilem? ergo datur viſibilis magiſtratus.

idem. 15. Quotidie homines naſcuntur, & opus eſt illos docere legem, & doctrinam Chiſti; quis autem hoc faciet, ſi nullus ſit magiſtratus? Deus enim non facit.

Seſſ. 5. c. 2. Refor. Ab apparentia Catech. ar. 9 nu. 13. 16. Quotidie neceſſe eſt miniſtrare ſenſibilia Sacramenta, vt Baptiſmum, & alia; Et ſenſui patet, quod Chriſtus illa non miniſtrat: ergo aliquis miniſtrabit.

Ex Polit. S. Tho. 3. p. q. 8. Cate. ar. 9. 17. Magiſtratus viſibilis tria bona facit in humana ſocietate, nempè, vnitatem, ordinem, & bonam gubernationem; & abſentia magiſtratum, vt apparet tempore interregni; facit mala oppoſita; At tria

bona

bona dicta maximè conueniunt regno Chriſti; ergo
magiſtratus viſibilis eſt affirmandus.

18. In vera Eccleſia neceſſe eſt eſſe veros magiſtra- *A vera Ec-*
tus; Sed probatum eſt, Eccleſiam Romanam eſſe ve- *cleſia.*
ram Eccleſiam; ergo cum in illa ſint viſibiles magi-
ſtratus, in regno Chriſti ſunt affirmandi.

19. Regnum Chriſti eſt perfectiſſimum; ergo de-
bet habere perfectiſſimam gubernationem; ſed hæc *Cate. ar. 9.*
poſita eſt in legibus & magiſtratibus uiſibilibus; quia *nu. 13.*
gubernati viſibiliter gubernantur, & gubernatio non *S. Tho. 3. p.*
poteſt eſſe viſibilis, niſi gubernator, & ipſe viſibilis ſit: *q. 8.*
ergo in illo magiſtratus viſibiles neceſſarij ſunt.

20. Regnum Chriſti eſt viſibile; Eccleſia eſt viſi- *A forma*
bilis; Fideles ſunt viſibiles; Sacramenta ſunt viſibilia; *Regni Chri-*
Textus Biblicus eſt viſibilis; Lex Chriſti eſt ſenſibilis *ſti.*
& obſeruantia S. Euangelij ſenſibilis ex magna parte
eſt: ergo hoc Regnum debet habere formam ſenſibi-
lem; Sed gubernatio eſt forma cuiuſcunque Regni;
ergo gubernatio in regno Chriſti debet eſſe ſenſibilis:
At non poteſt eſſe talis niſi habeat ſenſibiles magiſtra-
tus: ergo tales habebit.

Iſtæ rationes ſimul collectę intellectui claram poſ-
ſunt facere certitudinem.

Cap. 4 Probatur ex veteri, & nouo Teſtamento.

IDem probatur ex ueteri, & nouo teſtamento.

Primo ſcriptura veteris teſtamenti docet, Deum *Prouer. 8.*
per viſibiles magiſtratus gubernare: Ait enim, per me
reges regnant; & conditores legum iuſta decernunt;
& idem alibi ſæpius; ergo affirmandi ſunt in regno
Chriſti.

2. In veteri teſtamento Moyſes, Aaron, Samuel, *Ex ſcriptu-*
Saul, Dauid, & alij multi ſiue Duces, ſiue Reges, *ra.*
ſiue Iudices, gubernatiuam poteſtatem tum ſecula-
rem, tum Eccleſiaſticam habuerunt, & illa vſi ſunt;
nec vllus eſt dubitandi locus; & tamen Deus inuiſibi-
liter tum populum Hebræum; tum magiſtratus illius *1. Reg. 8.*
gubernabat, vt ipſemet dixit Samueli, & alibi ſcriptũ *verſ. 7.*
eſt; ergo in illo regno viſibili Deus per viſibiles magi

ſtratus gubernabat. Vel ergo hæc mediata gubernatio conuenit Deo, vel non; Si non; Cur ergo illa vſus eſt in veteri teſtamento? Si conuenit; cur ergo hæretici illam negant in nouo?

Rom. 13. verſ. 1. 2. & 3. & alibi ſcriptura. 3. Probatur per ſcripturam noui teſtamenti; quæ docet. Omnem poteſtatem eſſe à Deo: Et omnes debere eſſe ſubiectos poteſtatibus ſublimioribus; Reges eſſe honorandos; Patribus, maritis, & dominis eſſe obediendum: Epiſcopos regere Eccleſiam Dei; Audiendam eſſe Eccleſiam; Apoſtolis datam eſſe poteſtatem remittendi peccata conficiendi Euchariſtiam; Baptizandi; Docẽdi populos legem Dei; & alia multa faciendi; quæ pertinent ab gubernatiuam poteſtatem; ergo in nouo teſtamento hominibus data eſt.

ex Euang. 4. Chriſtus elegit duodecim Apoſtolos; Septuaginta duos diſcipulos; Dedit illis poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent; Miſit illos ante faciem ſuam: Petro dixit; Tibi dabo claues regni cælorum; Quodcunque ligaueris ſuper terram; Dixit; Paſce oues meas, & hoc dixit ter: dixit; Docete, baptizate omnes gentes, & alia multa, quæ ſine poteſtate gubernatiua fieri non poſſunt: ergo hominibus data eſt.

Conc. ſeſſ. ſcriptura. 5. Vſus primitiuæ Eccleſiæ ita docet: in ipſa enim fuerunt Diaconi; Item Sacerdotes, & Epiſcopi; Item Apoſtoli poteſtatem gubernatiuam exercebant: Eccleſias regebant; Epiſcopos ordinabant; Delicta puniebant, vt fecit S. Petrus Ananiæ, & Saphiræ; & S. Paulus illi fornicatori: Sacramenta miniſtrabant; Concilia congregabant, & decreta faciebant; & alia multa; ergo dicta poteſtas illis communicata erat; ideo affirmanda.

Cap. 5. Probatio per Traditionem, & per Eccleſiam.

Conc. ſeſſ. 23. c. 3. & per totum Catec. de ordin. 26. & 27.

PRimo Traditio docet hanc viſibilem gubernationem ſemper ab Eccleſia primitiua vſque modo in regno Chriſti fuiſſe; nempè Romanum Pontificẽ Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sacerdo-

tes

tes,Parochos,Diaconos,Doctores,Confeſſores, concionatores fuiſſe,& de fide ita eſſe affirmat.

2. Sancti Patres,& Eccleſiæ Doctores ita docent.

3. Eccleſia Catholica ſemper ita docuit,& de fide determinauit. *Conc. ibid. ibid.*

4. Senſus clariſſime,& euidẽter intuetur,quod modo in Eccleſia Catholica Romana, quæ ſola vera eſt, vt probatũ fuit,ſunt iſti viſibiles magiſtratus, qui Eccleſiam gubernant; Præcipiunt, prohibent, puniunt, ligant,abſoluunt,docẽt,baptizant; Sacrificia offerũt, Sacramenta miniſtrant,& fideles illis ſubſunt: Illorũ leges acceptant; Ab illis gubernantur; Sacramenta ſuſcipiunt; Quid hac re clarius eſſe poteſt? *Senſus. Conc. Catech. ibid.*

5. Idem ſenſus certiſſimè cognoſcit; Quod modo Deus, vel Chriſtus in nulla Eccleſia, neque in Catholica,neque in Lutheranâ, neque in Caluiniſtica immediatè gubernat, ſi de ſenſibili gubernatione loquamur; Quis enim videt Deum,aut Chriſtum his temporibus baptizantem? docentem? punientem? ligantem? abſoluentem? præcipientem? & alia,quæ ad gubernatiuam poteſtatem pertinent,exercentem? Cùm ergo regnum Chriſti non poſſit eſse abſque viſibili gubernatione;quia prædicatio,punitio,abſolutio,Sacramentorum adminiſtratio,per actiones ſenſibiles fieri debent,ſenſui autem certiſſimum eſt, quod modo Deus has actiones non facit viſibiliter, & immediatè per ſeipſum; ergo neceſse eſt dicere; vel quod regnum Chriſti ſit abſq; viſibili gubernatione; vel quod Deus mediatè per viſibiles magiſtratus gubernet. *Senſus, & ibid.*

Cap. 6. Concluſio huius probationis.

NVnc ex dictis mixtam colligamus probationem: Si argumenta hæreticorum nihil cõcludunt: Si affirmando in regno Chriſti viſibiles magiſtratus nullũ,vt apparet,ſequitur incõueniẽs: Si Deus per Angelos ſuperiores illuminat inferiores: Si per dæmones punit damnatos: Si dæmones ſuperiores habent poteſtatem in inferiores: Si vna vice tantum per ſeip-

ſum in creatione mundi produxit effectus; poſtea per ſecundas cauſas illos producit: Si per cælum producit effectus in terra: Si per genitores eiuſdem ſpeciei producit homines,& animalia: Si per maritum gubernat vxorem; Per patrem filios; Per dominum ſeruos; Per Reges regna; Per Duces exercitus: Si idem docuit, & fecit in teſtamento veteri: ſimiliter in nouo: Si traditio,& Eccleſia ita docent,& obſeruant: Demum ſi ſenſus ipſe apertiſſimè hoc intuetur; Quis non videt, veritatem hanc in certitudine fidei & in euidentia tum ſenſus, tum intellectus eſſe fundatam? & ideo à cunctis eſſe affirmandam,à nemine negandam?

Cap. 7. Secunda probatio, quod mali magiſtratus non amittant poteſtatem.

Ariſt. li. 3. Politic. c. 1 Catech. ar. 9. nu. 9. Conc. ſeſſ. 24. can. 10 Ariſt. Poli. lib. 3. c. 3.

MAgiſtratus per poteſtatem à Deo illis datam nō priuantur libertate: Hoc enim eſſet naturæ deſtruere legem: Ideo poſſunt eſſe boni,& mali; & poſſunt bene,& male vti ſibi tradita poteſtate: Dupliciter autem magiſtratus poteſt eſse bonus, & malus: Primo vt perſona priuata, ſeu vt homo, & Chriſtianus obſeruando legem Dei: Secundo vt magiſtratus, ſeu vt perſona publica bene vtendo ſibi tradita poteſtate: Idem eſt de malo: Veritas Catholica eſt; quod per neutram malitiam amittatur poteſtas, ordinariè tamen loquendo. Aliqui hæretici contrarium affirmant; nempè amitti per quodcunque peccatum mortale, per quod homo priuatur gratia Dei; præcipuè autem amittit per malum vſum poteſtatis. Rationes illorum, ni fallor, ſunt iſtæ.

Prima, qui priuatur gratia Dei, priuatur etiam beneficijs à Deo illi datis; Sed inter beneficia Dei eſt hæc poteſtas; ergo qui peccat mortaliter, cum priuetur gratia Dei, priuandus eſt etiam hac poteſtate.

Secundo finis poteſtatis eſt bonus vſus illius: ſed ſublato fine debet auferri medium, ergo vbi eſt malus vſus, poteſtas eſt auferenda.

Tertio res ſancta, & bona, qualis eſt Dei poteſtas, non

non poteſt ſtare cum repeſſimi,quale eſt peccatum mortale:ergo amittitur per illud: Solutio talis eſt.

Ad primum ait S. Paulus; abſque penitentia ſunt dona Dei; Dæmones amiſerunt gratiam,ſed non dona naturalia:Peccatores amittunt gratiam, non vitā, non ſanitatem,non diuitias,nec alia bona: Deus pluit ſuper bonos, & malos: Gratiæ gratis datæ ſimul ſtāt cum peccato mortali: In peccatore permanet fides; ergo ſine gratia quis poteſt beneficia Dei, & poteſtatem retinere. *Ariſt.3.Polit.c.1. Cana rec.art.9. nu.9. Conc. ſeſſ. 14.can.10 Ratio,& ſēſus.*

Ad ſecundum in magiſtratu duo conſiderantur,poteſtas, & perſona. Primum ideſt poteſtas ſemper eſt bona;& nunquam amittit,etiam peccante perſona proprium finem bonum; ideo argumentum ſupponit falſum,quod finis poteſtatis deficiat:Quod vero perſona habens poteſtatem deſinat habere bonum finem hoc non præiudicat fini poteſtatis:Ita ſupponit aliud falſum; Vſus enim non eſt finis, ſed applicatio rei ad finem;veluti nutritio eſt finis panis, manducatio autē non eſt finis,ſed applicatio panis ad finem ſuum,quæ applicatio poteſt eſſe bona,& mala. *Matt. 23. verſ.2.*

Ad tertium falſum eſt, quod res ſancta non poſſit ſtare cum peccato : Baptiſmus enim ſtat cum peccato mortali in Baptizato:Ita fides,& ſpes,etiam vt virtutes Theologicæ,manent in peccatore,gratia priuato:Ita matrimonium non diſſoluitur per peccatum mortale: In particulari poteſtas Mariti, & Patris, & Domini, & Ducis,& Regis non amittitur per peccatum mortale,neque per malum vſum illius, vt modo probatum erit. *Ariſt.Cat. Conc.ibid.*

Cap. 8. Probatio ex lumine & ratione naturali, & ex ſenſu.

NVnc afferam rationes ex lumine naturali, & ex ſenſu.

Primo res,& uſus illius poſſunt ſeparari; veluti aliud eſt ars,aliud vſus artis;& quis poteſt habere artem, & non vti, vel male vti illa : Ita multi medici errant in medendo; & artifices in operando; & ta- *ibid. & ex ſēſu, atque cōi iudicio.*

men vere,& realiter ſunt,& dicuntur medici,ſed mali;ergo ſimul ſtant habere artem, & male vti arte,ſeu peccare contra artem: Ita in poteſtate.

S. Auguſt. S.Tho.ſenſus, & experientia. Secundo plurimæ res in ſeipſis, & ex natura ſua ſunt bonæ, veluti aurum, vinum, diuitiæ, honor, ſapientia, intellectus, voluntas, ſenſus, ſanitas, fortitudo,arma,libri, ſtudium, & alia;.& tamen homo poteſt illis bene, & male vti; ſola virtus eſt, ex Auguſtino, qua quis non poteſt male vti; ergo poteſtas bonum, & malum vſum habere poteſt; ideo per peccatum,& malum vſum, ordinariè loquendo, non eſt amiſſa.

Eccl. 15. verſ 14. Conc.ſeſſ 6 can.5.& 6 Tertio vbi eſt liberum arbitrium,ibi debet eſſe facultas bene, & male vtendi; Sed perſona electa ad aliquem magiſtratum eſt libera; ergo poteſt bene, & male vti ſibi tradita poteſtate.

Seſſ.6.cap. 15.& ſeſſ. 14.can.10 de pænit. Quarto illa, quæ poſſunt eſſe in homine ſine gratia & amicitia Dei, poſſunt ſecum compati peccatum mortale;veluti ſunt fides,ſpes,& alia;ſed poteſtas gubernatiua poteſt eſſe ſine gratia Dei;quia non habent inuicem connexionem; ergo poteſt eſſe in homine exiſtenti in peccato mortali.

A cauſa propria, & à natura rei,& vſus cõmunis. Quinto poteſtas ſemel collata, ſi debet amitti,neceſſe eſt,quod ſicut habuit cauſam obtinendi; ita etiã habeat cauſam amittendi: Cauſæ autem amittendi poteſtatem ſunt; Prima mors perſonæ illam habẽtis: Secundo renunicatio facta ab illa: Tertia lex determinans tempus, & durationem dictæ poteſtatis & vſus illius,veluti ad tempus triennij: Quarto Authoritas ſuperioris magiſtratus illam auferentis: Vbi non ſunt ſimiles cauſæ, ibi poteſtas collata non dicitur amitti: peccatum autem, vel abuſus nulla illarum eſt; ergo manet cum illo.

A diuiſione demonſtratiua. Sexto impoſſibile eſt, quod quis male vtatur re, quam non habet; veluti quis non poteſt manducare panem,quem non habet; vel ergo in male vtente amittitur poteſtas ante vſum, vel in vſu, vel poſt vſum;ſi ante vſum;ergo talis vtitur re, quam nõ habet; ſi in vſu, & poſt vſum;ergo poteſtas cum malo vſu ſimul ſtat.

7. Deus nullam legem tulit ordinantem, quod poteſtas per peccatum amittatur; ergo non fit: Vel enim hæc poteſtas amittitur Deo ordinante, vel non ordinante: ſecundum eſſe non poteſt; quia poteſtas tandiu dirat, quandiu Deus vult illam durare; & illam, Deo nolente nullus auferre poteſt: ergo ſi Deus non ordinauit, quod per peccatū, & malū vſum amittatur, non amittetur: Hoc autem à Deo ſtatutum non eſt. *A cauſa propria.*

8. Communiter omnes ſapientes tenent, quod maritus, Pater, Dominus, Dux, Rex, & alij poteſtatem gubernatiuam habentes, etiam per peccatum, & malum vſum illam non amittant; Signum eſt, quia continuant gubernationem, & ſubditi illis obediunt; & pater, vel maritus peccator ſimul manet maritus, & peccator; ideo peccatum non aufert poteſtatem. *Ariſt. 3. Polic. c. 1. Conc. ibid.*

9. Si Deus dediſſet talem legem; Qui peccat, vel male vtitur poteſtate, amittat poteſtatem; ſequetur maxima confuſio in mundo, & in regno Chriſti; quia cum homines ſint peccatores, & bene vti poteſtate res difficilis ſit; ſequetur, quod poteſtas gubernatiua, & ipſa gubernatio res incertiſſima erit; quia peccante marito, vel Domino, vel Patre, vel Rege, ſiue publicè, ſiue priuatim, erit cōfuſio in ſubditis poteſtatem negantibus, & obedire renuentibus: & cū peccata occulta ſunt, multę actiones magiſtratuū inualidæ erunt; & diuina gubernatio eſt ordinatiſſima; ergo non eſt dicendum, quod dederit hanc legem, & ideo neque per peccatum amitti poteſtatem. *Ducit ad impoſſibile.*

10. Lex naturæ habet talia præcepta: Filius honoret patrem, & illi obediat: Vxor diligat maritum, & illi ſubſit: Populi ſint Regibus ſubiecti: Nunc ponamus caſum quod maritus, pater, & rex peccent, ac male vtantur poteſtate; quæro, an poſt peccatum maneant maritus, Pater, & Rex, an non: ſi dicatur, manet; ergo præcepta data de diligendo, &c. marito, & patre ſunt obſeruanda, & ideo illis eſt obediendum; ſed obedientia debet dari tantum illis, qui habent poteſtatem præcipiendi; ergo talis poteſtas manet in illis: Si dicatur non ſunt maritus, nec pater; quæro an à lege ita determinatum ſit eſſe? Quod ſi *Ariſt. in Polit. & Oeconom.*

Digitized by Google

certum eſt legem non determinaſſe, maxima ſuperbia eſt velle addere legi dictam priuationem, quæ legi contrariatur, & cuius contrarium ab omnibus hominibus, vt per ſenſum patet, negatum eſt.

Ex dictis ſimul collectis fit ex Logica euidens probatio per intellectum, & ſenſum.

Cap. 9. Probatio ex veteri, & nouo teſtamento.

Ex ſcriptura. PRimo in veteri, & nouo teſtamento nulla lex reperitur, quæ declaret magiſtratus per malum vſũ, & per peccatum mortale amittere poteſtatem: Imò paſſim in vtroque teſtamento contrarium docetur.

In eodem teſtamẽto. 2. In veteri teſtamento plures fuerunt Duces, Reges, Iudices, Sacerdotes mali; quia peccauerunt, & male vſi ſunt poteſtate; vt Heli, Saul, Salomon, & alij, ſed de nullo horum legitur, quod amiſerint poteſtatẽ; quia eorum gubernatio durauit vſque ad mortem; ergo gubernatiua poteſtas ſimul poteſt ſtare cum malo vſu, & cum peccato mortali.

1. Petr. 3. verſ. 17. Tertio in nouo teſtamento S. Petrus dixit. Seruos debere obedire dominis etiam diſcolis, & malis, vxores, & mulieres capůt habere viros, & maritos; Reges eſſe timendos: & honorãdos, & nunquam addit, quod tantum de bonis, & non de malis loquatur, & ex Euangelio non poteſt colligi, quod pater, vel Rex deſinat per peccatum eſſe talis; imò contrarium colligitur, quia abſolute ſcriptura ait, Patrem eſſe honorandum, ergo Catholica propoſitio in Euangelio fundata eſt.

Ioan. c. 11. & c. 18. Matt. 23. 4. Caifas fuit malus Pontifex, quia collegit Concilium contra Chriſtum; & tamen in Euangelio appellatur Pontifex; & ob talem dignitatem dicitur propheta ſſe; Amplius Scribæ; & Phariſęi erant mali, & peccatores; quia Chriſto contrarij, & mala opera faciebant; &, vt Chriſtus dixit, male vtebantur poteſtate; & tamen de illis Chriſtus dixit; Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, & docet illis eſſe obediendum, ſed illos non eſſe immitandos: Quid hoc loco clarius? Si ſedent ſuper Cathedram; Si eſt obediendum; ergo mali retinent poteſtatem.

Cap.

Cap. 10. *Probatur ex traditione, & authoritate Eccleſiæ.*

POnamus gubernatiuam poteſtatem habere plures ſpecies, veluti, mariti, patris, Domini, Ducis, Regis, Reipublicæ, Sacerdotis, Parochi, Epiſcopi, & Summi Pontificis; Omnesq; à Deo eſſe, iuxta illud, Omnis poteſtas à Deo eſt; & modo fit ſermo de poteſtate: & non de perſona habente illam: Quod enim poteſtas mariti, & Regis, & Epiſcopi ſit à Deo certum ex Sciptura eſt; quod vero hæc perſona particularis obtineat hanc poteſtatem; poteſt eſſe immediatè à ſecundis cauſis, item a Deo, etiam in malis perſonis; Veluti elegit Iudam ad Apoſtolatum, & illum tolerauit; Salomon duxit vxores alienigenas contra præceptum Dei; Simon magus voluit ſimoniacè obtinere poteſtatem: Tſtius ſi contrahat matrimonium cum Berta fit maritus illius, & ex facto ſuo obtinet mariti poteſtatem; ſed ex lege Dei fit, vt illam obtineat, quia marito dat illam: Quod ergo dicitur de vna ſpecie, debet dici de omnibus, quia eadem ratio de ſingulis eſt; ideo vel in omnibus, vel in nullis, peccatum mortale, & malus vſus auferent poteſtatem; Sed S. Paulus 1. Cor. cap. 7. De marito ait, Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius uiuit, quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt, Idem de Patre, & Rege dicendum eſt, niſi lex aliud diſponet: Cum ergo maritus, & pater poſſint multa committere peccata, & male vti poteſtate, neque tamen illam amittant ergo non amittitur per dicta, & ſimul ſtat cum illis, & talis fuit ſenſus, & vſus primitiuæ Eccleſiæ, & Traditio ab illa eſt deriuata; & tanquam veritas de fide habetur, & Concilia, & Patres ita docent: Et Eccleſia Catholica ſemper ita docuit, & obſeruauit. *Per inductionem de monſtratiuam.* *Conc. ſeſſ. 14. can. 10. de pænit. & ſeſſ. 13. c. 3.*

Senſus etiam ipſe nunc apertiſſimè ita fieri in Eccleſia Catholica Romana docet: Sacerdotes enim Parochi, Epiſcopi, & Romani Pontifices vſque ad mortem, ordinariè loquendo, ſuam retinent poteſtatem *Catech. art. 9. & de Sacra. ordinis.*

ſtatem, ſaltem Ordinis; Et collata poteſtas iuriſdictionis non aufertur per peccata, vel per malum vſũ, niſi vel ipſi renuncient, vel ex aliqua cauſa a ſuperiore, qui poſſit hoc facere auferatur: Propoſitio ergo Catholica vera, & certa eſt.

Probatio enim illius fundata eſt in lege naturæ, in teſtamento veteri, & nouo, in Traditione, in authoritate Eccleſiæ, & in euidentia tum ſenſus, tum intellectus, qui clariſſime vident, vbique in toto orbe terrarum, etiam ab infidelibus, ita obſeruari: Ideo probatio erit completa, & vndequaq; firmata, ſicut e contra oppoſita ſententia nullibi fundamentum habet.

Digitized by Google

LIBRI QVINTI DISTINCTIO TERTIA.

In qua probatur

Cum certitudine fidei, & cum euidentia tum ſenſus, tum intellectus,

Quod Primatus S. Petri, & Romani Pontificis eſt de ſubſtantia regni Chriſti,

Et quod ſemper fuit, & eſt, & erit in dicto Regno, & in vera Eccleſia Dei.

DVo in hac diſtinctione, mediante Logica, facere animus eſt. Primũ quidem certo, & clarè, exercitatis in Logica, demonſtrare, quod concluſio Catholica de Primatu Romani Põtificis cũ vera certitudine fidei, & cum vera euidentia tum ſenſus, tũ intellectus probata ſit: Alterũ eſt, quod propoſitio hæretica, & dictæ contraria nullũ penitus veſtigiũ certitudinis, ſeu certæ probationis habet, neq; habere poteſt: Et neq; aliquod indicium, vel ſignum probabilitatis probationes hæreticorum habere, quis poterit opinari. Rem igitur cum Dei auxilio aggredior.

Cap. 1. Proponitur Concluſio probanda.

COncluſio probanda eſt hæc: Primatus S. Petri, & Romani Pontificis eſt de ſubſtantia regni Chriſti, & ideo ſemper fuit, & eſt, & erit in dicto regno

vſque

vſque ad finem mundi; Et hoc ita eſſe, exercitatis in Logica, non quidem Topica, aut Sophiſtica, ſed ſcientifica, & poſterioriſtica, cum certitudine fidei, & cum euidentia tum ſenſus, tum intellectus probari poteſt.

Cap. 2. Explicatio terminorum dictæ concluſionis.

IAm explicatum fuit, quid & quotuplex ſit certa probatio; Dictum etiã eſt, quid ſit Primatus S. Petri, & Romani Pontificis: Quid ſit Romanus Põtifex, & alia huiuſmodi: Nunc tres terminos ſolos cum ſua explicatione proponam, id eſt ſubiectum, prædicatũ, & medium.

Conc. ſeſſ. 6. c. 1. reſo. in fine. Seſſ. 14. c. 7. Pro ſubiecto accipio Primatum S. Petri, ſeu ſummam gubernandi poteſtatem in aliqua ſingulari perſona collocatam: Ideo ſubiectũ erit primus, ſummus, generalis, & viſibilis magiſtratus, non ad modum Reipublicæ, ſiue optimatum, ſiue popularis in multis collocatus; ſed in vna ſingulari perſona pro tempore, & ſucceſſiuè admodum regni conſtitutus: Ita enim modo Primatus Romani Pontificis à nobis pro tali magiſtratu primo acceptus eſt.

S. Tho. 3. p. q. 8. art. 3. Ariſt. 3. Polit. c. 2. Prædicatum eſt hoc: Semper fuit, eſt, & erit in Regno Chriſti; & in Eccleſia Dei: Per, ſemper eſſe, intelligo non quandam exiſtentiæ continuationem, quæ rebus incorruptibilibus conuenit; ſed talem, quæ conuenit rebus ſucceſſiuis, veluti dicitur, Non auferetur ſceptrum de Iuda, donec &c. Item ſuper Cathedram Moyſi ſederunt &c. Item per tot annos fuerunt reges in populo Hebræo; item in regno Romanorum, Græcorum, & aliorum: Illa enim exiſtentia intelligitur continuata, non obſtante, quod fuerint multa interregna, ſeu vacationes Regum inter mortem vnius, & ſucceſſionem alterius, vt in talibus natura, & conditio exigit rerum. Ita igitur accipimus prædicatum principale.

lib. 2. poſt. text. 1. & 17. Medium ad hoc prædicatum de ſubiecto probãdũ eſt definitio ſubiecti, iuxta Ariſtotelis præceptum: Id eſt, quod hic magiſtratus eſt de ſubſtantia, & eſſentia,

tia,& forma regni Chriſti: Nullum enim medium ad probandum,quod hic magiſtratus ſemper fuerit in regno Chriſti,eſt magis aptum,quam hoc,quod ſit de ſubſtantia regni Chriſti: Illud autem dico eſse de ſubſtantia alicuius,quod vel in totum, vel in parte pertinet ad materiam & formam rei; veluti anima vegetatiua,ſenſitiua, & rationalis: Item corpus,& partes illius, vt caput, & brachia ſunt de ſubſtãtia hominis; quia ſunt de forma,& materia illius: Item omnia genera, ſiue proxima, ſiue remota dico eſse de ſubſtantia rei; veluti de ſubſtantia hominis eſt, quod ſit ſubſtantia, quod ſit corpus, quod ſit viuens, quod ſit animal: Idem eſt de differentijs,vt animatum,inanimatum, & ſimilia. Demum dico eſse de ſubſtantia rei, quæcunque pertinent ad primum modum per ſe, qui ab Ariſtotele in libro poſteriorũ fuit explicatus: Hæc pro terminorum declaratione dicta ſint. Nunc probationem afferam principalem. *Ex primo modo per ſe. 1. Poſt. c. 4. tex. 9.*

Cap. 3. Proponitur probatio ex Logica principalis.

PRobatio principalis eſt hæc.

Maior. Quidquid eſt de ſubſtantia Regni Chriſti, illud neceſſario ſemper fuit, & eſt, & erit in dicto regno, dum manet idem regnum.

Minor. Sed Primatus S. Petri,& Romani Pontificis eſt de ſubſtantia regni Chriſti.

Concluſio ergo Primatus dictus ſemper fuit,& eſt, & erit in regno Chriſti.

Perpende lector formam ſyllogiſticam, & rectam illam inuenies: Quod ſi vtraque præmiſſa cum certitudine fidei,& cum euidentia tum ſenſus,tum intellectus probata ſit: Concluſio certiſſimè probata erit.

Cap. 4. Probatio maioris.

MAior eſt adeo certa apud omnes ſapientes, vt ſuperfluum videatur illam velle probare; nihilominus aliquę ex Logica,& ex Metaphyſica afferentur probationes.

Prima

Ariſt. 1. poſt. c. 4. & 6. & ſeq. Seu. tex. 9. &c. & tex. 15. &c.

Prima ex Logica ſic: Maior: Omne prędicatum, quod ineſt ſubiecto in primo modo per ſe, dicitur illi ſubiecto ineſſe ſemper, & neceſſario, & inſeparabiliter Minor; Sed omne prædicatum, quod eſt de eſſentia, vel ſubſtantia ſubiecti, prædicatur de illo in primo modo per ſe: Concluſio: ergo omne, quod eſt de ſubſtantia regni Chriſti, ſemper, & inſeparabiliter illi ineſt. Maior eſt certiſſima apud omnes in Logica exercitatos; & qui negat hoc apertiſſimè deſtruit omnes ſcientias; quæ in modis per ſe ſuum præcipuum fundamentum habent: Minor eſt euidens ex definitione primi modi per ſe, in quo colliguntur prædicata, quæ de eſſentia rei ſunt, vt patet ex Ariſtotele, ideo hæc probatio apud intellectum certiſſima eſt.

2. poſt. c. 1. & ſeq. & lib. 1. ubi ſupra.

2. Ex Logica ſic. Quod continetur in definitione rei ſemper conuenit rei; & eſt in illa: Sed omne, quod eſt de eſsentia rei, continetur in definitione illius; ergo omne, quod eſt de eſſentia rei, ſemper conuenit illi. Vtraque præmiſſa certa eſt tum in generali, tum applicata regno Chriſti.

Probatio ex principijs per ſe in Metaph. notis.

3. Ex Metaphyſica ſic: Illud, per quod res per ſe, & propriè eſt, non poteſt ſeparari à re, quæ per ipſum eſt: Si enim non eſt illud, per quod res eſt, ergo neque ipſa res erit: Sed eſſentia eſt illud, per quod vnaqueq; res per ſe, & propriè talis res eſt; veluti homo eſt homo, quia habet eſſentiam hominis, & ſi non habet illam, non eſt homo: ergo quod eſt de eſſentia rei, ſemper eſt in re.

Ex per ſe notis in Phyſica.

4. Materia, & forma neceſſario ſunt in re, quæ ex illis compoſita eſt; & corruptio compoſiti nihil eſt aliud, quam ſeparatio materiæ, & formæ illius: Sed quod eſt de eſſentia rei omnino eſt, vel materia, vel forma illius: ergo quod eſt de eſſentia rei, à re ipſa ſeparari non poteſt.

Per ſe notũ in Metaph.

5. Impoſſibile eſt idem ſeparari à ſeipſo: Sed ſi eſſentia poteſt ſeparari ab eo, cuius eſt eſſentia, idem ſeparabitur à ſeipſo; quia ſic, homo erit ſeparatus ab eſſentia hominis, & homo eſt ſua eſſentia, quod eſt ſeparari à ſeipſo, ergo impoſſibile eſt, quod eſſentia ſeparetur ab illo, cuius eſt eſſentia.

6. Im-

6. Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe; ſed dicere, quod eſſentia rei poſſit ab ipſamet re ſeparari, eſt dicere, idem ſimul eſſe, & non eſſe: Si enim ſeparemus eſſentiam hominis ab homine, tunc non erit homo, quia non habet eſſentiam hominis; & ex ſuppoſito erit homo; quia ſupponitur ita eſſe. *ibid.*

7. Si dicatur non poteſt ſeparari tota eſſentia, ſed aliqua pars illius ſeparabilis eſt; Contra; quod dicitur de tota eſſentia, debet dici de qualibet parte; quia quælibet pars ingreditur definitionem rei; & ineſt illi in primo modo per ſe; Et partes eſſentiæ ſunt ſicut numeri, vt detracta vna parte, mutetur ſpecies: Si enim aliqui homines haberent pluſquam alij vnam partem eſſentiæ, tunc iſti homines ab alijs non tantum numero, ſed ſpecie differrent; ergo. *Ex Logica & Metaph.*

8. Si dicatur, Corpus hominis eſt de eſſentia hominis, & tamen ſi ab homine abſcindantur brachia, vel crura, vel ſine illis naſcatur, erit homo ſine illis; ergo pars eſſentiæ à re, cuius eſt eſſentia, poterit ſeparari: Reſpondebitur. Quod in materia poteſt aliquid addi, vel minui abſque eſſentiali rei mutatione: Ita in homine, infans per additionem materiæ augetur, & per ſubtractionem cibi minuitur: Ita in regno poteſt addi, vel ſubtrahi vna ciuitas abſque eſſentiali mutatione illius; Idem in membris corporis humani aliqua poſſunt abeſſe manente hominis eſſentia nõ variata; ideo ſunt quidem neceſſaria ad perfectionem corporis humani, non tamen ſunt de illius ſubſtantia, & eſſentia abſolutè, quia ſine illis eſſentia hominis manet, Gradus enim eſſentiales in forma continentur. Materia autem formæ ſubiectum eſt. *Materia rei eſt pars eſſentialis rei vt corpus hoĩs; pars materia, vt pes non dicitur. pars eſſentialis, ſed integralis & ſine vna parte integrali res eſſe poteſt, vt patet per ſenſum, ſed materia tunc eſt incompleta.*

9. Per ſenſum probatur; Separata anima ab homine, vel equo, vel herba, vel arbore, ſtatim corrumpitur res: Et res omnes eatenus fiunt, & ſunt, quatenus datur illis materia, & forma, & corrumpuntur per ſeparationem illarum. Et hoc omnes artifices, & operatij experiuntur. *Per ſenſũ, & naturam rei.*

10. Argumentũ pro nouitijs in Logica ſit: Quod poteſt adeſſe, & abeſſe abſque ſubiecti corruptione, eſt quintum prædicabile, quod dicitur accidens: Sed *Idẽ Ariſt. Lib. præd.*

eſſentia

eſſentia non eſt tale prædicabile: Prædicata enim eſſentialia ſunt genera, ſpecies, & eſſentiales differentiæ; quintum autem prædicabile omnino contrariatur prędicatis eſſentialibus: ergo eſſentia non poteſt ſeparari ab eo, cuius eſt eſſentia, ſicuti dictum eſt. Maior igitur vera, & certa eſt.

Cap. 5. De probatione minoris.

SVmma huius negotij, ſeu tractationis in probatione minoris poſita eſt. Hęc probatio debet eſſe certa: Vt ſit talis, poteſt fundari, primo in euidentia ſenſus, qui intuetur res: ſecundo in euidentia intellectus, ſeu in lumine naturali; tertio in teſtamento veteri; quarto in Euangelio; quinto in traditione; ſexto in authoritate Eccleſię Catholicæ. Hæc ſunt loca certę probationis quibus vtendum eſt.

Cap. 6. Prima probatio à genere regni Chriſti deſumpta.

PRima probatio fundatur in euidentia intellectus ſic.

Maior. Quidquid eſt de ſubſtantia, vel eſſentia, vel forma ordinatæ ſocietatis, illud eſt de ſubſtantia regni Chriſti.

Minor, ſed primus, & ſummus magiſtratus eſt de ſubſtantia, ſeu forma, ſeu eſſentia cuiuſcunque ordinatæ ſocietatis.

Cōcluſio, ergo primus, & ſummus, & viſibilis magiſtratus eſt de ſubſtantia regni Chriſti.

Ariſt. de prædic c. 3. in antepra dic. Idem Top. libr. 1. & ſeq.

Maior fit euidens per intellectum ſic: Quidquid eſt de ſubſtantia generis, eſt etiam de ſubſtantia eorum, quę ſub genere continentur, & de quibus genus in quid prędicatur: Veluti de homine prędicatur ſubſtantialiter ſubſtantia, corpus, viuens, & animal: Sed ſocietas, vt dictum fuit, eſt quoddam genus, ſub quo continetur regnum Chriſti tanquam ſpecies: Humana enim ſocietas conuenit multis, vt dictum eſt, & regnum Chriſti hanc dicit ſocietatem; quę in Eccleſia,

cleſia, ſeu in grege Chriſti reperitur: ergo maior vera eſt.

Minor ſic probatur. Societas humana alia eſt ordinata, alia inordinata; Ordinata alia eſt parua, alia media, alia magna: Parua eſt triplex, Mariti, & vxoris; Patris, & filiorum: Domini, & ſeruorum; Media eſt Pagi, & Ciuitatis; Magna eſt triplex; prima regnum; ſecunda Reſpublica optimatum; tertia Reſpublica popularis: Regnum eſt genus, ſub quo plures ſpecies continentur, nempè regnum terrenum, & cæleſte, quale eſt regnum Chriſti: Cum ergo per ſenſum apertiſſimè intueamur, & per intellectum certiſſime cognoſcamus, quod omnis ſocietas, ſiue parua, ſiue media, ſiue maxima, habet, tanquam eſſentiale, & ſubſtantiale, vnum primum magiſtratum, à quo gubernetur, veluti eſt Pater, Martius, Dominus, Rector, Senatus, Populus, & Rex, clarè ſequitur, quod etiam in regno Chriſti, talis primus magiſtratus tanquam de ſubſtantia, & forma illius affirmandus ſit.

Ariſtot. in Top. lib. 1. c. 2. & ſeq.

Ariſt. lib. Polit.

2. Idem probatur in genere proximo ſic.

In antepradicam. c. 3

Maior. Quidquid eſt de ſubſtantia, & forma regni in genere conſideratis; erit etiam de ſubſtantia regni Chriſti, quod regni quædam ſpecies eſt: Et hæc patet ex regula Ariſtotelis, Quod prædicatur de genere, de ſpecie prędicatur.

Minor. Sed primus magiſtratus, non in multis ad modum Reipublicæ, ſed in vna ſingulari perſona conſtitutus, eſt de ſubſtantia, & forma regni; quia per hoc ſpecificè diſtinguitur à Republica, & hoc ſenſui certiſſimum eſt.

Ariſt. lib. 1. Polit.

Concluſio: ergo primus magiſtratus in ſingulari perſona conſtitutus de ſubſtantia regni Chriſti eſt.

3. Idem probatur ex differentia ſpecifica ſic.

Maior. Omnis differentia, per quam genus ad eſſe ſpecificum coarctatur, de ſubſtantia, & de forma, & de eſſentia eſt illius ſpeciei; Veluti animal per rationale reſtringitur ad ſpeciem hominis, & eſt de forma illius.

ex Ariſt. de ante præd. c. 3.

Minor. Sed magna ſocietas, quæ eſt genus ad tres

Ariſt. 2.

Polit.per totum. ſpecies ſub illa contentas, reſtringitur, ad conſtituendam ſpeciem regni, per hanc differentiam, quod primus magiſtratus in ſingulari perſona ſit conſtitutus; & ex hoc ſolo differentia ſpecifica regni accepta eſt; & ita patet ſenſui; & intellectui.

ibid. Concluſio: ergo primus magiſtratus in vna ſingulari perſona conſtitutus eſt de forma, & de ſubſtantia cuiuſcunque regni, & per conſequens etiam Regni Chriſti.

Cap. 7. Secunda probatio à fine regni Chriſti deſumpta.

S.Tho.1.p. q.22. Ariſt.3. Polit. c.8. ibid.S.Th. Ariſt. 3. Polit. c.3. 4.&c. S.Th. 1.2. q. 90. & ſeq. PRO intelligentia huius probationis ſciẽdum eſt, quod vnaquæq; res ſecundum totam ſuam eſſentiam, & ſubſtantiam ordinatur ad proprium finem; quia nihil eſt in re, quod nõ ordinetur ad finem: Illud autẽ, quod in re eſt primũ ordinatũ ad finẽ, verè ſubſtãtia illius eſt: Anima.n.intellectiua primo ordinatur ad finẽ hominis, qui finis eſt Deus, vt cognoſcẽdus, & diligendus; intellectus vero, & voluntas ſecundo, & poſt illam tanquam illius accidentia ordinata ſunt: Sciendum etiam, quod in quocunque regno finis illius eſt bonum commune; Siue ſpirituale, vt in regno Chriſti: Siue temporale, vt in alijs regnis. Hoc autem bonum commune obtinetur per tria potiſſimum media, quæ ſunt, Primum vnitas populorum, quia multi vniti fortiores ſunt, quam pauci etiam vniti: Ex vnione enim multorum populorum multa bona ſequuntur, veluti magnum commercium inter multas Ciuitates; Maior firmitas, & fortitudo ad ſe tuendum ab his, qui offendere parati ſunt: Maior delectatio ex varietate proueniens, quæ in multorum conuictu reperitur: Secundum eſt, Ordo, Vnio enim multorum ſine ordine tumultus, confuſiones, & ſeditiones parit: Ideo in omni ſocietate Ordo inter ſuperiores, & inferiores conſtitutus eſt: Ita vt Ariſtoteles omnem ſocietatem ſiue paruam, ſiue magnam, dicat diuidi in duas partes, quarum vna eſt parens, alia imperans; vna pareſt, alia ſubeſt; vna gubernat, alia gubernatur:

Ariſt.Poli. libr.3.c.1. & ſeq. S.Tho.3.p. q.8.ar.1.et ſeq.3. Poli. per totum.

Et

Et inter gubernantes ordo neceſſarius eſt, qui ordo non poteſt dari;niſi vnus primus magiſtratus, cui alij magiſtratus ſubſint,cōſtituatur: Si enim in vno regno ſint decem Ciuitates,& ſingulæ ſuum habeant Rectorem, iſti decem Rectores,& item Ciuitates non poterunt vniri,& inter ſe ordinari, niſi ſupra ipſos aliquis ſummus magiſtratus conſtituatur: Ordo ergo in maxima ſocietate omnino neceſſarius eſt: Tertium eſt optima gubernatio, quæ ait Ariſtoteles, optima eſt, ſi ſumma poteſtas gubernatiua in vna ſingulari perſona conſtituta ſit: Vnumquodque ergo Regnum habet pro fine hæc tria: Vnitatem, Ordinem, & optimam gubernationem; Ex quo ſequitur, quod illud ſit de ſubſtantia regni,per quod regnum ad hæc tria primo ordinatum eſt; Illud autem, à quo primo in quocunq; regno hæc tria efficiuntur, eſt primus magiſtratus in vna ſingulari perſona conſtitutus,qui communiter appellatur Rex: Hic enim rex in regno vnitatem conſtituit,quia ipſe vnus eſt, & ab ipſo vno omnis gubernatio depēdet;& omnes populi,ac magiſtratus illi ſubiecti ſunt;ipſe vbique imperat, & omnibus; & ſub illo, tanquam ſub capite,omnia membra vnita ſunt: Ipſe eſt cauſa ordinis,quia ipſe primus eſt; Sub ipſo ſunt inferiores magiſtratus,qui ab illo eliguntur,reguntur, puniuntur: Sub inferioribus magiſtratibus,ſunt populi, qui immediatè ab illis gubernantur; Huius Regis gubernatio, quia non poteſt ab alijs impediri;quia pares in gubernatione non habet; multum accommodata eſt, ad cito, & rectè prouidendum, & exequendum,quod bonum publicum requirit: Vbi verò multi pares in poteſtate ſunt, non ita contingit, quia diſſidia inter illos ſæpiſſimè oriuntur, vnde ſæpè exequutio impedita eſt: Quibus ita ſtantibus certum erit ex fine, quod in quocunque regno de ſubſtantia illius erit primus magiſtratus in ſingulari perſona conſtitutus: Cum autem regnum Chriſti perfectiſſimum regnum ſit,clarè apparebit, quod finis illius erit bonum commune,erit Vnitas; Ordo, & optima gubernatio,& quod de eſſentia illius eſt primus magiſtratus. Et probatio ita ſit.

Metaph.li. 12. in fine.
S.Tho.3.p. q.90.e ſeq.
Ariſt.3.Poli.c.5.&c.
Ariſt.& S.Tho.ibi.

Maior. Illud per quod Regnum Chriſti primo, & per ſe habet Vnitatem, Ordinem, & Optimam gubernationem de ſubſtantia eſt regni Chriſti, vt patet ex dictis.

Senſus, ratio, authoritas. Minor. Sed Primatus Rom. Pontif. eſt illud, quo Regnum Chriſti primo, & per ſe habet Vnitatem, Ordinem, & Optimam gubernationem, vt ex dictis patet; ergo &c.

Cap. 8. Tertia probatio ex parte materiæ regni Chriſti erit.

Cate. ar. 9. S. Tho. 3. p. q. 8. Ariſt. 3. Polit. c. 4. MAteria regni Chriſti eſt Eccleſia Catholica, quia hæc eſt res gubernata; Et eſt vna, quia regnum Chriſti eſt vnum, & in Symbolo Apoſtolorum, & Niceno dicitur Vna in ſingulari: Hæc eſt ordinata, & optimè gubernata: Hæc colligit omnes fideles, qui per vniuerſum orbem diſperſi ſunt: Hæc habet ſub ſe plurimos populos, nationes, Reſpublicas, linguas, Regna, Ciuitates, ideo maxima eſt ſupra omnes humanas ſocietates; & eſt difficillimum in illa conſtituere Vnitatem, Ordinem, & optimam gubernationem, quia in tanta multitudine, & varietate, Vnitas, & Ordo, & optima gubernatio vix videtur poſſe reperiri; quod ſi Primatus Romani Pontificis de medio tollatur, dicta tria nullo modo in Eccleſia reperiuntur; Vel enim fideles habebunt libertatem conſcientiæ, vt poſſint facere, quod ſinguli volunt, & nullum habent ſuperiorem, & tunc nec Vnitas, nec Ordo, nec gubernatio erit. *Catech. Ariſt. ibid.* Quod ſi habeant ſuperiores Epiſcopos in ſingulis Ciuitatibus, & in Eccleſia ſint mille Epiſcopi, & ſinguli in ſua Ciuitate habeant ſummam poteſtatem, & poſſint in illa ſtatuere, quod ſibi placet; omnino tum Vnitas, tum Ordo, tum Societas, & communis gubernatio de medio tolletur, quod eſt deordinare regnum Chriſti: Neceſſe eſt ergo dare vnum primum magiſtratum, qui ſupra omnes Epiſcopos ſit: Et hic debet eſſe ad modum Regni, ideo in Regno Chriſti ex parte materiæ hic primus magiſtratus neceſſarius eſt, & probatio fit tali modo.

Maior.

Maior. Illud, per quod Eccleſia Dei primo, & per ſe habet Vnitatem, Ordinem, & optimam gubernationem, eſt de ſubſtantia regni Chriſti, & omnino inſeparabile ab illo; quia Eccleſia Dei neceſſario dicta tria habet. *ibid.*

Minor. Sed Primatus Romani Pontificis eſt illud, per quod Eccleſia Dei primo, & per ſe habet Ordinē, & alia, vt patet ex dictis; ergo. *ibid.*

Cap. 9. Quarta probatio ex parte formæ regni Chriſti.

EX forma regni Chriſti talis fit probatio.

Maior. Quod eſt de forma regni Chriſti, eſt de ſubſtantia illius; patet ex terminis. *Ex primo modo p ſe.*

Minor. Sed Primatus Rom. Pont. eſt de forma regni Chriſti; ergo de ſubſtantia illius. *Ariſt. 3. Politic. per totum.*

Probatio minoris ita eſt: Quod pertinet ad gubernationem Regni eſt de forma regni: Materia enim Regni eſt populus gubernatus, forma eſt ipſa gubernatio, quæ principaliter in duobus poſita eſt, nempè in legibus, & in magiſtratibus. In regno autem differentia, & forma ſpecifica à primo magiſtratu accipi debet, ideo hic Primatus eſt de forma regni Chriſti.

Cap. 10. Quinta probatio eſt ex parte efficientis regni Chriſti.

AB efficiente ita probatur.

Maior. Illa forma gubernandi, quæ maximè conuenit Deo, debet tribui regno Chriſti.

Minor. Sed forma gubernandi per vnum primum magiſtratum, qualis eſt Primatus Summi Pont. maximè conuenit Deo: ergo debet tribui regno Chriſti. *Ariſt. 12. Metaph. in fine.*

Maior eſt clara; Minor ita probatur: Deus eſt vnus mundi gubernator; ergo maximè conuenit illi gubernatio ad modum regni, & non poteſt conuenire illi gubernatio, quæ fit ad modum Reipublicæ, quia hæc primi magiſtratus multitudo diuinæ Vnitati videtur repugnare; Amplius Deus in omni humana *Ariſt. ibi. Polit. li. 3. c 4 & 5 1.*

 ſocie-

ſtatem, ſaltem Ordinis; Et collata poteſtas iuriſdictionis non aufertur per peccata, vel per malum vsũ, niſi vel ipſi renuncient, vel ex aliqua cauſa a ſuperiore, qui poſſit hoc facere auferatur: Propoſitio ergo Catholica vera, & certa eſt.

Probatio enim illius fundata eſt in lege naturæ, in teſtamento veteri, & nouo, in Traditione, in authoritate Eccleſiæ, & in euidentia tum ſenſus, tum intellectus, qui clariſſime vident, vbique in toto orbe terrarum, etiam ab infidelibus, ita obſeruari: Ideo probatio erit completa, & vndequaq; firmata, ſicut e contra oppoſita ſententia nullibi fundamentum habet.

Digitized by Google

LIBRI QVINTI DISTINCTIO TERTIA.

In qua probatur

Cum certitudine fidei,& cum euidentia tum ſenſus, tum intellectus,

Quod Primatus S. Petri, & Romani Pontificis eſt de ſubſtantia regni Chriſti,

Et quod ſemper fuit,& eſt,& erit in dicto Regno, & in vera Eccleſia Dei.

DVo in hac diſtinctione mediante Logica,facere animus eſt. Primũ quidem certo, & clarè, exercitatis in Logica,demonſtrare,quod concluſio Catholica de Primatu Romani Põtificis cũ vera certitudine fidei,& cum vera euidentia tum ſenſus,tũ intellectus probata ſit: Alterũ eſt, quod propoſitio hæretica,& dictæ contraria nullũ penitus veſtigiũ certitudinis,ſeu certæ probationis habet,neq; habere poteſt: Et neq; aliquod indicium,vel ſignum probabilitatis probationes hæreticorum habere, quis poterit opinari. Rem igitur cum Dei auxilio aggredior.

Cap. 1. Proponitur Concluſio probanda.

COncluſio probanda eſt hæc: Primatus S. Petri, & Romani Pontificis eſt de ſubſtantia regni Chriſti, & ideo ſemper fuit, & eſt, & erit in dicto regno

vſque

Digitized by Google

tia,& forma regni Chriſti: Nullum enim medium ad probandum,quod hic magiſtratus ſemper fuerit in regno Chriſti,eſt magis aptum,quam hoc,quod ſit de ſubſtantia regni Chriſti: Illud autem dico eſse de ſubſtantia alicuius,quod vel in totum, vel in parte pertinet ad materiam,& formam rei; veluti anima vegetatiua,ſenſitiua, & rationalis: Item corpus,& partes illius, vt caput, & brachia ſunt de ſubſtãtia hominis; quia ſunt de forma,& materia illius: Item omnia genera, ſiue proxima, ſiue remota dico eſse de ſubſtantia rei; veluti de ſubſtantia hominis eſt, quod ſit ſubſtantia, quod ſit corpus, quod ſit viuens, quod ſit animal: Idem eſt de differentijs,vt animatum,inanimatum, & ſimilia. Demum dico eſse de ſubſtantia rei, quæcunque pertinent ad primum modum per ſe, qui ab Ariſtotele in libro poſteriorũ fuit explicatus: Hæc pro terminorum declaratione dicta ſint. Nunc probationem afferam principalem. *Ex primo modo per ſe. 1. Poſt. c. 4. tex. 9.*

Cap. 3. Proponitur probatio ex Logica principalis.

PRobatio principalis eſt hæc.

Maior. Quidquid eſt de ſubſtantia Regni Chriſti, illud neceſſario ſemper fuit, & eſt, & erit in dicto regno, dum manet idem regnum.

Minor. Sed Primatus S. Petri,& Romani Pontificis eſt de ſubſtantia regni Chriſti.

Concluſio ergo Primatus dictus ſemper fuit,& eſt, & erit in regno Chriſti.

Perpende lector formam ſyllogiſticam, & rectam illam inuenies: Quod ſi vtraque præmiſſa cum certitudine fidei,& cum euidentia tum ſenſus,tum intellectus probata ſit: Concluſio certiſſimè probata erit.

Cap. 4. Probatio maioris.

MAior eſt adeo certa apud omnes ſapientes, vt ſuperfluum videatur illam velle probare; nihilominus aliquę ex Logica,& ex Metaphyſica afferentur probationes.

Ariſt. 1. poſt. c. 4. & 6. & ſeq. Seu. tex. 9. &c. & tex. 15. &c.

Prima ex Logica ſic: Maior: Omne prędicatum, quod ineſt ſubiecto in primo modo per ſe, dicitur illi ſubiecto ineſſe ſemper, & neceſſario, & inſeparabiliter Minor; Sed omne prædicatum, quod eſt de eſſentia, vel ſubſtantia ſubiecti, prædicatur de illo in primo modo per ſe: Concluſio: ergo omne, quod eſt de ſubſtantia regni Chriſti, ſemper, & inſeparabiliter illi ineſt. Maior eſt certiſſima apud omnes in Logica exercitatos; & qui negat hoc apertiſſimè deſtruit omnes ſcientias; quæ in modis per ſe ſuum præcipuum fundamentum habent: Minor eſt euidens ex definitione primi modi per ſe, in quo colliguntur prædicata, quæ de eſſentia rei ſunt, vt patet ex Ariſtotele, ideo hæc probatio apud intellectum certiſſima eſt.

2. poſt. c. 1. & ſeq. & lib. 1. ubi ſupra.

2. Ex Logica ſic. Quod continetur in definitione rei ſemper conuenit rei; & eſt in illa: Sed omne, quod eſt de eſsentia rei, continetur in definitione illius; ergo omne, quod eſt de eſſentia rei, ſemper conuenit illi. Vtraque præmiſſa certa eſt tum in generali, tum applicata regno Chriſti.

Probatio ex principijs per ſe inMetaph. notis.

3. Ex Metaphyſica ſic: Illud, per quod res per ſe, & propriè eſt, non poteſt ſeparari à re, quæ per ipſum eſt: Si enim non eſt illud, per quod res eſt, ergo neque ipſa res erit: Sed eſſentia eſt illud, per quod vnaquęq; res per ſe, & propriè talis res eſt; veluti homo eſt homo, quia habet eſſentiam hominis, & ſi non habet illam, non eſt homo: ergo quod eſt de eſſentia rei, ſemper eſt in re.

Ex per ſe notis in Phyſica.

4. Materia, & forma neceſſario ſunt in re, quæ ex illis compoſita eſt; & corruptio compoſiti nihil eſt aliud, quam ſeparatio materiæ, & formæ illius: Sed quod eſt de eſſentia rei omnino eſt, vel materia, vel forma illius: ergo quod eſt de eſſentia rei, à re ipſa ſeparari non poteſt.

Per ſe notũ in Metaph.

5. Impoſſibile eſt idem ſeparari à ſeipſo: Sed ſi eſſentia poteſt ſeparari ab eo, cuius eſt eſſentia, idem ſeparabitur à ſeipſo; quia ſic, homo erit ſeparatus ab eſſentia hominis, & homo eſt ſua eſſentia, quod eſt ſeparari à ſeipſo, ergo impoſſibile eſt, quod eſſentia ſeparetur ab illo, cuius eſt eſſentia.

6. Im-

6. Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe; ſed dicere, quod eſſentia rei poſſit ab ipſamet re ſeparari, eſt dicere, idem ſimul eſſe, & non eſſe: Si enim ſeparemus eſſentiam hominis ab homine, tunc non erit homo, quia non habet eſſentiam hominis; & ex ſuppoſito erit homo; quia ſupponitur ita eſſe.

ibid.

7. Si dicatur non poteſt ſeparari tota eſſentia, ſed aliqua pars illius ſeparabilis eſt; Contra; quod dicitur de tota eſſentia, debet dici de qualibet parte; quia qualibet pars ingreditur definitionem rei; & ineſt illi in primo modo per ſe; Et partes eſſentiæ ſunt ſicut numeri, vt detracta vna parte, mutetur ſpecies: Si enim aliqui homines haberent pluſquam alij vnam partem eſſentiæ, tunc iſti homines ab alijs non tantum numero, ſed ſpecie differrent; ergo.

Ex Logica & Metaph.

8. Si dicatur, Corpus hominis eſt de eſſentia hominis, & tamen ſi ab homine abſcindantur brachia, vel crura, vel ſine illis naſcatur, erit homo ſine illis; ergo pars eſſentiæ à re, cuius eſt eſſentia, poterit ſeparari: Reſpondebitur. Quod in materia poteſt aliquid addi, vel minui abſque eſſentiali rei mutatione: Ita in homine, infans per additionem materiæ augetur, & per ſubtractionem cibi minuitur: Ita in regno poteſt addi, vel ſubtrahi vna ciuitas abſque eſſentiali mutatione illius; Idem in membris corporis humani aliqua poſſunt abeſſe manente hominis eſſentia nō variata; ideo ſunt quidem neceſſaria ad perfectionem corporis humani, non tamen ſunt de illius ſubſtantia, & eſſentia abſolutè, quia ſine illis eſſentia hominis manet, Gradus enim eſſentiales in forma continentur. Materia autem formæ ſubiectum eſt.

Materia rei eſt pars eſſentialis rei vt corpus hoīs; pars materia, vt pes non dicitur. pars eſſentialis, ſed integralis, & ſine vna parte integrali res eſſe poteſt, vt patet per ſenſum, ſed materia tunc eſt incompleta.

9. Per ſenſum probatur; Separata anima ab homine, vel equo, vel herba, vel arbore, ſtatim corrumpitur res: Et res omnes eatenus fiunt, & ſunt, quatenus datur illis materia, & forma, & corrumpuntur per ſeparationem illarum. Et hoc omnes artifices, & operarij experiuntur.

Per ſenſū, & naturam rei.

10. Argumentū pro nouitijs in Logica fit: Quod poteſt adeſſe, & abeſſe abſque ſubiecti corruptione, eſt quintum prædicabile, quod dicitur accidens: Sed

Idē Ariſt. Lib. præd.

eſſentia

Digitized by Google

eſſentia non eſt tale prædicabile: Prædicata enim eſſentialia ſunt genera, ſpecies, & eſſentiales differentiæ; quintum autem prædicabile omnino contrariatur prędicatis eſſentialibus: ergo eſſentia non poteſt ſeparari ab eo, cuius eſt eſſentia, ſicuti dictum eſt. Maior igitur vera, & certa eſt.

Cap. 5. De probatione minoris.

SVmma huius negotij, ſeu tractationis in probatione minoris poſita eſt. Hęc probatio debet eſſe certa: Vt ſit talis, poteſt fundari, primo in euidentia ſenſus, qui intuetur res: ſecundo in euidentia intellectus, ſeu in lumine naturali; tertio in teſtamento veteri; quarto in Euangelio; quinto in traditione; ſexto in authoritate Eccleſię Catholicæ. Hæc ſunt loca certę probationis quibus vtendum eſt.

Cap. 6. Prima probatio à genere regni Chriſti deſumpta.

PRima probatio fundatur in euidentia intellectus ſic.

Maior. Quidquid eſt de ſubſtantia, vel eſſentia, vel forma ordinatæ ſocietatis, illud eſt de ſubſtantia regni Chriſti.

Minor, ſed primus, & ſummus magiſtratus eſt de ſubſtantia, ſeu forma, ſeu eſſentia cuiuſcunque ordinatæ ſocietatis.

Cõcluſio, ergo primus, & ſummus, & viſibilis magiſtratus eſt de ſubſtantia regni Chriſti.

Ariſt. de prædic c 3. *in antepra dic.* *Idem Top. libr.* 1. *& ſeq.*

Maior fit euidens per intellectum ſic: Quidquid eſt de ſubſtantia generis, eſt etiam de ſubſtantia eorum, quę ſub genere continentur, & de quibus genus in quid prędicatur: Veluti de homine prędicatur ſubſtantialiter ſubſtantia, corpus, viuens, & animal: Sed ſocietas, vt dictum fuit, eſt quoddam genus, ſub quo continetur regnum Chriſti tanquam ſpecies: Humana enim ſocietas conuenit multis, vt dictum eſt, & regnum Chriſti hanc dicit ſocietatem; quę in Ec-

Digitized by Google

cleſia, ſeu in grege Chriſti reperitur: ergo maior vera eſt.

Minor ſic probatur. Societas humana alia eſt ordinata, alia inordinata; Ordinata alia eſt parua, alia media, alia magna: Parua eſt triplex, Mariti, & Vxoris; Patris, & filiorum: Domini, & ſeruorum; Media eſt Pagi, & Ciuitatis; Magna eſt triplex; prima regnum; ſecunda Reſpublica optimatum; tertia Reſpublica popularis: Regnum eſt genus, ſub quo plures ſpecies continentur, nempè regnum terrenum, & cæleſte, quale eſt regnum Chriſti: Cum ergo per ſenſum apertiſſimè intueamur, & per intellectum certiſſime cognoſcamus, quod omnis ſocietas, ſiue parua, ſiue media, ſiue maxima, habet, tanquam eſſentiale, & ſubſtantiale, vnum primum magiſtratum, à quo gubernetur, veluti eſt Pater, Martius, Dominus, Rector, Senatus, Populus, & Rex, clarè ſequitur, quod etiam in regno Chriſti, talis primus magiſtratus tanquam de ſubſtantia, & forma illius affirmandus ſit. *Ariſtot. in Top. lib. 1. c. 2. & ſeq.* *Ariſt. lib. Polit.*

2. Idem probatur in genere proximo ſic. *In antepradicam. c. 3*

Maior. Quidquid eſt de ſubſtantia, & forma regni in genere conſideratis; erit etiam de ſubſtantia regni Chriſti, quod regni quædam ſpecies eſt: Et hæc patet ex regula Ariſtotelis, Quod prædicatur de genere, de ſpecie prędicatur.

Minor. Sed primus magiſtratus, non in multis ad modum Reipublicæ, ſed in vna ſingulari perſona conſtitutus, eſt de ſubſtantia, & forma regni; quia per hoc ſpecificè diſtinguitur à Republica, & hoc ſenſui certiſſimum eſt. *Ariſt. lib. 1. Polit.*

Concluſio: ergo primus magiſtratus in ſingulari perſona conſtitutus de ſubſtantia regni Chriſti eſt.

3. Idem probatur ex differentia ſpecifica ſic.

Maior. Omnis differentia, per quam genus ad eſſe ſpecificum coarctatur, de ſubſtantia, & de forma, & de eſſentia eſt illius ſpeciei; Veluti animal per rationale reſtringitur ad ſpeciem hominis, & eſt de forma illius. *ex Ariſt. de ante prad. c. 3.*

Minor. Sed magna ſocietas, quæ eſt genus ad tres *Ariſt. 2.*

Polit. per totum. ſpecies ſub illa contentas, reſtringitur, ad conſtituendam ſpeciem regni, per hanc differentiam, quod primus magiſtratus in ſingulari perſona ſit conſtitutus; & ex hoc ſolo differentia ſpecifica regni accepta eſt; & ita patet ſenſui; & intellectui.

ibid. Concluſio: ergo primus magiſtratus in vna ſingulari perſona conſtitutus eſt de forma, & de ſubſtantia cuiuſcunque regni, & per conſequens etiam Regni Chriſti.

Cap. 7. Secunda probatio à fine regni Chriſti deſumpta.

S.Tho. 1. p. q. 22. Ariſt. 3. Polit. c. 8. PRO intelligentia huius probationis ſciẽdum eſt, quod vnaquæq; res ſecundum totam ſuam eſſentiam, & ſubſtantiam ordinatur ad proprium finem; quia nihil eſt in re, quod nõ ordinetur ad finem: Illud autẽ, quod in re eſt primũ ordinatũ ad finẽ, verè ſubſtãtia illius eſt: Anima.n.intellectiua primo ordinatur *ibid. S. Th. Ariſt. 3. Polit. c. 3. 4. &c.* ad finẽ hominis, qui finis eſt Deus, vt cognoſcẽdus, & diligendus; intellectus vero, & voluntas ſecundo, & poſt illam tanquam illius accidentia ordinata ſunt: *S.Th. 1. 2. q. 90. & ſeq.* Sciendum etiam, quod in quocunque regno finis illius eſt bonum commune; Siue ſpirituale, vt in regno Chriſti: Siue temporale, vt in alijs regnis. Hoc autem bonum commune obtinetur per tria potiſſimum media, quæ ſunt, Primum vnitas populorum, quia multi vniti fortiores ſunt, quam pauci etiam vniti: Ex *Ariſt. Poli. libr. 3. c. 1. & ſeq. S.Tho. 3. p. q. 8. ar. 1. et ſeq. 3. Poli. per totum.* vnione enim multorum populorum multa bona ſequuntur, veluti magnum commercium inter multas Ciuitates; Maior firmitas, & fortitudo ad ſe tuendum ab his, qui offendere parati ſunt: Maior delectatio ex varietate proueniens, quæ in multorum conuictu reperitur: Secundum eſt, Ordo, Vnio enim multorum ſine ordine tumultus, confuſiones, & ſeditiones parit: Ideo in omni ſocietate Ordo inter ſuperiores; & inferiores conſtitutus eſt: Ita vt Ariſtoteles omnem ſocietatem ſiue paruam, ſiue magnam, dicat diuidi in duas partes, quarum vna eſt parens, alia imperans; vna pareſt, alia ſubeſt; vna gubernat, alia gubernatur:

Et

Et inter gubernantes ordo neceſſarius eſt, qui ordo non poteſt dari; niſi vnus primus magiſtratus, cui alij magiſtratus ſubſint, cõſtituatur: Si enim in vno regno ſint decem Ciuitates, & ſingulæ ſuum habeant Rectorem, iſti decem Rectores, & item Ciuitates non poterunt vniri, & inter ſe ordinari, niſi ſupra ipſos aliquis ſummus magiſtratus conſtituatur: Ordo ergo in maxima ſocietate omnino neceſſarius eſt: Tertium eſt optima gubernatio, quæ ait Ariſtoteles, optima eſt, ſi ſumma poteſtas gubernatiua in vna ſingulari perſona conſtituta ſit: Vnumquodque ergo Regnum habet pro fine hæc tria: Vnitatem, Ordinem, & optimam gubernationem; Ex quo ſequitur, quod illud ſit de ſubſtantia regni, per quod regnum ad hæc tria primo ordinatum eſt: Illud autem, à quo primo in quocunq; regno hæc tria efficiuntur, eſt primus magiſtratus in vna ſingulari perſona conſtitutus, qui communiter appellatur Rex: Hic enim rex in regno vnitatem conſtituit, quia ipſe vnus eſt, & ab ipſo vno omnis gubernatio depẽdet; & omnes populi, ac magiſtratus illi ſubiecti ſunt; ipſe vbique imperat, & omnibus; & ſub illo, tanquam ſub capite, omnia membra vnita ſunt: Ipſe eſt cauſa ordinis, quia ipſe primus eſt; Sub ipſo ſunt inferiores magiſtratus, qui ab illo eliguntur, reguntur, puniuntur: Sub inferioribus magiſtratibus, ſunt populi, qui immediatè ab illis gubernantur; Huius Regis gubernatio, quia non poteſt ab alijs impediri; quia pares in gubernatione non habet; multum accommodata eſt, ad cito, & rectè prouidendum, & exequendum, quod bonum publicum requirit: Vbi verò multi pares in poteſtate ſunt, non ita contingit, quia diſſidia inter illos ſæpiſſimè oriuntur, vnde ſæpè exequutio impedita eſt: Quibus ita ſtantibus certum erit ex fine, quod in quocunque regno de ſubſtantia illius erit primus magiſtratus in ſingulari perſona conſtitutus: Cum autem regnum Chriſti perfectiſſimum regnum ſit, clarè apparebit, quod finis illius erit bonum commune, erit Vnitas; Ordo, & optima gubernatio, & quod de eſſentia illius eſt primus magiſtratus. Et probatio ita fit.

Metaph. li. 12. in fine.
S. Tho. 3. p. q. 90. e ſeq.
Ariſt. 3. Poli. c. 5. &c.
Ariſt. & S. Tho. ibi.

Maior. Illud, per quod Eccleſia Dei primo, & per ſe habet Vnitatem, Ordinem, & optimam gubernationem, eſt de ſubſtantia regni Chriſti, & omnino inſeparabile ab illo; quia Eccleſia Dei neceſſario dicta tria habet. *ibid.*

Minor. Sed Primatus Romani Pontificis eſt illud, per quod Eccleſia Dei primo, & per ſe habet Ordinē, & alia, vt patet ex dictis; ergo. *ibid.*

Cap. 9. Quarta probatio ex parte formæ regni Chriſti.

EX forma regni Chriſti talis fit probatio.

Maior. Quod eſt de forma regni Chriſti, eſt de ſubſtantia illius; patet ex terminis. *Ex primo modo p ſe.*

Minor. Sed Primatus Rom. Pont. eſt de forma regni Chriſti; ergo de ſubſtantia illius.

Probatio minoris ita eſt: Quod pertinet ad gubernationem Regni eſt de forma regni: Materia enim Regni eſt populus gubernatus, forma eſt ipſa gubernatio, quæ principaliter in duobus poſita eſt, nempè in legibus, & in magiſtratibus: In regno autem differentia, & forma ſpecifica à primo magiſtratu accipi debet, ideo hic Primatus eſt de forma regni Chriſti. *Ariſt. 3. Politic. per totum.*

Cap. 10. Quinta probatio eſt ex parte efficientis regni Chriſti.

AB efficiente ita probatur.

Maior. Illa forma gubernandi, quæ maximè conuenit Deo, debet tribui regno Chriſti.

Minor. Sed forma gubernandi per vnum primum magiſtratum, qualis eſt Primatus Summi Pont. maximè conuenit Deo: ergo debet tribui regno Chriſti. *Ariſt. 12. Metaph. in fine.*

Maior eſt clara; Minor ita probatur: Deus eſt vnus mundi gubernator; ergo maximè conuenit illi gubernatio ad modum regni, & non poteſt conuenire illi gubernatio, quæ fit ad modum Reipublicæ, quia hæc primi magiſtratus multitudo diuinæ Vnitati videtur repugnare; Amplius Deus in omni humana *Ariſt. ibi. Polit. li. 3. c 4 & ſeq.*

 ſocie-

ſocietate vnum primum conſtituit viſibilē magiſtratum; veluti in coniugali; in paterna, in dominatiua, in gubernatiua Ciuitatis, Regni, ac Reipublicæ; ergo ſi Deus ordinariè omnem ſocietatem per vnum primū magiſtratum gubernat, & ita fecit in veteri teſtamento, omnino conuenit, vt in regno Chriſti vnus primus magiſtratus ſit conſtitutus.

Si dicatur. Deus immediatè per ſeipſum gubernat, & hoc conuenit illi. Contra: Imò magis conuenit illi gubernatio per viſibiles magiſtratus, vt ſupra probatum eſt. Et Deus ordinariè in omni humana ſocietate hoc facit, vt de Marito, Patre, Domino, Rectore, Rege, & alijs patet. Effectus enim viſibiles Deus per cauſas viſibiles producit, gubernatio autem effectus viſibilis eſt in populo viſibiliter gubernato, ideo à gubernatore viſibili fieri debet; Primatus ergo dictus maximè conuenit regno Chriſti.

Cap. 11. Sexta probatio per ſenſum ab effectu.

PRobatur per ſenſum, & ab effectu ſic.

Maior. Quod euidens eſt ſenſui, & eſt conſonum rationi, pro certo tenendum eſt.

Minor. Sed Eccleſiam Catholicam modo gubernari à Rom. Pont. & in præteritis ſeculis ante Lutherum, & Caluinum ab illo fuiſſe gubernatam, euidens ſenſui eſt. Modo enim hæretici ipſi proprijs oculis hoc vident; Et omnes populi totius orbis apertiſſimè vident multitudinem fidelium innumerabilem obedire Romano Pontifici, illique ſubeſſe Reges, & Principes, & Imperatores, Sacerdotes quoque, & Epiſcopos omnium ciuitatum ab illo creari, & gubernari, Concilia quoque generalia, vt Tridentinum, illum, tanquam caput totius Eccleſiæ venerari; Idem in præteritis ſeculis fuit, vt de Sancto Gregorio, Damaſo, Syluestro, Lino, & alijs patet: Cum ergo tum ſenſus, tum intellectus clarè videant, hunc Primatum dari, & ſuum effectum ſortiri, qui eſt totius Eccleſiæ Catholicæ viſibilis gubernatio; quis non videt inſanire eos, qui rem adeo claram negant? Si hæretici

Digitized by Google

Catholicos Papiſtas vocant,quia obediunt Papę; ergo datur Papa: ergo imperat; ergo Catholici ſubſunt illi; ergo hic primus magiſtratus modo datur,nec poteſt tergiuerſatione celari.

Si dicant hæretici datur in Eccleſia Romana, ſed non in Lutherana, vel Caluiniſtica; Bene, & nos idem dicimus; Sed videant Logicam conſequentiam: Hæc enim argumentatio non valet: Primatus Rom. Pont.non eſt in Eccleſia Lutherana, ergo non eſt? Ita Rex Hiſpanię non dominatur in regno Turcarum, ergo non dominatur? Ita Rex Galliæ non dominatur in Hiſpania; ergo non eſt Rex? Poteſt enim eſſe, quod aliquis ſit rex, & dominetur hic, & non alibi: Et ad hoc vt aliquis ſit rex, ſufficit quod regnet in vno populo: Et hæc argumentatio eſt ſophiſtica: Titius regnat in Gallia, & non regnat in Hiſpania, ergo eſt rex, & nõ eſt rex: Ita hæc: Rom. Pont. non imperat in Eccleſia Lutherana, ergo non datur; Sufficit enim quod in Eccleſia Catholica Romana dominetur ad hoc, vt verè, & realiter ſit.

Cap. 12. Septima eſt à ſigno.

A Signo probatur ſic.

Primo ante Lutherum, & Caluinum nullibi reperiebatur Eccleſia, quæ aliam haberet gubernationem, & magiſtratus, quam haberet Eccleſia Catholica, Romana, vnde neceſſe eſt dicere, vel quod nullibi eſſet Eccleſia, vel quod Romana ſola eſſet vera; ſed ĩpoſſibile eſt ſeparari veros magiſtratus regni Chriſti a vera Eccleſia illius: ergo ſi Eccleſia Romana eſt vera Eccleſia, tamquam à ſigno probatur, quod magiſtratus, qui in illa tunc erant, ſint veri magiſtratus regni Chriſti; Inter hos autem principalis eſt Primatus S. Petri, & Romani Pontificis: ergo verè eſt magiſtratus regni Chriſti. *Ab Eccleſia Romana.*

Secundo ſic. Quidquid probat Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, Romanam eſſe veram Eccleſiam, illud probat Primatum Rom. Pont. eſſe de ſubſtantia regni Chriſti, quia hic Primatus eſt de ſubſtã-

tia dictæ Eccleſiæ: Sed multa probant ita eſſe, vt in ſuperiori libro dictum eſt, ergo datur iſte Primatus.

Cap. 13. Octaua ducit ad impoſſibile.

Ducit ad impoſſibile

SIC ad impoſſibile probatur.

Si hic primatus non eſt de ſubſtantia regni Chriſti, & poteſt de facto ab hoc regno ſeparari, imo non conuenit illi; ergo Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana neque modo eſt, neque vnquam fuit vera Eccleſia; & nō habuit veros magiſtratus; ergo cum ante Caluinum nulla eſſet in mundo alia Eccleſia, niſi ipſa; nulla tunc erat Eccleſia; ergo defecit regnum Chriſti; ergo Spiritus ſanctus non ſemper fuit in Eccleſia; ergo non ſemper docuit illam omnem veritatem: ergo non ſemper fuit Eccleſia Catholica: ergo nonus articulus falſus fuit; ergo alia Eccleſia quærenda eſt, quæ ſemper fuerit, & quæ alios habuerit magiſtratus; Hæc autem omnia impoſſibilia ſunt; & de nulla Eccleſia, niſi de Catholica Romana poteſt per ſenſum, vel intellectum, vel per fidem probari, quod ſemper fuerit; de hac autem probatur; ideo videtur ſequi, vel quod regnum Chriſti defecerit; vel quod Eccleſia Romana ſit vera, & Primatus Rom. Pont. ſit de ſubſtantia regni Chriſti.

Cap. 14. Nona à diuiſione demonſtratiua ſic.

Ad impoſſibile.

VEL in regno Chriſti eſt humana ſocietas, vel nō: Si non; ergo in illo non eſt Eccleſia, nec vnio, nec ordo: Si eſt, vel hæc ſocietas habet magiſtratus, vel non: Si non; ergo non eſt ſocietas ordinata, ſed inordinata: ergo neque eſt regnum, quia in regno neceſſarij ſunt magiſtratus: Si habet, vel iſti magiſtratus ſunt viſibiles, loquendo de immediatis, vel non: Si non; ergo hoc regnum non eſt viſibile; ergo gubernatio non eſt viſibilis: ergo Eccleſia non eſt viſibiliter gubernata; ergo Mariti, Patres, Domini, Reges, Sacerdotes, & Epiſcopi nullam habent gubernatiuam poteſtatem; ergo grex Chriſti erit ſine viſibili paſtore;

re;

re; ergo nec ordo, nec vnitas erit; Si habet magiſtratus; vel iſti magiſtratus ſunt ordinati, vel non. Si non ergo in regno Chriſti non erit ordo: Si ſunt; ergo neceſſe eſt deuenire ad vnum primum: Cum enim Epiſcopi ſint inter ſe pars; inter pares autem ordo eſſe non poteſt, opus eſt ordinem conſtitui per vnum ſummum magiſtratum: Hic ſummus magiſtratus vel erit ad modum Reipublicæ, vel regni; Si Reipublicæ, opus eſt per ſenſum declarare, quænam ſit hęc Reſpublica, & illius magiſtratus, an ſit Senatus, vel aliud; item vbi ſemper fuerit, & vbi nunc ſit; & ſi non poteſt hoc dici; Dicatur hunc primum Magiſtratum eſſe ad modum regni, & eſſe Romanum Pont. de quo ſcimus, quod modo eſt, & fuerit ſemper, & ſcitur vbi nunc ſit, quinam illi obediant, & ſubditi ſint; & per ſenſum cognoſcimus, quod ipſe Epiſcopos creat, ſupraque omnes conſtitutus eſt.

Cap. 15. Decima per inductionem demonſtratiuam ſic.

PER ſenſum, & intellectum euidens eſt, quod ſocietas mariti, & vxoris; Patris, & filiorum, domini, & ſeruorum; Pagorum, & Ciuitatum; Regnorum, & Rerum publicarum; non per accidẽs, ſed per ſe, & ſecundum quod ipſa habent vnum primum gubernatorem: Et hoc vbique gentium ita eſſe apparet: ergo dictus magiſtratus per ſe vnicuique conueniet ſocietati. *A lege naturali.*

Item per ſenſum videmus, quod Rom. Pont. modo in Cathedra Romana, quę dicitur eſſe S. Petri ſedet, & quod totam Eccleſiam Catholicam regit, Epiſcopos creat, leges condit, Et omnes Catholici illi obediunt; Et hoc facit, vt Vicarius Chriſti, & ſucceſſor S. Petri: Vereque, & realiter in populo fideli primus, & ſummus magiſtratus eſt: Et idem fuit in ſeculis præteritis; & de nullo alio magiſtratu hoc dici poteſt: ergo Primatus Romani Pontificis eſt de ſubſtãtia Romanæ, & Catholicæ Eccleſię, & Regni Chriſti, quia in ſola Romana Eccleſia perpetuitatem habet. *Senſu.*

Cap.

Cap. 16. Vndecima probatio ex veteri teſtamento.

Ex veteri teſtamēto

NVnc à lumine,& lege naturali tranſeamus ad legem ſcriptam, probando à ſigno ſic: Deus in lege veteri gubernauit populum Hebræum per viſibiles Magiſtratus, Duces, Iudices, Reges, Sacerdotes; ergo non inconuenit Deo hęc viſibilis, & mediata gubernatio; Item Deus in dicta lege ſemper gubernauit populum Hebræum per vnum ſummum magiſtratum in ſingulari perſona conſt tutum,vt vbique patet; ergo hic modus gubernandi non inconuenit Deo,ergo poteſt conuenire illi in nouo teſtamento; imò magis conuenit illi, quia hoc regnum magis dilatatum eſt.

Item in veteri teſtamento fuerunt varia ſchiſmata, & vſurpationes, & ſeditiones, & interregna, & mali Reges,& Gubernatores,& tamen dicitur; Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux &c. Item ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ,&c. ergo ſi eadem contingunt in magiſtratibus noui teſtamenti, non continuo dicendum eſt,quod dicti magiſtratus in regno Chriſti non ſint,imò dicendum eſt eſſe.

Cap. 17. Duodecima probatio ex nouo teſtamento.

Ex nouo teſtamēto

HÆC probatio eſt principaliſſima, & ita fit.

Maior. Ille magiſtratus, qui fuit inſtitutus à Chriſto in regno ſuo,eſt de ſubſtantia, & de forma regni Chriſti: forma enim regni in gubernatione poſita eſt.

Minor. Sed Primatus Rom.Pont.fuit inſtitutus à Chriſto in regno ſuo; ergo eſt de ſubſtantia.

Maior eſt clara ex terminis; Minor multis modis probatur.

Primo Chriſtus in regno ſuo conſtituit viſibiles magiſtratus dum viueret,quia elegit duodecim Apoſtolos, qui ſunt veluti Epiſcopi, & ſeptuaginta diſcipulos, qui ſunt veluti Sacerdotes; Ipſe vero Chriſtus erat veluti rex, & primus viſibilis gubernator, vt homo,

mo, vt Deus erat inuiſibilis: Poſt mortem Chriſti cer tum eſt ex ſcriptura, quod in primitiua Eccleſia erant viſibiles Magiſtratus, Diaconi, Sacerdotes, & Epiſcopi, item Doctores, Concionatores, Interpretes, & alij, vnde colligitur, quod primitiua Eccleſia fuit per viſibiles magiſtratus gubernata; & quod aliqui magiſtratus erant ſupra Epiſcopos, qui præcipiebant illis veluti S. Paulus ſcripſit ad Titum, & Timotheum, & S. Ioannes ad Eccleſias Aſiæ; Et Chriſtus dixit; Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit; Dixit, docete, baptizate, prædicate; Dixit ſuper Cathedram Moyſi ſederunt &c. Quæ dicunt facite, Dixit. Quorum remiſeritis peccata &c Dixit Petro paſce oues meas: Et alia innumerabilia loca ſunt in Euangelio, quæ aperte docent populum fidelem per magiſtratus viſibiles gubernari. Quod cum ita ſit, videtur, non dicam rationabile, ſed neceſſarium, quod ad vnitatem, & ordinem, & optimam gubernationem conſtituendam, debeat dari ſupra Epiſcopos, & inferiores magiſtratus, vnus primus gubernator, à quo alij inferiores ſint gubernati; Eſt enim inconueniēs quod in ſingulis ciuitatibus Epiſcopi ſint primus, & ſummus magiſtratus: Sic enim ordo, & vnitas de medio tollerentur: Neceſſe eſt ergo in nouo teſtamēto ad hoc deuenire, vt in regno Chriſti dicatur vel nullum, vel aliquem eſſe magiſtratum viſibilem; Si dicatur nullus: Contrarium probant loca adducta de Apoſtolis, Diſcipulis, Epiſcopis, & alijs: Si dicatur aliqui dātur magiſtratus in regno Chriſti, veluti Epiſcopi; Quæro an ſinguli Epiſcopi ſint in ſua ciuitate primus, & ſummus magiſtratus, an vero poſſint habere, & habeant ſuperiorem magiſtratum: Si dicatur non habent ſuperiorem, & ſunt primi; quæſo ſenſatum lectorem inſpicere, an poſſit ſtare regnum ita diuiſum: Vbi vnitas? Vbi Ordo? Deinde ſcriptura docet, quod ſanctus Paulus, ſanctus Petrus, ſanctus Ioannes ſupra multos Epiſcopos erant, illos regebant. Si dicatur poteſt dari, & de facto datur vnus magiſtratus, qui ſupra omnes Epiſcopus ſit, à quo illi creantur, & gubernantur: Hunc ego dico eſſe Primatum Romani Pontificis.

Addo

Addo ad dicta. Si attendamus legem naturæ, Deus ordinauit in illa; vt de ſubſtantia cuiuſcunque ordinatę ſocietatis, etiam apud infideles, ſit vnus primus magiſtratus; Idem à Deo in lege ſcripta ſtatutum eſt; & ita ipſe in illa obſeruauit: Quæramus, an poſſit dari aliqua cauſa quare iſte primus magiſtratus in regno Chriſti non ſit ſtatuendus: Si enim lex noua non deſtruit, ſed perficit legem naturæ, & ſcriptam, ergo quod eſt de ſubſtantia legis naturæ non debet tolli: Si dicatur, Soli Chriſto, ac Deo conuenit eſſe primum magiſtratum, non ſolum inuiſibilem, ſed omnino; & inconuenit Deum ſub ſe habere primum viſibilem magiſtratum; Contra: Si ita eſt, ergo non conuenit, quod maritus, Pater, Dominus, Princeps, Rex, Reſpublica, Epiſcopus, & ſimiles ſint primi viſibiles magiſtratus; Omnis enim poteſtas, & gubernatio ex ſcriptura à Deo eſt, & à lege Dei firmata fuit. Deinde Deus in veteri teſtamento hūc primum magiſtratum viſibilem ſemper voluit eſſe in populo ſuo. Quid ergo potuit eſſe cauſæ, cur Chriſtus in regno ſuo, quod eſt maximum, & perfectiſſimum, & maximè in illo requiritur Vnitas, Ordo & optima gubernatio, noluerit conſtituere primum viſibilem magiſtratum, à quo maximè dicta procedunt? Reſpice lector quattuor cauſas regni; & videbis, quod ex nulla illarum poteſt colligi ratio, quod Chriſtus non debuerit hunc primū magiſtratum in regno ſuo collocare: Inuenies autem ex vnaquaque cauſa, quod ſuum regnum cum illo debuerit ſtabilire.

Ex Euāg. Nunc lector attende: Si Chriſtus nullum penitus Verbum feciſſet in ſuo Euangelio, de hoc primo magiſtratu; ſolummodo dixiſſet populos ſibi ſubditos cōſtituere regnum; & Eccleſiam ſuam regnum ſuum appellaſſet; per hoc verbum vnuſquiſque debuiſſet colligere, vnum primum magiſtratum conſtitutum eſſe, quia talis magiſtratus de ſubſtātia cuiuſcunque regni eſt; & nulla penitus cauſa apparet, cur contra legem naturæ, à ſolo regno Chriſti primus magiſtratus ſit excludendus.

Ex natura rei et ex Ariſt. 3. Polit. c. 5. & ſeq. Ita 12. Metaph. in fi.

At è contra cum Chriſtus apertiſſimè de inſtitu-

tione

tione huius magiſtratus locutus ſit,quis non videt maximam eſſe illorum cęcitatem,qui,quod eſt apertiſſimum, varijs illuſionibus obſcurare contendunt?

Addo;detur,ſed non concedatur,quod aliqua in verbis Euangelij, quæ de hoc primo magiſtratu loquuntur,poſſit eſſe ambiguitas, & aliqua in expoſitoribus eſſet diuerſitas; nihilominus ratio ipſa & lumen naturale dictaret; omnino ſententiam debere propendere in illam partem,quæ legi naturæ, & ſcripturæ conueniens eſt; nempè hunc primum magiſtratū omnino de ſubſtantia regni Chriſti affirmari debere: Hæc igitur ſit prima probatio, nunc alias affero probationes. *ibid.*

Secunda probatio eſt à ſigno ſic: Quando in vna ſcriptura multi ſæpè nominantur, & vnus ex illis ſemper primus,& nunquam ſecundus nominatur,illa prima nominatio eſt ſignum alicuius primitatis; quia recta ratio vult, qui præcellit alios, & ſupra alios eſt, primus nominetur. Cum ergo Spiritus ſanctus voluerit S.Petrum ſemper in nominatione eſſe primum, & ſciebat,quid hæc primitas indicaret à ſigno; ſi non certo,ſaltem valdè probabiliter, vt diminute loquar, poteſt argui de primitate poteſtatis, quæ S. Petro à Chriſto data eſt. *Ex Euang.*

Tertia ab effectus ſic: Qui congregat Senatores, vel Conſiliarios,& illis proponit examinanda,conſultanda, atq; facienda, oſtendit ſe eſſe primum inter illos,& habere aliquam poteſtatem in illos hoc faciendi,vt patet de Conſulis Romanorum, idem de Principibus: Sed ſanctus Petrus cōgregauit Conſilium pro electione ſucceſſoris Iudæ;& pro ſolutione ortæ dubitationis;alioſque actus ſimiles fecit: veluti puniuit Ananiam, & Saphiram: Et ſanctus Paulus acceſſit ad ſanctum Petrum, vt Euangelium conferret cum illo, quæ omnia dicunt exercitium ſummæ poteſtatis; ergo Primatus ſancti Petri in Euangelio ſolidum fundamentum habet. *Ex Act. Apoſt.*

Quarta eſt à loco Scripturæ,in quo Chriſtus S. Petro hunc Primatum promittit,quem locum Logica ratione verbis inhærendo declarabo. Notandū ergo. *Mat.16.16.*

Quod

Quod Petrus iam erat Apoſtolus,& ſi Chriſtus aliquid nouum promittit illud erit ſupra gradũ Apoſtolatus. Vel ergo Chriſtus aliquid promittit,vel nihil. Si nihil;quomodo verificatur, Et tibi dabo? Si aliquid; Vel hoc eſt Apoſtolatus,vel ſupra Apoſtolatum, vel infra Apoſtolatum. Non poteſt eſſe Apoſtolatus;quia iam hoc illi datum erat: Non poteſt eſſe infra Apoſtolatum; quia hoc non eſſet præmium laudatæ confeſſionis;eſſet enim potius diminutio,quam exaltatio: Si ſupra Apoſtolatum; nihil magis eſt tale, quam vt Apoſtolorum Princeps conſtituatur.

S.Petrus fecit optimam confeſſionem dicens; Tu es Chriſtus filius Dei viui: Et hæc confeſſio à Chriſto laudata eſt;qui vocauit Petrum Beatum,dicens,Beatus es: Magnum omnino dictum: Simon Bariona; Magna oſtenſio beneuolentiæ nomine proprio excellentiam ſignificante denominare: Reddit rationem, quia caro,& ſanguis nõ reuelauit tibi,ſed Pater meus qui in cælis eſt: Explicat in S. Petro adeſſe patris reuelationem. & eſſe à Patre ſuo ſpecialiter illuminatum, quod maximum priuilegium eſt: Et ego dico tibi: Hic Logicus non poteſt negare,quin Chriſtus Petro loquatur;Quia ait,Tu es Petrus: Ecce hic nulla eſt æquiuocatio;& Sanctus Petrus eſt ſubiectus,& res,de qua ſermo habendus eſt. Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Hoc loco Catholici per petram intelligunt, Petrum; & dicunt Chriſtum promittere,quod ſuper Petrum ſuã ædificabit Eccleſiam, quia ipſum caput Eccleſiæ conſtituet: Rex enim,& primus magiſtratus caput,& fundamentum regni eſt: Hæretici varia dicunt;Per Petrum intelligentes Chriſtum; Prima interpretatio eſt ab Eccleſia Catholica,quæ in interpretanda ſacra Scriptura non poteſt errare, ideo certa eſt: Alia vero dubia eſt: Sed demus vtranque explicationem eſſe probabilem,certè ex dictis, illa eſſet acceptanda, quæ à lege naturæ, & à lege ſcripta corroborata eſſet.

Sed videamus, an verba ſequentia declarent iam dicta: Addit: Et tibi dabo: Ecce particula, Et, continuat ſermonem cum præcedentibus: Tibi. Ecce conti-

nuatur

nuatur ſermo de perſona Petri: Dabo: Ecce promiſſio: Non dat, ſed promittit; Quęro à Chriſto: O Chriſte, cur modo non das, ſed tantum promittis? Quid impedit, quare modo non des? Reſponſio ſit: Ego, dum viuo, ſum primus viſibilis magiſtratus; Non decet, quod eodem tempore vnum corpus duo capita habeat viſibilia. Poſt mortem meam conſtituam te Vicarium meum, & ſic ſuper te tanquam ſuper petram ædificabo Eccleſiam meam: Ecce cauſa cur dicat, Ædificabo; Dabo.

Addit Chriſtus. Claues regni cælorum: Claues dicunt poteſtatem claudendi, & aperiendi; excludendi, & introducendi: Portæ enim clauduntur excludendo, & aperiuntur introducendo: Et hic ſenſus literalis eſt: Claues autem Ciuitatis ordinariè dantur gubernatori illius; ad quem ſpectat excludere, & introducere: Sed videamus cuiuſnam ſint iſtæ claues; An vnius cubiculi, vel domus, vel Ciuitatis: Ecce Chriſtus declarat dicens: Regni cælorum; O magnum, & clarum dictum: Non ait dabo Claues vnius cubiculi, vel domus, vel palatii, vel paghi, vel ciuitatis; ait, Regni, & non terreni; ſed cæleſtis; & à cælo deſcendentis: ergo ſi iſtæ claues ſunt regni cęlorum, hæc poteſtas ad omnes partes regni ſe extendit, & reſpicit totum regnum; & eſt de ſubſtantia regni Chriſti, quia ab illo in hoc regno inſtituta.

Addit Chriſtus maiorem explicationem dicens: Et quodcunque ligaueris ſuper terram: Notetur actio, Ligaueris, hæc enim dicit poteſtatem ligandi; In regno quid eſt poteſtas ligandi, niſi poteſtas obligandi? Nunquid regna ligantur funibus, vel catenis? Nonne regna legibus ſunt ligata, & obligata? Lex nonne dicitur à ligando, & obligando? Obligare autem, & leges condere, nonne ad poteſtatem pertinet gubernatiuam? Notetur obiectum illius actionis; Non dicit Ligaueris hoc, vel illud; ſed ait; Quodcunque; ergo extendit ſe ad oĩa, quæ in aliquo regno ligari poſſint; ergo ſumma poteſtas: Addit, ſuper terrã; ergo loquitur de regno Chriſti cæleſti quidẽ, quoad originẽ, terreni vero quoad locũ: Locus autẽ, in quo S. Petrus poteſt ligare, eſt

non

non domus, vel ciuitas, ſed terra, & orbis terrarũ; ergo illius poteſtas vbiq; in regno Chriſti eſt, ideo eſt generalis: Addit erit ligatũ & in cælis; Hic Chriſtus declarat, quod S. Petrus habet quidem ſummam poteſtatẽ regni, ſed non habet primo; Habet autem illam ad modum Vicarij, & Viceregis, quibus a ſuperiori poteſtas communicata eſt; ideo ait, Quod ligaueris in terra, erit ligatum in cælo; ideſt leges tuę, & præcepta tua in cælo confirmata erunt; vbi primus magiſtratus, & abſolute ſumma poteſtas poſita eſt: Addit, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo: Exemplum; Summus Pontifex facit pręceptum de ieiunio, in quo aliquos obligat, vt iuuenes, viros, ſanos, & ſimiles alios; eximit ab obligatione, vt pueros, & infirmos; in hac lege dicitur ſoluere, & ligare, ideſt obligare, & eximere ab obligatione; Idem in alijs eſt.

Hic Logicus rem ita examinabit; Chriſtus duas facit actiones; primo laudat, ſecundo promittit. In hac promiſſione quattuor cauſę ſunt conſiderandę: Efficiens promiſſionis eſt Chriſtus, qui promittit. Finis promiſſionis eſt obligatio, ad dandum, & faciendum, quod promittitur: Materia remota eſt ille cui promittitur: Proxima eſt res promiſſa: Forma eſt modus promittendi, explicatus illis verbis; Erit ligatum, & ſolutum in cælis: vel modus erit ſecuritas, quod iuxta promiſſa fiet; Quod Petrus ſit ille; cui fit promiſſio, certiſſimum eſt. Quid ſit res promiſſa, Apud Catholicos res certiſſima eſt; omnes enim dicunt, rem promiſſam eſſe ſummam poteſtatem gugubernatiuam in magiſtratu viſibili collocatam; & poteſtati gubernatiuæ, quæ in magiſtratu, vt ſic dicam, inuiſibili primo collocatur, ſubordinatam: Hæretici fingunt ſomnia; & quid dicant ignorant: Dicere enim tam grauibus, & apertis verbis nihil promitti dementia eſſe videtur: Dicere, aliquid promitti, & non dicere, quid promittatur, nihil dicere eſt: Quid autem magui potuit dari ſupra Apoſtolatum, niſi hunc Primatum? Sed Logicus perpendet verba rei promiſſæ; Conſideret generalitatem terminorum; Videbit tria

dici

Digitized by Google

dici de re promiſſa: primo rem promiſſam eſſe poteſtatem, quia claues illam ſignificant; & eſſe poteſtatem generalem in toto regno Chriſti; quia ait, claues regni cælorum: & non fit vlla reſtrictio; ſecundo explicat vſum poteſtatis, qui ſit per actum, & exercitium illius; & hoc illis verbis, ligaueris, & ſolueris, & extendit exercitium ad omnia, dicens, & repetens, Quodcunque, & ad vbique, dicens, ſuper terram: tertio promittit dictorum confirmationem in cęlis, dicens, Erit ligatum, & ſolutum in cælis: Quæ omnia non poſſunt verificari, niſi dicatur, Primatum gubernandi S. Petro datum eſſe: Et hæc eſt interpretatio, quæ huic loco Scripturæ ab Eccleſia Catholica datur.

Quinta probatio eſt ab illo loco ſcripturę, in quo Chriſtus S. Petro dat, quod promiſit: Hic locus eſt Ioannis ca. 21. Qui locus diligenter eſt perpendendus.

Chriſtus iam erat reſuſcitatus; erat aliquando viſibilis; aliquando inuiſibilis, & ad Patrem iturus erat; Hoc quoad tempus.

Locus erat mare Tiberiadis.

Perſonæ, quę tunc ibi fuere, erant, Petrus, & Thomas, & Nathanael; & filij Zebedæi, & alij duo diſcipuli.

Scriptor eſt Ioannes, qui, humano more loquendo, fuit emulus S. Petri ad obtinendam dextram, ſeu Primatum regni Chriſti: Ideo non eſt ſuſpectus.

In hoc loco Chriſtus manifeſtauit ſe illis, & poſt prandium habuit colloquium cum S. Petro, omiſſis alijs.

In hoc colloquio res omni digna admiratione notanda eſt: Chriſtus tam ſapiens, & potens rex, ter eandem fecit interrogationem Petro; Petrus ter dedit eandem reſponſionem; Et Chriſtus ter ex illa reſponſione fecit concluſionem. Cur ter idem repetit? Cur non ſufficit ſemel? Notemus autem ſingula.

Ait ſcriptura, Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Iam patet, quis dicat, & cui dicat, & vbi, & quando, & coram quibus dicat.

Sequitur Chriſti prima interrogatio; Simon Ioan-

nis diligis me plus his? Petrus nomine proprio interrogatur: De duobus interrogatur, primo an diligat; ſecundo an plus diligat his: Perpendat Logicus illud verbum plus his: Habeut enim hunc ſenſum: O Petre, dum fui vobiſcum, eram princeps omnium veſtrum: Modo receſſurus a vobis volo conſtituere Vicarium meum, qui ſupra omnes etiam Apoſtolos ſit: Sed volo, quod talis à me electus, me ſupra alios diligat Apoſtolos: Ideo interrogo te, An diligas me plus his?

Reſponſio Petri eſt; Etiam Domine, tu ſcis quia amo te.

Chriſtus concludit dicens; Paſce agnos meos: Vbi Paſce, quæ eſt vox imperatiui modi, imperat Petro: Vt hanc actionem producat paſcendi agnos; & per conſequens dat illi officium, & poteſtatem paſcendi; Præceptum enim regis de aliqua actione producenda, dat officium, & poteſtatem ad illam: Si enim Rex dicat Titio. Guberna talem ciuitatem, erit factus gubernator illius.

Notetur, quod proprium paſtoris eſt paſcere; ideo S. Petrus factus eſt Paſtor.

Notetut illud verbum; Agnos meos; ergo omnes agni Chriſti ab illo ſunt paſcendi; & ideo paſtor eſt generalis in regno, & in Eccleſia Chriſti.

Notetur illud verbum Meos; Significat enim quod Chriſtus non transfert dominium agnorum in S. Petrum: ſed tantum curam paſcendi: Agni enim ſunt Chriſti qui Dominus illorum eſt, & ipſe ſolus verè eſt Paſtor, & Dominus; S. Petrus ſolummodo Chriſti Vicarius eſt: Vicarius enim non eſt Dominus, ſed eſt vicem gerens Domini: In Paſtore ergo duo conſiderantur, primo dominium ouium, ſeu gregis; ſecundo cura, & gubernatio: Aliqu Paſtores habent ſimul vnita dominium, & curam: Aliqui retinent dominium ſibi, & curam paſcendi alteri immediate tradunt, ipſi tamen habent ſuper intendentiam, vt greges beñe paſcantur; Hæc diſtinctio apparet in Laban, qui habebant dominium gregis; Iacob autem curam paſcendi: Chriſtus ergo in vita mortali tum

domi-

dominium,tum curam viſibilem ſimul vnita habuit; Poſt mortem retinuit dominium, & curam inuiſibilē ſibi, viſibilem autem curam paſcendi S. Petro dedit; Ideo dixit illi: Paſce, ideſt exerce officium paſtoris; Agnos meos,ideſt in gregem meum; qui grex, etiam te paſcente, manebit meus, ideo tu in officio Paſtoris Vicarius meus erit.

Secunda vice Chriſtus interrogat Petrum: Ideo S. Ioannes ait; Dicit ei iterum; Simon Ioannis diligis me; Ecce de eodem repetita interrogatio: Reſponſio eſt: ait illi; Etiam domine, tu ſcis, quia amo te: Chriſtus concludit, Dicit ei, Paſce agnos meos: Ecce iterum commendata cura paſcendi.

Dicit ei tertio, ait S. Ioannes; Simon Ioannis amas me: Reſponſio eſt, Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me, & dixit ei; Domine tu omnia noſti: Tu ſcis, quia amo te: Concluſio eſt: Dixit ei, Paſce oues meas: Quia autem oues ſunt matres agnorum, & Epiſcopi, ac Prælati, & qui aliorum curam habent ſunt veluti patres, ac matres ſubditorum vult ſignificare, quod non ſolum fideles, & ſubditos, ſed etiam Prælatos paſcere debet.

Hic Logicus perpendet verba Chriſti primo promittentis, ſecundo dantis, quod promiſit. Conſiderabit triplicatam interrogationem, reſponſionem, concluſionem; vnde colliget quanti momenti res ſit, quæ tali modo à Chriſto tractatur. Attendet, coram filijs Zebedei, & alijs hæc geſta fuiſſe; & omnibus omiſſis cum ſolo Petro iſta tractauit: Conſiderabit literalem verborum ſignificationem; quid ſit ligare, & ſoluere; habere claues regni cęlorum, Ædificari Eccleſiam; Paſcere oues, & agnos: Confirmatio in cęlis eorum, quæ à ſancto Petro in terris geſta ſunt: Cogitabit Chriſtum loqui de Eccleſia, de Regno ſuo, de grege ſuo, & hoc ſine limitatione, ita dixit ſuper terram, & non diſtinxit de parte; Quæ omnia generalem gubernandi poteſtatem ſignificant: Cogitabit, Eccleſiam Catholicam dicta loca interpretari de Primatu S. Petri: Perpendet illa verba Chriſti. Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Fariſei; Cogi-

tabitque ſimili ratione nunc dici poſſe, ſuper Cathedram Petri ſederunt Romani Pontifices illius ſucceſſores: Vndę apertè colligetur, quod primatus S. Petri, & Romanorum Pontificum à Chriſto fuit inſtitutus, & ideo de ſubſtantia regni illius ſit.

Cap. 18. Decimatertia probatio ex traditione.

TRaditio, quæ optimus teſtis eſt antiquitatis, certã de fide Doctrinam tradit, quod Primatus ſancti Petri fuerit à Chriſto inſtitutus in Regno ſuo; & quod de ſubſtantia regni illius ſit; Et quod ſemper fuerit, & nunc ſit, & futurus ſit in regno Chriſti, & in Eccleſia Dei; & quod loca Euangelij iam allata debent interpretari de huius Primatus inſtitutione; Et ita Sancti Patres & Doctores docent, & affirmant: Et ita de fide tenendum eſt.

Cap. 19. Decimaquinta probatio ab authoritate Eccleſiæ Catholicæ.

Conc. per totum. Catech. art. 9. & de ordine, tota demũ Eccleſia.

ECcleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, quæ ſola vera Eccleſia eſt, ita credit, docet, obſeruat; Romanum Pontificem Vicarium Chriſti; Succeſſorem S. Petri; caput viſibile totius Eccleſiæ recognoſcit; Ita omnes fideles; Ita omnes Epiſcopi; Ita Concilia generalia; Ita S. Patres, & Doctores credunt, affirmant, docent: Ita eſt in vſu, nunc enim creantur Romani Pontifices, qui Epiſcopos creant, & regunt, totamque Eccleſiam Catholicam gubernant: Hæc certiſſima ſunt ſenſui: Ideo concluſio videtur certiſſime probata; Quod Primatus Rom. Pontificis de ſubſtantia ſit regni Chriſti: & quod ſemper fuerit, eſt, & erit in dicto regno, & in Eccleſia Dei.

Cap. 20. Vltima probatio omnes colligit probationes.

QVadruplex eſt fundamentum certę probationis; Primum verbum Dei, quod, vt ſic dicam, eſt triplex, nempe Teſtamentum vetus, Teſtamentum nouum

uum,& Traditio, quæ eſt verbum Dei non ſcriptum: Secundum eſt authoritas Eccleſiæ Catholicæ aliquid de fide determinantis: Tertium eſt euidentia intellectus: Quartum eſt euidentia ſenſus; Et concluſio propoſita omnibus dictis modis probata eſt.

Intellectui enim per ſe notum eſt, omnem bene ordinatam ſocietatem, iuxta legem naturæ, ab aliquo primo magiſtratu, illoque viſibili, debere gubernari.

Senſui notiſſimum eſt, Quod Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, nunc, & ſemper habuit hunc Primum magiſtratum, à quo ipſa gubernatur.

Scriptura veteris Teſtamẽti aperte declarat, quod in populo Hebræo Deus voluit gubernationem eſſe ſemper ab vno primo gubernante, qui viſibilis eſſet.

Sanctum Euangelium aperte docet, hunc Primatũ S. Petri à Chriſto fuiſſe inſtitutum; Et S. Petrum illo vſum eſſe.

Traditio idem apertiſſimè docet.

Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana ita docet & obſeruat, vt ſenſui patet.

Quid ergo deeſt huic probationi, quin certiſſima ſit? Si enim omnes probationes in ſubſtantia regni Chriſti fundatæ ſunt, ſicut Logica ſcientifica; ad certas probationes ſtabiliendas, docet eſſe faciendum; cur iſta probatio non eſt dicenda certa, atque indubitata? Vtinam hæretici illam conſiderent, & tandem adeo claram veritatem non impugnare, ſed affirmare, concludant.

Cap. 21. Probatio, quod concluſio contraria non poſſit certo probari.

NVnc oſtendam, quod oppoſità concluſio non poteſt, non dico omnibus modis, vt modo factum eſt; ſed nullo modo ex dictis, probari cum certitudine quod vera ſit.

Primo non poſſunt probare per legem naturæ, vel per euidentiam intellectus, quia ex lege naturali omnis humana ſocietas ab vno primo gubernata eſt.

2. Non poteſt probari ex Teſtamento veteri; quia

contrarium in illo obſeruatum eſt.

3. Non poteſt probari ex nouo; quia Catholici habent locum Euangelij præciſè de inſtitutione huius Primatus loquentem; & ille locus ab Eccleſia Catholica de hoc Primatu interpretatur: Hæretici verò nullum habent locum Scripturæ præciſè negantem ſic. Primatus S. Petri non fuit à Chriſto inſtitutus, & nõ datur in Eccleſia Dei; ergo non poſſunt directè ſuam negatiuam probare: Ille enim directè probat ex ſcriptura affirmatiuam, qui ex illa affert propoſitionem præciſè affirmantem, quod ipſe affirmat: & probat negatiuam, cum affert ex illa propoſitionem negantem, quod ipſe negat: Cum ergo in Euangelio non poſſint reperire iſtam negatiuam. Chriſtus S. Petro non dedit Primatum in regno ſuo, neque poterunt ſuam negatiuam cum certitudine probare.

Quod ſi dicant, habemus loca ſcripturæ generalia, quæ contradicunt affirmatiuæ Catholicorum; Veluti ſunt duo iſta loca; Vnus S. Pauli: Vnus eſt mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus; Alius eſt. Matthæi 23. Vbi Chriſtus dixit Diſcipulis ſuis, Ne vocentur Rabbi, vel Magiſtri, vel Patres, quia vnus eſt Magiſter, & Pater Chriſtus, ipſi vero ſunt fratres, & diſcipuli, vnde iuxta Perihermeniam; Iſta vniuerſalis negatiua, Nullus eſt Magiſter, vel Pater, niſi Chriſtus, opponitur huic particulari affirmatiuæ, Petrus fuit Pater, & Magiſter; & ideo per illam vniuerſalem negatiuam probatur falſitas huius particularis affirmatiuæ, quæ illi oppoſita eſt. Reſpondetur. Noſtram probationem eſſe propriam: Illam autem eſſe ex communibus, & conſequenter Topicam: Etiam dictum eſt, & infra dicetur, quod illa vniuerſalis negatiua poteſt ſimul eſſe vera, cum particulari affirmatiua, ideo non probat, quod intendit.

4. Non poſſunt probare ex Traditione, quia ipſi Traditiones negant, & certum eſt, quod Traditio docet hunc Primatum eſſe in Eccleſia Dei.

5. Non poſſunt probare per authoritatem Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, Romanæ, quæ ſola vera eſt, quia docet contrarium; Quod ſi dicant: Probamus

bamus per authoritatem Lutheri, & Caluini; Et Eccleſię Lutheranæ, & Caluiniſticę, Reſpondetur, nihil valere hanc probationem, niſi prius probent cum certitudine fidei, quod dictæ Eccleſię verę ſint, & quod Lutherus, & Caluinus habuerint priuilegium non errandi; quod cum non poſſit fieri, patet, quod ex hac parte certam facere probationem non valent.

6. Non poſſunt probare per ſenſum, quia contrarium apertiſſimè docet, cum luce clarius ſit, Romanum Pontificem in Eccleſia Catholica, Apoſtolica Romana nunc gubernare, & hoc idem in præteritis ſeculis feciſſe; ergo hæretici nullam certam probationem facere poſſunt.

Cap. 22. Afferuntur, & ſoluuntur argumenta hæreticorum.

PRimum eſt à ratione, & lumine naturali: Fit iniuria Deo, ſi ſumma poteſtas, quę illi ſoli conuenit, hominibus detur, ideo tanta poteſtas homini non eſt concedenda.

2. Chriſtus dixit, Ne vocemini Rabbi, nec Magiſtri, nec Domini, quia vnus eſt Rabbi, & Magiſter & Dominus veſter Chriſtus, ergo quod ſolius eſt Chriſti, alijs non eſt concedendum.

3. Sanctus Paulus ait, vnus eſt mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus; Sed ſi Rom. Pont. tantam habet poteſtatem, duo ſunt mediatores, ergo non eſt verum.

4. In electione Romanorum Pontificũ multa ſchiſmata contigerunt; per quæ ignorabatur, quis eſſet verus Pontifex, ergo iſte Magiſtratus ceſſauit.

5. In homine peccatore tanta poteſtas reſidere nō poteſt: Sed multi Romani Pontifices fuerunt, vt ipſi dicunt, mali & peccatores; ergo ceſſauit hæc poteſtas.

6. Vſus malus bonæ poteſtatis euacuat bonam poteſtatem; Sed multi Romani Pontifices male vſi ſunt illa, ergo ſunt ſine dicta poteſtate.

7. Hęretici colligunt omnia minus recta, quę poſ-

ſunt etiam ſomniare, & fingere in Romanis Pontificibus a S. Petro vſque ad tempus præſens, & congeriem malorum coaceruantes exclamant, voces extollunt, contumelijs aggrauant dictum Pontificem Romanorum, & defectus omnium ſimul colligentes, hūc magiſtratum vilipendunt in tantum, vt Romanum Pontificem Antichriſtum appellent, & putant aliqui his ſophiſticis calumnijs certas fieri probationes.

8. Per ſenſum nituntur probare plures defectus, & abuſus fuiſſe, & eſſe in electione Romani Pontificis, & in vſu poteſtatis illius.

Ad quæ omnia argumenta ex dictis patet reſpōſio; nempè quod omnino nihil certi concludunt: Sed vel Topica, & Sophiſtica ſunt.

S. Th. 1. p. q. 22. art. 3. & q. 103. ar. 6.

Ad primum dicitur maximè eſſe glorioſum Deo, quod ex ſumma ſua bonitate, ficut ſupra dictum eſt, velit tam magnum gradum poteſtatis hominibus cōmunicare. Ideo falſum eſt eſſe iniurioſum Deo talem communicationem: Secundo dicitur non eſſe iniurioſum Deo, quod Deus vult, & ordinat de ſeipſo: Deus autem ordinauit, quod in omni humana ſocietate ſiue parua, ſiue media, ſiue magna, vnus ſit primus magiſtratus; ideo vult eſſe Reges, & Principes; Tertio dicitur, Non eſſe iniurioſum Deo, quod Deus voluit facere in veteri Teſtamento, circa populum ſuum, quem ipſe regebat; cui primum, & ſummū magiſtratum Moyſen, & alios conceſſit: Quarto conuenit diuinæ ſapientiæ, vt iuxta naturā, & conditionem eorum, qui gubernantur, det illis gubernatorem: Quinto ſicut non fit iniuria albedini, ſi alba diſgregent viſum, ita non fit iniuria Deo, ſi magiſtratus Deo ſubordinati gubernent alios. Adhuc; Si quis dicat, maxime album eſt nix, nihil detrahit albedini; quia, ſi nix habet eminentiam in albedine; habet ab ipſa albedine: Ita ſi Rex, ſub quo ſint plura regna, vnum faciat Viceregem in vno regno, veluti facit Rex Hiſpaniæ in Regno Neapolitano, & in Cicilia, non minuit ſuam gloriam; quia hæc Viceregis authoritas à Rege ipſo dependet; Ita Chriſtus non amittit, nec minuit ſuam authoritatem ſi Vicarium

ſibi

ſibi in terris conſtituat: ideo argumentum non concludit; Deus enim ita vult.

Ad ſecundum, Vt ſupra dictum eſt, ſolus Chriſtus eſt Dominus, & Magiſter primo, & per ſe, ſicut ſola albedo primo, & per ſe diſgregat viſum: Ita ſolus eſt Paſtor, qui propriè paſcit oues, & illis dominatur; Omnes vero homines, qui dicuntur Domini, Patres, & Paſtores eatenus tales ſunt, & dicuntur; quatenus à Deo, vt tales ſint, acceperunt; Ideo participatiue tales dicuntur; quia omnis poteſtas, & omnis paternitas à Deo deriuatur. Cum ergo ſcriptura ex vna parte dicat, ſolum Chriſtum eſſe Patrem, Dominum, Magiſtrum, & Paſtorem; ex alia dicat; Patres eſſe honorandos; Dominis eſſe obediendum; Magiſtros eſſe audiendos; & oues à paſtoribus eſſe paſcendas: Cum Chriſtus dicat; Docete; qui autem docet; magiſter eſt; Cum dicat Petro; Paſce oues meas; qui autem paſcit oues, paſtor eſt; liquido apparet, quod Chriſtus in Eccleſia ſua vult eſſe Patres, Reges, Dominos, Magiſtratus, & Paſtores: ſed quia non ſunt tales primo, & per ſe, ſicuti Chriſtus; eſt bene dicitur, & verè, quod ſolus Chriſtus ad dominus, & Magiſter: Alij vero, qui dicuntur Magiſtri, & patres, tales per Chriſtum ſunt: Hinc fit, vt S. Petrus dicatur Vicarius Chriſti, quia à Chriſto omnem accipit poteſtatem; & quidquid agit, in nomine Chriſti agit: Et ſi docet, accipit doctrinam a Chriſto, & docet in nomine Chriſti; idem & ſi oues gubernat; vt autem hoc argumentum, & hic locus clarius explicetur, expedire iudicaui, ſi ex Logica reſponſio magis certa, & tradita ſit: Cum autem authoritas S. Pauli videatur idem ſignificare in tertio argumento, hęc maior explicatio in reſponſione ad tertium tradita erit.

Ad tertium reſponſio ita fiet.

Ante omnia notandum eſt, quod hæretici ex hoc loco S. Pauli, & ex loco Chriſti iam allato, colligunt hanc propoſitionem generalem; In regno Chriſti nullus eſt mediator; nullus Pater; nullus Dominus; nullus Rabbi; nullus Magiſter; nullus denium magiſtratus: Probant ſic: Hæc propoſitio ſolus Chriſtus

eſt

eſt mediator æquipollet huic; Nullus eſt mediator, niſi Chriſtus; idem de alijs: Ex hac autem propoſitione vniuerſali innumeras faciunt conſequentias: Veluti non dari Sacerdotes; nec Epiſcopos; neque magiſtratus;& pręcipuè non dari Primatum S. Petri: Colligunt Sanctos, & Angelos non eſſe mediatores; ideo negant illorum interceſſionem: & reliquias eſſe venerandas: Negant ſuffragia mortuorum; Negant Sacrificium Miſſæ: Negant præcepta Eccleſiæ: Negant neceſſitatem obediendi magiſtratibus Eccleſiaſticis: Prædicant in regno Chriſti conſcientiæ libertatem; quia nullus eſt magiſtratus,cui ſit obediendum. Aliaque multa ex illo falſo fundamento deducunt, ideo expedit falſitatem illius propoſitionis ita intellectæ demonſtrare.

Primo ergo ſupponendum eſt, omnino impoſſibile eſſe,quod duæ contradictoriæ poſſint eſſe ſimul veræ, Et Deus de potentia abſoluta non poteſt, quod ſimul veræ ſint.

2. Per contradictorias intelligitur ex vna parte vniuerſalis affirmatiua, vel negatiua; ex alia particularis ſiue affirmatiua,ſiue negatiua oppoſita illi vniuerſali: Veluti ſic: Nullus eſt mediator præter Chriſtum;& aliquis eſt mediator pręter Chriſtum.

3. Contradictoriæ aliquando ſunt veræ contradictoriæ; aliquando videntur tales, ſed non ſunt. Tunc ſunt veræ contradictoriæ, quando termini illarum ſunt omnino ijdem; nempè idem prędicatum, & ſubiectum,ſed hoc non ſufficit, opus enim eſt, vt omnino in eadem ſignificatione accepti ſint: Apparentes contradictoriæ ſunt; quando termini quidem ſunt ijdem; ſed diuerſimodè in vna, quam in alia accepti ſunt;quia diuerſimodè,& cum diſtinctione vtraque contradictoria poteſt eſſe vera.

4. Sciendum eſt, quod in ſacra Scriptura ex varijs locis apertiſſimè propoſitiones contradictoriæ colliguntur; quæ, licet videantur tales, tamen non ſunt veræ contradictoriæ; ſed opus eſt diſtinctione; aliter terminos in vna, quam in alia accipiendo: Si enim hoc non fiat, neceſſe erit dicere, quod ſacra Scriptu-

ra

ra affirmet verè cōtradictorias poſſe eſſe ſimul veras, quod nullo modo eſt affirmandum.

5. Exempla aliqua ex ſcriptura afferentur; Primū negatiua vniuerſalis : Nemo bonus niſi ſolus Deus; Affirmatiua particularis: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat; & erant valde bona : Item Barnabas erat vir bonus; Secundum, negatiua vniuerſalis : Nulli, excepto Deo, debetur honor : Particularis affirmatiua : Honora patrem tuum, & matrem tuam: Regem honorificate : Tertium Exemplum, Nemo vocandus eſt pater ſuper terram: Particularis : In ſcriptura paſſim filij parentes vocant Patres; Ita Iacob Patrem vocauit Iſaac : Et Chriſtus dixit Abraam Pater veſter: Quartum, vniuerſalis Nemo vocandus eſt Dominus: particularis ex S. Paulo: Serui obedite Dominis: Quinto de Magiſtro: Nemo vocandus eſt magiſter; oppoſita; Docete omnes gentes, qui autem docet magiſter eſt: Sextum, nemo dicendus eſt paſtor gregis Chriſti niſi Chriſtus, Oppoſita : Chriſtus dixit Petro, Paſce oues meas; qui autem paſcit Paſtor eſt: Septimum nullus eſt mediator Dei, & hominum niſi Chriſtus; oppoſita, Moyſes fuit mediator : Item Ecce Sacerdos magnus, qui placuit Deo, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio: Item qui peccata remittit, mediator eſt inter Deum, & homines : Octauum, Chriſtus aliquando dicit ſe eſſe æqualem Patri, aliquando oppoſitum eſſe minorem; Et alia ſimilia loca multa ſunt.

6. Quia ſacra Scriptura non poteſt mentiri ex vna parte; ex alia non eſt poſſibile, quod contradictoriæ ſint ſimul veræ, neceſſe eſt dicere, quod iſtæ propoſitiones, quæ videntur contradictoriæ non ſit tales; eo quod termini aliter accipiuntur in vna propoſitione, aliter in alia, vt modo dicetur.

7. Hæc diſtinctio ex Logica ita datur: Vnum ſubiectum, ſeu vna res duplici modo poteſt habere aliquod prædicatum; nempè primo, per ſeipſum, & non per aliud; ſecundo non per ſeipſum, ſed per aliud Exempla: Ignis per ſeipſum comburit, quia vt ignis, & per ſuam igneitatem comburit; Ferrum per ſeip-

ſum

ſum non comburit; per aliud vero comburit, nempè per ignem, ſi ſit ignitum: Ita albedo per ſe,& ſecundum, quod ipſa diſgregat viſum; Paries non per ſe diſgregat viſum, ſed aliquando per aliud diſgregat, nempe per albedinem,ſi albus ſit: Ita nix non diſgregat,vt nix,ſed vt alba: Si enim nigro colore tincta ſit, non diſgregabit: Ita ſi ædificator ſit muſicus,poterit dici muſicus ædificat,& muſicus non ædificat,quia per ſe non ædificat, ſed canit: per accidens ædificabit,quia qui ædificat muſicus eſt: Hæc in Logica clara ſunt.

8. Alia addatur diſtinctio: Iſta nomina, Pater, Dominus, Magiſter, Mediator, duplici modo poſſunt conſiderari in hominibus: Primo modo conſiderando vnum hominem in ordine ad alium hominem; & hoc modo vnus homo verè dicitur, Pater, Dominus, Magiſter, & Mediator; quia verè generat, docet, dominatur, gubernat, Sacramenta miniſtrat, & alias facit operationes dictorum: ſecundo modo accipitur in ordine ad Chriſtum & hoc modo non licet vocare homines bonos, Patres, Magiſtros, & Mediatores, quia dicta ſoli Deo,& Chriſto per ſe conueniunt; nobis autem per aliud, nempè per Deum; iuxta illud Apoſtoli, Omnis poteſtas à Deo eſt: Item à Deo omnis paternitas in cęlo,& in terra nominatur: Et hoc indicat Chriſtus cum dicit; Vnus eſt Rabbi, Dominus,& magiſter Chriſtus. Quod eſt dicere; Solus Chriſtus eſt Mediator,& Pater,& Dominus, & Magiſter, Vos autem reſpectu Chriſti non eſtis tales per ſe; quia à ſolo Chriſto habetis vt tales ſitis: Et ex his patebit ſolutio ad argumenta.

Reſponſio igitur talis eſt: Illa duo loca adducta non opponuntur contradictoriè concluſioni Catholicæ de Primatu Romani Pontificis; quia termini varie accipiuntur in illa vniuerſali, & in iſtis particularibus: Solus enim Deus per ſe, & ſecundum quod ipſum, & per ſuam eſſentiam eſt bonus, eſt verax, eſt Pater, eſt Dominus, eſt magiſter; & ſolus Chriſtus vt homo per ſe, & ſecundum quod ipſum eſt mediator, eſt Paſtor, eſt Sacerdos, eſt Dominus ouium,

&

& paſcit illas verbo, doctrina, regit illas legibus, & Sacramentis, & alias operationes facit, quæ Domino, & paſtori ouium conueniunt: Alij vero homines præter ipſum, veluti Diſcipuli, Apoſtoli, Doctores, Prophetæ, Prædicatores. Epiſcopi. Romanus Pontifex, & denum omnes viſibiles magiſtratus, Reges, Duces, Patres, & alij poteſtatem gubernatiuam habẽtes, non per ſe actiones gubernandi exercent; ſed accipiunt à Deo quidquid poteſtatis habent. vnde ſimul poteſt verificari: Vnus eſt Pater, Dominus, Magiſter, Paſtor, & Mediator Chriſtus Ieſus: Item Epiſcopi. Doctores. & reliqui ſunt in ordine ad homines, Patres, & paſtores, vt dictum eſt: Vnde hæretici ex dictis locis, & ſimilibus non bene deducunt conſequentias ad impugnandos viſibiles magiſtratus, de quibus aperte alibi ſcriptura docet.

Ad quartum electio magiſtratuum viſibilium, vt Regum, Epiſcoporum, & Summi Pontificis eſt actio, quæ fit ab hominibus, qui ius habent eligendi; & ideo non eſt de ſubſtantia magiſtratus, quia modus eligendi poteſt variari, vt patet in electione Imperatorum: Hinc fit, quod varia accidentia, quæ contingunt in electione, non poſſunt tollere magiſtratum a Chriſto inſtitutum: Si enim quis ſimoniacè, & male, ſaluis ſubſtantialibus, Baptizet, non ob hoc tollitur Baptiſmus, & illius neceſſitas: Item aliud eſt ius eligendi, aliud bonus vſus talis facultatis: Qui habet ius eligendi, ſi male vtatur tali iure ſaluis ijs, quæ de ſubſtantia electionis ſunt: ob hoc non ſequitur, quod electio inualida ſit; Confirmatur, in veteri teſtamento huiuſmodi accidentia ſępiſſimè contingerunt, & tamen electi poteſtatem per talem electionem obtentam exercebant: Amplius hęc electio Romano Pontifici non dat poteſtatem; ſed tantum determinat perſonam cui danda ſit hæc poteſtas. Chriſtus vero dat poteſtatem electo: Amplius dato, quod fuerit dubium de aliqua electione, an fuerit, vel non fuerit legitima, & per conſequens per aliquod tempus fuerit dubium, an iſte, vel ille non fuerit Pontifex; Non ſequitur ex hoc, quin Pontifex ſequens non

Caiet. de Sacr. ord. num. 28.

ſit certus, & ex legitima electione creatus: Vnde non ſequitur conſequentia; talis Pontifex non bene fuit electus, & fuit intruſus in Pontificatum; ergo Pontificatus ceſſauit: Regnum enim non ceſſat, etiam ſi ſemel, vel bis non legitimè, ſed tirannicè, & male aliquis ſit ad regiam poteſtatem intruſus: Quia duratio regni aliter, quam duratio ſingulorum regum conſideranda eſt: Sequitur tantum ſic: ergo per aliquod tempus breue in regno Chriſti non fuit perſona, quæ legitimam haberet ſummi Pontificis poteſtatem: Hoc autem Catholici concedunt; quia inter mortem vnius Pontificis, & ſucceſſionē alterius ſemper mediat aliquod tempus; De natura enim huius magiſtratus eſt, quod reſpectu non dico poteſtatis, ſed perſonæ talis variatio fiat: Hoc in veteri Teſtamento, In quo etiam mulieres, vt Athalia, & Iezabel regnarunt, cōtigit: Idem fuit in alijs regnis terrenis.

Ad quintum pro ſolutione aliqua ſunt explicanda: Homo habens à Deo poteſtatem poteſt duobus modis committere peccatum mortale; Vno modo male vtendo poteſtate; & ſic dicitur peccare in poteſtatem: Alio modo bene vtendo poteſtate ſed in ſecreto, vel aliter multa peccata veluti carnis perpetrando: Quintum argumentum eſt de ſecundo modo, Sextum eſt de primo: Et ad quintum ſupra reſponſum eſt; & reſponſio ad ſextum etiam ad quintum poterit accommodari.

Ad ſextum ita dicendum eſt: Vſus rei non eſt de ſubſtantia rei: Immo eſt quintum prædicabile illius; & poteſt abeſſe abſque rei corruptione; veluti qui accepit talentum, & ſepelliuit, illo vſus non eſt: Ita bonus vſus non eſt de ſubſtantia rei, & eſt quintum prædicabile; quia ſine illo ſubſtantia rei exiſtere poteſt: & communiter videmus homines eadem re, vt intellectu, voluntate, corpore, ſanitate, diuitijs, dignitatibus bene, & male vti; quod non eſſet, ſi bonus vſus non poſſet à re ſeparari. Potiſſimum autem hoc apparet in maritis, Patribus, Dominus, Regibus, & alijs, qui male aliquando vtuntur poteſtate, & tamen non amittunt illam: Et idem apparet in veteri

teſta-

teſtamento: Idem docuit Chriſtus in Euangelio dicens: Scribas, & phariſæos male vti poteſtate, & tamen non amittere poteſtatem; quia ait illis eſſe obediendum; Idem ſenſus docet; quia ſepiſſimè Patres, & Reges, & alij male vtuntur poteſtate, & tamen ſenſus communis approbat, quod non amittant illã; quia homines obediunt illis: Ideo non valet conſequentia; In hoc magiſtratu non eſt bonus vſus poteſtatis: ergo in illo non eſt poteſtas; ſi enim poteſtas poteſt eſſe ſine bono vſu; ergo non ſequitur, quod ſublato bono vſu, auferatur poteſtas, ideo argumentum nõ concludit. *Ariſt. 3. Politic. c. 1. & 3. & ſeq.*

Ad ſeptimum, & octauum dicendum. Quod in Romano Pontifice duo conſiderantur, Poteſtas, & perſona: Poteſtas ſemper eſt bona, & à Deo: perſona, quia eſt libera, poteſt eſſe bona, & mala: Et Deus poſſet Romanum pontificem confirmare in gratia, ita vt de facto nunquam peccaret mortaliter: ſicut fecit in Apoſtolis; ſed Deus ad magis oſtendendam ſuam ſapientiam, & potentiam; vult permittere in illis facultatem, & libertatem peccandi: Maior enim apparebit Dei ſapientia, quę etiam in tantis hominum fluctuationibus Eccleſiam, & regnum ſuum firmum, & ſtabile ſeruet: Non eſt ergo mirum, ſi in perſonis Romanorum pontificum aliquid minus rectum appareat: Sed iſti moderni obſeruatores, cenſores, calumniatores in multis male ſe gerunt; Primo non notant virtutes, ſed tantum defectus. Secundo cum defectus ſint perſonarum, & non poteſtatis; Perſonæ autem ſunt plurimæ, & inter ſe omnino diuerſæ, nec vllam adiuuicem habeant vt ſic relationem; Succeſſio enim in illis iure hæreditario non fit: Vnde ſeparatim iudicium de ſingulis perſonis fiet; non bene hæretici faciunt omnes defectus ſingularum perſonarum in vnum colligentes, illoſque omnes Romano Pontifici tribuentes; Cur enim defectus perſonæ tribuendus eſt dignitati? Et quare defectus vnius perſonæ debet nocere alteri, quæ particeps illius non eſt? Tertio male ſe gerunt arguendo ab his defectibus poteſtatis nullitatem: Si enim illi defectus ſunt acciden-

cidentia quinti prædicabilis; quæ neque cum poteſtate, neque cum perſona neceſſariam habent connexionem; quia non conueniunt illis in aliquo modo per ſe, ſed tantum per accidens illis in ſunt: Dicant quęſo quid firmitatis, & certitudinis hęc illorum argumentatio habere poteſt? Probatio neceſſaria nonne debet habere medium neceſſarium? Illi defectus ſunt ne tale medium? cum ſint accidentia maximè contingentia?

Quid dicendum de calumnijs Conuicia, improperia, maledictiones, iniuriæ ſunt medium ad certas probationes ex Logica faciendas? Quid magis continges quam dictæ, iniuriæ, quę in fallibili hominum iudicio, & ab auerſa illorum voluntate, atque ex paſſione proueniunt, eſſe poteſt? Hæretici, qui, contra maiorum ſuorum, inſtitutum, a Romano Pontifice deſciuerunt, vt libere viuant, ſuſpecti ſunt; male affecti ſunt; & tamen pro medio, ad probandum cum certitudine, quod Rom. Pont. ceſſauit, ſuas affectiones adhibere non erubeſcunt. Hoc medium eſt neceſſarium? Hoc Logica docet? Docet, dicamus, ſed eſſe Sophiſticam, & minus quam Sophiſticam probationem, quia neque apparens eſt.

Quid dicendum de Antichriſto? Hæretici dicunt, Romanus Pontifex eſt Antichriſtus: Et Putant ſe poſſe facere certas probationes: O Logica vbi es? O hæretici nunquid inter vos aliquis Logicus eſt? Conſideremus terminos huius concluſionis: Quid intelligitis per Romanum Pontificem? Neceſſe eſt intelligere, vel poteſtatem, vel perſonam, uel vtrunque; Non poteſt intelligi, poteſtas; quia vel datur, vel non datur: Si datur eſt à Deo, & eſt bona, & non poteſt eſſe Antichriſtus; Non poteſt intelligi vtrunque, quia impoſſibile eſt, quod poteſtati conueniat eſſe Antichriſtum: Si intelligatur perſona ſola; Neceſſe eſt, vt dicamus: Vel omnes perſonas dictas, vel nullas, vel aliquas, vel vnam tantum eſſe Antichriſtum: Si nulla, ergo falſum dicunt: ſi omnes; ergo omnes Romani Pontifices fuerunt Antichriſti; & S. Petrus, S. Siluester, S. Damaſus, S. Gregorius, demum omnes:

At

At hoc multis modis eſt impoſſibile, tũ quia iſti fuerunt Sancti, tum quia antichriſtus erit vna perſona particularis, & paucis annis regnabit; Si vna tantum perſona dicatur fuiſſe: Videamus, quænam fuerit illa, & an de ipſa verificentur; quæ de Antichriſto dicuntur, veluti quod faciat mirabilia magna; Quod veniat Enoch, & Elias, & alia multa, quæ cum non poſſint probari de aliquo particulari Romano Pōtifice, vt Illuſtriſſimus Bellarminus doctiſſime probauit, ſequitur, quod neque vnus Rom. Pont. fuerit Antichriſtus; Sed dato, non tamen conceſſo, quod vnus fuerit talis: excludamus illum, & concedatur, quod in regno Chriſti reliqui Romani Pōtifices fuerint legitimi magiſtratus; Et idem erit ſi hæretici dicant. Aliquos Rom Pont. eſſe Antichriſtos, alios non: Sequitur enim aliquos eſſe veros magiſtratus in regno Chriſti, aliquos non: Quod ſi aliqui fuerunt legitimi magiſtratus, ſequitur omnino, quod dictus magiſtratus ſit de ſubſtantia regni Chriſti. Hæc igitur concluſio hęreticorum nulllo modo poteſt habere certam probationem; quia nihil eſt magis contingens, quam Romanum Pōtificem ſingularem eſſe Antichriſtũ; de contingentibus autem impoſſibile eſt certam facere probationem, quia ſunt entia per accidens.

Cum ergo nunc quæratur, vtrum Primatus Rom. Pontificis ſit de ſubſtantia regni Chriſti, & fuerit à Chriſto inſtitutus; Et an ſemper fuerit in dicto regno, & in Eccleſia Dei; opus eſt affirmare, vel negare, quod propoſitum eſt, illudque probare: Velle autem probare, quod hic, vel ille Pontifex fuerit Antichriſtus, non eſt probare; quod opus eſt. Debet enim probari vel eſſe, vel non eſſe de ſubſtantia; Et ſi concedatur quod ſit de ſubſtantia regni Chriſti, neceſſe eſt concedere, quod ſemper fuerit in regno Chriſti; modo tamen ſuperius explicato; quod ſi aliquando aliqua perſona non fuerit legitimè electa, uel in hoc magiſtratu male ſe geſſit, hoc eſt per accidens; quia talia non conueniunt per ſe huic magiſtratui, ſed omnino per accidens illi cōtingunt reſpectu perſonarum quæ talem obtinent poteſtatem: Quod ſi dicant iſtũ

Primatum non eſſe de ſubſtantia regni Chriſti;& nō conuenire regno Chriſti, neceſſe eſt, vt dicant nunquam fuiſſe in regno Chriſti; quia non pertinet ad hoc regnum; & neceſſe eſt, vt probent cum certitudine hoc ita eſſe; Quod ſi dicant aliquando hūc magiſtratum eſſe de ſubſtantia regni Chriſti nempè cū Romani Pontifices ſunt boni, & ſancti; aliquando non eſſe de ſubſtantia, nempè cum ſunt mali, &,vt ipſi dicunt Antichriſti;iſti ignari ſunt Logicæ; & neſciunt, quid ſit eſſe de ſubſtantia: Quod enim ſemel eſt de ſubſtantia; ſemper erit de ſubſtantia; quia impoſſibile eſt, rem eſſe, abſque illis,quæ de ſubſtantia ipſius ſunt: Neceſſe eſt ergo vt hæretici dicant: Vel hunc magiſtratum ſemper, vel nunquam fuiſſe in regno Chriſti;id eſt vel eſſe, vel non eſſe de ſubſtantia: Si dicant ſemper fuiſſe;fruſtra eſt illorum probatio, quam faciunt à peccato, à malo vſu, à defectibus perſonarum,quæ ad hunc magiſtratū promotę ſunt; quia his non obſtantibus,magiſtratus in regno Chriſti perſeuerat: Si dicunt nunquam fuiſſe,ad quid tentant argumenta ſuſcipere a qualitate perſonæ? à peccatis? à malo vſu? à non legitimis electionibus? ab eo,quod talis Romanus Pōtifex fuerit Antichriſtus? Iſtæ enim argumentationes cōtra ipſos faciūt: Quia ſi tu dicis, tales non fuiſſe Romanos Pontifices,quia mali fuerunt;concedis illos fuiſſe legitimos,qui boni fuerunt;Quod ſi fuerunt legitimi:ergo hic magiſtratus fuit inſtitutus à Chriſto, & ſemper fuit in regno Chriſti.

Cap. 23. Concluſio huius probationis.

Tandem concludenda eſt iſta probatio, quod ita fiet.

Primo pro certo ſtatuendum eſt,quod omnino neceſſarium ſit dicere; Vel quod hic Primatus ſit de ſubſtantia regni Chriſti, vel quod non ſit de ſubſtantia illius: In materia enim neceſſaria, qualis eſt, cum ſubſtantia prædicatur de eo,cuius eſt ſubſtantia,duæ contrarię ita ſe habent, vt neceſſario ſi vna eſt vera, alia

alia ſit falſa: ergo tam hæretici, quam Catholici alteram dictarum debent affirmare, & oppoſitam negare: quia in dictis impoſſibile eſt medium aliquod dare.

2. Qui affirmat eſſe de ſubſtantia regni Chriſti, debet affirmare, quod ſemper fuerit in dicto regno: & qui negat eſſe de ſubſtantia, debet dicere, quod nunquam fuerit in regno Chriſti.

3. Vtraque pars tam affirmans, quam negans, debet facere certas probationes. & ſi non facit tales, nihil illi credendum eſt.

4. Probationes certæ aliæ ſunt à priori per genera, per differentias, per quattuor cauſas rei, materiam, formam, efficiẽs, & finem, Aliæ à poſteriori per effectus, per ſenſum, per ſigna, per inductionem, & ſimilia, in quibus regulæ poſterioriſticæ ſint ſeruatæ: Aliæ probationes ſunt topicæ, vel ſophiſticæ.

5. Ex dictis patet, quod probationes Catholicorũ; qui probant partem affirmatiuam, nempè hunc Primatum eſſe de ſubſtantia regni Chriſti, ſunt certæ, & iuxta regulas poſterioriſticas factæ: Probationes autẽ hæreticorum nullum penitus habent certitudinis fundamentum, vt modo apparebit.

6. Supponendum eſt, quod media ad probandum, aliquid eſſe de ſubſtantia rei, ſunt iſta: Primo omnia genera, ſiue proxima, ſiue remota: Secundo Omnes differentiæ eſſentiales: Tertio quattuor cauſæ rei, materia, forma, efficiens, & finis: Quarto principia per ſe nota: Quinto locus clarus ex veteri, vel nouo teſtamẽto, cum interpretatione veræ, & Catholicæ Eccleſiæ: Sexto traditio, & vſus: Septimo ſenſus, & illius euidentia.

7. Hæc media debent eſſe eadem in probatione affirmatiua, & negatiua: quia ex Ariſtotele, quod eſt certum, & proprium medium ad affirmãdum, eſt etiã certum, & proprium ad negandum; veluti æquus habet pulmonem; ergo reſpirat: Paries non habet pulmonem; ergo non reſpirat.

8. Notandum, quod probationes deſumptæ ab accidentibus, quæ conueniunt materiæ, non ſecundum

legem naturæ ordinariam, ſed ex accidenti, nihil penitus certi concludunt; quia medium eſt contingens, & quintum prædicabile; accidentia vero, quæ ex lege naturæ conueniunt, aliquid certi, ſi res in ſpecie conſideretur, concludere poſſunt: Sit exemplum: Homo ordinariè habet duas manus, duos pedes, videt, audit, loquitur, intelligit, habet talem figuram, & ſimilia: Per accidens vnus homo, vel naſcitur, vel fit cęcus, claudus, ſurdus, mutus, amens, furioſus, vitioſus, infirmus, ſeruus: Item naſcitur cum ſex digitis, vel ſine manu, vel cum capite canis, aut aliter monſtruoſus: Hæc per accidens ex defectu materię contingunt, & per illa nihil certi de homine probatur.

9. Quod eſt materia in homine, idem eſt ſingularis perſona in Romano Pontifice, Illa ergo accidentia, quæ per accidens, vel diminute contingunt in perſona dicta, veluti quod ſit peccator; quod non bene vtatur poteſtate; quod non ſit dignus illa; quod in multis deficiat; & ſimilia; nihil certi probant de dicto magiſtratu; quia per accidens, & ab extrinſeco, & non neceſſario illi contingunt; & non valet conſequentia; iſta perſona eſt mala, ergo magiſtratus eſt malus; ſicut non valet hæc, Æthiopes ſunt nigri, ergo homines ſunt nigri: Cum itaque argumenta hæreticorum à dictis accidentibus deſumpta ſint, nihil certi probabunt.

10. Catholici ad probandam affirmatiuam, bene vtuntur omnibus medijs iam dictis, vt ſupra explicatum eſt: ideo hæretici deberent eiſdem vti, ſed oppoſito modo ſic: Quod eſt de ſubſtantia rei debet eſſe vel genus, vel differentia, vel pertinere ad quattuor cauſas rei, & hæc debent probari per euidentiam ſenſus, vel intellectus; Item per aliquem locum ſcripturæ ſiue veteris, ſiue noui teſtamenti, cum interpretatione Catholicæ Eccleſiæ: Item per Traditionem, & per vſum in ſeculis præteritis ſemper conſeruatum: Poſtea inferre minorum; Sed nihil horum eſt verum; & hoc deberet de ſingulis cũ certitudine fidei, & cum euidentia tum ſenſus, tum intellectus probari: Quod

cum

Digitized by Google

cum facere non poſſint; quia ſenſus docet, Romanum Pontificem ſemper in Eccleſia, Catholica, Romana, fuiſſe. Et idem docet intellectus ex natura rei: Et in ſacra Scriptura loca non communia, ſed propria hoc dicentia reperiuntur: Et Eccleſia Catholica dicta loca ita interpretatur; Et Traditio ita docet; Et non datur locus ſcripturæ, qui ſpecificè neget hunc Primatum: Clarè apparet, quod probationes hæreticorum, nec ſunt certæ; nec eſſe poſſunt; Catholicorum vero vndequaque certiſſimæ apparent: Ideo veritas Catholica de Primatu Romani Pontificis ab omnibus eſt acceptanda.

LIBRI QVINTI DISTINCTIO QVARTA.

De Romano Pontifice.

Quid ſit; Ad quid ſit; Quæ illi inſint accidentia per ſe; Et per quam cauſam dicta accidentia illi inſint.

Ariſt. 1. poſt. tex 9. & ſeq.

LOgica docet, ad completam tractationem cuiuſcunq; rei propoſitæ, quæ genus non ſit, neceſſariũ eſſe tria conſiderare; & primo quidem ſubſtãtialia rei, nempè illa omnia, quæ ad completã rationẽ quattuor cauſarum rei neceſſaria ſunt; ſine his enim impoſſibile eſt, quod ſubſtantia rei cõſtituatur: ſecundo debent conſiderari omnia accidẽtia, quæ rei per ſe conueniunt; Quæ enim per accidens conueniunt, ſcibilia non ſunt: tertio conſideranda eſt cauſa, per quam dicta accidentia per ſe rei conueniant. Ideo de Romano Pontifice conſideranda ſunt; Primo nomen; Secundo definitio; Tertio quattuor cauſæ; Quarto accidentia; Quinto cauſæ accidentium.

Cap. 1. De nomine Romani Pontificis.

ROmanus Pontifex plura habet nomina, ſed modo tria ſufficiat conſiderare, quæ ſunt: Papa; Summus Pontifex; & Romanus Pontifex.

Catec. de ord. n. 28. [illegible]

Dicitur vulgariter Papa: ideſt Summus, vel Maximus Pater; ideſt omnium.

Dicitur, Summus Pontifex; ad duo ſignificanda; nem-

nempè eſſe Pontificem, id eſt, Epiſcopum; & eſſe Sum- *& Conc.*
mum Pontificem; ideſt Summum Epiſcopum, & ſu- *Seſſ 6. c. 1.*
pra omnes Epiſcopos; & cui omnes Epiſcopi ſubsũt. *refert. &*
Dicitur, Romanus Pontifex, vel Summus Pontifex *alibi.*
Romanus, ad tria ſignificanda, nempè quod ſit Pon- *Conc. &*
tifex, id eſt Epiſcopus: Quod ſit Pontifex Romanus; *Catech.*
ideſt Epiſcopus Romæ: & quod ſit Summus Ponti- *ibid.*
fex, id eſt ſupra omnes Epiſcopos, ita vt ſit Pontifex
vrbis, & orbis. Quia enim S. Petrus ſimul fuit Epi-
ſcopus Romę, & totius orbis; factum eſt, vt Romana
ſedes verè facta ſit Cathedra S. Petri; & ideo, qui ele- *Cate. ibi.*
ctus eſt, vt ſedeat in illa Cathedra, intelligitur electus
vt ſimul ſit Epiſcopus Vrbis, & Orbis: Vnde fit, vt
iſta vox, Pontifex, Romanus, etiam ſi non addatur
Summus intelligitur ille Pontifex, qui ſimul eſt Pon-
tifex Romæ, & totius orbis: Et hæc nominis ſigni-
ficatio.

Cap. 2. De definitione Romani Pontificis.

DEfinitio Rom. Pōtificis ita videtur tradi poſſe. *Cate. ibid.*
Primo ſic: Romanus Pontifex eſt Epiſcopus *Con. vbi-*
Vrbis, & Orbis: Hæc enim vox, Epiſcopus, ſignificat *que.*
ex S. Paulo poteſtatem gubernatiuam; cum dicat E-
piſcopos à Spiritu ſancto eſſe poſitos, vt regant Eccle
ſiam Dei: Illa vero verba, Vrbis, & Orbis: ſignificant
materiam, in quam dicta poteſtas ſe extendit; Hæc
enim extenſio, licet ſpecialem habeat originem, &
ſedem in vrbe Roma, tamen in omnes orbis terræ
partes diuagatur. Quia autem hęc vox, Epiſcopus,
eſt ſingularis, declarat, quod hęc ſumma orbis pote-
ſtas, iuxta regni gubernationem, quę optima eſt in
vna ſingulari perſona collocatur.

2. Sic. Romanus Pontifex eſt primus, & ſummus *ex Matt.*
magiſtratus viſibilis à Chriſto in ſuo regno conſtitu- *c. 16. &*
tus: Et hæc definitio datur in ordine ad regnum Chri *Ioan. 21.*
ſti: Cum enim hic magiſtratus ſit de ſubſtantia regni *Conc. &*
Chriſti; loquendo de terreno, omnino eius definitio *Cate. ibi.*
danda eſt in ordine ad regnum Chriſti; Omnis enim
pars in ordine ad totum eſt definienda; & anima ho-

minis non poteſt diffiniri niſi comparatiue ad ipſum cuius eſt forma.

Illa igitur particula: Magiſtratus,eſt loco generis; Per magiſtratum autem nõ intelligitur ſola poteſtas, ſed compoſitum ex poteſtate, & ex perſona : Aliæ particulæ explicant differentias : Dicitur enim conſtitus à Chriſto in regno ſuo; ad oſtendendum, quod eſt magiſtratus ſpiritualis: Dicitur; Viſibilis, ne intelligatur de magiſtratibus, vt ſic dicã, ſpiritualibus qui non videntur: Dicitur, Primus,& Sũmus, vt diſtinguatur à magiſtratibus, ſpiritualibus,qui infra ipſum ſunt.

ibid. 3. Sic poteſt definiri : Eſt magiſtratus viſibilis, ſummam in regno Chriſti habens gubernatiuam poteſtatem: Dicit idem, quod ſuperior : Genus eſt Magiſtratus; Per viſibile, differt à ſuperioribus gubernatoribus: Per ſummam poteſtatem, differt ab inferioribus magiſtratibus : Fundatur in illis verbis; *Et tibi dabo claues regni cælorum ; Et quodcunque ligaueris &c.*

ibid. 4. Sic: Eſt Vicarius Chriſti ad paſcendum gregẽ, & ad gubernandam Eccleſiam ipſius: Fundatur in illis verbis Chriſti; Paſce agnos meos, & ſuper alijs Matthæi iam dictis.

ibid. 5. Sic: Eſt petra viſibilis, ſupra quam Eccleſia Chriſti ædificata eſt: In regno enim rex eſt petra, & fundamentum, ſupra quod regnum firmatum eſt: ita vt ſi mutetur gubernatio regia totaliter, Regnum continuo deſtruetur.

ibid. 6. Sic: Eſt caput viſibile Eccleſiæ Chriſti: Idem dicit cum priori: Fundatur ſuper illo verbo Chriſti; Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & ſuper illa, Paſce oues meas; Iſtæ definitiones idem dicunt.

Romanus ergo Pontifex eſt magiſtratus viſibilis, Eſt de ſubſtantia regni Chriſti; quia pertinet ad formam ipſius, quæ eſt gubernatio: Habet in regno Chriſti, quod eſt ſuper terram, omnem poteſtatem, & illam vbique, & in omnes habet.

Cap.

Cap. 3. De fine, ad quem primatus Romani Pontificis ordinatur.

PRimo de cauſa finali aliqua ſunt conſideranda. Ad tria præcipuè exiſtimo hunc Primatum ordinari, quæ ſunt: Primo vnitas in regno Chriſti, & in Eccleſia Dei. Secundo ordo in eiſdem: Tertio optima gubernatio illorum: Probatur primo lumine, & lege naturali ſic: Omne regnum hæc tria pro fine habet: Item omnis humana ſocietas: quę ordinata ſit: Et hæc tria obtinent per hoc, quod vnum primũ, & ſummum magiſtratum habent, ergo regnum Chriſti cum verè regnum ſit, hæc tria per dictum medium habebit. *Cate. ar. 9.* *Ari. 3. Pol. per totum.*

Secundo probatur in particulari de regno Chriſti; hoc enim cum ſit perfectiſſimum; Tria autem dicta in quacunque ſocietate optima ſunt; hæc tria altiſſimo modo habere debet; quia maximè illi conueniũt: Vnitas enim illi maximè conuenit, quia Deus eſt vnus; Quia Euangelium eſt vnum; Quia fides eſt vna: Quia Eccleſia vna eſt: Ordo omnino illi conuenit; quia Quæcunque à Deo ſunt, ordinata ſunt: Optima gubernatio illi conuenit; quia Deus ſupra quam dici poteſt optimus gubernator eſt. *ibid.*

Quod vero primus magiſtratus in quacunque humana ſocietate ſit per ſe, & ſecundum quod ipſum cauſa trium dictorum, patet tum ratione, tum authoritate, tum experientia. Vnitas enim rei eſſentialis dependet ab vnitate formæ: Vnitas autem formæ in humana ſocietate poſita eſt in vnitate gubernationis; Hæc vero eſt vna ab vno gubernante; & vbi non eſt vnus ſummus magiſtratus, ibi non eſt vnitas gubernatiua. Ab vnitate vero primi gubernantis, oritur ordo; per quem gradus in populo gubernato conſtituuntur, dum primus locus tribuitur primo magiſtratui; deinde alijs, qui infra ipſum ſunt, iuxta gradus, qui à primo gubernante diſtributi ſunt. Ex vnitate autem, & ordine ſequitur optima gubernatio: Authoritate probatur; quia Ariſtoteles hæc *Ariſt. Pol. lib. 3. ca. 1. & ſeq.*

tria

ibi. Ariſt. & 12. Metaph. in fine. tria in humana ſocietate à primo gubernante, ait, prouenire; Vnitas etiam, & ordo, & optima mundi gubernatio proueniunt ex eo, quod omnia ab vno Deo ſunt gubernata: Demum experientia, & ſenſus ita docent. Regna enim omnia; item omnes Reſpublicæ ab vnitate primi magiſtratus vnitatem, & alia dicta accipiunt: Eccleſia etiam Catholica Romana hæc tria habet à Pontifice Romano; Eccleſiæ vero hæreticorum, quia ab hoc capite deſciuerunt, nec Vnitatem, nec Ordinem, ſed neque gubernationem habent; ſed vnuſquiſque viuit, vt ſibi placet: Hęc igitur tria dicta ſunt finis, ad quem Primatus Romani Pontificis ordinatur.

Hic colligitur, quam congrue ponatur in regno Chriſti, & quam incongrue auferatur.

Cap. 4. *De materia, in qua, & circa quam Primatus Romani Pontificis verſatur.*

QVia Romanus Pontifex ex duobus componitur neceſſe eſt, quod vnum illorum ſit veluti materia, aliud veluti forma: illud, quod in Romano Pontifice tenet locum formæ, eſt ſumma poteſtas gubernatiua; quæ poteſt dici Primatus: Illud, quod tenet locum materiæ, eſt perſona ſingularis, in qua, pro tẽpore, talis poteſtas collocata eſt: Summa ergo poteſtas eſt veluti anima hominis: Perſona ſingularis eſt veluti corpus: Romanus vero Pontifex, qui ex vtroque componitur, eſt veluti homo: Appellemus ergo hanc ſummam poteſtatem Primatum, & dicamus.

Ariſt. 3. Polit. c. 4. & 5. Hic Primatus tria per ſe, & ſecundum quod ipſum reſpicit, nempè Primo regnum Chriſti, cuius eſt pars ſubſtantialis, & forma. Forma enim regni in gubernatione, hæc autem in poteſtate gubernatiua poſita eſt. Quod ſi quis velit dicere ſic: Rex ipſe magis propriè dicitur eſſe de ſubſtantia, & forma regni, quam regia poteſtas; ideo magis propriè Romanus Pontifex vt eſt Primus magiſtratus, dicendus eſt eſſe de ſubſtantia regni Chriſti, quam ſumma poteſtas illius; non contradicerem, quia vtrunque ad idem redit:

dit: Sufficit mihi modo, quod hæc poteſtas pertineat ad formã regni Chriſti; Et ideo ſit de ſubſtantia illius.

Secundo reſpicit perſonam ſingularem, in qua recepta eſt; & hæc poteſtas eſt veluti forma: Perſona vero particularis eſt veluti materia, in qua talis poteſtas collocatur. Vnio vero horum duorũ appellatur Summus Pontifex, vt dictum eſt

Catec. art. 9. & de orone n. 28.

Tertio ſicut anima hominis reſpicit obiecta, in quę per ſuas potentias debet elicere propria operationes; veluti intellectus verum; voluntas bonum; Viſus colocatum reſpiciunt; ſic dicta poteſtas reſpicit omnia illa obiecta, in quæ Romanus Pontifex ſuam debet exercere poteſtatem; Et dicta obiecta ſunt materia circa quam; quia actiones ſummæ poteſtatis in illa tendũt: Totum autem Regnum Chriſti, & tota Eccleſia, & totus orbis talia obiecta ſunt.

Cate. ibid. Conc. ſeſſ. 6. c. 1. ref. & alibi.

Modo de ſola materia, in qua conſiderandum eſt.

Cap. 5. De perſonis Romanorum Pontificum.

PRimatus Romani Pontificis eodem tempore in vna ſola perſona collocatur: Moriente vero tali perſona, altera in dicta poteſtate ſuccedit.

ibid. & experientia.

Hæc igitur dignitas ſemel vni perſonæ collata vſq; ad mortem in illa perſeuerat; & ita in ſancto Petro, & Succeſſoribus obſeruatum eſt.

ibid.

Hinc fit, vt tot fuerint Romani Pontifices, quot fuerunt perſonæ, quibus talis poteſtas data eſt: Inter hos Pontifices differentia non ſpecifica, ſed numerica reperitur: Quæ enim eandem habent formam, licet diuerſam habeant materiam idem ſpecie ſunt; quod in hominibus apparet, qui, licet diuerſa habeant corpora; tamẽ quia forma eſt eadem, Socrates, & Plato ſunt idem ſpecie; numero vero differentes: Ita cum in omnibus, & ſingulis Romanis Pontificibus ſit eadem poteſtas, ſola perſona ſint differentes; efficitur, vt ſpecie idem ſint magiſtratus, numero differant. Ita multi Sacerdotes, & multi Reges eiuſdem regni ſpecie quidẽ non differunt, numero autem diſtincti ſunt.

ex lib. prædic. de ſpecie.

Cap.

Cap. 6. De eo, quod in Romanis Pontificibus ſe habet vt forma.

Conc. Carec. ibid. ILlud, quod in Romanis Pontificibus ſe habet, vt forma, eſt Primatus, ſeu ſumma illa poteſtas: Hæc in omnibus eadem eſt: Hæc, vt dictum fuit, ad tria habet, vt ſic dicam, eſſentialem relationem: Primo quidem ad regnũ Chriſti, quia pertinet ad illius ſubſtantiam: ſecundo ad perſonam, cui talis poteſtas collata eſt: tertio ad omnia, ad quæ illius operatio ſe extendit.

Matth. 16 Quanta autem ſit huius poteſtatis extenſio; Chriſtus declarauit illis verbis, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Claues regni cœlorum: Quodcunque ligaueris; ſolueris; erit ligatum & in cęlis: Super terram: Paſce oues meas. Idem ex eo, quod videmus nunc in tota Catholica Eccleſia à Romanis Pontificibus operari.

Cap. 7. De Romano Pontefice.

Ex Ariſt. 3. Polit. c. 1. & ſeq. ROmanus Pontifex dicit compoſitum ex perſona tanquam materia, & ex poteſtate tanquam forma: Hæc vnio materiæ, & formæ, ſi attendatur lex naturæ, per accidens eſt: Si autem conſideretur in genere artis, vel moris, eſt vnum compoſitum per ſe: Quia ſicut ex anima, & corpore in genere naturæ fit vnum per ſe; ita in genere artis ex ligno, & ex forma ſcabelli fit compoſitum, & vnum per ſe, quod eſt ſcabellum: Item in genere artis, & moris; ex perſona enim, & ex poteſtate regia, vel ſacerdotali fit vnus Rex, & Sacerdos: Idem in Romano Pontifice eſt.

Ex Ariſt. ibid. Ex S. Tho. 3. p. q. 8. & 1. 2. q. 90. Finis Romani Pontificis eſt idem cum fine poteſtatis, quæ illi tradita eſt. Ita finis Regis, & Sacerdotis eſt idem cum fine Sacerdotij, & Regiæ poteſtatis: Finis ergo illius erunt hæc tria: Vnitas, Ordo, & Optima gubernatio.

Cap. 8. De efficiente Romani Pontificis.

NOtandum pro explicatione huius rei; quod in aliquibus rebus aliud eſt efficiens materiæ; aliud efficiens formæ; veluti ſol, & homo efficiunt corpus hominis: Deus vero ſine illis animam ſolus creat; Ita natura producit materiam ſcabelli lignum; ars vero producit figuram, & formam: Ita alij ſunt, qui efficiunt materiam domus, vt latera, & calcem: Alij qui introducunt formam, vt ædificantes; idem in productione Romani Pontificis conſiderare neceſſe eſt: Electores enim determinant materiam, ſeu perſonam, in qua ſumma poteſtas ſit collocanda; ſed ipſi non poſſunt tali perſonæ ſummam, quam ipſi non habent, conferre poteſtatem: Deus autem eſt ille, qui immediatè talem dat illi poteſtatem: Ita in ſacramentis; miniſtri quidem faciunt, quæ ſpectant ad illos; ſed Deus eſt ille, qui, iuxta legem à ſe latam, producit effectum, qui cuilibet Sacramento conueniens ſit. *Catech. de Sacr. ord. nu. 28. & art. 9.* *Catec. ibi.*

Electores igitur determinant perſonam: Et hęc determinatio non eſt cauſa collationis poteſtatis: ſed eſt tantum conditio ſine qua non; qua tamen legitimè poſita, Deus infallibiliter, ex promiſſione, & ordinatione Chriſti, ſicut fit in Sacramentis, talem electo confert poteſtatem: Ideo erit concluſio. *Catec. ibi.*

Poſt determinatam in legitima electione perſonã; Deus infallibiliter dat illi ſummam poteſtatem, quã Chriſtus promiſit, & contulit S. Petro. *Matth. 16*

Cap. 9. De accidentibus quinti prædicabilis, quæ Romano Pontifici non conueniunt per ſe.

NOtandum, quod ſicut annulus, in quo pretioſa margarita inſerta ſit, dupliciter poteſt conſiderari; Vno modo in ſeipſo ſolus: Alio, vt habet coniunctam margaritam: Et ſi ſolus conſideretur, multa poſſunt dici de illo, veluti, quod ſit plumbeus, vilis, anguſtus, male elaboratus, deformis, modici precij, & ſimilia: *ex lib. prædicab. de quinto prædic.*

Primatum non eſſe de ſubſtantia regni Chriſti; & nō conuenire regno Chriſti, neceſſe eſt, vt dicant nunquam fuiſſe in regno Chriſti; quia non pertinet ad hoc regnum; & neceſſe eſt, vt probent cum certitudine hoc ita eſſe; Quod ſi dicant aliquando hūc magiſtratum eſſe de ſubſtantia regni Chriſti nempè cū Romani Pontifices ſunt boni, & ſancti; aliquando non eſſe de ſubſtantia, nempè cum ſunt mali, &, vt ipſi dicunt Antichriſti; iſti ignari ſunt Logicæ; & neſciunt, quid ſit eſſe de ſubſtantia: Quod enim ſemel eſt de ſubſtantia; ſemper erit de ſubſtantia; quia impoſſibile eſt, rem eſſe, abſque illis, quæ de ſubſtantia ipſius ſunt: Neceſſe eſt ergo vt hæretici dicant: Vel hunc magiſtratum ſemper, vel nunquam fuiſſe in regno Chriſti; id eſt vel eſſe, vel non eſſe de ſubſtantia: Si dicant ſemper fuiſſe; fruſtra eſt illorum probatio, quam faciunt à peccato, à malo vſu, à defectibus perſonarum, quæ ad hunc magiſtratū promotę ſunt; quia his non obſtantibus, magiſtratus in regno Chriſti perſeuerat: Si dicunt nunquam fuiſſe, ad quid tentant argumenta ſuſcipere a qualitate perſonæ? à peccatis? à malo vſu? à non legitimis electionibus? ab eo, quod talis Romanus Pōtifex fuerit Antichriſtus? Iſtæ enim argumentationes cōtra ipſos faciūt: Quia ſi tu dicis, tales non fuiſſe Romanos Pontifices, quia mali fuerunt; concedis illos fuiſſe legitimos, qui boni fuerunt; Quod ſi fuerunt legitimi: ergo hic magiſtratus fuit inſtitutus à Chriſto, & ſemper fuit in regno Chriſti.

Cap. 23. Concluſio huius probationis.

TAndem concludenda eſt iſta probatio, quod ita fiet.

Primo pro certo ſtatuendum eſt, quod omnino neceſſarium ſit dicere; Vel quod hic Primatus ſit de ſubſtantia regni Chriſti, vel quod non ſit de ſubſtantia illius: In materia enim neceſſaria, qualis eſt, cum ſubſtantia prædicatur de eo, cuius eſt ſubſtantia, duæ contrarię ita ſe habent, vt neceſſario ſi vna eſt vera, alia

alia ſit falſa: ergo tam hæretici, quam Catholici alteram dictarum debent affirmare, & oppoſitam negare: quia in dictis impoſſibile eſt medium aliquod dare.

2. Qui affirmat eſſe de ſubſtantia regni Chriſti, debet affirmare, quod ſemper fuerit in dicto regno: & qui negat eſſe de ſubſtantia, debet dicere, quod nunquam fuerit in regno Chriſti.

3. Vtraque pars tam affirmans, quam negans, debet facere certas probationes, & ſi non facit tales, nihil illi credendum eſt.

4. Probationes certæ aliæ ſunt à priori per genera, per differentias, per quattuor cauſas rei, materiam, formam, efficiẽs, & finem. Aliæ à poſteriori per effectus, per ſenſum, per ſigna, per inductionem, & ſimilia, in quibus regulæ poſterioriſticæ ſint ſeruatæ: Aliæ probationes ſunt topicæ, vel ſophiſticæ.

5. Ex dictis patet, quod probationes Catholicorũ, qui probant partem affirmatiuam, nempè hunc Primatum eſſe de ſubſtantia regni Chriſti, ſunt certæ, & iuxta regulas poſterioriſticas factæ: Probationes autẽ hæreticorum nullum penitus habent certitudinis fundamentum, vt modo apparebit.

6. Supponendum eſt, quod media ad probandum, aliquid eſſe de ſubſtantia rei, ſunt iſta: Primo omnia genera, ſiue proxima, ſiue remota: Secundo Omnes differentiæ eſſentiales: Tertio quattuor cauſæ rei, materia, forma, efficiens, & finis: Quarto principia per ſe nota: Quinto locus clarus ex veteri, vel nouo teſtamẽto, cum interpretatione veræ, & Catholicæ Eccleſiæ: Sexto traditio, & vſus: Septimo ſenſus, & illius euidentia.

7. Hæc media debent eſſe eadem in probatione affirmatiua, & negatiua: quia ex Ariſtotele, quod eſt certum, & proprium medium ad affirmãdum, eſt etiã certum, & proprium ad negandum; veluti æquus habet pulmonem; ergo reſpirat: Paries non habet pulmonem; ergo non reſpirat.

8. Notandum, quod probationes deſumptæ ab accidentibus, quæ conueniunt materiæ, non ſecundum

Digitized by Google

cum facere non poſſint; quia ſenſus docet, Romanum Pontificem ſemper in Eccleſia, Catholica, Romana, fuiſſe. *Et* idem docet intellectus ex natura rei: *Et* in ſacra Scriptura loca non communia, ſed propria hoc dicentia reperiuntur: Et Eccleſia Catholica dicta loca ita interpretatur; Et Traditio ita docet; *Et* non datur locus ſcripturæ, qui ſpecificè neget hunc Primatum: Clarè apparet, quod probationes hæreticorum, nec ſunt certæ; nec eſſe poſſunt; Catholicorum vero vndequaque certiſſimæ apparent: Ideo veritas Catholica de Primatu Romani Pontificis ab omnibus eſt acceptanda.

Digitized by Google

LIBRI QVINTI DISTINCTIO QVARTA.

De Romano Pontifice.

Quid ſit; Ad quid ſit; Quæ illi inſint accidentia per ſe; Et per quam cauſam dicta accidentia illi inſint.

Ariſt. 1. poſt. tex 9. & ſeq.

LOgica docet, ad completam tractationem cuiuſcunq; rei propoſitæ, quæ genus non ſit, neceſſariũ eſſe tria conſiderare; & primo quidem ſubſtãtialia rei, nempè illa omnia, quæ ad completã rationẽ quatuor cauſarum rei neceſſaria ſunt; ſine his enim impoſſibile eſt, quod ſubſtantia rei cõſtituatur: ſecundo debent conſiderari omnia accidẽtia, quæ rei per ſe conueniunt; Quæ enim per accidens conueniunt, ſcibilia non ſunt: tertio conſideranda eſt cauſa, per quam dicta accidentia per ſe rei conueniant. Ideo de Romano Pontifice conſideranda ſunt; Primo nomen; Secundo definitio; Tertio quattuor cauſæ; Quarto accidentia; Quinto cauſæ accidentium.

Cap. 1. De nomine Romani Pontificis.

ROmanus Pontifex plura habet nomina, ſed modo tria ſufficiat conſiderare, quæ ſunt: Papa; Summus Pontifex; & Romanus Pontifex.

Catec. de ord. n. 28. & d. Dicitur vulgariter Papa: ideſt Summus, vel Maximus Pater; ideſt omnium.

Dicitur, Summus Pontifex; ad duo ſignificanda; nem-

nempè eſſe Pontificem,id eſt,Epiſcopum;& eſſe Summum Pontificem; ideſt Summum Epiſcopum, & ſupra omnes Epiſcopos;& cui omnes Epiſcopi ſubsũt. *& Conc. Seſſ. 6. c. 1. refert. & al-bi.*

Dicitur,Romanus Pontifex,vel Summus Pontifex Romanus,ad tria ſignificanda, nempè quod ſit Pontifex,id eſt Epiſcopus: Quod ſit Pontifex Romanus; ideſt Epiſcopus Romæ: & quod ſit Summus Pontifex,id eſt ſupra omnes Epiſcopos, ita vt ſit Pontifex vrbis, & orbis. Quia enim S. Petrus ſimul fuit Epiſcopus Romę,& totius orbis;factum eſt,vt Romana ſedes verè facta ſit Cathedra S. Petri;& ideo,qui electus eſt,vt ſedeat in illa Cathedra,intelligitur electus vt ſimul ſit Epiſcopus Vrbis, & Orbis: Vnde fit, vt iſta vox, Pontifex, Romanus, etiam ſi non addatur Summus intelligitur ille Pontifex,qui ſimul eſt Pontifex Romæ, & totius orbis: Et hæc nominis ſignificatio. *Conc. & Catech. ibid.* *Cate. ibi.*

Cap. 2. De definitione Romani Pontificis.

Definitio Rom. Põtificis ita videtur tradi poſſe. Primo ſic: Romanus Pontifex eſt Epiſcopus Vrbis,& Orbis: Hæc enim vox, Epiſcopus; ſignificat ex S. Paulo poteſtatem gubernatiuam;cum dicat Epiſcopos à Spiritu ſancto eſſe poſitos,vt regant Eccleſiam Dei: Illa vero verba, Vrbis,& Orbis: ſignificant materiam, in quam dicta poteſtas ſe extendit; Hæc enim extenſio, licet ſpecialem habeat originem, & ſedem in vrbe Roma, tamen in omnes orbis terræ partes diuagatur. Quia autem hęc vox, Epiſcopus, eſt ſingularis,declarat, quod hęc ſumma orbis poteſtas,iuxta regni gubernationem, quę optima eſt in vna ſingulari perſona collocatur. *Cate. ibid. Con. vbique.*

2. Sic. Romanus Pontifex eſt primus,& ſummus magiſtratus viſibilis à Chriſto in ſuo regno conſtitutus: Et hæc definitio datur in ordine ad regnum Chriſti: Cum enim hic magiſtratus ſit de ſubſtantia regni Chriſti; loquendo de terreno, omnino eius definitio danda eſt in ordine ad regnum Chriſti; Omnis enim pars in ordine ad totum eſt definienda; & anima ho- *ex Matt. c. 16. & Ioan. 21. Conc. & Cate. ibi.*

minis non poteſt diffiniri niſi comparatiue ad ipſum cuius eſt forma.

Illa igitur particula: Magiſtratus, eſt loco generis; Per magiſtratum autem nō intelligitur ſola poteſtas, ſed compoſitum ex poteſtate, & ex perſona: Aliæ particulæ explicant differentias: Dicitur enim conſtitus à Chriſto in regno ſuo; ad oſtendendum, quod eſt magiſtratus ſpiritualis: Dicitur; Viſibilis, ne intelligatur de magiſtratibus, vt ſic dicā, ſpiritualibus qui non videntur: Dicitur, Primus, & Sūmus, vt diſtinguatur à magiſtratibus, ſpiritualibus, qui infra ipſum ſunt.

ibid. 3. Sic poteſt definiri: Eſt magiſtratus viſibilis, ſummam in regno Chriſti habens gubernatiuam poteſtatém: Dicit idem, quod ſuperior: Genus eſt Magiſtratus; Per viſibile, differt à ſuperioribus gubernatoribus: Per ſummam poteſtatem, differt ab inferioribus magiſtratibus: Fundatur in illis verbis; *Et tibi dabo claues regni cælorum; Et quodcunque ligaueris &c.*

ibid. 4. Sic: Eſt Vicarius Chriſti ad paſcendum gregē, & ad gubernandam Eccleſiam ipſius: Fundatur in illis verbis Chriſti; *Paſce agnos meos*, & ſuper aliis Matthæi iam dictis.

ibid. 5. Sic: Eſt petra viſibilis, ſupra quam Eccleſia Chriſti ædificata eſt: In regno enim rex eſt petra, & fundamentum, ſupra quod regnum firmatum eſt: ita vt ſi mutetur gubernatio regia totaliter. Regnum continuo deſtruetur.

ibid. 6. Sic: Eſt caput viſibile Eccleſiæ Chriſti: Idem dicit cum priori: Fundatur ſuper illo verbo Chriſti; *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, & ſuper illa, *Paſce oues meas*: Iſtæ definitiones idem dicunt.

Romanus ergo Pontifex eſt magiſtratus viſibilis, Eſt de ſubſtantia regni Chriſti; quia pertinet ad formam ipſius, quæ eſt gubernatio: Habet in regno Chriſti, quod eſt ſuper terram, omnem poteſtatem, & illam vbique, & in omnes habet.

Cap.

Cap. 3. De fine, ad quem primatus Romani Pontificis ordinatur.

PRimo de cauſa finali aliqua ſunt conſideranda. Ad tria præcipuè exiſtimo hunc Primatum ordinari, quæ ſunt: Primo vnitas in regno Chriſti, & in Eccleſia Dei. Secundo ordo in eiſdem: Tertio optima gubernatio illorum: Probatur primo lumine, & lege naturali ſic: Omne regnum hæc tria pro fine habet: Item omnis humana ſocietas, quę ordinata ſit: Et hæc tria obtinent per hoc, quod vnum primũ, & ſummum magiſtratum habent, ergo regnum Chriſti cum verè regnum ſit, hæc tria per dictum medium habebit. *Cate. ar. 9.* *Ari. 3. Pol. per totum.*

Secundo probatur in particulari de regno Chriſti; hoc enim cum ſit perfectiſſimum; Tria autem dicta in quacunque ſocietate optima ſunt; hæc tria altiſſimo modo habere debet; quia maximè illi conueniũt: Vnitas enim illi maximè conuenit, quia Deus eſt vnus; Quia Euangelium eſt vnum; Quia fides eſt vna: Quia Eccleſia vna eſt: Ordo omnino illi conuenit; quia Quæcunque à Deo ſunt, ordinata ſunt: Optima gubernatio illi conuenit; quia Deus ſupra quam dici poteſt optimus gubernator eſt. *ibid.*

Quod vero primus magiſtratus in quacunque humana ſocietate ſit per ſe, & ſecundum quod ipſum cauſa trium dictorum, patet tum ratione, tum authoritate, tum experientia. Vnitas enim rei eſſentialis dependet ab vnitate formæ: Vnitas autem formæ in humana ſocietate poſita eſt in vnitate gubernationis; Hæc vero eſt vna ab vno gubernante; & vbi non eſt vnus ſummus magiſtratus, ibi non eſt vnitas gubernatiua. Ab vnitate vero primi gubernantis, oritur ordo; per quem gradus in populo gubernato conſtituuntur, dum primus locus tribuitur primo magiſtratui; deinde alijs, qui infra ipſum ſunt, iuxta gradus, qui à primo gubernante diſtributi ſunt. Ex vnitate autem, & ordine ſequitur optima gubernatio: Authoritate probatur; quia Ariſtoteles hæc *Ariſt. Pol. lib. 3. ca. 1. & ſeq.*

tria

ibi. Ariſt. & 12. Metaph. in fine.

tria in humana ſocietate à primo gubernante, ait, prouenire; Vnitas etiam, & ordo, & optima mundi gubernatio proueniunt ex eo, quod omnia ab vno Deo ſunt gubernata: Demum experientia, & ſenſus ita docent. Regna enim omnia; item omnes Reſpublicæ ab vnitate primi magiſtratus vnitatem, & alia dicta accipiunt: Eccleſia etiam Catholica Romana hæc tria habet à Pontifice Romano; Eccleſiæ vero hæreticorum, quia ab hoc capite deſciuerunt, nec Vnitatem, nec Ordinem, ſed neque gubernationem habent; ſed vnuſquiſque viuit, vt ſibi placet: Hęc igitur tria dicta ſunt finis, ad quem Primatus Romani Pontificis ordinatur.

Hic colligitur, quam congrue ponatur in regno Chriſti, & quam incongrue auferatur.

Cap. 4. De materia, in qua, & circa quam Primatus Romani Pontificis verſatur.

QVia Romanus Pontifex ex duobus componitur neceſſe eſt, quod vnum illorum ſit veluti materia, aliud veluti forma: illud, quod in Romano Pontifice tenet locum formæ, eſt ſumma poteſtas gubernatiua; quæ poteſt dici Primatus: Illud, quod tenet locum materiæ, eſt perſona ſingularis, in qua, pro tẽpore, talis poteſtas collocata eſt: Summa ergo poteſtas eſt veluti anima hominis: Perſona ſingularis eſt veluti corpus: Romanus vero Pontifex, qui ex vtroque componitur, eſt veluti homo: Appellemus ergo hanc ſummam poteſtatem Primatum, & dicamus.

Ariſt. 3. Polit. c. 4. & 5.

Hic Primatus tria per ſe, & ſecundum quod ipſum reſpicit, nempè Primo regnum Chriſti, cuius eſt pars ſubſtantialis, & forma. Forma enim regni in gubernatione, hæc autem in poteſtate gubernatiua poſita eſt. Quod ſi quis velit dicere ſic: Rex ipſe magis propriè dicitur eſſe de ſubſtantia, & forma regni, quam regia poteſtas; ideo magis propriè Romanus Pontifex vt eſt Primus magiſtratus, dicendus eſt eſſe de ſubſtantia regni Chriſti, quam ſumma poteſtas illius; non contradicerem, quia vtrunque ad idem redit:

Digitized by Google

dit: Sufficit mihi modo, quod hæc poteſtas pertineat ad formã regni Chriſti; Et ideo ſit de ſubſtantia illius.

Secundo reſpicit perſonam ſingularem, in qua recepta eſt; & hæc poteſtas eſt veluti forma: Perſona vero particularis eſt veluti materia, in qua talis poteſtas collocatur. Vnio vero horum duorũ appellatur Summus Pontifex, vt dictum eſt. *Caiet. art. 9. & de oppone n. 28.*

Tertio ſicut anima hominis reſpicit obiecta, in quę per ſuas potentias debet elicere propria operationes; veluti intellectus verum; voluntas bonum; Viſus colo ratum reſpiciunt; ſic dicta poteſtas reſpicit omnia illa obiecta, in quæ Romanus Pontifex ſuam debet exercere poteſtatem; Et dicta obiecta ſunt materia circa quam; quia actiones ſummæ poteſtatis in illa tendũt: Totum autem Regnum Chriſti, & tota Eccleſia, & totus orbis talia obiecta ſunt. *Caie. ibid. Conc. ſeſſ. 6. c. 1. ref. & alibi.*

Modo de ſola materia, in qua conſiderandum eſt.

Cap. 5. De perſonis Romanorum Pontificum.

PRimatus Romani Pontificis eodem tempore in vna ſola perſona collocatur: Moriente vero tali perſona, altera in dicta poteſtate ſuccedit. *ibid. & experientia.*

Hæc igitur dignitas ſemel vni perſonæ collata vſq; ad mortem in illa perſeuerat; & ita in ſancto Petro, & Succeſſoribus obſeruatum eſt. *ibid.*

Hinc fit, vt tot fuerint Romani Pontifices, quot fuerunt perſonæ, quibus talis poteſtas data eſt: Inter hos Pontifices differentia non ſpecifica, ſed numerica reperitur: Quæ enim eandem habent formam, licet diuerſam habeant materiam idem ſpecie ſunt; quod in hominibus apparet, qui, licet diuerſa habeant corpora; tamẽ quia forma eſt eadem, Socrates, & Plato ſunt idem ſpecie; numero vero differentes: Ita cum in omnibus, & ſingulis Romanis Pontificibus ſit eadem poteſtas, ſola perſona ſint differentes; efficitur, vt ſpecie idem ſint magiſtratus, numero differant. Ita multi Sacerdotes, & multi Reges eiuſdem regni ſpecie quidẽ non differunt, numero autem diſtincti ſunt. *ex lib. prædic. de ſpecie.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. 8. De efficiente Romani Pontificis.

NOtandum pro explicatione huius rei; quod in aliquibus rebus aliud eſt efficiens materiæ; aliud efficiens formæ; veluti ſol,& homo efficiunt corpus hominis: Deus vero ſine illis animam ſolus creat; Ita natura producit materiam ſcabelli lignum; ars vero producit figuram,& formam: Ita alij ſunt, qui efficiunt materiam domus, vt latera,& calcem: Alij qui introducunt formam, vt ædificantes; idem in productione Romani Pontificis conſiderare neceſſe eſt: Electores enim determinant materiam, ſeu perſonam, in qua ſumma poteſtas ſit collocanda; ſed ipſi non poſſunt tali perſonæ ſummam, quam ipſi non habent, conferre poteſtatem: Deus autem eſt ille, qui immediatè talem dat illi poteſtatem: Ita in ſacramentis; miniſtri quidem faciunt, quæ ſpectant ad illos; ſed Deus eſt ille, qui, iuxta legem à ſe latam, producit effectum, qui cuilibet Sacramento conueniens ſit. *Catech. de Sacr. ord. nu. 28. & art. 9.* *Catec. ibi.*

Electores igitur determinant perſonam: Et hęc determinatio non eſt cauſa collationis poteſtatis: ſed eſt tantum conditio ſine qua non; qua tamen legitimè poſita, Deus infallibiliter, ex promiſſione,& ordinatione Chriſti, ſicut fit in Sacramentis, talem electo confert poteſtatem: Ideo erit concluſio. *Catec. ibi.*

Poſt determinatam in legitima electione perſonã; Deus infallibiliter dat illi ſummam poteſtatem, quã Chriſtus promiſit,& contulit S. Petro. *Matth. 16*

Cap. 9. De accidentibus quinti prædicabilis, quæ Romano Pontifici non conueniunt per ſe.

NOtandum, quod ſicut annulus, in quo pretioſa margarita inſerta ſit, dupliciter poteſt conſiderari; Vno modo in ſeipſo ſolus: Alio, vt habet coniunctam margaritam: Et ſi ſolus conſideretur, multa poſſunt dici de illo, veluti, quod ſit plumbeus, vilis, anguſtus, male elaboratus, deformis, modici precij,& ſimilia: *ex lib. prædicab. de quinto prædic.*

ſimilia: vel etiam e contra: Si vero conſideretur prout coniunctam habet margaritam, tunc prædicata, quæ margaritæ conueniunt, aliquo modo illi tribuenda ſunt: Ita vt ſi margarita ſit valoris centum aureorum; ille annulus tanti valoris eſſe dicendus ſit: Idem eſt de perſona Romani Pontificis; Hæc enim poteſt ex vna parte ſola conſiderari; ex alia prout habet coniunctam poteſtatem: Si ſola conſideretur, tunc non conſideratur, vt eſt perſona Romani Pontificis, quia Romanus Pontifex abſque illa poteſtate non poteſt conſiderari; ſed priuata eſſe dicetur: Et tunc tali perſonæ ſic conſideratæ poſſunt conuenire plurima accidentia, & operationes; quæ Romano Pontifici non per ſe, ſed per accidens tribuentur: Veluti quod ſit natus in hac, vel illa regione; ex hoc vel illo patre; ex hac, vel illa familia: Ita quod ſit ſenex, vel iuuenis; ſanus, vel infirmus; talis figuræ, & ſimilium: Hæc enim ſunt accidentia quinti Prædicabilis, quæ Romano Pontifici, vt talis eſt, non conueniunt: vnde per accidens dicuntur illi ineſſe.

Ex Ariſt. 2. Phyſ. ca. 1. & ſeq.

Illa quoque accidentia, & operationes, quæ conueniunt illi per ſe, vt eſt homo; & ſunt propria hominis, ſiue ſint genera, ſiue differentiæ, ſiue ſpecies, ſiue proprium, veluti eſſe animal, habere animam rationalem, & corpus humanum, eſſe admiratiuum riſibile, atque mortale; Ita intelligere, velle, & ſentire, Ita habere liberum arbitrium, & alia huiuſmodi non conueniunt Romano Pontifici, vt talis eſt; ſed conueniũt illi, quatenus homo eſt; Et quatenus contingit muſico ædificare, vel ædificatorem eſſe muſicum, vel medicum; ita Romano Pontifici per accidens conueniunt illa, quæ illi, vt eſt homo, tribuuntur: Et idem eſt de alijs magiſtratibus, veluti Rege, Epiſcopo, & Sacerdote: Dauid enim multa faciebat, vt homo, quæ illi non conueniebant vt regi. Ita Sacerdos aliquando operatur, vt homo; aliquãdo vt talis homo; aliquãdo vt Sacerdos eſt: Dicere enim Sacerdos canit, vel ædificat, vel currit, non eſt vera prædicatio, niſi per accidens: De his ergo accidentibus, cum de Romano Pontifice dicuntur, ſpecialis conſideratio iuxta dicta habenda eſt.

Cap.

Cap. 10. De accidentibus, quæ Romano Pontifici per ſe conueniunt.

PRO explicatione huius rei aliqua ſunt præmittenda.

In omni re, ad producendam aliquam operationẽ duo neceſſario principia requiruntur; & vnum eſt productiuum operationis; aliud eſt applicatiuum ad producendum: Operatio per ſe producitur à productiuo; ſed applicatiuum eſt illud, quod applicat productiuum ad producendum: Sit exemplum; Gladius habet principium productiuum inciſionis; ſed nunquam fit productio inciſionis, niſi hoc principiũ à manu fit applicatum: Ita in animali principium productiuum manducationis eſt potentia manducatiua; hæc autem non manducat, niſi à natura per famem ſit applicata. In cauſis liberis, vt eſt homo, hoc duplex principium reperitur, & ordinariè principium productiuum operationis eſt eſſentia, vel aliquid additum eſſentię: Applicatiuum immediatum eſt perſona; Hæc enim i ſubſtantijs liberis reperitur: ſit exemplum; In homine tria principia productiua operationum conſiderantur; primum eſt corpus, à quo operationes corporales producuntur: ſecundũ eſt anima, quę operationes ſpirituales producit, & iſta duo ſunt de eſſentia hominis: tertium eſt quid ſuperadditum, vel à Deo, vt gratia, caracter, virtutes infuſę, gratiæ gratis datę; vel ab omnibus, vt cum fiunt Reges, vel Iudices, vel magiſtratus: Poteſtas enim illis ſuperaddita eſt: Hęc tria principia productiua in cauſa libera ordinariè nihil operantur, niſi à perſona, quorum ſunt eſſentia, ſint applicata; Ob hoc Ariſt. dixit, Actiones ſunt ſuppoſitorum; In cauſis autem liberis perſona ſuppoſitum eſt: Hinc fit, vt omnes actiones, quæ à tribus dictis principijs producuntur, perſonæ primo ſint attributę: Ita omnes operationes corporis, & animæ, & ſuperadditi, quæ fiunt ab homine, ipſi homini, ſeu perſonæ, quæ dicitur homo, tribuuntur: Ipſe enim homo ad libitum ſuum vtitur

S. Th. 1. p. q. 105. art. 5. Ariſt. 2. Phyſ. de natura, & arte. c. 1. & ſeq. Caie. art. 1. nu. 21.

vtitur

vtitur corpore, & anima ad operandum, prout iudicat expedire: Ita omnes operationes, quæ à corpore, vel anima, vel à diuinitate Chriſti, producebantur, ipſi Chriſto, ſeu illius perſonæ, ob rationem dictam, tribuebantur: Et hoc in Rom. Pont. locum habet.

Tria enim in Romano Pontifice ſunt principia operationem productiua, nempè corpus, anima, & ſuperaddita ſumma poteſtas, per quã fit Summus Pontifex: Hæc ſumma poteſtas eſt principium productiuum multarum operationum; de quibus infra: Sed dicta poteſtas nihil producit, niſi perſona illa, quę dicitur Romanus Pontifex, qui verè illam habet, applicet illam, & illa vtatur ad operandum: Hæc enim perſona vtitur corpore, vtitur anima, vtitur poteſtate ad operationes reſpectiuè producendas.

Hinc fit vt quædam accidentia poſſint dici de perſona Romani Põtificis reſpectu corporis, veluti quod ſit ſanus, infirmus, iuuenis, ſenex: Aliqua reſpectu animæ, veluti quod ſit virtuoſus, ingenioſus, & ſimilia: Alia reſpectu poteſtatis, & de his modo conſiderandum eſt: Hęc enim per ſe ad Romanum Pontificem, pertinere dicenda ſunt.

Hęc autem accidentia per ſe dupliciter poſſunt conſiderari: Primo de omnibus Romanis Pontificibus inuicem conſideratis, Secundo de vno tantum in particulari: Sed ex cognitione primi; cognitio ſecundi dependet, ideo de primo dicetur.

Cap. 11. Diſtinguuntur illa, quæ Rom. Pont. per ſe conuenire videntur.

EGO ad ſex capita, ordinis gratia, reducerem illa, quæ Romano Pontifici per ſe conuenire mihi videtur; alij addant, vel detrahant ſi quid minus rectè ſit à me dictum.

Primum caput colligit ea: quæ pertinent ad inſtitutionem omnium, & ſingulorum Romanorum Pontificum.

• Colligit priuilegia, quæ illi à Deo facta ſunt.

3. Col-

3. Colligit Prærogatiuas, ſeu Præeminentias, quæ Romano Pontifici inſunt.

4. Continet obligationes, quæ Rom. Pontifici ob talem dignitatem adueniunt.

5. Explicat operationes, quę Romani Pontificis propriè ſunt.

6. Declarat ſubiectionem, honorem, & obedientiam, quæ ab omnibus illi debetur.

Cap. 11. *De inſtitutione Romanorum Pontificum.*

PER inſtitutionem Romanorum Pontificum intelligo illa omnia, quæ vel facta, vel facienda ſunt, adhoc vt à tempore Christi vſque ad finē mundi, ſinguli Romani Pontifices, pro tempore, ſint electi, & inſtituti: Plurima autem ad hanc adeo multiplicem inſtitutionem explicandam attingere neceſſe eſt. Præcipuè autem ſequentia.

Primo de inſtitutione S. Petri facta à Chriſto, quæ fuit prima, & cauſa aliarum.

2. De electione S. Petri ad hunc primatum.

3. De inſtitutione, ſeu collatione ſummæ poteſtatis illi facta.

4. De vita S. Petri, & duratione illius in hoc primo magiſtratu.

5. De Cathedra S. Petri, in qua vltimate ſedit, & mortuus eſt.

6. De inter regno, id eſt de tempore, quod eſt medium inter mortem vnius Pontificis, & ſucceſſionem alterius, quod vulgo dicitur; Sede vacante.

7. De comitijs, ſeu de tractatu, & conſultatione, & conuentu electorum ad nouum Pontificem eligendum.

8. De electione noui Pontificis.

9. De collatione poteſtatis perſonæ iam electæ.

10. De ſucceſſione in Cathedra S. Petri, & duratione in illa, dum vita manet.

Hæc, & ſimilia de inſtitutione Romani Pontificis conſiderari poſſunt.

Cap. 12. Explicantur, quæ dicta ſunt.

CHriſtus fuit primus Pontifex, non dico Romanus, ſed ſummus; ſi tamen de lege noua ſit ſermo: Habuit ſummam poteſtatem per ſe, & primo: Solus per ſe eſt Pontifex, & mediator: Alij Pontifices ſecundario, & per aliud, id eſt per Chriſtum Pontifices ſunt: Sicut albedo ſola per ſe diſgregat viſum; alba vero diſgregant per albedinem, & ſicut ignis per ſuam ſubſtantiam comburit; ferrum vero per accidens, ſeu per ignem, ſi ignitum ſit, hoc facit: Sic ſolus Chriſtus per ſe habet ſummam poteſtatem; alij vero Pontifices ab ipſo illam accipiunt, ideo dicuntur Vicarij illius.

Poſt Chriſtum S. Petrus fuit primus Vicarius Chriſti, & primus Summus Pontifex; In S. Petro aliqua diſtinctio facienda eſt inter Summum Pontificem, & Romanum Pontificem: Antequam enim S. Petrus eſſet Epiſcopus Romæ (veluti cum Antiochiæ ſedem habuit, erat Summus Pontifex, ſed non erat Romanus Pontifex; Poſtquam vero, alio Antiochiæ gubernatore conſtituto, ipſe Eccleſiam Romanam immediatè gubernat, Cathedra Romana facta eſt ſedes illius; & cum ſedens in illa mortuus ſit, factũ eſt, quod Cathedra Romana ſedes S. Petri verè dicenda ſit: Ob hoc poſt mortem S. Petri dicere Summũ Pontificem, & Romanum pontificem idem eſt, quia ex facto S. Petri iſta duo inſeparabilia ſunt.

S. Petrus primo fuit electus, poſtea à Chriſto Summus Pontifex, & Vicarius ſuus generalis in terris cõſtitutus.

Electio S. Petri facta fuit Matth. 16. Vbi Chriſtus promiſit illi hunc Primatum.

Collatio Poteſtatis facta fuit à Chriſto Ioan. 21. cũ dixit illi, Paſce oues meas: Chriſtus enim retinuit dominium ouium; ideo dixit, Meas: Petro autem dedit curam paſcendi, & fecit illum paſtorem; ſicut, & Chriſtus fuit Paſtor; Et paſcua, in quibus paſcendæ ſunt, ipſiuſmet Chriſti ſunt.

Mortuus

Mortuus eſt S. Petrus,& vacauit hic primus magiſtratus; Et ſedes, ac Cathedra illius nempè Romana, non ceſſauit,ſed vacauit; ideſt ſine Antiſtite fuit, vſq; ad noui Pontificis inſtitutionem.

Tempus, quod mediat inter mortem vnius Pontificis, & ſucceſſionem alterius dicitur à Gentilibus Interregnum;communiter hodie dicitur, Vacatio ſedis.

Hoc tempus aliquando eſt breue, aliquando longum; nec mirum,quia in re tanti momenti, & in qua tractatur de intereſſe totius orbis, & ſingularum partium ipſius ; & in qua ſunt multi electores,& ex diuerſis nationibus; & in qua difficile eſt inuenire perſonam, cui omnibus numeris tanta poteſtas conueniat; vnire animos electorum ad vnam ſingularem perſonam ex multis eligendam, in breui tempore facere, difficile eſt.

In hoc interregno multa fiunt: Primo determinatur tempus ad comitia inchoanda : Quo tranſacto: inchoantur Comitia; in quibus electores conueniunt ad conſultandum de futuro ſucceſſore: Fit cõſultatio, in qua ſinguli electores, quod ſibi videtur, proponunt: Cum autem electores ſint homines, non eſt mirum,ſi in illis affectus humani reperiantur; ita vt aliqui proprium intereſſe magis quam publicum attendentes, magis inclinentur ad amicos,& ad illos,qui eiuſdem regionis ſunt;vnde aliqua diſſidia inter electores ſæpè videantur: Quod ſi quis rem iſtam bene perpendat, videbit, magis eſſe mirandum,quod electores concordent,quam quod diſcordent, quia res pene miraculoſa videtur,quod electores in vnum conueniant.

Narrabo,quod dixit mihi quidam ſenex,homo ſpectatæ vitæ,atque prudentiæ,qui vndecim vicibus fuit in conclaui,dum ageretur de electione Pontificis;Dixit enim ſe per fidem crediſſe, quod electio Romani Pontificis fieret à Deo; ſed poſtquam vidit aliquas electiones; Amiſi,inquit, fidem, & obtinui euidentiã, quia vndequaque, concluſio electionis miraculoſa eſſe videtur.

Hoc à Logico expedit conſiderare,vt ſophiſmata hæreticorum apertè ſoluantur.

Exiſtimo nullum ſanæ mentis poſſe opinari; quod poſſit quis eligi ab hominibus in Põtificem; niſi prius à Deo in decreto ſuæ voluntatis, quod ita fiat, determinatum ſit: Tantum enim negotium contra Dei voluntatem fieri, quis opinari poteſt?

Quod ſi dicatur; Aliquando mali eliguntur; Deus autem non vult eligi malos; Reſpondetur; Saulem, & Iudam fuiſſe malos, & tamen à Deo electos.

Si dicatur, ſæpè electores in eligendo mouentur ab intereſſe proprio, ideo electio mala eſt: Reſpondeo, Quod ſæpiſſimè intentio Dei, & intentio hominum in eodem effectu producendo diuerſa ſunt; Veluti, Deus voluit paſſionem Chriſti bona intentione, Iudæi autem mala; Et Deus vſus eſt mala intentione illorum ad faciendum, quod ipſe volebat bonum.

Addam circa hoc quandam in me ortam conſiderationem: Si quis interrogaret me, quinam modus eligendi Pontificem peſſimus ſit: Dicerem, Proprium intereſſe; quia cum eligendus ſit Pater totius orbis, electio ad bonum commune illius referri debet: Si iterũ quæratur; Quis modus eſt optimus: Dicerem intereſſe primatum à Deo bene regulatum: Cum enim eligendus ſit Pater totius orbis; debet eligi talis perſona, de qua ſpes ſit, quod paterne diliget totum orbem; nullamque partem orbis à ſua excludet dilectione: Hoc autem fit per intereſſe: quia dum ſinguli electores ſtudent excludere in hac electione illos, qui ſuę nationi contrarij ſunt; efficitur, vt partialibus, ſi qui sũt, excluſis; Pater omnium communis electus ſit: Ita mihi videtur contigiſſe in Machabeo, qui abſtulit gladium Apollonij, & illo ad debellandos inimicos vſus eſt: Ita Dauid vſus eſt gladio Philiſtæi ad occidendum illum: Cur ergo Deus non poterit vti intereſſe hominum tanquam medio ad concludendam electionem, quæ ſibi placet?

Sit igitur concluſio; Electio Sum. Pont. ſemper concluditur iuxta beneplacitum diuinæ voluntatis; licet immediatè ab electoribus, & hominibus facta ſit.

3. Ethic. c. 1. & ſeq. In his igitur Comitijs quattuor, ex Ariſtotele, conſideranda ſunt; quæ in omni hominum electione li-

Digitized by Google

bera reperiuntur; Primum eſt conſultatio; Secundum concluſio conſultationis; Tertium electio; Quartum exequutio iuxta electionem.

Conſultatio ſæpè in principio eſt turbida: In concluſione negotium clareſcit; & apud intellectum ſtabilitur: In electione concluſio facta ab intellectu firmatur à voluntate: Exequutio vero ſequitur electionem,& fit quod ipſa vult.

Huius electionis Logicus quattuor cauſas debet cõſiderare.

Finis eſt determinare ſingularem perſonam,cui Primatus Rom.Pont. conferatur.

Materia remota ſunt omnes perſonæ eligibiles; Proxima eſt ſingularis perſona, quæ actu eligitur legitima electione.

Forma eſt modus huic electioni præſcriptus ab illo qui hoc faciendi habet authoritatem: Illam autem ſolus Romanus Põtifex habet: Cum enim hæc electio ſit neceſſaria ad nouum Pontificem conſtituendum; Si Chriſtus non præſcripſit formam; Et ſine hac præſcriptione non poſſit fieri legitimè; apparet, quod à ſolo magiſtratu generali determinari poteſt: Quia autẽ multa pro tempore circa illam contingere poſſunt, nõ eſt neceſſe, quod ſemper eodem modo facta ſit; Sed pro tempore opportune variari poteſt.

Efficiens huius electionis multiplex eſt: Illud enim quod immediatè determinat, quinam ſint eligibiles, ita vt det illis ius, vt dicitur, vocis paſſiuæ: Item qui determinat electores, & dat illis ius vocis actiuæ. Item qui determinat modum,& formam, qua hæc electio ſit concludenda,& perficienda; non poteſt eſſe alius, ſi loquamur de efficiente immediato; quam Romanus Pontifex prædeceſſor: Non excludendo tamen, quoad aliqua circa ipſam dubia, quæ contingere poſſint, quin Collegium electorum, penes quos tunc eſt ſumma poteſtas, quæ, durante interregno, in Eccleſia datur, poſſit ſua authoritate declarare, & determinare.

Efficiens immediatum quoad electionem ſunt electores, qui legitimi ſint.

Primũ efficiẽs, à quo oĩa dicta depẽdent, Deus eſt.

Catec. de Sacr. ord. num. 28. Hæc electio, quantumuis legitima, non confert electo poteſtatem Summi Pontificis; Quia hoc facere ſolius eſt Chriſti: Solummodo determinat perſonam, cui à Chriſto dicta poteſtas ſit conferenda: Ita in productione hominis pater determinat effectiuè corpus, cui anima ſit inſeréda; ſed hæc anima à ſolo Deo immediatè creata eſt. Ita docet Catechiſmus Romanus, & ita ratio ſuadet, quia electores, cum tantam poteſtatem non habeant, illam conferre non poſſunt: Romanus enim Pontifex poteſt immediatè creare Epiſcopos; & iſti Sacerdotes, quia à Deo talem habẽt poteſtatem; At electores Romani Pontificis, non habent poteſtatem Romani Pontificis, vt poſſint in electione ſuam poteſtatem illi communicare; Et hoc ex Logica clarum eſt, quia nulla cauſa producit effectũ, qui ſuam virtutem excedat.

Catech. ibid. Facta igitur legitima electione, Chriſtus ſtatim electo ſuam confert poteſtatem; Ita formato corpore hominis in vtero matris, iuxta ordinem naturæ, ſtatim à Deo anima creata, & infuſa eſt: Ita facta præparatione ad iuſtificationem, ſtatim Deus gratiam iuſtificantem confert: Ita ſtatim, ac miniſtri Sacramẽtorum fecerunt, quæ facienda ſunt; Deus inuiſibiliter operatur in illis: Hinc fit, vt ſtatim, ac legitima electio facta eſt, electores perſonam electã, vt Summum Pontificem venerantur.

Hæc omnia, ad nouum Pont. Rom. conſtituendum, ordinariè fieri ſolent.

Cap. 13. De priuilegijs Romanorum Pontificum.

Singuli Romani Pontifices legitimè electi habent multa priuilegia, præcipuè ſequentia.

Seſſ. 6. c. 1. refor. initio Cate. ibid. & art 9. Matt. vlt. Primum eſt, quod ſit Vicarius Chriſti in terris; De quo iam dictum eſt.

2. Quod ſit ſucceſſor S. Petri: Ratio, quia ſuccedit in Cathedra ipſius.

3. Chriſtus aſſiſtit illi modo ſpeciali; Ratio, quia Vicarius illius eſt: Quod ſi Chriſtus dixit: Ego vobiſcum

biſcum ſum vſque ad conſumationem ſeculi: Logicus debet omnino concludere, quod ad aliquem effectum moratur nobiſcum; & quod, vbi maximè opus eſt ſua aſſiſtentia, ibi aſſiſtat; Quis autem dubitat, hoc maximè in ſuo Vicario locum habere?

4. Speciali aſſiſtentia Spiritus ſancti: Ratio eſt iā dicta: Si enim Spiritus ſanctus, ex promiſſione Christi, manet nobiſcum in ęternum; Item docet Eccleſiam ſuam omnem veritatem, & ſuggerit illi omnia; quis poterit dubitare, quin Capiti Eccleſię ſpeciali ratione aſſiſtat, vt bene Eccleſiam regat? & non erret in rebus fidei, & morum determinandis? *Ioan. 14. & 16.*

5. Aſſiſtentia Angeli principaliſſimi, & forſitan Michaelis Archangeli, qui ab Eccleſia, vt patronus veneratur: Ratio eſt, Quia ex Apocalipſi Eccleſiæ particulares habent Angelum deputatum, cur ergo non habebit illum Romana? Et ſi Eccleſia Catholica Michaelem Archangelum, vt cuſtodem, & patronum veneratur, cur hoc de capite viſibili eiuſdem Eccleſiæ, non eſt aſſerendum? *argu. ex. Apoc. c. 2. & ſeq.* *In Breu. Rom. menſe Maij in feſto S. Michael.*

6. Eſt priuilegium non errandi in rebus fidei determinandis; de quo infra dicetur.

7. Priuilegium non errandi in his determinandis, quæ ad mores in ordine ad totam Ecccleſiā pertinēt. *Luc. c. 22. verſ. 32. arg. ibid.*

8. Quod ſit Petra: ſupra quam Eccleſia Christi fundata eſt. *Matt. 16.*

9. Quod ſit caput viſibile totius Eccleſiæ: Item paſtor ouium Christi. *Ioan. 21.*

10. Quod omnium hominū ſit primus in poteſtate: Et alia huiuſmodi. *Seſſ. 6. c. 1. Refor. & Cate. ibi.*

Cap. 14. De priuilegio non errandi Romano Ponfici conceſſo.

NVnc probabitur, Primo authoritate: ſecundo ratione, quod Romano pontifici conceſſum eſt priuilegium non errandi in rebus fidei determinandis, & in ſtatuendis his, quę ad mores Eccleſię vniuerſalis ſpectant.

Prima & maxima probatio eſt ex illo loco Ioā. 21.

Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: Vbi neceſſe eſt dicere, quod Chriſtus obtinuerit, quod rogabat: Apertiſſimè etiam patet, quod Chriſtus rogabat pro Petro, non vt erat perſona priuata, ſed prout, non dico inſtitutus, ſed electus Princeps Apoſtolorum, & totius Eccleſię caput erat. Illa enim verba: *Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*: clarè indicant, ideo Chriſtum rogaſſe, vt confirmatus à Chriſto poſſet confirmare fratres ſuos, qui tunc erant Apoſtoli; quod pertinebat ad officium Summi Pręſulis: Senſus igitur ex verbis talis eſt: Quia eligi te Vicarium meum, & promiſi ædificare Eccleſiam ſuper te petram: O Petre, ego rogaui, vt detur tibi priuilegium non errandi in fide; ad hoc, vt poſſes aliquando, cum opus erit, confirmare fratres tuos Apoſtolos, & omnes alios, qui ſub tua poteſtate erunt. Probatur ex Logica: Res à Chriſto rogata fuit; Permanentia Petri in fide: Finis, & effectus huius permanentiæ fuit confirmare fratres ſuos in fide: Sed S. Petrus in paſſione Chriſti non confirmauit fratres in fide; neque fecit hoc ante Pentecoſtem; Poſt illam vero, vt ex Actibus Apoſtolorum apparet, hoc fecit; at eſt impoſſibile, quod cauſa actu producat effectum, niſi ipſa actu ſit ergo Chriſtus rogauit permanentiam fidei in Petro vſque ad mortem; adhoc vt alios in fide ex officio ſuo cōfirmaret; Cum ergo hoc priuilegium non errandi in fide datum ſit Petro ratione officij ſui; etiam ſucceſſoribus in officio datum eſſe intelligendum eſt. Confirmatur Chriſtus nō dixit; Rogaui pro te Petre, vt in paſſione mea non deficiat fides tua; ſed dixit abſolutè, vt non deficiat; ergo abſolutè iuxta verba intelligendum eſt.

Ex traditione. 2. Eccleſia Catholica ita hunc locum Scripturæ, vt dictum eſt, interpretatur, ergo.

Lumē naturale, & ratio. 3. Hęc interpretatio concordat cum lege naturæ, & cum lumine naturali: Quotieſcunque enim Deus obligat homines ad aliquid ſupernaturale faciēdum, tunc neceſſario debet dare medium ſupernaturale, per quod effectus ſupernaturalis à Deo ordinatus fieri

ri poſſit; ſed Deus obligat omnes fideles ad omnes veritates Euangelicas cum certitudine fidei credendas; ergo dedit illis medium, per quod fidei certitudo in cordibus fidelium fieri poſſit; Hoc autem mediũ debuit eſſe viſibile: & omnibus commune, & quod in omni tempore detur; non poteſt autem eſſe aliud, quam Romanus Pontifex: Concilia enim Generalia de raro celebrantur: Ad Romanum autem Pontifice pertinet paſcere gregem Chriſti doctrina; ergo hoc priuilegium conuenit illi ex officio, quod habet confirmandi alios in fide.

4. Ex eodem lumine: Certum eſt, quod Deus poteſt hoc priuilegium non errandi dare cui vult: Patet ab effectu: Quia illud dedit Prophetis, Apoſtolis, & Euangeliſtis; ergo poteſt illud dare, ſi vult Romano Pontifici; Sed recta ratio dictat conueniens eſſe, vt Vicario Chriſti detur; ergo datum eſt illi. *Ab effectu & a ratione.*

5. Primus magiſtratus debet omnes differentias, quæ in regno occurrunt vltimate determinare; ergo hoc Romano Pontifici, qui in Regno Chriſti eſt primus magiſtratus, conueniet: Sed ſi in rebus fidei, & morum determinandis poteſt errare; non poterit vltimate veritates fidei determinare; ergo hoc priuilegiũ debuit à Deo illi concedi. *Ex polit lib. 3.*

6. Ariſtoteles ait, in quocunque genere eſt vnum primum, quod eſt metrum, & menſura aliorum; Veluti albedo eſt illud, per quod omnia alba diſgregant viſum; Ita Rex eſt illud, per quod in regno omnia primo determinantur; Sed Romanus Pontifex eſt primus magiſtratus; ergo in ipſo vltimata in moribus, & doctrina determinatio eſt collocanda: hoc autem fit per priuilegium non errandi; Si enim poteſt errare, non poteſt vltimate determinare; ergo. *Ex lege naturæ. Ex Metaphiſ.*

7. Si Romanus Pontifex poteſt errare; ergo ſupra ipſum alius magiſtratus eſt conſtituendus; à quo iudicetur, an errauerit, nec ne: Sed ſupra ipſum nullus magiſtratus viſibilis conſtitui poteſt Deus autẽ, qui eſt gubernator inuiſibilis, controuerſias de fide non vult miraculoſe determinare; ergo iuſtũ, & rationabile fuit, qđ à Chriſto hoc priuilegiũ illi ſit impetratũ. *Ad impoſſibile.*

8. Ro-

Ioan. 21. 8. Romanus Pontifex debet paſcere conuenienter fideles doctrina, & moribus, ſed fideles non paſcuntur conuenienter, niſi detur illis certitudo de doctrina, & moribus: Nullus enim tenetur credere cum certitudine fidei veritatem illius doctrinæ, quæ procedit ab illo, qui in docendo poteſt errare; & idem de moribus eſt, ergo Rom. Pont. ita debet docere, & præcipere, vt fideles certi ſint, quod illa doctrina, & illa pręcepta vera ſint: Hoc autem eſſe non poteſt, niſi priuilegium non errandi illi conceſſum ſit.

Ad impoſſibile. 9. Demus Rom. Pont. errare in determinanda aliqua fidei veritate: Quero, an fideles teneantur credere illi cũ certitudine fidei, cum doceat illam eſſe fidei veritatem: Si dicatur non: Cui ergo credent? Quis fidei veritates cum certitudine docebit? Vnde fideles fidei certitudinem habebunt? Obligare enim fideles ad certitudinem fidei habendam, & non dare medium, à quo hanc obtineant certitudinem, irrationabile eſt: Si dicatur ſic: ergo cum certitudine fidei credent falſum: At hoc eſt impoſſibile, quia fidei verę non poteſt ſubeſſe falſum; ergo videtur neceſſarium, vel negare certitudinem fidei in Eccleſia, vel affirmare, quod priuilegium non errandi Romano Pontifici conceſſum ſit.

Ad impoſſibile. 10. Demus nunc in Eccleſia aliquã inſurgere nouam hæreſim, veluti fuit Lutheri, & Caluini: Oriaturque dubitatio in multis, quodnam dictum ſit Catholicum; & quod hæreticum: Quid fiet? Congregare Concilium non niſi poſt multos annos fieri poteſt: Interim quid faciendum? Quis veritatem determinabit? Quis alium ſomniabit præter Romanum Pontificem? Demus ergo, quod Romanus Pontifex determinet; Hoc dictum eſſe Catholicam veritatem; Quid dicendum? Fideles cum certitudine fidei debent credere ita eſſe an non? Si non; A quo alio hanc certitudinem quærent? Si ſic: ergo ſupponitur, quod habeat priuilegium non errandi, quia certitudo fidei ſine illo eſſe non poteſt.

Ad impoſſibile. 11. Supponamus, quod Rom. Pontif. determinet eſſe de fide, Quod ſeptem ſint Sacramenta: Quid facient

cient fideles? Vel certo credent,vel non? Si credent; ergo ſupponitur habere priuilegium non errandi, a quo ſolo fundatur certitudo. Si non: A quo alio ergo accipient fidei certitudinem? Vel enim tenentur credere Pontifici; Vel non: Si non: ergo Pontifex non eſt legitimus paſtor: Oues enim tenentur ſequi Paſtorem: Si ſic: ergo cum certitudine fidei credent determinationi Pontificis; ergo ſupponitur Priuilegium non errandi.

12. Demus in Aſia ortam eſſe aliquam hæreſim: Fideles volunt ſiſcitari veritatem: Ad quem recurrent? Profectò ad Summum Pontificem? Ille determinat: Quid facient? Si vltra inquirent: A quo? Si quieſcent;ergo cum certitudine fidei credent,quod ille determinauit: hoc autem ſupponit priuilegium non errandi. *Ad impoſſibile.*

13. Fideles totius orbis quærunt certo ſcire quodnam ſit verum medium ſuæ ſalutis, ideſt quænam ſit vera, & completa Summa S. Euangelij, quæ in toto orbe terrarum à ſingulis fidelibus ſit obſeruanda: Quis hanc Summam colliget? conficiet? determinabit? vbique cum certitudine fidei docendam, & publicandam curabit? Equidem Vicarius Chriſti, qui oues illius paſcere debet: Vel ergo huic Summæ cum certitudine credent, vel non: Si non; ergo ab Eccleſia tollitur certitudo; Si ſic; Vicarius Chriſti habet priuilegium dictum. *Idem.*

14. Maximè conuenit,quod Vicario Chriſti,& Capiti viſibili Eccleſiæ,& ſucceſſori S.Petri hoc priuilegium conceſſum ſit. *A regno Chriſti.*

15. Idem probatur ex veteri teſtamento: Deuter. 17.extat teſtimonium clariſſimum, quod dubia circa religionem exorta ad Summum Pontificem iudicanda referantur; cuius verba ab Illuſtriſſimo Bellarmino referuntur,& explicantur; ergo. *Tom.1. contr. 3. lib. 4. c. 1.*

16. De Caipha ſcribitur,quod prophetauerit,quia erat Pontifex anni illius,& tamen malus erat, quia Christo necem machinatus eſt: Chriſtus etiam de ſedentibus ſuper Cathedram Moyſi ait: Quodcunque dixerint vobis ſeruate, & facite; Vbi videtur *Ioan.11. Mat.c.23.*

docere,

docere, quod in doctrina non errent, ita in faciẽdis præceptis circa mores; in opere vero errare poſſunt : Si ergo ſedentes ſuper Cathedram Moyſi non dicuntur errare, cur non idem multo magis de ſedentibus in Cathedra Petri dicendum eſt.

ex Euang. 17. Alia loca Euangelij idem probant: Veluti illa verba; Super hanc petram ædificabo Eccleſiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam; indicant hoc Priuilegium Petro, & ſucceſſoribus datum: Item illa verba Chriſti, qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: Item illa; Dic Eccleſiæ, quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus: Item Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis, & alia de Romano Pontifice, qui eſt caput viſibile Eccleſiæ intelligi debent, quia ipſe totam Eccleſiam repræſentat.

ex traditione. 18. Traditio ita docet: Et Eccleſia Catholica ita loca Scripturæ allata interpretatur: Et omnes Catholici ita certiſſimè credunt.

ex SS. Patribus. 19. Sancti Patres, & Doctores Eccleſiæ ita docent, vt licet videre apud Illuſtriſſimum, & doctiſſimum Bellarminum tom. 1. contr. 3.

ex conſonãtia veritatis. 20. Omnia colligendo, dicta probatio certiſſima de fide fiet : Quia ſi eſt locus clariſſimus Euangelij: Si alia plura Scripturæ loca tum veteris, tum noui teſtamenti ita docent: Si Eccleſia Catholica ita Scripturam interpretatur; ſi Traditio idem confirmat; Si lex, & lumen naturale idem docet; quis poterit dubitare, quin tot cõglobata teſtimoniã veriſſima ſint, & quod locus Scripturæ primo adductus de hoc priuilegio rectè intelligatur?

ex leuitate oppoſitionũ Videant nunc hæretici, vbi poſſunt certam fundare probationem, quod hoc priuilegium Romano Pontifici conceſſum non ſit : Nunquam enim inuenient in ſacra Scriptura hanc negatiuam, S. Petro hoc priuilegium conceſſum non eſt; Vel hanc: Hoc priuilegium ſancto Petro, & Romano Pontifici non debuit concedi : Quod ſi adducant illum locum : Omnis homo mendax, Deus autem verax: Dicendum, aliud eſſe loqui de ſola natura ; aliud loqui de priuilegio per

gratiam

gratiam conceſſo. Item aliud eſt loqui de ſimplici homine; aliud loqui de illo, qui non eſt ſimplex homo, ſed ſimul Vicarius Chriſti: Et ſi Lutherani tantum tribuunt Luthero, & Caluiniſtæ Caluino de quibus Scriptura nunquam mentionem facit, vt ferè dicant hoc priuilegium illis eſſe conceſſum, videant quæſo an iuſtum ſit de S. Petro, & de Romano Pontifice hoc negare cum apertiſſimè ex Scriptura hoc priuilegium de illis probari poſſit.

Cap. 15. De præeminentijs, ſeu prærogatiuis Romanorum Pontificum.

NVnc de ijs, per quæ Romani Pontifices præeminent alijs, aliquid eſt dicendum.

Primo autem omnia priuilegia Rom. Pont. attributa, aliquam in ipſo dicunt præeminentiam. *Ex priuilegijs.*

2. Summa poteſtas illi à Deo conceſſa eſt præcipuum fundamentum, per quod Rom. Pont. omnibus hominibus viatoribus præeminet: Per hanc enim efficitur Vicarius Chriſti; Succeſſor S. Petri; Caput viſibile Eccleſiæ; Paſtor totius gregis Chriſti; Pater, & magiſter totius orbis; per quæ præeminet alijs. *Ex ſumma poteſtate, Seſſ. 6. c. 1. ref. initio, & fine.*

3. Præeminentia eſt Beatitudo; ideo dicitur Beatiſſime Pater; & Chriſtus dixit, Petro; Beatus es. Dicitur, Pater, quia paſcit, & gubernat fideles vt filios; Dicitur, Beatiſſimus Pater; primo ob multitudinem filiorum; ſecundo ob dignitatem illorum: Sacerdotes enim, & Epiſcopi, & Archiepiſcopi, & Patriarchæ, & Principes, & Reges, & Imperatores, & omnes Prælati filij illius ſunt; ſiue ex eo, quod illos creat; ſiue quod illos omnes gubernat: Dicitur etiam Beatiſſimus; quia multis modis ſpiritualiter poteſt ditare filios ſuos. Amplius quia illud ſummum, vt ſic dicam, felicitatis habet, quod ab homine haberi poteſt in terra; quia omnia bona ſpiritualia in manu illius ſunt. *Ex denominatione. Matt. 16.*

4. Eſt. Sanctitas. Ideo dicitur; Sanctiſſime Pater, vel Sanctitas Veſtra: Cauſa illius eſt: Primo quia ſumma poteſtas, quæ illi conceſſa eſt, res non ſolum *à denominatione,*

Sanctiſſima eſt; ſed eſt origo, & fons omnis Sanctitatis; cum omnia Sancta per ipſam adminiſtrentur; veluti Sacramenta, Doctrina, Leges, Sacrificium, Sacerdotium, & alia: Secundo cum illius perſona vicem Chriſti gerat, merito Sanctiſſima eſt dicenda: Romanus enim Pontifex per ſe conſideratus non dicit priuatam, & ſimplicem vnius hominis perſonam; ſed dicit perſonam publicam Chriſti, cui ſumma poteſtas coniuncta ſit: Ideo ſicut annulus vilis, cui precioſa margarita coniuncta ſit, per illam precioſus eſſe dicetur.

Conc. ibid. Caiet. art. 9 & de Sacr. m. ordinis. ibid.

5. Eſt dignitas ſumma: Cum enim dignitas potiſſimum conſideretur in perſonis, quæ habent, vel habuerunt magiſtratus: Pontifex autem Romanus ſummus in terris ſit magiſtratus; merito dignitas illius perſonæ tribuenda eſt.

6. Eſt ſumma honorabilitas: Cum enim honor ſit teſtimonium alicuius excellentiæ In Romano autem Pontifice ſint plurimæ, & maximę excellentiæ; merito illius perſona maximè honorabilis erit: Primatum enim in terris habet; Alię præeminentiæ, quæ in illo ſunt, ad dictas reduci poſſe videntur.

Cap. 16. De obligationibus Romanorum Pontificum.

Ex Ariſt. 3. Polit. c. 3

IN Romano Pontifice aliquæ obligationes ſunt illi communes cum alijs hominibus, veluti obſeruandi legem Dei, & de his modo non eſt dicendum: Aliæ illi ſpecialiter conueniunt, quatenus Romanus Pontifex, & de his aliqua ſunt dicenda. Ad duo autem capita mihi videtur poſſe reduci.

Ioan. 21. Ex Ariſt. 3 Polit. c. 3. & ſeq.

Primum caput continet obligationem perfectionis; Ideſt Romanum Pontificem teneri ad faciendas operationes virtutum: ad quas alij homines obligati ſunt; ſed habet ſpecialem obligationem faciendi illas cum maiori perfectione; veluti habere perfectã charitatem ad omnes; Ratio eſt; Tum quia eſt ſummus Pater omnium; Tum quia ſupra omnes eſt in altiſſimo gradu conſtitutus; tum quia ita conuenit ſummæ

illi

illi,& ſanctiſſimæ poteſtati,quę illi à Deo collata eſt. *ibid.*
Secundum caput continet obligationem bene vtendi ſibi tradita poteſtate; id eſt faciendi illas omnes operationes,quæ ad illius officium, & poteſtatem ſpectant. Et de hoc aliquid eſt dicendum.

Cap. 17. De vſu poteſtatis Romani Pontificis.

QVattuor circa vſum Pontificię authoritatis mihi videntur eſſe conſideranda.

Primo quidem finis,ad quem dicta poteſtas eſt ordinata.

Secundo operationes,per quas dictus finis obtineri poteſt.

Tertio bonus vſus poteſtatis ad dictas operationes producendas.

Quarto liberum arbitrium in Pontifice ad eaſdem operationes producendas.

Ratio dictorum eſt,quia Pontificia poteſtas non datur fruſtra, ſed ad aliquem finem ordinatur: Finis obtinetur per operationes illi conuenientes: Operationes non poſſunt produci niſi per proprium principium productiuum, à quo producuntur: Hoc principium productiuum non producit niſi ſit applicatum; Hæc applicatio eſt vſus,& fit à perſona Romani Pontificis, & cum modo libertatis, ideo dicta quattuor conſiderari debent. *Seſſ.6. c.7. Ex.3. Pol. cap. 3. & ſeq. ex Catechſ. & Conc. vbi ſupra. ibidē. & S.Th. 3.p. q.8. & 1.2.q.90. ibi.Seſſ.6. c.1. Ref. & alibi.*

Cap. 18. De fine Pontificiæ poteſtatis.

FInis vltimus Pontificiæ poteſtatis ex Conc.Trid. eſt gloria Dei,& ſalus mundi.

Finis minus remotus eſt bonum commune totius orbis,cuius ille eſt Pater,& Paſtor,& Gubernator.

Finis proximus ſunt hæc tria: Vnitas,Ordo,& optima gubernatio in toto regno Chriſti;In toto orbe; & in tota Eccleſia Dei.

Finis magis proximus,ſeu immediatus ſunt operationes,quibus in Regno Chriſti,in Eccleſia,& in toto orbe tria dicta introducuntur.

Cap. 19. De operationibus ad dictum finem obtinendum.

Conc. ibid. Catec. art. 9 & de or. S. Tho. vbi ſupra.

QVia commune bonum totius Regni; totius Eccleſiæ; & totius orbis debet eſſe finis Romani Pontificis; concludendum eſt; omnia, nulla re penitus excepta, quę ad regnum Chriſti; ad Eccleſiã; & ad totum orbem componendum ſpectant; ad Romani Pontificis curam pertinere: quia totius orbis pater eſt. Vnde operationes, quæ ad illius poteſtatem pertinent, poſſunt dici ſequentes.

Ex textu Biblic. nouiter impreſſo.

Primo debet curare, vt Textus Biblicus ab erroribus, & mendis ſit purgatus; & ad ipſum ſpectat declarare, quiſnam Textus Biblicus ab omnibus ſit recipiendus: Ratio eſt, quia talis cura eſt omnino alicui danda; & ipſi ſoli conuenire poteſt.

Luc. 22. verſ. 32.

2. Debet curare, vt ſublatis erroribus, puritas S. Euangelij in Eccleſia Dei conſeruetur; ideo pro tempore debet veritates Catholicas determinare; & hæreſes condemnare; Ad ſummum enim magiſtratum iſta pertinent.

Ex Catec. Rom. in inſcriptione. Ex Matth. vltimo.

3. Debet curare, vt completa, & ordinata, & certa Summa S. Euangelij fideliter ex ſacra Scriptura colligatur, & ſingulis fidelibus ad obſeruandum proponatur; In illaque debet docere quot, quæ ſint Sacramenta; Quod ſacrificium; Qui magiſtratus; quæ credenda; quæ agenda; quæ petenda; & alia huiuſmodi: Si enim debet paſcere gregem Chriſti, neceſſe eſt, vt doceat illum de medio, quod eſt neceſſarium ad ſalutem; Quod in Summa S. Euangelij contentum eſt.

Seſſ. 25. de indice in fine.

4. Debet determinare modum, quo ſacrificium Miſſæ, & ſeptem Sacramenta in ſingulis Ciuitatibus ſint adminiſtranda, & recipienda: Item omnia ſtatuere, quæ ad diuinum cultum ſpectant; adhoc vt in tota Eccleſia quantum fieri poſſit, vniformitas ſit ſeruanda: Ipſe enim ſolus hoc facere poteſt.

Seſſ 6. c. 1. ref. & ſeſſ. 24. c. 1. ref.

5. Debet creare, & inſtituere inferiores magiſtratus; Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios

alios,qui toto orbe Eccleſiam Dei gubernẽt; ideo optimos conſtituere illos,& curare,vt bene gubernẽt: Hoc enim ſummæ eſt poteſtatis.

6. Cum opus eſt ad ipſum ſpectat,Concilium generale conuocare, & congregare; illique per legatos ſuos,vel per ſeipſum præeſſe; quia in ipſo eſt ſumma poteſtas. *Poſt ſeſſ. 10. Bulla.*

7. Debet curare, vt in Eccleſia ſit maxima Concordia,Vnitas, & Pax tum inter Principes Chriſtianos; tum inter varias populorum prouincias, & nationes; vt vbique vna ſit fides; Vna Doctrina; Vnus Textus Biblicus; Vnicũ Euangelium;Vnus Dei cultus; Vnum Chriſti Regnum; Vnum Sacrificium, & Sacerdotium; Vna ſit Eccleſia; cuius ille caput viſibile eſt: Demum vt per ipſum in tota Eccleſia, & in toto orbe maxima Vnitas ſit; Hic enim primi magiſtratus effectus eſt. *Conc. de hoc multis in locis.*

8. Ordinem in Eccleſia cõſeruare; magiſtratus inferiores à ſe conſtitutos inter ſe ita ſubordinando, vt populi ſubſint Sacerdotibus;Iſti Epiſcopis;Epiſcopi Archiepiſcopis; Iſti cum omnibus alijs ſub Romano Pontifice vniti,& ſubordinati ſint. *Conc.ibid. Catech. art. 9. & de ordine.*

9. In populo fideli,& in omnibus ſibi ſubiectis opportune reformationem morum curare, populos ad incrementa virtutum promouendo.

10. Si hoſtes Eccleſiæ Dei hæretici,Iudæi, & infideles,vel armis,vel falſis Doctrinis,vel machinis diabolicis contra Eccleſiam Dei, ut lupi inſurgunt; ad ipſum ſpectat; filios ſuos præcipuè Reges, & Principes vnire, & congregare; ad hoc vt armis tum ſpiritualibus, tum corporalibus populus, & grex Chriſti defendatur. Et non ſolum debet populum ab hoſtibus dictis tueri; Sed etiam curare, vt ipſimet hoſtes conuertantur ad fidem Chriſti,opportune illis Euangelicam veritatem per idoneos miniſtros proponendo.

Has,& alias ſimiles operationes, veluti concedere indulgentias, excommunicare, punire, corrigere, facere præcepta,quæ opportuna ſint, ad procurandam completam obſeruantiam S. Euangelij; ipſe debet opportune habere,quia Pater omnium eſt.

Pp Cap.

Digitized by Google

Cap. 20. De vſu Pontificiæ poteſtatis, & de libero arbitrio Summi Pontificis.

1.2.q.16. art.1. VSus, ex S.Thoma, nihil eſt aliud, quam applicatio rei ad finem obtinendũ per operationes finales; veluti finis gladij ſunt res familiares vt incidẽdæ; actio finalis eſt inciſio; Vſus gladij erit applicare illum ad res familiares incidendas: Ita eſt de poteſtate Romani Pontificis: Finis ipſius eſt bonum, Vnitas, Ordo, Optima gubernatio totius orbis. Operationes quibus dictus finis obtinetur, ſunt iã enarratæ: Vſus dictæ poteſtatis eſt applicatio illius ad dictas operationes eliciendas: Illa.n. ſola dictas operationes producere poteſt: Vnde ab effectu probari poteſt huius ſummæ poteſtatis neceſſitas: Quia ſine ipſa impoſſibile eſt, vt regnum Chriſti, & Eccleſia, & Orbis bene compoſitus ſit.

S.Th.1.2. q.90. Ariſt. 3. Polit. c.3. & ſeq. Vſus dictę poteſtatis poteſt eſſe bonus, & malus; Eſt bonus, cum ordinatur ad bonũ commune, & ad finem, & ad operationes finales illius: Eſt malus, cũ contra bonum publicum ad bonum priuatum ordinatus eſt: Quod fit, cum operationes finales omittuntur, vt aliæ priuatæ efficiantur, vel aliter deordinatio circa dictum finem contingat.

Conc. ſeſſ. 6. can. 5. & 6. Cate. art. 1. nu. 19. Deus hominibus voluit concedere libertatem, vt poſſint bene, vt male vti ſibi tradita poteſtate; ideo permiſit, vt Maritus, Pater, Dominus, Princeps, Rex, Sacerdos, Epiſcopus, & Summus Pontifex poſſint bene, & male vti illa: Multi enim mariti, patres, Domini, Reges, Epiſcopi, & alij male; multi bene vtuntur ſua poteſtate, vt omnibus notum eſt: Hoc autem Deus facit, quia ita conuenit homini viatori: Item, quia ita hominibus expedit; datur enim illis occaſio merendi, ſi bene vtantur: Sine libertate enim meritum eſſe non poteſt: Item ſic magis gloria Dei manifeſtatur; quia in tanta arbitrij volubilitate, & infirmitate, firmare Regnum, & Eccleſiam Chriſti maxima ſapientia eſt.

Notandum tamen, non eſſe de ſubſtantia liberi arbitrij,

bitrij, quòd homo poſſit facere, quodcunque vult: Sed ſufficit, quod homo poſſit velle, quod vult: Veluti Lucifer potuit velle exaltare ſedem ſuam; ſed quod volebat facere, non potuit, Ideo Deus hominibus permittit, vt poſſint ad libitum ſuum velle male vti ſibi data poteſtate, ſed non ſemper permittit, vt de facto illa male vti poſſint ſeu vtantur.

S. Tho. 3. p. q. 83. ar. 3. & 1. 2. q. 13. & 14. Ariſt. 3. Ethic. c. 1. 2. 3.

Notandum adhuc, quod in homine libero triplices poſſunt eſſe operationes; nempè primo aliquæ corporis; ſecundo aliquæ animæ; tertio aliquæ poteſtatis: Circa actiones corporis, & animæ, quæ omnibus communes ſunt; Deus facilius permittit, vt homines de facto peccare poſſint: Circa vero actiones poteſtatis, non ità de facili Deus permittit, actu peccare; Quia hæc poteſtas, quadam ſpeciali ratione, à Deo eſt gubernata: Eſt enim medium, quo Deus mundum immediatè gubernat: Potiſſimum autem ſacræ litteræ docent, quod Deus magiſtratibus Eccleſiaſticis, ſpeciali quadam aſſiſtit ratione: Ideo Chriſtus dixit; Qui vos audit, me audit: Item, Quodcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite: Et idem alibi. Ratio eſt: quia fideles ab ipſis accipiunt media neceſſaria, item bonum vſum illorum; media autem neceſſaria ad ſalutem, non dubia, ſed certa eſſe debent: Ideo legitimis Eccleſiæ magiſtratibus, etiam malis, vt ait Chriſtus, fides habenda eſt.

Matt. 23. & alibi. arg. ex priuilegijs ſupradictis.

Notandum, quod Deus aliquando permittit, quod aliquis Sacerdos, vel Epiſcopus de facto, etiam circa actiones poteſtatis, vel circa doctrinam erret, quia Sacerdotes & Epiſcopi non ſunt prima regula credendi; & habent Superiorem Romanum Pontificem, à quo corripi poſſint, vt tempore Arij factum eſt: Sed de Romano Pontifice, qui eſt primus magiſtratus; Summus Iudex; & prima regula credendi, affirmandum eſt, quod à Deo in duobus habet priuilegium non errandi: ſaltem de facto; nempè primo in determinandis rebus fidei; ſecundo in his, quæ ad mores Eccleſiæ vniuerſalis ſpectant; id eſt in proponendis medijs, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt. Ratio eſt, quia cum fideles de neceſſitate ſalutis tenentur

Priuilegiũ nõ errandi & libertas ſimul ſtãt.

habere fidem & opera, non vtcunque, ſed vera, & certa; neceſſarium fuit proponere illis cum certitudine fidei, quæ credenda, & quæ agenda ſint; Et hæc neceſſarium eſt proponere, non vni tantum Ciuitati; ſed toti mundo. Hoc autem non poteſt fieri, niſi ab illo, qui totum mundum gubernat, qui eſt Summus Pontifex: Ideo neceſſe fuit, dare illi dictum priuilegium non errandi.

Ex dictis colligitur argumenta hæreticorum contra Romanum Pontificem Sophiſtica eſſe; quia non diſtinguunt inter poteſtatem, & vſum illius: Item inter poteſtatem, & libertatem; Item inter operationes, quę ſunt propriæ poteſtatis, vel quæ propriæ illius non ſunt: Item inter legem communem, quæ vult omnes homines eſſe mendaces; & inter priuilegiū, quod non errandi facultatem præſtat. Item non bene conſiderant neceſſitatem, quæ eſt in Regno Chriſti, & in Eccleſia Dei, vt in illis primus magiſtratus, qui dictus eſt à Deo illis conceſſus ſit.

Cap. 21. De honore ſubiectione, & obedientia, quæ Rom. Pont. debita eſt.

Seſſ. 25. ca. 2. de reſ. p. 2. & alibi. Catech. ar. 9 & de Sa cr. ord. nu. 28.

HÆc tria, honor, ſubiectio, & obedientia, ab omnibus deberi Romano Pontifici ex dictis manifeſtiſſime deriuatur: Si enim eſt Pater omnium; Paſtor omnium; Vicarius Chriſti; Succeſſor S. Petri; Epiſcopus totius orbis; Habet ſummam poteſtatem, & Primatum S. Petri; Habet claues Regni cęlorum; Habet priuilegia, & præeminentias, quæ dicta ſunt: Habet altiſſimum finem & altiſſimas operationes in totum Chriſti regnum: Neceſſe eſt, quod tanta dignitas, & excellentia valdè honorabilis ſit: ideo ab omnibus illi debetur reuerentia, & obedientia.

ibid.

Quod ſi omnes fideles filij illius ſunt: & ſubſunt illius poteſtati; Et ſuper omnes habet poteſtatem gubernandi ſuam; Et ipſe eſt ſummus iudex omnium, etiam Regum, & Principum, & Epiſcoporum; ergo omnes ſubiecti illi eſſe debent; & ita ſubiecti, vt illi teneantur obedire; cum omnes ab ipſo per media

Digitized by Google

Euangelica ad æternam ſalutem ſint dirigendi.

Hæc, quæ de Romano Pontifice dicta ſunt, ita eſſe per ſenſum apertiſſimè probantur ex ijs, quæ fieri, & obſeruari,& credi ab omnibus Catholicis in Eccleſia Catholica Romana videmus: Quæ, cum ſit vera Eccleſia, erit etiam columna, & firmamentum non ſolum huius, ſed cuiuſcunque Euangelicæ veritatis.

Hinc habetur aliud dari fundamentum certitudinis in rebus fidei, & morũ, nempè determinationem Romani Pontificis aliquid de fide determinantis, vel aliquid præcipientis, quod ab omnibus fidelibus ſit obſeruandum.

Et ex dictis Logicus concludet: Primatum Romani Pontificis maximè conuenire Regno Chriſti; Et eſſe de ſubſtantia illius; Et ideo ſemper fuiſſe, & eſſe, & futurum eſſe in dicto regno, Et doctrinam hæreticorum non eſſe affirmatiuam, ſed negatiuam; Et ſuas probationes eſſe Sophiſticas,& in æquiuocatione fundatas, vel certè ab extrinſeco, & non ex natura rei deriuatas; Doctrinam vero Catholicorum Regnum Chriſti ſtatuere ſubiectum ſuæ tractationis,& probationis: Et omnia ex intima Regni Chriſti deriuare natura,& cauſis; Probationes certas,& poſterioriſticas facere; Et loca propria Scripturæ afferre: Omniaque per euidentiam ſenſus, & intellectus confirmare. Ideoque Catholicam Doctrinam de Romano Pontifice ab omnibus vt certam eſſe recipiendam.

ANNOTATIONES
Ex Logica,

Circa iam habitam de Romano Pontifice tractationem.

FInis iam habitæ tractationis eſt, primo colligere doctrinam Catholicam de Romano Pontifice; ſecundo illam iam collectam probare; tertio oppoſitam hæreticorum doctrinam confutare.

Logico, per dicta in primo libro, non erit difficile examinare, & iudicare de collectione ſcibilium, ideo nihil modo de hoc dicendum eſt.

Idem erit de probatione.

Doctrina alia affirmatiua alia negatiua. Circa confutationem expedit aliqua hic notare.

Notandum ergo quod hæretici affirmant dari verbum Dei, regnum Chriſti, Eccleſiam, & Euangelium; ideo de illis tenentur tradere doctrinam affirmatiuã, explicando præciſè definitionem, quattuor cauſas, relationes, partes, proprietates, operationes, demum quæ per ſe illis conueniunt; & vt completa habeatur ab illis tractatio, omnia dicta debent cum certitudine probare, & oppoſitam doctrinam confutare.

Quia vero negant, dari primatum Romani Pontificis, doctrinam de illo non tradunt affirmatiuam, ſed de illo adferunt doctrinam negatiuam, & illam tenentur cum certitudine probare, & ſi non probant, doctrina illorum vt non probata reijci debet.

Doctrina ergo hæreticorum alia eſt affirmatiua de re, quam ipſi affirmant; alia negatiua de re, quam ipſi negant, & vtraque poteſt confutari.

Modus cõfutandi affirmatiuã. Affirmatiua confutatur, oſtendendo, primo quod illorum tractatio non colligit omnia de re ſcibilia, & pene aliqua; ſecundo quod hæc incompleta collectio variè, & contradictoriè fit à diuerſis ſectis; & idem eſt in eademmet ſecta; De eadem autem re vna ve-

ritas, & doctrina eſt; veluti vnus eſt finis; vna operatio finalis; vna materia; vna forma; & alia. Vnde ex hac varietate habetur ſignum non veritatis: tertio probando diſſonantiam inter ſcibilia collecta, veluti quod operatio finalis diſſonat à fine; ſicuti erit, ſi finis regni Chriſti dicatur eſſe gloria Dei, & operatio finalis nulla aſſignetur; vel dicatur ſola fides, vel ſolus cultus priuatus, & negetur publicus cultus, & ſacrificium, & alia: quarto declarando, quod illa doctrina diminuta diſſonat cum lege naturali, cum ueteri, aut nouo teſtamento, cum lumine naturali, & alijs; quinto oſtendendo quod non ſit cum certitudine, & plene probata; ſexto explicando, quod oppoſita doctrina nempè Catholica plene, & certo probata ſit: His, & ſimilibus modis confutatur hæreticorum doctrina, quę ſit affirmatiua de regno Chriſti, & alijs iam dictis.

Confutatio doctrinæ negatiuæ ſit.

Primo examinando, an ſit probata, vel non ſit probata: Si non eſt probata: nullus illi tenetur credere: ſi eſt probata examinandum, an probationes ſint topicæ, vel certæ, vel ſophiſticæ: Si non ſunt certæ, illa doctrina pro non certa habenda eſt, & confutatur oſtendendo quod illæ probationes certæ non ſunt. *Modus confutandi negatiuam.*

2. Confutatur, oſtendendo quod illa negatio diſſonat cum alijs veritatibus, quę valde notæ ſunt, veluti hæc negatio, ī Regno Chriſti nō debet dari Deo publicus cultus, non Sacrificium, & ſimilia, confutantur, quia diſſonant à lege naturæ, à lege veteri, à ratione, à ſenſu, ab intellectu, qui clarè intuetur publicum cultum eſſe digniorem priuato, & ideo maximè Deo conuenire, qui gloria maxima digniſſimus eſt.

3. Confutatur, oſtendendo, quod Doctrina affirmatiua oppoſita illi negatiuæ eſt conſona cum omnibus alijs veritatibus, & habet vndequaque certas, completas, & in omnibus cōſonas probationes: His tribus modis doctrina hæreticorum negatiua confutatur; & hoc circa doctrinam de Romano Pontifice eſt præſtandum.

Logicus ergo primo ſtatuet concluſionem hæreticorum

corum negatiuam; ſecundo de illa examinabit tria, quæ dicta ſunt.

Concluſio probanda. Concluſio eſt hæc; Primatus Romani Pontificis non datur in regno Chriſti, neque in Eccleſia Dei.

Circa probationem notandum, quod ſicut ſupra dictum eſt, ſumma huius veritatis in hoc poſita eſt; Vtrum Chriſtus hunc primatum dederit S. Petro, an non? Si dedit; ergo in regno ſuo, & in Eccleſia inſtituit hunc primatum: ſi non dedit, ergo non inſtituit; quia non habetur ex ſcriptura, vel traditione, quod alteri illud dederit: Catholici ergo dicunt dediſſe: Hęretici hoc eſſe negant: Et fiunt ab illis probationes.

Probatio Catholicorum certa. Catholici ita probant ſam affirmatiuam.

Afferunt loca ſcripturæ, quæ aperte docent, quod Chriſtus S. Petro hunc Primatum primo promiſit, poſtea dedit: Et Eccleſia Catholica ita illa ĩterpretatur.

Traditio idem docet tanquam certum de fide.

Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, quæ ſola vera Eccleſia eſt, vt iam fuit probatum, ita eſſe tanquam de fide affirmat, & docet.

In eadem Eccleſia per cuncta ſecula præcedentia ſemper Romani Pontifices fuerunt; & nunc modo in præſenti ſeculo verè, & realiter perſeuerant, & hoc ſenſui notiſſimum, ergo verè, & realiter datur.

Omnes hęreticorum ſectę impugnant hunc primatum, vt de medio tollant: nihilominus in firmiſſima petra collocatus, firmiter perſeuerat.

Hæc affirmatio Catholicorum conſonat cum omnibus veritatibus, quæ regno Chriſti, & illius Eccleſiæ conueniunt.

Iſtæ ſunt ex parte Catholicorum probationes, quæ diligentiſſima trutina examinatæ certiſſimę apparent, vt patet ex ſupradictis.

Probatio hæreticorũ incerta. Nunc examinemus hæreticorum probationes; an certę ſint.

Loca ſcripturę ab illis allata, nihil certi probant; & ex Logica probatur: In ſcriptura nõ reperitur hęc negatiua precise conſiderata: Chriſtus non dedit S. Petro Primatum in Eccleſia, & regno ſuo, ergo per ſcripturam directè, & pręcisè non poteſt probari hæc

nega-

negatiua: E contra vero Catholici pro affirmatiua loca ſcripturæ propria habent.

Loca illa ſcripturæ iam allata, vnus eſt mediator, vnus magiſter ex Logica nihil concludunt, vt ſupra dictum eſt; quia illa loca generalia ſunt, & nihil particulare dicunt de S. Petro; ſed dato etiam, quod de illo loquantur, aliud eſt eſſe primum, aliud non primum mediatorem; Ita aliud eſt conſiderare Petrum in ordine ad Chriſtum, & ſic eſt ſub illo, non eſt mediator, non magiſter, non paſtor; aliud in ordine ad oues illi commiſſas, & ſic eſt ſupra illas, eſt paſtor, eſt magiſter: quia Chriſtus ita de illo præciſis verbis declarauit; ergo ex ſcriptura non probant. *Nō probant ex proprijs.*

Illa probatio hæreticorum, Chriſtus, & Spiritusſanctus debent immediatè gubernare, & abſque viſibili magiſtratu ſingulos fideles, neque topica eſt; quia Deus in gubernatione mundi aliter facit: In omni enim humana ſocietate, caput viſibile collocat; Ita in veteri, & nouo teſtamento per viſibiles magiſtratus gubernauit: ergo quod fuit conueniens in lege naturæ, & ſcripta, non erit inconueniens in lege noua. *Supponunt falſa.*

Doctrina, ſeu concluſio iam dicta negatiua aperte diſſonat cum omni veritate. *Diſſonantia dicunt.*

Cum impoſſibile ſit, quod Secta Caluini, vel alterius, cuiuſcũque hæretici poſſit cum certitudine fidei probare, quod ipſa ſit vera Eccleſia, & quod illius doctrina vera ſit, eadem ratione impoſſibile erit, quod probent, hanc ſuam negatiuam veram, & certam de fide eſſe: Ita impoſſibile eſt illis probare, quod intelligentia illorum locorum ſacræ Scripturæ, quæ ipſi afferunt, illam habeant veram interpretationem, quam ipſi dicunt; quia dicta interpretatio diſſonat à verbis eiuſdem ſcripturæ; & Eccleſia Catholica multo cõuenientius oppoſitã illi tradit interpretationẽ. *Non poſſũt vti certo medio, & proprio.*

Illa probatio, quæ fit à malis moribus, à peccatis, ab inconuenientibus, & alijs, quæ in perſonis electis, & in illarum electione, & in vſu poteſtatis contingunt; nihil concludunt; quia dicta omnia ſunt accidentia quinti prædicabilis, quæ poſſunt adeſſe, & abeſſe abſque ſubiecti corruptione: Socrates enim infans, dormiens, infirmus, demens, claudus, pauper, *Pro medio vtuntur accidenti cõmuni.*

vitioſus,

vitioſus, & cum alijs huiuſmodi, ſemper, his non obſtantibus, per ſe, & eſſentialiter permanet homo: Ita in regno Chriſti hęc Cathedra, hęc poteſtas, hic magiſtratus, ſemper eſt de ſubſtantia regni Chriſti, etiam ſi aliqua minus recta reſpectu perſonarum in illo contingant.

Detegitur inepta probatio, & falſa. Illa probatio; vſque ad S. Gregorium hic magiſtratus in Eccleſia permanſit, poſtea ceſſauit; ridicula eſt & iniurioſa Spiritui ſancto, ac Chriſto; quia quod ſemel fuit de ſubſtantia Regni Chriſti, ſemper erit de ſubſtantia illius; & eſt nimis impium, & abſurdū dicere; quod Chriſtus, & Spiritus ſanctus in re tāti momenti non poſſint, vel nolint ſuo regno prouidere: Si Spiritus ſanctus poteſt ſpirare, vbi vult, Si potuit, vt ipſi dicunt, ſpirare in Lutherum, & Caluinum; ſi fecit vt Caiphas prophetaret; Si cor regis eſt in manu Dei ſicut diuiſiones aquarū: quis negabit, nō poſſe dirigere perſonā Summi Pōtificis, vt faciat, quod ipſe vult? Nonne Scribæ, & Phariſæi mali in Cathedra Moyſi ſedebant? ergo vana eſt dicta probatio.

Hęretici ergo ſuam negatiuam nullo modo probant, & hoc Logico ſufficit.

Explicatur cauſa voluntarij erroris. Notabit Logicus cauſam, quare cū hæc veritas ſit adeo clara, & certa; nihilominus hæretici, non aliqui tantum, ſed oēs illam adeo pertinaciter, & obſtinate impugnent, & negent: Cauſa .n. eſt, quia, ſi hanc veritatē confiterentur, ſtatim illorū hęreſes eſſent confutatæ, Dato .n. quod Primatus Romani Pontificis ſit de ſubſtantia regni Chriſti, omnino ſequitur, quod dictū regnum ſit in ſola Eccleſia Romana, & quod illa ſola ſit vera Eccleſia, & quod Euangelium ab illa propoſitum verum ſit; & quod illius doctrina de S. Euāgelio vera, certa, & Catholica; doctrina vero, quę illi opponitur, falſa, & hæretica ſit.

Notabit oīa, quæ probant Eccleſiā Romanam eſſe verā Eccleſiam, probare etiā, quod Primatus Romani Pontificis eſt de ſubſtantia regni Chriſti, & econtra; quę probant hunc Primatum; omnino probare, quod ſola Eccleſia Romāna vera Eccleſia ſit.

Doctrina ergo Catholica plene probata eſt, hęretica vero nec Topicas habet probationes.

DOCTRINÆ CATHOLICAE.

LIBER SEXTVS.

De S. Euangelio, & de completa Summa illius.

TANDEM de S.Euangelio,& de cõpleta ſumma, & obſeruantia illius dicendum eſt: Forma enim Regni Chriſti,& gubernatio illius in S.Euãgelio poſita eſt,in quo leges, & magiſtratus,& Sacramenta à Chriſto ſunt instituta: Et hoc Euangelium eſt res à verbo Dei ſignificata.

Tria autem in hoc libro de S. Euangelio proponi debent,quæ ſunt.

Primo Doctrina Catholica diſtinguenda.

Secundo eadem Doctrina probanda.

Tertio oppoſita doctrina confutanda.

Doctrina Catholica tria explicat: Primo quid ſit S. Euangelium; Secundo quæ ſit cõpleta ſumma illius: Tertio de completa obſeruantia eiuſdem: Circa quæ Logica docet quattuor eſſe facienda,nẽpè primo colligere;ſecundo diſtinguere;tertio ordinare;quarto explicare,vt ſupra dictum eſt: Et de his aliqua modo ſũt dicenda: Plurima enim circa dicta in libro,qui inſcribitur doctrina ſacri Concilij,&c. etiam iuxta methodũ Logicã explicata fuere; Vnde in hoc opere potius ad probationem,& confutationem,quam ad explicationem S.Euangelij ſtudium,& opera adhibita eſt.

Circa vero probationem notabit lector; Non eſſe, vt iam dixi, negotium Logicum, ſingulas veritates Euangelicas comprobare,& ſingulas hæreſes confu- *Ariſt. 2. Phyſ.c.3. text. 27.*

tare;quia hoc munus ad ſcriptores ſpectat controuerſiarum;ſed ad Logicum & Metaphyſicum ſpectat talia ponere principia, per quę omnia dicta fieri poſſint: Concluſio enim modo probanda eſt hæc: Euangeliū ab Eccleſia Romana propoſitum totaliter,& integraliter verum eſt: Et omnis doctrina,quæ illi contrariatur falſa eſt. Hoc enim probato, habetur certum medium ad omnia dicta comprobanda.

Nunc ergo dicta concluſio probanda eſt: Et in hoc libro probatur duplici potiſſimum medio: Primum eſt vera Eccleſia,nempè Romana: Vera enim Eccleſia neceſſario habet verum Euangelium,& alia vera. Aliud medium eſt Scriptura, & Traditio: Probatur enim,quod Euangelium ab Eccleſia Romana propoſitum, habet certam probationem ex Scriptura; ex Traditione; ex Concilijs; ex Patribus; & concordat cum lege Naturali,& Scripta,& Noua; item concordat cum ſenſu; & intellectu: Item quod plurima ſequuntur inconuenientia, ſi ponatur hoc Euangelium non eſſe verum.

Hæc ſecunda probatio fit de partibus S. Euangelij, quæ magis principales ſunt,& de quibus maior eſt cū hæreticis controuerſia: veluti de numero Sacramentorum; dè Pœnitentia, de Sacrificio Miſſæ, & de Eucharistia: de neceſſitate obſeruantiæ S. Euangelij, & ſimilia: His enim difficilioribus probatis, ſequitur ex conſequenti probatum, quod alia ab Eccleſia Romana de fide determinata veriſſima ſunt; ideo totum Euangelium ab illa propoſitum verum eſt: Et ideo particulares controuerſias alibi eſſe quærendas.

Ariſtot. 1. poſt.ca. 10 tex. 30. Confutatio hęreſum fit omnino per eadem media; per quæ veritas Euangelij probata eſt: Concluſio enim negatiua;(ſi probatio certa ſit) omnino per idem medium probatur,quo affirmatiua probata eſt: (veluti de habente pulmonem,& de reſpirante dictum) eſt: Hæc enim ſunt vera media ad certam probationem de S. Euangelio faciendam: Primo verus Textus Biblicus; Secundo,vera,& diuina Traditio; Tertio vera intelligentia, & interpretatio (vtriuſque); Quarto vera Eccleſia, ad quam pertinent Romanus Pon-

Pontifex, Concilia generalia, Sancti Patres, & Eccleſiæ Doctores, & ſimilia: Per hæc enim media certo cognita fit certa probatio, & confutatio ſic.

Maior. Vbi eſt verus Textus Biblicus: vera Traditio; Vera intelligentia verbi Dei; & vera Eccleſia; ibi omnino eſt vera fides, & verum Euangelium. *Eſt per ſe nota.*

Minor affirmatiua: ſed in Eccleſia Romana omnia dicta ſunt vera.

Minor negatiua; Sed apud Lutheranos nulla dicta ſunt vera, imo falſa.

Concluſio affirmatiua, ergo verum Euangelium eſt in Eccleſia Romana.

Concluſio negatiua; ergo apud Lutheranos non eſt verum Euangelium.

Circa probationem minoris tum affirmatiuæ, tum negatiuæ ita procedendum eſt.

Diffiniatur iuxta Logicam, quid ſit certa, & vera probatio; Itē, quid ſit veritas, & quid certitudo; Quo facto examinetur probatio tum Catholicorum, tum Hæreticorum, & cui conuenit diffinitio veræ, & certæ probationis, illa erit vera, & certa probatio, & per cōſequens oppoſita erit incerta, & falſa: Ad hoc autem iudicandum opus eſt rectè diſtinguere inter probationem certam, topicam, & ſophiſticam; De quibus in primo libro, & alibi dictum eſt. *De hoc in 1. lib.*

Oſtenſum eſt autem ſupra; quod ſoli Catholici poſſunt facere certam probationem de vero Textu Biblico; de vera Traditione; de vera intelligētia verbi Dei; de vera Eccleſia; de vera fide; doctrina; prædicatione; & alijs. E contra vero impoſſibile eſt, quod hæretici cum certitudine, ſed neque topice probent, quæ ab illis dicta ſunt. Vnde eodem medio Doctrina Catholicorum probatur vera, & hæreticorum falſa.

In hoc igitur libro, omiſſa probatione, quæ fit per Eccleſiam, alia probatio, quæ eſt per verbum Dei adhibenda eſt; oſtendendo, quod omnia, quæ ad veram, & certam probationem requiruntur, in illa ſunt.

Digitized by Google

LIBRI SEXTI DISTINCTIO PRIMA.

De S. Euangelio, & de completa ſumma illius.

EXISTIMO, ſtudioſè lector, omnes controuerſias, quæ inter Catholicos, & hæreticos vel modo, vel in prætetitis ſeculis verſantur; ad tria potiſſimum capita poſſe reduci, quæ ſunt: Primum Verbum Dei; Secundum intelligentia, & ſignificatio illius; Tertium res ab illo ſignificata: Hæc autem res ſignificata vel regnum Chriſti, vel S. Euangelium poterit appellari. Quia autem Verbum habet aliquo modo pro fine ſignificationem, & hæc rem ſignificatam, & ideo ad tertium duo priora ſunt ordinata; videtur, quod ad tertium omnes controuerſiæ ſint ordinatæ; Omnes enim tum Catholici, tum hæretici principaliter quærunt, quod ſit verum Euangelium, quod fuit à Chriſto publicatum. Circa vero S. Euangelium tota controuerſia principalis, ad quam omnes aliæ reducũtur, eſt de cõpleta ſumma S. Euangelij. Eccleſia enim Romana quandam completam ſummam S. Euãgelij à maioribus per Traditionem ſe accepiſſe profitetur; & eſt illa, quæ in ſacro Concilio Tridẽtino, & Catechiſmo Romano propoſita, & explicata eſt; quam omnibus fidelibus ſua authoritate ſuſcipiendam tradit; & illã omnes fideles ſuſcipiunt, & obſeruare ſtudent. In hac completa ſumma colliguntur omnes veritates fidei, & omnis diſciplina morum; & demum omnia, quæ vel credere, vel facere neceſſe eſt ad æternam vitam conſequendam.

Hanc ſummam omnes hæretici propriæ prudẽtiæ nimis

nimis initentes mutare, emendare, corrigere, aliquid addendo, vel detrahendo nituntur. Et hæretici huius temporis ferè illam totam negant, & deſtruere tentant, veritates fidei negantes, & diſciplinam morum non admittentes.

Dicti heretici magis occupantur in impugnanda, & neganda Catholica ſumma, quam in alia conſtituenda; Quod ſi aliam conſtituunt, adeo ineptè hoc faciunt, & tanta eſt inter illos varietas, vt non poſſit intelligi, quid dicant, quid cogitent, quid affirment.

Duo autem circa hanc ſummam in controuerſia ſunt, & vnũ eſt ipſa ſumma; aliud obſeruantia illius.

Circa ſummam eſt principalis cõtrouerſia de Sacramentis.

Circa Obſeruantiam eſt potiſſima controuerſia de neceſſitate operum.

Propter quod in hac diſtinctione Doctrina Catholica de completa ſumma S. Euangelij colligenda eſt; breuiter tamẽ, quia alibi de illa fuſius tractatum eſt: Studioſus autem lector accuratè obſeruare debet, quam rectè ſumma Catholica collecta, & tradita ſit.

Cap. 1. De ſumma completa quid ſit.

SVmma ſic poteſt definiri: Eſt breuis collectio eorum omnium, quæ de ſubſtantia alicuius rei ſunt: *Ex Cate. in præfat. nu. 7. & 8. & 12.* Dicitur, Breuis; Quia, Summa, iuxta nomen ſuum, quaſi rem in ſummitate oſtendit; veluti cum pictor multitudinẽ populi in paruo ſpatio per ſummitatem capitum pingit. Dicitur, Collectio omnium ſubſtantialium; quia ſi aliquid omittatur de ſubſtantia rei, non poterit dici, quod ſumma rei completa propoſita, vel accepta ſit: Summa ergo erit omnium ſubſtãtialium rei breuis collectio.

Hæc ſumma, vt ſit completa, debet, iuxta methodum Logicam, quinque conditiones habere; Et prima eſt, quod colligat omnia ſubſtantialia rei; Secunda quod illa inter ſe diſtinguat; Tertio quod ordinet illa; quarto, quod explicet, vbi opus eſt; Quinto quod probet. Hæc autem omnia cum breuitate, & abſque diſgreſſionibus facienda ſunt.

Digitized by Google

Cap. 2. De nomine, & definitione S. Euangelij.

S.Tho. 1.2. q.91.ar.4 & 5. HOC nomen Euangelium ſignificat bonum nũtium: Nunciat enim nobis vitam æternam.

Hoc Euangelium non eſt ens completum modo ſuperius dicto; quia eſt pars Regni Chriſti, nempè forma illius; Regnum enim Chriſti habet pro materia Eccleſiam, quæ in hoc regno eſt res guberneta; & Euangelium formam, quia eſt modus præcitus, quo Eccleſia Dei eſt gubernata: Hinc fit, quod ſicut anima hominis triplicem habet reſpectum; vt ſic dicam ſubſtantialem; nempè primò ad finem hominis, ad quem illa cum ſuis potentijs, & operationibus eſt ordinata: ſecundo ad hominem cuius eſt pars principalis, & forma: tertio ad materiam, & corpus, quia corpus ab illa, vt a forma viuificatur, & actuatur: *arg. ex Cōc. ſeſſ. 4. c. 1.* Ita Euangelium tres habebit dictas relationes; & ab illis varie illius accipiendæ definitione erunt.

Catech. in præf. S.Th. 1. p. q.91. ar.4. & 5. Prima ergo definitio à fine deſumpta eſt hæc: Euãgelium eſt verum, & vnicum medium ad ęternam ſalutem obtinendam: Completa enim obſeruantia S. Euangelij omnibus ad ſalutem omnino neceſſaria & ſufficiens eſt.

arg. ibid. S.Tho. 3. p. q. 8. 2. Definitio reſpectu Eccleſię eſt hæc. Euangeliũ eſt modus, quo Eccleſia Chriſti ab illo eſt gubernata: In Euangelio enim omnia illa continentur, quæ ad Eccleſiæ gubernationem ſpectant, veluti leges, Sacramenta, magiſtratus, & alia.

arg. ibid. 3. Ex parte regni Chriſti ſic: Euangelium eſt completa forma gubernationis in regno Chriſti.

Cat. peti. 2. Conc. Trid. ſeſſ. 4. c. 1. 4. Euangelium poteſt definiri, vel ſaltem deſcribi, in ordine ad verbum De ſic: Euangeliũ eſt res principaliter contenta in verbo Dei: Illud enim quod principaliter continetur in verbo Dei, & ſignificatur ab illo, eſt Euangelium.

Conc. Tri. ibid. 5. A Concilio Tridentino ita definitur: Euangeliũ eſt fons omnis ſalutaris veritatis, & morum diſciplinę; Ideſt docet omnia tum credenda, tum agenda; Et conuenit cum dictis: Regnum enim Chriſti, vt

optimam

optimam inſtituat gubernationem, debet diſtinguere, & ordinare quid à populis ſit credendũ, & agẽdũ.

Ex hac ſacri Concilij definitione colligitur certa regula ad ſummam completam S. Euangelij colligẽdam: Qui enim colligit omnia neceſſario credenda, & agenda, vt vita æterna obtineatur, iſte completam ſummam S. Euangelij collegit.

Cap. 3. De quattuor cauſis S. Euangelij.

QVattuor cauſæ S. Euangelij ſunt optima regula ad colligenda omnia, quæ de ſubſtantia illius ſunt; ideo de ipſis aliquid hoc loco dicẽdũ eſt.

Finis vltimus S. Euangelij ex Conc. Trid. eſt gloria Dei, & Chriſti, ac vita ęterna; Finis mediatus eſt dirigere homines ad hunc vltimum finem obtinendũ: Finis, & actio proxima eſt ordinare, & diſponere omnia, quæ neceſſaria ſunt, ad hoc vt homo ad dictum finem obtinendum bene ordinatus, & diſpoſitus ſit. *Conc. Tr. Seſſ. 6. c. 7. Item ſeſſ. 4. c. 1.*

Materia ex eodem Concilio ſunt veritates fidei, & morum diſciplina. *Seſſ. 4. c. 1.*

Forma ex eodem Concilio eſt illa authoritatiua, & obligatiua promulgatio facta à Chriſto ore proprio; deinde per Apoſtolos in totum orbẽ publicata. *ibid.*

Efficiens eſt Chriſtus, à quo Euangelium inſtitutum, & promulgatum eſt. *ibid.*

Qui colligit omnia, quæ neceſſaria ſunt ad completam rationem dictarum cauſarum, colligit omnia, quæ de ſubſtantia Euangelij dicenda ſunt. *Ex Ariſt. 1. Phyſic. tex. 1. & alibi.*

Cap. 4. De diuiſione S. Euangelij.

PRima diuiſio eſt ex Concilio ſic ex parte materię: Euangelium diuiditur in duas partes, prima continet veritates fidei; ſecunda morum diſciplinam. *ſeſſ. 4. c. 1.*

2. Eſt ex Catechiſmo ex parte materiæ ſic: Euangelium diuiditur in quattuor partes, quę ſunt; prima Symbolũ Apoſtolorum; ſecunda Oratio dominicalis; tertia Sacramenta; quarta Decalogus, & præcepta; Sed eſt idem, quod prima; Quia Symbolum *Catech. Rom. in Præf. n. 12.*

Qq expli-

explicat veritates fidei; Alia tria continent morum disciplinam.

S.Th. 2. 2. q. 1. art. 8. & 1. 2. q. 90. & ſeq. 3. Diuiſio eſt ex parte finis ſic: Euangeliū ad ſūmum tria hominibus proponit; nempè primo vltimū finem; ſecundo media ad dictum finem obtinendum; tertio bonum vſum mediorum: Hæc enim tria plenè dirigunt homines ad vltimum finem obtinendum.

Seſſ. 6. c. 7. 4. Alia diuiſio, & coordinatio fit à ſacro Concilio Trident. circa finem, & media, quę talis eſt.

Seſſ. 6. c. 16 Primū eſt vltimus finis ſupernaturalis gloria Dei, & vita beata hominum.

ſeſſ. 6. c. 7. & 16. Meritum eſt vnicum medium, ad vitam beatam obtinendam, quæ datur in pręmium.

ſeſſ. 6. c. 7. Gratia gratum faciens eſt potiſſimum medium ad meritum conſequendum.

ſeſſ. 6. c. 3. & 7. Iuſtificatio eſt vnicum medium ad gratiam obtinendam; confertur enim per illam.

Cauſa iuſtificationis eſt meritū Chriſti, ipſe enim

ſeſſ. 7. proem. meruit vobis iuſtificationem.

Meritum Chriſti ex Concilio nihil prodeſt, niſi ſit

ſeſſ. 6. c. 6. applicatum. ſeſſ. 6. c. 3.

ibid. Applicatio meriti Chriſti fit hominibus per Sacra-

ſeſſ. 6. c. 16 menta.

Hęc Sacramenta nihil proſunt abſque bono vſum illorum, & prępatatione.

Bonus vſus Sacramentorum fit per actum fidei, ſpei, & charitatis.

Hæc omnia præcedunt. & bona opera ſequuntur, quæ ſunt meritoria vitæ æternæ. Sicque vltimum cū primo vnitum eſt: Et hæc omnia tantum tria dicūt, nempè, Finem, Ledia, & Bonum vſum mediorum, vt dictum eſt.

Cap. 5. De neceſſitate colligendi breuem ſummam S. Euangelij.

Ex Conc. ſeſſ. 5. c. 2. Refor. NEceſſitas colligendi breuem ſummam S. Euangelij ſic poteſt probari.

Primo Euāgelium eſt medium neceſſarium ad ſalutem; ergo completa illius cognitio neceſſaria eſt.

2. Com-

2. Completa obſeruantia S. Euangelij eſt neceſſaria ad ſalutem; ergo Summa illius tradi debet. *Cate. Ro. in Praf. n. 12.*
3. Chriſtus ita præcepit Apoſtolis dicens: Docentes eos ſeruire omnia, quæcunque mandaui vobis. *Matt. vlt.*
4. Plurimis fidelibus hæc breuis ſumma neceſſaria eſt, nempè rudibus, & imperitis.
5. Chriſtus illā fecit, vt patet ex illis verbis; Quæcunque mandaui vobis
6. Actiones Practicæ Summariam requirunt inſtructionem, qualis eſt obſeruantia S. Euangelij.

Cap. 6. Proponitur breuis ſumma S. Euangelij.

Breuis Summa S. Euangelij eſt iam dicta propoſita à Catechiſmo Romano, quæ talis eſt. *Catec. Ro. in Praf. n. 12.*
Totum Euangeliū diuiditur in quattuor partes ſubſtantiales, quæ ſunt: prima Symbolum Apoſtolorum; ſecunda Sacramenta; tertia Decalogus; quarta Oratio Dominicalis: Hæc quattuor capita ſunt completa, & certa Summa S. Euangelij, quia colliguntomnia, quæ de ſubſtantia ſancti Euangelij ſunt. Et præter illa nihil eſt neceſſarium ad ſalutem: Et de hac modo tractatio Logica habenda eſt. *Doct. Chriſtiana copioſa Illuſtriſs. Bellarm. c. 1.*

Cap. 7. De quattuor cauſis Euangelicæ ſummæ.

Materia Euangelicæ ſummæ ſunt quattuor capita dicta, & non plura, nec pauciora. *Catec. & Bellarm. vbi ſup.*
Forma eſt certa, & authoritatiua collectio dictorū quattuor capitum, facta ab habente authoritatem, cui certo credendum ſit, nempè à Concilio, & à Summo Pontifice. *Catec. in Praf. nu. 7. & 8.*
Efficiens primum eſt Deus, ſed immediatum eſt ex parte diuerſum; Deus enim eſt primum, & immediatum efficiens Decalogi; Chriſtus autem illum cōfirmauit: Chriſtus vt Deus fuit primum efficiens Sacramentorum, & Orationis Dominicalis: Vt homo poteſt dici immediatum: Primus author Symboli Apoſtolorum fuit Deus; Apoſtoli illius fuerunt efficiens immediatum; Hæc de efficiente reſpectu ma- *Matth. c. vlt.*

Digitized by Google

Seſſ.4.c.1. teriæ: Reſpectu vero formæ, id eſt collectionis dicto-
Catech. in rum capitum, fuit Chriſtus in illis verbis, Docẽtes eos
Præf. n.12 ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis: Colligere enim omnia, quæcunque à Chriſto mandata ſunt, nihil eſt aliud, quam ſummam completam S. Euangelij colligere in vnum: Hanc igitur ſummam Apoſtoli à Chriſto acceperunt, & de mandato ipſius illam docuerunt, & per Traditionem in cunctis ſeculis in Eccleſia ſeruata eſt: Hinc fit, vt non ſolum ſit completa, ſed etiam certa.

Catech. in Præfat. *Conc. ſeſſ. 5.c.2.Ref.* Finis eſt accommodare ad captum, & ad vſum omnium hominum, etiam rudium completam cognitionem eorum omnium, quæ in S. Euangelio à Chriſto tanquam neceſſaria ad ſalutem propoſita ſunt: Vt autem fideles de hac ſumma certi eſſent Eccleſiæ authoritate tradita eſt.

Cap. 8. Probatur, quod dicta ſumma completa ſit.

DVo probanda ſunt; primo quod omnia dicta quattuor capita ſunt de ſubſtantia S. Euangelij; & de neceſſitate ſalutis: ſecũdo quod præter ipſa nihil aliud ſit de ſubſtantia illius. Probatur ergo tum authoritate, tum ratione.

cap.1. Primo ita dicit, & docet Illuſtriſſimus Bellarminus in Doctrina Chriſtiana breui in præfatione.

cap.1. 2. Idem docet in Doctrina copioſa, cap.1. & appo nit hæc verba, nec plus, nec minus.

nu. 12. 3. Idem docet Catechiſmus Romanus in præfatione.

Catec.ibi. 4. Idem docuere maiores in præteritis ſeculis, vt patet, & Catechiſmus affirmat.

Doctr. copioſa. Roma.c.1. 5. Ex ſcriptura colligitur, quattuor hæc eſſe ad ſalutem neceſſaria; Fidem, Spem, Charitatem, & bona opera; quibus quattuor dicta reſpõdent, nempè Fidei Symbolum; Spei Oratio Dominicalis; Charitati Sacramenta; Decalogo bona opera.

Bellar. Doctr. copioſa c. 1. 6. Ex S. Auguſtino probatur ſufficientia horũ quattuor, Fidei, Spei, Charitatis, & bonorum operum; Quia regnum Chriſti eſt veluti ædificium ſpirituale,

cuius fundamentum ædificatur per fidem : Parietes eleuantur per ſpem ; Tectum efficit Charitas ; Sacramẽta ſunt veluti inſtrumẽta, quibus dicta efficiuntur.

S. Auguſt. ſerm. 22. de verbis Apoſtoli.

7. Ex Ariſtotele,& ratione ſic. In quocunque negotio perficiẽdo quattuor ad ſummum,& nihil plus neceſſaria ſunt; nempè Primo ſcire, quid agendum : Secundo poſſe agere : Tertio velle agere : Quarto actu exequi,& perficere; Et qui hæc quattuor facit, vel habet, nihil omnino pro negotio gerẽdo illi deeſt: Quod ſi vnum dictorum deficiat, impoſſibile eſt, quod res bene perficiatur ; & experientia ita eſſe probat Cum ergo Fides,& Symbolum dent Scire : Spes,& Oratio Dominicalis dent Poſſe : Charitas, & Sacramenta dent Velle: Decalogus, & opera dent bene exequi, & operari ; manifeſtè apparet, quòd ſufficientia ſunt,& quod nihil amplius deſideretur.

ex lib. 3. Ethic. c. 1. & ſeq.

8. Ex ratione Theologica ſic: Euangelium ordinat hominem ad tria tantum, quæ ſunt ; Finis, Media; & Bonus vſus mediorum : Sed dicta quattuor hoc plenè præſtant : Quia vltimus finis eſt Sanctiſſima Trinitas; Mediator, qui dat media; eſt Chriſtus: Medium eſt Incarnatio, vita, & Paſſio Chriſti, ſeu meritum illius; & hoc eſt primum. Aliud medium à primo deriuatum ſunt Sacramenta, & gratia, quæ eſt effectus illorum : Tertium medium à dictis deriuatum ſunt opera meritoria : Quartum medium eſt Oratio, per quam obtinemus à Deo auxilium bene operandi; Cũ ergo Symbolum doceat finem, mediatorem,& primũ medium : Sacramenta ſecundum; Decalogus tertiũ; Oratio Dominicalis quartum; Sacramenta enim conferunt gratiam ; Qua obtenta obſeruantia Decalogi meretur vitam æternam : Et Oratio Dominicalis deſeruit, vt obtineamus auxilium à Deo ad bene vtendum gratia,& ad obſeruandã Dei præcepta : Patet, quod complete ordinant hominem ad vitam æternã obtinendam.

ex S. Th. 2. 2. q. 1. ar. 8 & 1. 2. q. 90. & 91. ar. 4. & 5. ex Concil. Seſſ. 6. c. 7. & ſeq. Et Catech. Rom. in toto opere.

9. Ex parte regni Chriſti, & Eccleſiæ : In regno Chriſti hæc tria ſunt ſupernaturalia, Finis, Media, & vſus mediorum : ergo in iſto regno neceſſarium eſt de dictis dare ſcientiam ſupernaturalem : Hoc autem fit

Catec. in præf. nu. 1. & ſeq. itẽ de fide, & de Symb.

beneficijs,recurſus habendus ſit: Quonam vero modo hæc quattuor capita inter ſe debeant ordinari, ex Logica nunc aliquid eſt dicendum: Hic autem ordo multis modis fieri poteſt.

Primo in ordine ad virtutes Theologicas ſic: primo loco eſt Fides; ſecundo Spes; tertio Charitas; quarto Bona opera facta in charitate: Et hoc modo Symbolum primum locum tenet; ſecundum Oratio Dominicalis;,tertiũ Sacramenta;quartũ Decalogus. *Ex virtutib. Theologicis, & ex s. Auguſtino.*

Catechiſmus Romanus,primo agit de Symbolo: ſecundo de Sacramentis: tertio de præceptis: quarto de Oratione Dominicali: Aliqui aliter in docendo ordinant iam dicta. *ex Cate.*

Concluſio eſſe poteſt; Symbolum ordine naturę debere præcedere alia quia cognitio intellectus ſemper debet præcedere operationem voluntatis: Tria vero capita ſequentia iuxta opportunitatem rerum, vnum poſſe præcedere, vel ſequi aliud. Si quis enim ſit in peccato mortali, ante omnia ad pænitentiã confugere debet; Si ſit tentatus,ad orationem. Si opus ſit operari, ad Decalogum; Idem in alij. Talis igitur inter quatuor dicta capita ordo erit.

Cap. 10. De fide, & de Symbolo Apoſtolorum.

NVnc de primo capite aliqua ſunt conſideranda. Fides eſt caput,& fundamentum omnium virtutum; Finis illius eſt tradere intellectui certam cognitionem,& doctrinam eorum omnium, quæ ab hominibus pro ſalute obtinenda vel ſcire, vel credere, vel facere opus eſt: Ad ſummum autem tria cognoſcere neceſſarium eſt,quę ſunt: Finis, media, & bonus vſus mediorum. In his enim tribus completa ratio ſalutis poſita ęſt: Fides ergo pro fine habet tradere homini cognitionem, primo quid ſit illius finis: ſecũdo per quæ media dictus finis obtineatur: tertio quis ſit bonus vſus dictorum mediorum. *Vide Catechiſ. in ſymb. c. 1.* *S. Paulus ad Hebr. c. 11. verſ. 1. & ſeq.*

Materia fidei ſunt veritates à Deo reuelatæ de tribus iam dictis. *Cate. i* *Cate. ibi.*

Forma eſt certiſſima cognitio,& aſſenſus fundatus

in reuelatione Dei, de qua Eccleſia Catholica certiſſimum teſtimonium reddit.

Cate. ibid. Efficiens Principale eſt Deus reuelans, minus principale eſt Eccleſia, quæ teſtimonium reddit de facta à Deo reuelatione.

Bellarm. Doctrina Chr. c. 2. Hinc fit, quod principalia myſteria fidei ad ſummum duo ſint: Vnum eſt Santiſſima Trinitas, quę ſola eſt vltimus finis, & primum principium omnium: Aliud eſt Chriſti incarnatio, vita, & Paſſio; Quæ ſunt verum, & vnicum medium, à quo omnia media dependent; & a quibus omnis bônus mediorum vſus eſt deriuatus: Ideo omnes veritates fidei, ſeu Euangelicę ad hæc duo myſteria reduci poſſunt.

Cate. p. 1. c. 2. nu. 4. Ex Catechiſmo Romano veritates fidei principales videntur reduci rectè ad tria capita principalia, quæ ſunt: primum eſt de perſona Patris, & de productione omnium rerũ; ſecundum eſt de perſona Filij, & de opere redemptionis, tertiũ de perſona Spiritus ſancti, & de opere ſanctificationis, & glorificationis: Quæ diuiſio idem dicit cum Theologica, nempè de Fine, Medio, & Bono vſu: Pater enim æternus tanquam primum principium producit omnia, & illa ordinat ad ſeipſum, tanquam ad vltimum finem: Ordinare enim rem ad finem proprium eſt efficientis; Dare media perſonæ Filij conuenit: Ipſe enim eſt mediator, & Redemptor: Dare bonum vſum mediorum pertinet ad Spiritum ſanctum, qui ſanctificat, & iuſtificat, & in vitam æternam producit; quæ bono vſu mediatorum obtinetur.

Cap. 2. de Symbolo. Ex Illuſtriſſimo Bellarmino in Doctrina parua, & magna; Veritates principales fidei videtur reducere ad tres quę ſunt: prima Sãctiſſima Trinitas; ſecunda Incarnatio, & Paſſio Chriſti; tertia Eccleſia Catholica: Et eſt optima diuiſio explicãs tria iam dicta finem, media, & bonum vſum mediorum: Sanctiſſima enim Trinitas eſt finis; Incarnatio, & Paſſio Chriſti eſt principales medium; & à quo omnia media ſunt deriuata: Eccleſia eſt illa, cui à Spiritu ſancto bonus vſus mediorum traditus eſt: Vnde in Sanctiſſima Trinitate eſt vita beata hominum: In Chriſti paſſione

media

media noſtrę ſalutis poſita ſunt: Et in Eccleſia Dei, quæ à Spiritu ſancto eſt gubernata, Bonus ~vſus mediorum poſitus eſt: Hęc fidei materia ſunt.

Nunc de Symbolo Apoſtolorum eſt dicendum. *Cate. p. 1. c. 1. nu. 3.*

Dicitur Symbolũ Apoſtolorum, quia ſinguli Apoſtoli vnam contulere ſententiam, ſeu fidei veritatem ad ſummam Doctrinæ, & fidei Euangelicæ ſtabiliendam.

Sic poteſt definiri: Eſt breuis ſumma Doctrinæ à Deo reuelatæ: Vel ſic: Eſt breuis ſumma eorum, quæ à fidelibus explicitè credi debent. *Cate. ibid.*

Finis Symboli eſt colligere omnia, quæ ab omnib. explicitè de vltimo fine, de medijs, & de bono ~vſu mediorum credenda ſunt: Hoc autem ideo factum eſt, vt facilis cognitio eorum, quæ neceſsaria ſunt ad ſalutem, omnibus, etiam rudibus tradita ſit. *Doctrina Chriſt. Roma. c. 2. & Catec. ibid.*

Materia ſunt principalia myſteria, & principales fidei veritates, quę dicta ſunt. *ibidē, & Catec.*

Efficiens primum fuit Spiritus ſanctus, Immediatum Apoſtoli fuerunt. *ibid.*

Forma dicit tria; Breuitatem; Collectionem; Diuiſionem: Breuitas maxima eſt: Collectio in tanta breuitate fit de omnibus veritatibus fidei, quæ ab omnibus explicitè credi debent: Diuiſio fit primo in duodecim articulos; ſecundo fit in tres partes; quarũ prima pertinet ad patrem: ſecunda ad Filium; tertia ad Spiritum ſanctum, vt ex Catechiſmo dictum eſt; Tertia diuiſio fit in tres partes, quarum prima explicat vltimum finem, ſecunda medium, tertia Bonum ~vſum mediorum, vt dictum eſt: Et hæc de Fide, & Symbolo dicta ſint. Plura enim de hoc in Catechiſmo Romano explicata fuerunt. *ibid.*

Cap. 15. De ſpe, & de Oratione Dominicali.

SAnctum Euangelium docet, quod fides eſt fundamentum, & ſubſtantia eorum, quæ à nobis ſperanda ſunt; Spes ergo ſupra fundamentum fidei erigit, vt ait S. Auguſtinus, parietes domus ſpiritualis: Eſt virtus Theologica; Sicut fides ſubuenit homini igno- *Ad Heb. c. 11. S. Auguſt. ſer. 22. de verb. Ap.*

ignorantiæ, quæ eſt in intellectu; ita ſpes ſuccurrit
hominum infirmitati, quæ eſt in ſenſu: Facit enim
Cate. Ro. vt homo ſtudeat inniti diuino auxilio: Proponit ho-
par. 4. per mini, quid debeat deſiderare, ſperare, petere, & ob-
totum. tinere à Deo; vt bene viuat, & æternam ſalutem con-
ſequatur.

Cate. ibi. Materia ſpei ſunt ea quæ à Deo ſunt deſideranda,
ſperanda, petenda, & obtinenda; adhoc vt per bonum
Cate. ibi. vſum mediorum poſſit vltimum finem obtinere.

Finis eſt obtinere à Deo neceſſaria ad vltimum
finem dictum conſequendum.

ibid. Forma eſt fiducia obtinendi à Deo, quæ dicta ſunt.

ibid. Efficiens eſt Spiritus ſanctus, à quo hęc virtus in-
fuſa eſt.

Effectus principalis huius virtutis eſt oratio; Et
ibid. quidquid conuenit ſpei conuenit orationi: Hæc enim
oratió habet pro fine obtinere; Pro materia res ſpe-
randas, & petendas; Pro forma fiduciam obtinendi;
Et efficiens orationis eſt ipſamet ſpes, quę hominem
ad orandum impellit.

Oratio Dominicalis inter omnes orationes princi
ibid. paliſſima eſt, & ſpei coniunctiſſima.

Dicitur, Oratio, quia in ipſa oramus; Dicitur Do-
minicalis, quia à Chriſto Domino facta eſt.

Poteſt ſic definiri: Eſt optimus modus gratias agē
Cate. p. 4. di Deo, & ab illo impetrandi, ab ipſomet Chriſto in-
c. 3. ſtitutus.

Finis illius eſt duplex; primus gloria Dei; ſecun-
ex Conil. dus vtilitas noſtra: In hac enim oratione duo fiunt;
ſeſſ. 6. c. 7. primo, gratię aguntur Deo de beneficijs acceptis; &
Cate. 3. p. hoc in tribus primis petitionibus: ſecundo noua pe-
in Deca- tuntur beneficia; quod fit in quatuor vltimis petitio-
logū. c. 1. nibus, in quibus petitur cōceſſio omnium bonorum,
nu. 10. & remotio omnium malorum. Dici etiam poteſt, qđ
in tribus primis petitionibus, petimus vltimum finē
Deum; ſeu in prima petitione petitur fides; in ſe-
cunda ſpes; in tertia charitas: In vltimis vero peti-
tionibus requirimus à Deo omnia, quæ pertinent ad
media, & ad bonum vſum mediorum: Finis ergo ora
tionis, & pręcipuè Dominicalis eſt fiducialis recur-
ſus.

Digitized by Google

ſus,& acceſſus ad Deum,ad omne bonum ab illo impetrandum,& obtinendum.

Materia huius orationis ſunt omnia bona,quatenus à nobis deſideranda, & à Deo ſperanda, petenda, & obtinenda ſunt. *Catec.3.p. c.4.*

Forma huius orationis dicit multa, nempè breuitatem,facilitatem,diuiſionem, ordinem, petitionem, gratiarum actionem,laudem,& omnium bonorum collectionem. *Catec. in praef. ad Orat. dom.*

Efficiens eſt Chriſtus,in cuius nomine hæc Deo Patri offertur oratio. *Matt. 6.*

Vſus illius debet eſſe valdè frequens;quia continuo noſtra maxima infirmitas eget auxilijs, & beneficijs Dei. Et ſpes virtus,vt ita faciamus, impellit. *Catec.4.p. c.1. de Orat.*

Cauſa cur Oratio ſit conſtituta pars eſſentialis ſancti Euangelij,debet deſumi à regno Chriſti: Cũ enim Regnum Chriſti habeant quidem viſibiles magiſtratus, à quibus immediatè, vt dictum eſt, gubernatur: Habeat etiam Deum inuiſibilem gubernatorẽ, à quo per ſe,& primo omnis poteſtas, & gubernatio dependet;neceſſe erat, ad rectam huius regni diſpoſitionẽ, quod hominibus daretur immediatus recurſus,& acceſſus ad Deum, vt ab illo tanquam à vero, & vnico Domino,omnia bona quæramus,& accepta profiteamur: Cum autem Euangelium ſit forma regni Chriſti,optimè factum eſt, vt Oratio pars eſſentialis illius conſtituta ſit. *A forma Regni Chriſti deſumitur neceſſitas orandi.*

Cap. 12. De charitate, ſeu de gratia, & de Sacramentis.

Tertia virtus Theologica eſt charitas, quæ eſt perfectio, & complementum omnium virtutum. Hæc re idem eſt cum gratia; nec ab illa ſeparari poteſt; Charitas enim vnit homines Deo, quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: Charitas enim eſt quædam amicitia inter Deum, & homines; Amicitia autem non poteſt eſſe abſque mutua gratia amicorum:ita vt vnus amicus alteri,& charus, & gratus ſit: Gratia igitur, & charitas in regno Chri- *De hoc Catec.p.2.de Sacram. Conc.ſeſſ 6 c.7.& ſeq.*

ſti

ſti abſolutè neceſſaria ob duplicem cauſam ſunt: 1 prima eſt, quia finis regni Chriſti eſt gloria Dei, & vita beata hominum: Homo autem non poteſt dignam, & gratam gloriam dare Deo, niſi ſit gratus illi: Quæ enim non ſunt grata, non placent. Homo autem non poteſt eſſe gratus Deo, niſi habeat gratiam illius: Ideo ad primum finem obtinendum, gratia neceſſaria eſt. & idem eſt de ſecundo fine: Homo enim non poteſt in Deo obtinere vitam beatam, niſi illi per charitatem, & amicitiam vnitus ſit: Charitas enim, & gratia vniunt nos Deo: Ideó gratia, & charitas ad finem Regni Chriſti obtinendum, neceſſaria ſunt.

Alia cauſa ex parte noſtra eſt: Finis enim hominis *S. Th. 1. 2. q. 91. ar. 4. & 5. & q. 109. & ſeq.* eſt ſupernaturalis; & media ſunt ſupernaturalia, & per conſequens vſus mediorum erit ſupernaturalis: Quod autem eſt ſupernaturale, impoſſibile eſt, quod fiat virtute naturali; ergo neceſſe fuit dare homini principium ſupernaturale; per quod in finem ſupernaturalem poſſet tendere per media ſupernaturalia; hoc autem principium eſt gratia, & charitas; Ideo neceſſaria ſunt.

Conc. ſeſſ. 6. c. 3. & ſeſſ. 7. can. 6. de Sacr. Medium autem ad obtinendam gratiam eſt incarnatio, & paſſio, & meritum Chriſti hominibus applicatum: Sacramenta autem ſunt medium ſenſibile, & certum, per quod meritum Chriſti ad obtinendam gratiam eſt applicatum: Qui enim bene vtuntur Sacramentis, infallibiliter ex Dei promiſſione gratiam conſequuntur: Qui vero vel non vtuntur, vel non bene; gratiam non obtinent.

Seſſ. 7. can. 1. Hæc Sacramenta ſunt à Chriſto inſtituta: Sunt ſeptem, nec plura, nec pauciora, & ita à ſacro Concil. Triden. dé fide determinatum eſt.

Seſſ. 7. can. 6. de Sacr. Finis illorum immediatus eſt conferre gratiam, & per illam eleuare, & habilitare hominem ad vitam, ad finem, ad actiones ſupernaturales: Et quia ad vitam temporalem ſeptem ſunt neceſſaria: primo natiuitas; ſecundo augmentum; tertio cibus; quarto *Catech. de Sacram. in genere nu. 20.* medicina; quinto reſtauratiua, & præſeruatiua; ſexto proles; ſeptimo magiſtratus: Ideo Sacramenta ad completam vitam ſpiritualem efficiendam, ſeptem inſti-

inſtituta ſunt; nempè. Baptiſmus, ad natiuitatem; Cõfirmatio, ad augmentum; Euchariſtia, ad cibum: Pœnitentia, ad medicinam: Extrema-vnctio, ad reſtaurãdum, & præſeruandum: Matrimonium, ad prolem: Ordo, ad magiſtratus inſtituendos: Sic enim omnia ad vitam ſpiritualem pertinentia rectè inſtituta ſunt.

Iſta Sacramenta in Regno Chriſti rectè conſtituendo locum obtinent principalem; ideo ad formam illius pertinent, & de ſubſtantia ſunt Euangelij: In regno enim Chriſti omnino debet eſſe Sacrificium; Et hoc in Euchariſtia inſtitutum eſt; In illo debent eſſe magiſtratus, qui populum gubernent; itèm sacerdotes, qui Deo cultum tribuant: Et hæc in sacramento ordinis inſtituta ſunt: In illo debet eſſe populus electus, & gens ſancta, ideo populus debet ſanctificari; & hoc fit per sacramenta: Matrimonium enim ſanctificat. Coniuges ad prolem legitimam ſuſcipiendam, & educandam: Infantes nati per Baptiſmum ſanctificati ſunt: In Confirmatione dantur baptizatis arma, quibus contra diabolum, mundum, & carnē pugnēt, & vincant: Per Euchariſtiam ſunt cibo Angelico refecti, & cum Chriſto vniti, vt altiora virtutum opera edere poſſint: Per Pœnitentiam à peccatis, & maculis per ſanguinem Chriſti liberati ſunt: In extrema vnctione à reliquijs peccatorum mundantur, & ad bonũ ex hac vita ad aliam tranſitum præparantur: Vnde Chriſtus merito, illa omnia eſſe de ſubſtantia ſancti Euangelij voluit eſſe. *Ex Catec. vbi de ſingulis Sacr.*

Si quis plura cupit videre de ſingulis sacramentis, & de illis in genere, videat Catechiſmum Romanũ, qui exactè de illis egit: Quod ſi quis cuperet de illis habere tractationem, iuxta methodum à Logica datã, videat librum, qui inſcribitur; Doctrina Concilij, & Catechiſmi Romani de sacramentis, &c. quia ibi tali modo tractatio a me habita eſt.

Cap. 13. De Decalogo, & de operibus, ſeu de merito.

Ex Conci. ſeſſ. 6. c. 16 & can. 20

POſtquam homo per fidem obtinuit cognitionem de fine, de medijs, & de vſu mediorum: Et per

Sacra-

Sacramenta, obtinuit gratiam, & charitatem, vt per illam tum ipſe, tum opera illius grata ſint Deo, & meritoria vitæ æternæ: Item poſtquam per orationem obtinuit à Deo auxilium, vt bene valeat operari, & diuina præcepta obſeruare; neceſſe eſt ad vitam æternã conſequendam, vt opera bona producat, per quæ illã à Deo mereatur: Adhoc autẽ, vt opus aliquod hominis ſit vitæ æternæ meritorium, neceſſe eſt, vt tria concurrant: Primo quidem, quod Deus, qui daturus eſt præmium, determinet, quænam ſint illa opera quibus præmium dare intendit; Secundo opus eſt, quod Deus promittat ex ſua benignitate, quod dictis operibus præmium vitæ æternæ dare vult: Tertio opus eſt gratiam obtinere, vt Deo grata ſint.

Ex Conc. ibid.

De hoc Catec. p. 3.

Decalogus ergo ad quem reducuntur, omnes leges, veluti præcepta Eccleſiæ, & Conſilia Euangelica, duo facit, nempè primo determinat omnes actiones, quæ Deo placent, vel illi diſplicent, ſiue ſint erga Deũ. ſiue erga parentes, vel ſeipſum, vel proximos: Et obligat omnes ad faciendum ea, quæ Deo placent, & vitãda illa; quæ diſplicent ei: ſecundo promittit pro actionibus bonis præmium vitæ æternæ; & pro malis pęnam ignis æterni: Quod ſi homo in gratia conſtitutus facit opera, quæ à Deo vel præceptis, vel conſilijs, vel per ſeipſum immediatè, vel per Eccleſiam mediatè proponit; meretur vitam æternam; & ſi in gratia Dei moriatur, infallibiliter illam à Deo conſequetur.

Conc. ſeſſ. 6. can. 32.

Cap. 14. Concluſio de ſumma S. Euangelij.

S. Th. 1. 2. q. 90. & 91.

Ex Ariſt. 3. Politic.

EX dictis colligitur concluſio de ſumma completa S. Euangelij: Cum. n. Euangeliũ ſit vera, & completa forma regni Chriſti: Ad formam aũt cuiuſcũq; regni ſpectat dirigere populos ad finẽ regni obtinẽdũ; neceſſe eſt, quod S. Euangelium tradat oĩa, quæ ad dirigendum populum huius regni, vt obtineat finem in illo regno ordinatum, neceſſaria ſunt. Hoc autẽ facit complete per quattuor: In Symbolo enim datur

cogni-

cognitio finis,& mediorum ſupernaturalium: In Decalogo explicantur opera, per quæ homo poteſt mereri vitam æternam. Per Sacramenta obtinetur gratia, cuius virtute opera meritoria ſunt; In Oratione Dominicali per ſpem à Deo obtinentur auxilia,quibus homo ex vna parte diligitur, vt bene vtatur Sacramentis, ex alia diuuatur ad opera meritoria producenda. Quod ſi dicta quatuor complete dirigunt: Et finis Euangelij eſt complete dirigere, ergo in his quatuor completa ſumma S. Euangelij collecta eſt. Quod etiam authoritate, & ratione vt ſupra dictum eſt comprobatur.

Hæc quatuor diffuſe in Catechiſmo Rom. Et in doctrina illius a me edita tractata,& explicata ſunt.

LIBRI SEXTI DISTINCTIO SECVNDA.

In qua probatur,

Quod Sacramēta ſunt ſeptem, & nec plura, nec pauciora. Et de ſingulis fit probatio.

DOctrina Catholica ſupradictam S. Euangelij ſummam, vt à Chriſto inſtitutam, & ab Apoſtolis publicatã, & à maioribus per Traditionem acceptam; & ideo tanquam certiſſimam ex fide omnibus fidelibus, vt illam accipiant, & obſeruent, proponit. Singulas eius partes à verbo Dei eſſe deriuatas affirmat: Decalogus enim apertè in veteri teſtamento à Deo traditus eſt: Oratio Dominicalis à Chriſto in Euangelio apertè propoſita fuit: Et Symbolũ Apoſtolorũ ab Apoſtolis afflatu Spiritus ſancti cõpoſitũ eſt: Sacramenta etiam omnia, & ſingula à Chriſto fuiſſe inſtituta Eccleſia Catholica docet: Et ĩ his quattuor cõpleta sũma S. Euãgelij poſita eſt.

Hanc ſummam, vt dictum eſt, omnes hæretici impugnant; Et aliqui tentant impugnare doctrinam, quæ in Symbolo poſita eſt; Alij diſciplinam morum, quæ in tribus alijs partibus continetur: Alij tum doctrinę, tum diſciplinę morum contradicunt: Hoc tẽpore hęretici, vt doctrinam Sacramentorum impugnent, obſtinato, & ſacrilego animo inſurrexerunt: Sed per Logicam manifeſtum fieri poteſt, quod nihil probant, vel illorum probationes ſophiſticæ ſunt; E cõtra vero Doctrina Catholica de numero Sacramẽ-

torum certiſſimas vndequaque, iuxtam regulam ſuperius datam, probationes facit: Et hoc eſt, quod in hac, & in ſequenti Diſtinctione probare animus eſt.

Cap. 1. Quid ſit Sacramentum.

SAcramentum ſic definitur: Eſt inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum ad noſtram iuſtificationem in ſtitutum. Et ne fiat æquiuocatio in terminis, ſeu vocibus, verbis clarioribus eandem definitionem explicabo: Per Sacramentum ergo intelligimus rem ſenſibilem per quam, ſi rectè fiat, Deus infallibiliter, ex Chriſti ordinatione gratiam confert: Vbi tria dicuntur, primo quod res illa ſenſibilis ſit: id eſt habeat materiã, & formam ſenſibilem, & à ſenſibus cognoſcibilem: ſecundo quod Deus per illam rem, ſi rectè fiat, infallibiliter, quantum eſt ex parte Dei, confert gratiam gratum facientem legitimè ſuſcipienti: tertio quod hæc infallibilitas in Chriſti ordinatione fundata ſit. Sacramentum ergo ita modo acceptum eſt. *Cat. Rom. par. 2. de Sacr in gẽ. nu. 11. Conc. Tri. Seſſ. 7. can. 1. 6. 7. de Sacr.*

Cap. 2. Proponitur concluſio probanda.

COncluſio probanda eſt hæc: Sacramenta modo dicto accepta ſunt iſta ſeptem; primum Baptiſmus; ſecundum Confirmatio; tertium Euchariſtia; quartum Pænitentia; quintum Extrema Vnctio; ſextum Ordo Sacer; ſeptimum Matrimonium. Hæc omnia in regno Chriſti ſunt ſacramenta; & nec plura, nec pauciora dictis in regno Chriſti reperiuntur: Hęc eſt concluſio modo probanda. *Conc. Tri. Seſſ. 7. can. 1. de ſacr.*

Medium iuxta Logicam eſt definitio Sacramenti iam dicta; ideo de ſingulis iam dictis Baptiſmo, & alijs probatio Logica ita fiet.

Maior. Illa res ſenſibilis, per quam Deus, ex Chriſti ordinatione infallibiliter confert gratiam in bene recipiente, verè, & realiter, & propriè eſt Sacramentum.

Minor. Sed Baptiſmus, Idem de alijs, eſt talis res; ergo eſt Sacramentum.

Rr Maior:

Maior. Eſt per ſe nota; quia definitio prædicatur de definitio; & nunc tali modo accipimus Sacramentum: Minor de ſingulis Sacramentis probari debet; id eſt de Baptiſmo, & alijs: Et hęc eſt ſumma probationis.

Cap. 3. Probatio, quod ſint dicta ſeptem, & nec plura, nec pauciora.

NVnc fit probatio principalis concluſionis iam dictæ.

Conc ſeſſ. 7 can. 1. Tradit. Concilium Trid. de fide determinat tot eſſe Sacramenta, & nec pauciora.

Traditio ita docet, de fide eſſe credendum: Et ita habetur ex verbo Dei non ſcripto.

Senſus. Senſus apertiſſimè videt, ita in Eccleſia Catholica Romana vbique credi, & obſeruari; Eccleſia autem eſt collumna, & firmamentum veritatis.

Idem probatur ex authoritate SS. Patrum.

Ex ſacra ſcriptura, vt dicetur; apertè colligitur dicta concluſio.

Ratione naturali ita eſſe ſupra probatū eſt: Sicut enim vita hominis naturalis eſt medium; per quod Deus ordinat hominem ad finem naturalem; ita vita ſpiritualis eſt medium, quo homo ordinatur à Deo ad finem ſupernaturalem: In regno autem gratiæ finis eſt ſupernaturalis; ideo vita ſupernaturalis neceſſaria erit: Septem autem in vita naturali reperiuntur, quæ ſunt, Natiuitas; Augmentum; Cibus; Medicina, Reſtauratiuum; virium; Proles, & Magiſtratus Ideo hæc omnia in vita ſpirituali ſunt affirmanda, & hæc per Sacramenta efficiuntur: Baptiſmus. n. dat natiuitatem; Confirmatio augmentum; Eucharistia cibum; Pœnitentię medicinam: Extrema Vnctio præſeruatiuum virium; Matrimonium prolem; Ordo magiſtratus: Ideo hæc concluſio concordat cū lumine naturali.

Confirmatur eodem lumine: Ait s. Auguſt. ſicut anima eſt principium vitæ naturalis, ita gratia eſt principium ſpiritualis: ſed anima habet tres gradus, qui

qui ſunt; Vegetatiuum. ſenſitiuum, & intellectiuum. Vegetatiuum autem habet tres potentias, quæ ſunt: Nutritiua; Augmentatiua; & Generatiua; quæ conueniunt homini iam nato; Ideo cum natiuitate quattuor gradus vitæ ſunt. Quibus debet addi quintus, nempè medicinalia, quæ à natura in gratiam vitæ hominis facta ſunt; nempè, vt ſanent ex vna parte; ex alia vt præſeruent ab infirmitate, & reſtaurent vires in illa amiſſas: Demum in omni populo, ad vitam pacificè degendam, magiſtratus neceſſarij ſunt. Cum ergo gratia fit veluti anima, debet diſtinguere natiuitatem; potentiam nutritiuam; augmentatiuam; dare medicinalia; & præſeruatiua; Demum magiſtratus, quæ omnia fiunt per Sacramenta.

Confirmatur: In quocunque regno rectè inſtituendo neceſſe eſt plurima ordinare; Primo neceſſe eſt dari ſacrificium, & cultum Dei: Secundo opus eſt dari Sacerdotes, qui nomine publico, vt perſonę digniores, dent cultum Deo, & offerant Sacrificium; Item neceſſe eſt, dari magiſtratus, qui populum regant: Tertio opus eſt habere milites, & manum armatam, vt poſſit ab inimicis regnum tueri ſe: Quarto populis de neceſſarijs ad victum prouidere opus eſt: Quinto de medicis, ac medicinis, & alijs ad ſanitatem tuendam pertinentibus: Sexto opus eſt curare, vt legitima proles continuo in regno ſuccedat: Septimo curandum eſt vt homines regni pacificè, & virtuosè finem vitæ ſuæ concludant. Quis non videt dicta omnia in quocunque regno bene ordinato requiri? Quanto autem magis in ordinatiſſimo regno Chriſti? Si Eccleſia hominum viatorum dicitur militans; cur arma illi ſunt deneganda? Cur Confirmatio, in qua arma data ſunt nō erit rectè à Chriſto inſtituta? Idem de Euchariſtia, quæ dat cibum, & ſacrificium: Idem de ordine, à quo dantur magiſtratus: Idem de Pęnitentia, & Extrema vnctione vt dictum eſt. *Ex ratione Polit.*

Hic ergo numerus Sacramentorum vndequaque habet plenam probationem; & ſenſus, & intellectus, & Scripturæ, & Traditio, Eccleſiaque Catholica ita docent: Vnde videtur nimis abſurdum dicta à Regno

Chriſti negare; Idem enim Deus eſt author regni tum naturæ, tum gratiæ; Ideo ſicut in natura diſtinxit Natiuitatem, augmentum, & alia per animam, ita in regno Chriſti per gratiā illa diſtinguere conueniens eſt; Cur ergo hæc concluſio tantopere ab hæreticis impugnatur? Quodnam inconueniens ex illa ſequetur? Nonne omnia iura in hac concluſione concordant?

Cap. 4. De Baptiſmo.

Ioan. c. 3. Matth. vlt.

QVod Baptiſmus ſit res ſenſibilis, habens materiam, & formam ſenſibilem, patet ſenſui: Quod Chriſtus illum inſtituerit, clarum eſt ex Scriptura; Ex qua, etiam declaratur, quod conferat gratiam, & ſit initium vitæ ſpiritualis: Quæ omnia cum ab hæreticis affirmentur, alia probatione opus non eſt, vt illis hæc veritas perſuadeatur.

Cap. 5. De Sacramento Matrimonij.

De hoc Conc. ſeſſ. 24. tractat, docet, determinat, probat. Ita Cate. de hoc Sacram. Ita Scriptores controuerſiarum.

MAtrimonium eſt legitimus thorus coniugalis; Diſtinguitur ab adulterio, & fornicatione: Eſſe rem ſenſibilem, & dari nemini dubium eſt; Quod fuerit à Chriſto, vt eſt Sacramentum, inſtitutum, & quod conferat gratiam in lege noua, clara ſunt verba S. Pauli dicentis; Sacramentum hoc magnum eſt; Et ita dictus locus Scripturæ cum alijs interpretatur ab Eccleſia Catholica; & à Sanctis Patribus, Et Traditio ita docet; Et ſacra Concilia ita eſſe de fide determinant: Et ſenſus apertiſſimè videt, Eccleſiam Catholicam Romanam ita ſentire, iudicare, vſum, & conſuetudinem habere: Ideo cum verba ſcripturæ ita clarè ſignificent; Et Eccleſia Catholica ita illa verba interpretetur; nihilque abſurdi ex illa interpretari, ſequatur, imo cum illa ratio, & lumen naturale concordet, omnino Logica docet à tali interpretatione non eſſe recedendum: Probatur autem ita conuenire lumini naturali.

Ratione naturali. Regnum Chriſti eſt ſanctiſſimum: ergo debet habere materiam, & formam ſanctam, Materia eſt Eccleſia,

cleſia, quæ dicitur ſancta: Eſt populus fidelis, qui dicitur gens ſancta, & populus electus: Vt populus ſit ſanctus, oportet, quod fideles ſancti ſint: Ideo Christus omnia ordinauit in ſuo regno per quæ fideles ſanctificarētur tum in conceptione, tum in natiuitate, tum in vita; tum in morte: In matrimonio ſanctificantur coniuges, adhoc vt ex parte ipſorum conceptio, & procreatio, & ſuſceptio prolis ſancta ſit: In natiuitate ſanctificantur Baptiſmo; In morte Extrema vnctione: In vita Euchariſtia, & pœnitentia; Ideo in Regno Chriſti hoc Sacramentū dari rationabile eſt.

Apud omnes nationes filius natus ex illegitimo thoro viliori æſtimatione habetur: Qui naſcitur ex vilis parentibus, vilis vt talis, apud omnes æſtimatur: Qui habuit parentes nobiles, nobilis; & qui ignobiles ignobilis reputatur: Qui habuit parentes ſanctas, vt S. Ioānes Baptiſta, & filij Patriarcharum, ex hoc laudabiles, & honorabiles ſunt: Ob hoc Chriſtus ex matre Virgine naſci voluit: Quis ergo negabit, in regno Chriſti rectè inſtitutum eſſe matrimonij Sacramentum; à quo gratia conferatur; per quam coniuges ſanctificentur, vt ex illis ſanctis filij, qui ſancti eſſe debent, proficiſcantur? Nonne apertè in Tobia, & alibi, hæc coniugum ſanctificatio commendatur? Quis non videt dignius, & honorabilius eſſe in regno Chriſti, ſi ex ſanctificatis parentibus filij proficiſcantur? Si proponatur quæſitum; An ſit melius, & dignius naſci ex ſanctis, & iuſtis parentibus, quam ex non ſanctis; quis ita inſipiens erit, vt dicat, à non ſanctis? Si ergo regnū Chriſti eſt perfectiſſimum: Si populus illius debet eſſe nobiliſſimus: Si omnes fideles debent eſſe filij adoptiui Dei, & fratres Chriſti; ſi melius, & dignius eſt oriri ex ſanctis, quam non ſanctis; Si verba Scripturæ ita ſignificant, & omnia idem dicunt, & ita explicant; Cur non debet affirmari matrimonij Sacramentum, ad coniuges ſanctificandos, gratiam ex Chriſti inſtituto conferre?

Concordat cum iudicio cōi.

Cap. 6. Conſideratio Logica circa hæreticorum negationes.

HÆretici moderni habent maximè familiares negationes, & præcipuè circa quinque Sacramenta, de quibus dicetur: Illa enim omnia aliqui negant: Catholici autem illa affirmant; & ſuas affirmationes per verba Scripturæ litteraliter accepta probant: Ita vt inter dictum Scripturæ, & affirmationem catholicam, probetur logica æquipollentia, ideſt eiuſdem veritatis ſignificatio; Probant etiam eandem affirmationem multis alijs modis, de quibus antea dictũ eſt: Hæretici autem ſuas circa Sacramenta negationes facillimè enunciant, quas poſtea non probant, & putant contra omnem logicam rationem, quod ſua ſimplici negatione poſſint Catholicas deſtruere affirmationes: Quod omnino abſurdum eſt: Nũquid enim Deus non erit, quia inſipiens dixit in corde ſuo non eſt Deus? Ità Sacramenta non erunt, quia aliqui hæretici illa negant. Logici ergo officium eſt, diligenter examinare, non ſolum affirmationes, & negationes; ſed etiam illarum probationes; obſeruando, primo an verba Scripturæ accipiantur in propria, & litterali ſignificatione: ſecundo an æquipolleant affirmationi, & negationi; tertio veritas à dictis verbis ſignificata, alijs modis certis probata ſit: quarto an lumini naturali intellectus, & ſenſui conformis ſit. Vbi enim hæc quattuor ſunt, probatio ex ſcriptura pro certa habenda eſt. Et res ſic declaratur exemplo: Catholici de matrimonio hanc faciunt affirmatiuam; Eſt Sacramentum nouæ legis: Probant verbis Apoſtoli, quæ faciunt huic affirmationi æquipollentem; quia loquẽs de matrimonio ait, Hoc magnum eſt Sacramentum: & non ſolum dicit, Sacramẽtum; ſed addit magnum; Idem probant Traditione, & alijs: Demum probant ſic lumini, & rationi naturali conuenire; Nihilque eſſe, per quod ille locus Scripturæ non debeat ita interpretari.

Vt docet Conc. ſeſſ. 23. c. 1.

Accedit quiſpiam hæreticus nimium ſibi arrogãs, & ait:

& ait: Nego matrimonium eſſe Sacramentum: Dicat quæſo Logicus, an hęc ſola negatio deſtruat priorem, & bene probatã affirmationem. ſi enim ego negarem, quod omnis doctrina Ariſtotelis vera ſit, nunquid ob hoc falſa erit? Videnda eſt ergo probatio negationis: Hæc negatio, ſi debet ex ſcriptura directè probari, opus eſt, quod hæreticus locum Scripturæ inueniat, qui litteraliter, & præciſè ita ſignificet; Matrimonium non eſt Sacramentum: ſic enim negatiuia directè probata erit: Idem fieri debet de hac negatiua: Matrimonij Sacramentum non cõfert gratiam: Et idem de alijs omnibus probationibus eſt: Manifeſtè autem conſideranti apparebit, quod rariſſimè hæretici talem faciunt probationem; & cum faciunt ab vniuerſalibus deriuant; vel ęquiuocationes in verbis admittunt: Notabit etiam Logicus, quod hæretici rem ſignificatam à ſacra ſcriptura, volunt ſolo ſuo iudicio determinare: Traditiones, & conſuetudines, & Eccleſiæ determinationes nihili faciendo: Obſeruabit hæreticos ordinariè ſolummodo catholicorum probationes impugnare; ſuas vero negationes nullo modo certa, ſed tantum ſophiſtica ratione probare.

Et hęc Logico veritatis amatore conſideranda ſunt.

Cap. 7. De probatione Sacramenti Confirmationis.

Catholici de fide illud affirmant. Hęretici illud negant: Probant Catholici. *Ex ſcriptura.*

Primo ex ſcriptura apertis verbis illud declarãte: In die enim Pentecoſtes ad confirmandos Apoſtolos Spiritus ſanctus datus eſt; In Actibus Apoſtolorum legitur, quod Apoſtoli imponebant manus ſuper baptizatos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Et hoc faciebant, vt quid baptiſmo ſuper addendum; Ibi habetur, quod ſimon rogauit Apoſtolos, vt darent illi hanc poteſtatem, vt ſua manum impoſitione conferretur ſpiritus ſanctus: De Chriſto legitur, quod paruulis manus imponebat, s. Paulus Epiſc. 4. ait. *Ex Conc. ſeſſ. 7. de Confirm. can. 1. & ſeq. Catec. de Confirm. nu. 1. & ſeq. per totum.*

Nolite contriſtare Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis: Hæc, & ſimilia ſacræ Scripturæ verba, & non ſolum verba, ſed facta apertè docent, Confirmationē eſſe Sacramentum; quia eſt res ſenſibilis, conferens gratiam, quia Spiritum ſanctum: A Chriſto inſtitutum: Quia omnia, quę ab Apoſtolis fiebant, à Chriſto inſtituta fuere: Ecce ęquipollentia ſcripturæ cum Catholica affirmatione.

Catec. ibi. nu. 3. &c. 2. Probatur ex Traditione, & ex Verbo Dei non ſcripto.

ibid. nu. 3. 4. 5. 6. & nu. 13. 14. ibid. 3. Item ex Summis Pontificibus, ex ſanctis Patribus, ex Concilijs generalibus, loca dicta ſcripturæ ita interpretantibus.

per ſenſum 4. Ex ſenſu, iudicio, conſuetudine, vſu, & determinatione Eccleſiæ Catholicæ: vt ſenſus ipſe apertiſſimè videt.

A lege, & ratione naturali. 5. Probatur ratione, & lumine naturali: Si enim affirmatio dicta tot modis probata nihil habet, quod repugnet lumini naturali, imo in multis concordat cum illo, omnino tanquam vera, & certa ſupponenda eſt: ſed in nullo repugnat, imo concordat; ergo dicta concluſio vera erit.

Probatur minor: In vita naturali poſt natiuitatem *de hoc ſup.* tanquam res diſtincta ſequitur augmentum; ergo in ſpirituali poſt Baptiſmum, qui natiuitati comparatur poteſt ſequi Confirmatio, quæ augmento ſimilis eſt.

Supra. Item ſicut ſe habet anima ad vitam naturalem, ita gratia ad ſpiritualem; Sed in anima potentia augmentatiua datur ſpecie diſtincta ab alijs potentijs; vt Philoſophi docent: ergo rationabile eſt iu vita ſpirituali dari Confirmationis ſacramentum.

Ex Catec. Ex lib. Pol. Ex vſu cōmuni. Adhuc, omne regnum debet habere milites, & arma ad ſuam contra inimicos defenſionem, ergo hoc regno Chriſti, in quo mundus, caro, & diabolus debellantur, maximè conueniunt; & arma debent eſſe ſpiritualia; & ſicut Romanis militibus, cum traderent arma, dabant iuramentum militare, quod appellabant ſacramentum; Ita Chriſtiani ad militiam cum quadam ſolennitate qualis eſt, quæ fit in Confirmatione; ſunt deſtinandi.

Am-

Amplius Eccleſia militans ſic vocatur à Militando; ergo arma ſpiritualia ad militandum cum ſolemnitate tradenda ſunt. *A forma Eccleſiæ.*

Demum finis regni Chriſti eſt ſupernaturalis,& altiſſimus,& perfectiſſimus;ergo hominibus, qui in hoc regno adſcribuntur, conuenit dari ſpiritum ſanctum; & robur magnæ virtutis, vt ad tam altum finem valeant peruenire. Hoc autem fieri in Confirmatione,vt nomen ſignificat,Doctores affirmant. *A fine regni Chriſti*

Hæc eſt Catholicæ affirmationis probatio; quę ſibi,& veritati vndequaque conſona eſt.

Hæretici ſuam negatiuam neque probabiliter probant.

In ſcriptura nullam inueniunt negatiuam ſuæ negatiuę æquipollentem; quæ dicat, Confirmatio non eſt ſacramentum; Fideles non ſunt ſignati in ſpiritu ſancto: Apoſtoli per impoſitionem manuum non efficiebant, vt fideles gratiam,& ſpiritum ſanctum acciperent: & alia huiuſmodi: Neque poſſunt probare quod aliquod inconueniens ſequatur ex illa affirmatione: Demum nullum apparet medium,quo ſuā probent negatiuam: Non ſcriptura,non Traditio,nō authoritas,non ratio,non ſenſus,non vſus.

Vtrum autem negatio ſimplex,non probata,noua, contraria affirmationi, quę tanto tempore recepta vſa eſt,& tot modis probata debeat pręualere dictæ affirmationi,quis vnquam ſenſatus poterit cogitare?

Logicus ergo re bene vtrinque conſiderata,clariſſime falſitatem negationis, & veritatem affirmationis poterit intueri.

Cap. 8. De probatione Sacramenti Extremæ Vnctionis.

SAcramentum Extremæ Vnctionis Catholici affirmant; Hæretici negant.

Catholici ita ex ſcriptura probant: In Epiſtola Iacobi Apoſtoli ita ſcriptum habetur, c. 5. Infirmatur quis in vobis,inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes cum oleo in nomine Domini, *Ex ſcriptura.*

&

& oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit remittentur ei. Hic enim S. Iacobus publica ſcriptura promulgat legem huius ſacramenti docens omnes ad vſum illius adhibendum in infirmitate: Alius locus Scripturæ. Marci 6. illis verbis. Et vngebant oleo multos ęgros, & ſanabantur. Vbi apparet eſſe rem ſenſibilem, quia Vnctio, & oratio facta ſuper infirmum res ſenſibilis eſt: Et illius effectus eſt gratia, quia remittit peccata quæ remiſſio ſine gratia eſſe non poteſt: Et fuit inſtitutum à Chriſto, quia Apoſtoli non potuerunt inſtituere ſacramenta; ſed illa tantum quę à Chriſto acceperant, docebant: Iuxta illud, Docentes eos ſeruare omnia; quæcunque mandaui vobis: Hic igitur locus ſcripturæ æquipollet Catholicæ affirmationi, & verba litteraliter accepta probant rem ſignificatam, quæ ab Eccleſia Catholica affirmata eſt.

Matth. vlt.

Catholici alias afferunt probationes ab authoritate, & interpretatione Catholicæ Eccleſiæ: A Traditione; A ſanctis Patribus; A Pontificibus; A Concilijs; Ab vſu, & conſuetudine, & iudicio Eccleſiæ Catholicę, vt ipſemet ſenſus apertiſſimè videt.

Vide ſeſſ. 14. de extre. vnct. & Cate. de eadem dictas probationes, & apud controuerſiſtas.

Lumine etiam naturali ſic probant: Sicut natiuitati hominis mors correſpondet in natura; Ita in vita ſpirituali principium, & finis ſe reſpiciunt; ſicut ergo ad natiuitatem ſpiritualem datus eſt Baptiſmus, ita ad mortem bene obeundam, debuit dari ſpeciale ſacramentum, quale eſt hoc: Cum enim tota vita hominis ſit ordinata, vt homo tandem ex hoc ſæculo nequam tranſeat ad cæleſtem patriam, videtur magis neceſſariũ vt in regno Chriſti detur ſpecialis gratia pro tranſitu, quam pro ingreſſu: Et quis poterit dicere, male actum eſſe, ſi in hoc tranſitu gratia ſpecialis conferatur?

Hæc ratio apud Concil. & Catec. ibid.

2. Sicut Oratores, & Rethores à natura edocti ſuas orationes maximè illuſtrant proemio in principio, & peroratione in fine; ita docebat, quod Chriſtus vitã hominum ſpiritualem tum in principio, tum in fine ſacramentis decoraret.

Ab arte rethorica.

3. In cęleſtem patriam nihil immundum, & coinqui-

Apoc. 21. verſ. 27.

quinatum introibit; ergo maximè docebat, vt in fine vitæ daretur Sacramentum, per quod reliquiæ peccatorum tollerentur, vt ſic purior anima ad Deum iret.

4. Si in primitiua Eccleſia vngebãt infirmos, multo magis nunc facere opus eſt: Alia autem pro infirmis non eſt vnctio in Eccleſia, niſi hæc extrema. *A primitiua Eccleſie.*

5. Mors, ait Ariſto. eſt omnium horribiliſſima: Ab omnibus timetur; etiam perfecti, & Sancti in illa timent: Corpus infirmitate eſt aggrauatum: Anima præteritorum delictorum conſcientia timet: Præſens periculum horreſcit: Futurum iudicium iam ſibi imminens prȩuidet: Dȩmones tunc maximè infeſti ſunt, & inſidiantur; Et tunc agitur de ſumma rerum: Rectè ergo fit, ſi per hoc Sacramentum tunc ſpecialis gratia conferatur. *Catech. & Conc. ibid. Ita Ariſt.*

Ecce lector, Senſus quotidie videt, hoc Sacramentum in Eccleſia frequentari; Intellectus regno Chriſti ſic iudicat conuenire ex his, quæ a Deo videt fieri in natura: Authoritas vndequaq; hoc probat. Sacra ſcriptura apertiſſimis verbis de illo docet: ergo veriſſima affirmatio. *Per ſenſu.*

Hæretici è contra, neque per ſenſum, neque per intellectum, neque per Traditionem, neque per authoritatem Eccleſiæ, neque per ſcripturam, negatiuã ſuam directè, & apertè, ſed neque probabiliter probare poſſunt: ergo vt falſa, & hæretica, ſicut facit Eccleſia, eſt reijcienda.

Cap. 9. De probatione Sacramenti ordinis.

Dari in Eccleſia Sacramentum ordinis Catholici affirmant; hæretici negant.

Affirmatiua probatur apertè per ſcripturam, vt ſupra de Romano Pontifice; De Epiſcopis; & Sacerdotibus, & Diaconis dictum eſt; Item dari Apoſtolos, Doctores, Prophetas, Interpretes, Prædicatores vbique ſacra Scriptura docet in Euangelio. *De hac probatione Conc. de Sacr. ord. Ex nouo teſtamento.*

Idem vbique probatur in veteri teſtamento, vt ſupra dictum eſt. *Ex veteri teſtam*

Idem probatur lumine, & ratione naturali, vt dictum

Lamina... ctum ſuit.

Idem probatur traditione & verbo Dei nō ſcripto. ...alis.

Idem authoritate, determinatione, explicatione, vſu, conſuetudine, iudicio Catholicæ Eccleſiæ. Conc. & Catec. ibi.

Idem communi conſenſu Sanctorum Patrum. ibid.,

Ergo affirmatio Catholica vndequaque bene probata & vera eſt. ibid.

Argumenta etiam hæreticorum ſoluta fuerunt; de quibus declaratum fuit, quod neque certa, neque probabilia, ſed tantum ſophiſtica ſunt: Loca enim Scripturæ ab illis allata generalia ſunt, & nihil contradicunt locis proprijs pro affirmatione adductis. Et de his ſufficienter dictum eſt ſupra.

Nunc ſolummodo addendum, quod ſi Logicus conſiderabit ea, quæ Regno Chriſti conueniunt; mirabitur, quomodo poſſibile ſit, vt hæretici ad tantam cæcitatem deuenerint: vt totum Dei cultum publicum auferant; & vix priuatum concedant: Cum enim cultus publicus detur per perſonas publicas, quales ſunt Sacerdotes; item Clerici, & Religioſi Clauſtrales, qui ad ſolum cultum, Dei principaliter ſunt deſtinati: Itē Eccleſiæ, altaria, vaſa, veſtes, ritus, & cæremoniæ, ieiunia, dies feſti, diuina officia, Sacramenta, aliaque multa: Illi impudenter omnia negant, quaſi quod regnum Chriſti ad cultum Dei deſtinatum non ſit: Ergo ne regnum Chriſti publicum cultū per publicas, & honorabiliores perſonas. & in locis publicis, & inſignioribus, & in diebus feſtis & ſolemniter deſtinatis, & cum publicis ritibus, ac cæremonijs Deo non dabit? non ordinabit? Ergo, quod fecit Helias, quod Ioānes Baptiſta, quod Chriſtus non licebit nunc hominibus relinquere omnia, quæ habent, vt Deo ſeruiāt? Ergo regnum Chriſti ſine vnitate, ſine ordine, ſine gubernatione, ſine magiſtratibus confuſum, & inordinatum manebit? O vtinam tandem hæc veritas, quæ adeo clara eſt, ab hæreticis cognoſcatur. Verè enim hæreticas negationes regno Chriſti quam maximè iniurioſas eſſe, & illi nimis derogare, qui rectè conſiderabit, intuetur.

Cap. 10. De probatione Sacramenti Pœnitentiæ, & confeſſionis.

Dvplex eſt Pęnitentia, vna interna coram Deo, quæ dicitur virtus: Alia externa coram Sacerdote, quæ fit per confeſſionem: De prima non eſt controuerſia, quia tum hæretici, tum Catholici illam affirmant: De ſecunda eſt controuerſia, quia Catholici illam affirmant; Hæretici negant: Vtrique debent facere ſuas probationes, quæ modo examinandæ per Logicam ſunt.

Cap. 11. Proponitur concluſio Catholicorum, & explicatur.

COncluſio Catholicorum eſt hæc: Pęnitentia externa eſt Sacramentum: Medium, quo Catholici vtuntur ad illam probandam, eſt iuxta Logicam, Definitio vtriuſque extremi, ideſt prædicati, & ſubiecti concluſionis; Prædicatum eſt Sacramentum, cuius definitio ſupra poſita eſt: Subiectum eſt Pęnitentia externa, quæ ſic poteſt definiri: Eſt legitima confeſſio, & legitima abſolutio peccatoris: Vel ſic: Eſt actus iudicialis conſtans ex legitima confeſſione peccatoris, & ex legitima abſolutione Sacerdotis: Legitima autem confeſſio eſt illa, quæ habet coniunctam contritionem, & ſatisfactionem: & legitimo modo facta eſt, & eſt materia externæ Pęnitentiæ: Legitima abſolutio eſt illa quæ datur à Sacerdote habente authoritatem, & legitimo modo data eſt, & eſt forma pœnitentiæ externæ. Nunc probationes Catholicorum ponendæ ſunt.

Catech. Seſſ. 14. c. 3 & Catech. de Pęn.

Cap. 12. Probatio, quod Pœnitentia externa res ſenſibilis ſit.

PRima conditio Sacramenti eſt, quod ſit res ſenſibilis. Hoc ita probatur.

Per ſe nota in Metaph.

Maior. Quod habet materiam, & formam ſenſibilem.

Maior. Quod per ſe efficit remiſſionem peccato rum, per ſe efficit iuſtificationem. Iuſtificatio enim neceſſario requirit remiſſionem peccatorum, quę per gratiam fit. *S ſſ. 6. 7c*

Minor. Sed externa pænitentia per ſe efficit remiſſionem peccatorum: ergo.

Probatur minor: Quod per ſuam eſſentiam, ſeu materiam, & formam efficit aliquid; omnino per ſe, & ſecundum quod ipſum illud facit, veluti homo per ſe intelligit; quia per ſuam formam, & animam hoc facit: Minor: Sed Pænitentia externa per ſuam eſſentiam, ſeu materiam, & formam remittit, ſeu deſtruit peccata. Probatur de materia, quæ eſt legitima cōfeſſio; In hac enim continetur pęnitentia interna quę eſt virtus; Item contritio, confeſſio, & ſatisfactio: Item ſigna externa humilitatis, & pænitentiæ: Pænitentia autem virtus, vt fatentur hæretici, deponit peccatum, quia per illam homo tranſit ab iniuſtitia ad iuſtitiam: Ita contritio corde, Confeſſio ore, Satiſfactio opere deſtruunt peccata; Idem facit externa humiliatio; ergo legitima confeſſio quantum eſt ex parte hominis, etiam ad mentem hæreticorum eſt deſtructiua peccati; quia includit pęnitentiam virtutem, & ſolummodo ſuperaddit actus externæ humiliationis, & pœnitentiæ: Ideo ſi pœnitentia interna deſtruit peccatum, multo magis deſtruet, ſi cum interno etiam externum ad deſtructionem peccati coniunctum ſit: Ergo ex dictis apparet, quod materia Pænitentię ſacramenti deſtruit peccatum. *Arg. ad hominem.*

Hic notandum; Catholici concedunt pænitentiam internam: quæ virtus eſt, eſſe, & ſemper, etiam in lege naturæ fuiſſe neceſſariam ad remiſſionem peccati ſed dicunt in lege noua ſolam non ſufficere ad remiſſionem, ſed eſſe neceſſaria duo Sacramenta, nempè Baptiſmum, & Pænitentiam, quæ pænitentia actus externos in homine requirit. Tota ergo difficultas in hoc poſita eſt: Vtrum ad remiſſionem peccatorum in lege noua ſufficiat, ſola pænitentia virtus, an vero ſit poſt Baptiſmum neceſſaria abſolutio Sacerdotum.

Et

Cap. 16. Probatur ex Scriptura, peccata remitti per abſolutionem Sacerdotalem.

1. Locus Scripturæ & illius interpretatio

PRimus locus Scripturæ eſt. Matthæi cap. 16. vbi Chriſtus dixit Petro: Et tibi dabo claues regni cęlorum: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis: Et quodcunque ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum & in cælis. Cum autem peccata excludant à regno cęlorum; & gratia in illud introducat; videtur quod per claues intelligatur omnino poteſtas remittendi peccata, & retinendi; Si enim remittit peccata, introducit; ſi non remittit, excludit: Idem eſt de ligare, & ſoluere: Peccata enim ſunt vincula animę, & pęnæ ſunt vincula peccantium; ideo ſoluere eſt liberare à peccatis, ligare eſt pœnis afficere: Amplius, vel hoc ligare, & ſoluere referendum eſt ad animas, vel ad corpora: Non poteſt dici ad corpora, quia regnum Chriſti ſpirituale eſt; ergo ad animas eſt referendum: ſed in anima conſideratur tantum virtus, & vitium; & in vitio culpa, & reatus pænæ, quæ ligant animam; ergo ligare, & ſoluere litteraliter acceptum in regno Chriſti ſignificabit ſoluere à culpa, & ligare pęnis; Item remittere culpam, vel non remittere illam; idem de pęna: Quod ſi litteralis horum verborum ſignificatio talis eſt; & nullum ex tali ſignificatione ſequitur incõueniens: imo omnia illi vndequaque conſona ſunt: Et Eccleſia Catholica ita interpretatur, omnino acceptanda eſt.

2. Locus cum ſua interpretatione.

Secundus locus Scripturæ eſt Matth. 18. vbi Chriſtus dixit diſcipulis ſuis: Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: Et quęcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo: Hæc enim verba, vel aliquid ſignificant, uel nihil: Non poteſt dici nihil; quia omnia verba ſapientis ſignificatiua ſunt: Si aliquid, quid eſt hæc ſignificatio, & res ſignificata: Ligare eſt funibus corpora; vinculis, & pænis animas conſtringere; Peccata etiã animas ligant; & qui nõ remittit peccata, cum poſſit aliquo modo animas ligat; quia ligatas illas permittit;

tis; & ſcriptura vocat damnatos eſſe ligatos; quia penis affecti ſunt; & in peccatis ſuis relicti: ergo ſi ligare; & ſoluere debet intelligi quoad animas, opus eſt dicere, præcipuè quoad peccata, & pœnas illorum dicta verba intelligenda eſſe: Et confirmatur ex loco ſequenti.

3. *Locus.* Tertius locus eſt Ioan. 20. Vbi Chriſtus ita locutus eſt Diſcipulis ſuis; Pax vobis, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos; Hæc cum dixiſſet inſufflauit, & dixit eis; Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quid clarius dici poteſt? Notentur ſingula verba: primo ait; Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: Vtique Pater miſerat eum ad annunciandum annum Iubilæi, & remiſſionem peccatorum: Ipſe venit liberare nos à peccatis: Ecce ad idem munus mittit Apoſtolos: ſecundo inſufflauit: O bone Deus quanta myſteria hac inſufflatione ſignificatur: tertio dixit eis. Vtique eis Apoſtolis, & Diſcipulis: Accipite Spiritum ſanctum: Dic quęſo lector, Hęc actio poteſt ne maiori verborum, & rerum apparatu ſignificari? Quare Chriſtus prius mittit, prius inſufflat, prius dat Spiritum ſanctum; niſi quia maxima admodum res exiſtit, quam facturus eſt? Quid eſt hæc res? Audi: Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Vtiq; poteſtas remittendi, & retinēdi peccata res maxima eſt; Vtique admirabile eſt, quod homini data ſit: Vtique rectè ſit, quod prius tradatur Spiritus ſāctus, quā hæc poteſtas conceſſa ſit: Sine Spiritu ſancto enim peccata non remittuntur; Perpende verba: Ait, Peccata: Verbum clarū eſt, & in Scriptura toties repetitum; Obſecro Logicum, vt huius verbi ſignificationē attendat: Quid dicis hæretice? Quid intelligis per peccata? Verba Dei? ergo Verba Dei peccata ſunt? ergo Apoſtolis data eſt poteſtas ligandi, & ſoluēdi verba Dei? Quænam eſt cauſa, vt in re tanti momenti à ſenſu litterali adeo claro ſit recedendum? Sed perpendamus illud Verbum, Remiſeritis; & videamus an ſacra Scriptura accomodet hanc locutionem peccatis:

catis: Ecce paſſim hoc facit: Chriſtus fuit conſuetus dicere; Remittuntur tibi peccata tua: In Symbolo dicitur; Remiſſionem peccatorum: Idem in ſcriptura ſæpius; ergo hæc ſignificatio eſt propria, & freques in ſacra ſcriptura: Si ergo hæc litteralis ſignificatio concordat cum locis dictis, & cum alijs ſacræ ſcripturæ; nec vlla adeſt cauſa cur à litera ſit recedendum; imò omnia cum hac explicatione concordant, tanquã locus clarè, & directè probans habendus eſt, & hæreticorum diuerſiones, tanquam ſomnia, ſunt reijcieda.

Quartus locus eſt Ioannis cap. 11. Vbi Chriſtus de Lazaro, qui erat figura peccatoris, dixit Apoſtolis; Soluite illum, & ſinite abire; ad ſignificandum, quod officium ſacerdotum eſt peccatores ſoluere à peccatis, vt liberos à ſe dimittant. Ita enim ſanctus Auguſtinus illum locum interpretatur. 4. *Locus.*

Quintus locus eſt, vbi Chriſtus dixit leproſis. Luc. 17. Ite oſtendite vos ſacerdotibus; & dum irent mundati ſunt; Sic enim docet lepram peccati à sacerdotibus eſſe curandam; quia peccata remittere poſſunt. 5. *Locus.*

Sextus locu eſt Matthæi 18. Vbi Chriſtus Petro interroganti an ſepties dimitteret peccata fratri ſuo, dixit: Non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties: Ibi enim facta eſt interrogatio de remiſſione peccati. 6. *Locus.*

Cap. 17. Dicta explicatio litteralis probatur authoritate Eccleſiæ.

QVod dicta explicatio approbetur ab Eccleſia Catholica clariſſimum eſt.

Primo enim probatur Verbo Dei non ſcripto, quia antiquiſſima Traditio docet, quod Apoſtoli, & Primitiua Eccleſia ita docuerunt, crediderunt, obſeruarunt.

2. Concilia generalia ita de fide determinant.

3. Ita vnanimis conſenſus Patrum loca illa Scripturæ interpretatur.

4. Eccleſia Catholica nunc, & in preteritis ſeculis, vt ſenſus videt, vſu, conſuetudine, iudicio, atque determinatione docet, credit, obſeruat.

Cap. 18. Confirmatur ex teſtamento veteri, & nouo.

TEſtamentum vetus idem confirmat: Vt autem ita eſſe clarius intelligatur, ſciendum eſt, nunc in controuerſiam verti, vtrum in regno Chriſti expedierit ordinare, quod peccatorum remiſſio, non ſola interiori pœnitentia, ſed aliquo etiam exteriori, & ſenſibili ſigno facta ſit. Sacramentum enim Pœnitentiæ interiori pœnitentię addit ſignum exterius, quod eſt abſolutio ſacerdotum. Si enim probetur, quod in lege naturæ, & ſcripta præter interiorem pœnitentiam, ſemper aliqua exterior actio ad remiſſionem peccati ordinata eſt; clarè patebit, quod Chriſtus in lege noua hanc exteriorem actionem in remiſſionem peccatorum rectè ordinauerit. Probatur ergo ita factum in lege ſcripta.

Lex vetus. Primo Leproſi, qui erant figura peccatorum in lege veteri mittebantur ad ſacerdotes, qui lepram à lepra ex officio diſcernebant, & quæ opus erant ad illorum mundationem fieri curabant.

Eadem. 2. Homines, & alia, quæ dicebantur immunda; quid autem eſt magis immundum quam peccata; vt plurimum officio, & miniſterio ſacerdotum mundabantur; & hoc aliqua externa, & ſenſibili actione.

Eadem. 3. Ad idem ſeruiebant tot Baptiſmata, & lotiones, & purificationes populi illius.

Heb. 9. 4. In illa lege quædam ſacrificia erãt ordinata ad expiationem peccatorum, & S. Paulus ait, & oĩa pene in ſanguine ſecundum legem mundantur; & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio; Ecce externa actio vnita interiori pęnitentiæ in remiſſione peccatorum.

Eadem. 5. In veteri lege remiſſio peccati originalis etiam in adultis fiebat per circunciſionem, & non per ſolam interiorem pęnitentiam: ergo in lege ſcripta peccatũ originale cum aliquo ſigno exteriori remittebatur, & conuenit ita fieri.

Eadem. 6. Populus, qui peccauerat murmurãdo, & à ſerpẽtibus morti addictus erat; Deus voluit à peccato, &

a pœ-

à pœna liberare, non per ſolam interiorem pœnitentiam;ſed actionem voluit exteriorem, quæ eſt exaltatio ſerpentis ænei,& aſpectus illius.

7. Niniuitæ exteriori pœnitentia remiſſionem peccatorum obtinuerunt;idem ſepiſſimè populo Hebręo contigit,vt in Iudith, & Eſther apparet. *Eadem.*

8. In lege noua prima remiſſio peccati, tam in infantibus, quam in adultis fit per Baptiſmum, qui eſt actio externa addita interiori pęnitentiæ:ergo eadem ratione erit conueniens, quod ſecundæ remiſſiones cũ externa actione fiant. *Lex noua.*

9. De S. Ioanne Baptiſta ſcriptum eſt; Prędicans Baptiſmum pęnitentiæ in remiſſionem peccatorum: Ecce remiſſio peccatorum coniunctam habet actionem exteriorem,quæ eſt Baptiſmus. *Eadem.*

10. In remiſſione peccatorum facta à Chriſto Magdalenæ,& Paralytico,Chriſtus protulit verba abſolutionis,& Magdalena, & Paralyticus fecerant actum exterioris pœnitentiæ:Ita mulier, quæ patiebatur fluxum ſanguinis, tetigit fimbriam ex vna parte, ex alia Chriſtus illam ſanauit: Ita languidum Piſcinæ iuſſit tollere lectum, & ambulare: Ita miſit cęcum natum ad Natatoriam Siloè: Ita Piſcina,quæ erat figura Pęnitentiæ,duo requirebat, Deſcenſum Angeli;& ingreſſum infirmi in aquam: Ita ſæpiſſimè pro recipiẽda ſanitate tempore Chriſti aliqua externa actio fiebat à ſanando, & aliqua à Chriſto ſanante: Ergo externa pęnitentia,quæ dicitur Sacramentum,maximã habet conuenientiã cum veteri, & nouo Teſtamento. *Eadem.*

Cap. 19. Confirmatur ratione, & lumine naturali.

PRima eſt ex Conc. Trid. Remiſſio peccati in lege noua fit prima vice in Baptiſmo,& ſecunda vice in Sacramento Pęnitentia: Ad primam duo requiruntur nempè pęnitentia interior, & Baptiſmus, qui actio exterior eſt: Ait autem,quia recidiuationes, & reiterationes peccatorum grauiores ſunt, & maiorem Spiritui ſancto iniuriam afferunt;ad bonam in- *Seſſ. 14. c. 2*

regno Chriſti gubernationem requirebatur, vt ſecundæ remiſſiones eſſent magis afflictiuæ, atque penoſæ, vt ſic homines à peccatis coercerentur: Hoc autem fit; ſi per abſolutionem ſacerdotum cum impoſitione pęnarum peccata remittantur, ſicut fit in Sacramento Penitentiæ.

De pœnit. nu. 11. 2. Eſt Catechiſmi Rom. Remiſſio peccati facta per externam cõfeſſionem, & ſacerdotum abſolutionem, ac pęnarum impoſitionem, reddit homines multo certiores de dicta remiſſione: Homo enim non poteſt eſſe certus de his, quæ ab ipſo fiunt, an bene ſint facta: Ob hoc Chriſtus ita inſtituit.

Ex libris Polit. Ex cõi iudicio, & uſu. 3. Ius naturale docet, tranſgreſſiones legum ad magiſtratus, ac iudices eſſe deferendas, vt ab illis puniãtur: Et ita omnes gentes obſeruant; ergo conueniẽter in regno Chriſti factum eſt, quod peccata fidelium ad ſacerdotes, qui ſunt iudices animarum, per confeſſionem delata ſint, vt per ſententiam illorum vel ſint ligati, vel abſoluti.

A ratione naturali. 4. Cum inter duos inimicos reconciliatio faciẽda eſt, non ſufficit, quod pars, quæ fecit offenſam, præcipuè ſi admodum vilior, & offenſo ſubdita ſit; in ſeipſa doleat de offenſa, & dominum offenſum cupiat habere amicum; Offendens enim non poteſt ſibi facere remiſſionem offenſæ alteri factæ, ideo neceſſe eſt, quod in dicta reconciliatione offenſus, vel per ſe, vel per alium faciat remiſſionem offenſæ, & offendẽtem, quẽ pœnitet offenſę, & petit veniam paratus ſubire pęnã, accepret in amicitiam. Cum ergo in remiſſione peccatorum poſt Baptiſmum fiat inter peccatorem, & Deum reconciliatio, conuenit, vt ex parte peccatoris fiat confeſſio, & ex parte Dei per ſacerdotem abſolutio facta ſit.

Ratio naturalis. 5. Si ſolus Deus, qui fuit offenſus, poteſt remittere peccata in illum perpetrata: Quænam ratio dictare poteſt, quod remiſſio ſine Deo facienda ſit?

Per impoſſibile. 6. Valdè repugnat lumini naturali, ſi quis dicat, in ſola offendentis voluntate, ac poteſtate eſſe poſitum, vt offenſam alteri factam annulletquia de iure naturę ſolus offenſus, potiſſimum Deus, poteſt hoc facere

re; ſed ſi ſola pænitentia virtus delet peccata, ſolus oſtendens illa delet, quod eſt inconueniens: ergo.

7. Inexplicabile eſt, quantæ ſit vtilitatis hæc in regno Christi Sacramenti Pænitentię inſtitutio: Per confeſſionem enim datur occaſio Sacerdoti, vt poſſit docere pænitentem, quod ignorat: corrigere in quo errat: dirigere in viam virtutis, quam non callet; excitare illum, ſi tepidus eſt: & illum demum ad meliorem reducere vitam: Ideo conuenit Regno Chriſti. *Catech. de pœn. n. 37.*

8. Si hæretici dicant: Grauis, & moleſta eſt lex confeſſionis: Reſpondetur: Nos Catholici, qui illam obſeruamus, experimur contrarium; quia poſt obtentam abſolutionem, oritur in nobis maxima pax, tranquilitas, atque iocunditas: & iuſtum eſt, vt magis credatur illis, qui experiuntur, quam qui non experiuntur. Et lex confeſſionis multis circũſtantijs comitata eſt, quæ illam leuem faciunt. Ideo S. Iacobus ait: Confitemini alterutrum peccata veſtra. *Conc. ſeſſ. 14. c. 3.*

9. Cum certum ſit, homines poſt Baptiſmum multa poſſe committere peccata, etiam mortalia; & certum ſit neminem cum tali peccato poſſe ingredi cælum; omnino in regno Chriſti dandum erat medium, per quod dicta peccata remitti poſſint; Quod autem interna pænitentia ſit medium ex parte peccatoris, & ſit in adultis ad remiſſionem peccati tum prima, tum ſecunda vice neceſſarium; certum eſt: Sed aliud medium ex parte Dei eſt aſſignandum: & pro prima vice eſt dicta interna pænitentia cum Baptiſmo; reſtat ergo videre de medio poſt Baptiſmum: Hoc mediũ ex parte Dei nullum aliud apparet, quam abſolutio Sacerdotum, & poteſtas illis data; ergo in regno Chriſti ex inſtitutione ipſius hoc mediũ ad remiſſionem peccati eſt neceſſarium; & ſic decuit fieri, & ita factum eſt. Confirmatur: Magdalena habuit ad pedes Chriſti internam, item externam pęnitentiam; & tamẽ Chriſtus dixit illi, Remittuntur tibi peccata tua: Vbi Chriſtus apertè ſignificauit, præter pęnitentiam peccatoris requiri etiam actum remiſſionis ex parte Dei, vt dictum eſt. *A fine regni Chriſti*

Digitized by Google

Ducit ad impoſſibile 10. Si ſola pęnitentia interna eſt cauſa totalis remiſſionis peccatorum, cui etiam addatur externa ex parte pænitentis; ſequuntur multa inconuenientia; nempè, quod ſolus peccator ſit cauſa remiſſionis, Deus vero non: Solus enim peccator eſt cauſa pęnitentiæ, quia in Deo non eſt pœnitentia, cùm non ſit peccatum: Quod autem eſt cauſa cauſę, eſt cauſa cauſati; ergo ſi ſolus peccator elicit actum pęnitentiæ, & hæc ſola eſt cauſa totalis remiſſionis peccatorum; ſolus peccator eſt cauſa huius remiſſionis; at eſt impoſſibile, quod ſolus peccator hoc faciat; quia ſolius Dei eſt remittere peccata: ergo ſola pęnitentia non eſt cauſa totalis remiſſionis; ergo alia cauſa ex parte Dei eſt aſſignanda: Nulla autem alia poteſt afferri, niſi abſolutio Sacerdotum, de qua Chriſtus tot locis locutus eſt; & maximè conuenit Deo, cum ſacerdotes ſint Vicarij illius; & Chriſtus illis dederit hanc poteſtatem cum certitudine effectus; quod requiritur ad rationem Sacramenti; Talis enim certitudo apparet ex illis verbis: Erit ligatum, erit ſolutū in cælo, quaſi Chriſtus dicat. Vos quidem viſibiliter afferetis abſolutionem in terris, ſed alia abſolutio fiet in cælis, quia veſtrum miniſterium, & veſtra poteſtas ſubordinata eſt meæ poteſtati, quæ in cælis eſt, & tanquam Vicarij mei abſoluetis a peccatis.

Maximè ergo conuenit regno Chriſti, vt peccata poſt Baptiſmum commiſſa per abſolutionem ſacerdotum remiſſa ſint: Quod vt clarius appareat diſcurſu Logico nunc explicare tentabo.

Cap. 20. Diſcurſus Logicus de remiſſione peccatorum, & de cauſis illius.

Ex ſcriptura. Ex Conc. ſeſſ. 6. per totum. IN regno Chriſti, ſeu gratiæ effectus principaliſſimi duo ſunt; & primus eſt remiſſio peccati; alius eſt gratiæ iuſtificantis collatio. Hi duo effectus ita inter ſe ſunt coniuncti, vt vnus ab altero quadam ratione ſeparari non poſſit: Cū enim omnes filij Adā in peccato naſcantur; cum hoc autem peccato introire in cælum impoſſibile ſit; Item eadem ſit impoſſibili-

ſibilitas introeundi in regnum gloriæ, ſine gratia Dei; Regnum autem Chriſti pro fine habeat electos intro ducere in vitam ęternam; neceſſario ſequitur, quod in Regno Chriſti remiſſio peccatorũ & collatio gratię ſint effectus omnino neceſſarij, & principaliſſimi, quod ita probatur.

Maior. Illæ actiones, quæ omnino ſunt neceſſariæ ad obtinendum finem regni Chriſti; ſunt neceſſarię, & principaliſſimę in dicto regno.

Minor. Sed remiſſio peccatorum, & collatio gratiæ ſunt actiones ad finem regni Chriſti obtinendum neceſſariæ; ergo ſunt neceſſariæ, & principaliſſimæ. Seſſ. 5. & 6.
Minor patet: quia omnes homines duo habent; Vnũ eſt peccatum, in quo nati ſunt; aliud carentia gratiæ, quę ſimul cum peccato ſtare non poteſt; Cum ergo finis regni Chriſti ſit introducere electos in vitam ęternam; clarè ſequitur, quod ſupra dictum eſt.

Hoc ita ſuppoſito ad Logicum ſpectat conſiderare quattuor cauſas huius effectus, qui eſt remiſſio peccatorum: Et opus eſt examinare, in quocunque genere cauſæ tum primas, tum immediatas.

Cauſa finalis remiſſionis peccatorum eſt, vt patet Seſſ. 6. c. 7. ex dictis, gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna: Ad hęc tanquam ad finem ordinari remiſſionem peccatorum ita probatur: Maxima enim diuinę bonitatis communicatio maximam gloriam Deo parit: ſed in remiſſione peccatorum maxima fit diuinæ bonitatis communicatio, quia etiam mala, & peccata in bonũ conuertit: Item maxima gloria Chriſto conſurgit, qui in ſua paſſione nobis meruit hanc remiſſionem: Item nobis parat beatitudinem: quia vna cum remiſſione peccati, confertur gratia, per quã nos meremur vitam ęternam; ergo remiſſio peccati habet finem iam dictum: Eundem finem habet gratię collatio, ob rationem iam dictam.

Circa materiam huius remiſſionis tria conſiderãda ſunt; primo materia remota, quæ eſt, nõ dico peccatum, quia peccatum non eſt materia gratiæ, ſed dico homo peccator; homo enim eſt materia tum peccati, tum gratię: Sicut enim frigus non eſt materia Seſſ. 6. c. 5. 6. 7.
cale-

calefactionis, quia frigus non fit calidum; ſed manus frigida eſt materia, quia per calefactionem à manu remouetur frigiditas, & introducitur calor; ita ab homine peccatore remouetur peccatum, & introducitur gratia, quæ peccato contraria eſt: Homo ergo eſt materia remota remiſſionis peccatorum: Dixi autem remota, quia ſolus homo non eſt ſubiectum remiſſionis peccatorum; ſed, vt talis fiat materia, duo ſaltem in adultis, omnino neceſſaria, & modo, & ſemper fuerunt: Et vnum eſt ex parte hominis, & eſt pœnitentia virtus, ſine qua nulli adulto fit remiſſio peccati: Hæc enim pænitentia eſt preparatio hominis ad remiſſionem peccati recipiendam: & ſicut ligna viridia, niſi exſiccentur, non comburuntur; ita homo adultus neque per Baptiſmum, neque per Pænitentiã ſacramentum, recipit peccati remiſſionem, niſi pænitens fiat: Aliud requiſitum eſt applicatio meriti Chriſti, qui ſuâ paſſione meruit nobis remiſſionem peccatorum: Meritum autem, vt ait S. Thomas, pertinet ad cauſam materialem: qui enim meretur aliquid, reddit ſe materiam dignam ad recipiendum quod meruit: Hæc autem applicatio meriti Chriſti tum in lege veteri, tum in noua, fit per aliquod ſignum externum, veluti in lege veteri proteſtatio fidei in Chriſtũ venturum, & in lege noua per Sacramenta: Hac facta meritorum Chriſti applicatione homo peccator fit materia proxima ad gratiam recipiendam cum remiſſione peccatorum: Et hæc Logico more cauſam materialem complerè explicant.

Seſſ 6 c. 6. Catech. de pœnit. nu. 1. & ſeq.

1 p. q. 23. art. 5.

Seſſ. 6. c. 7. Circa formam huius remiſſionis ait Cõciliũ Trid. Gratia iuſtificans, ſeu diuina iuſtitia, non qua Deus iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit, eſt forma remiſſionis: Sicut enim forma calefactionis eſt calor, quo formaliter manus frigida liberatur a frigore, & calida fit; ita homo peccator, & pœnitens, cui applicatum eſt meritum Chriſti, per gratiam iuſtificantem liberatur à peccato, & de inimico fit Dei amicus, & iuſtus. Hæc igitur eſt forma totalis, & completa tum remiſſionis, tum iuſtificationis.

Conc. ilid. Circa cauſam efficientem, certum eſt, quod ſolus Deus

Deus eſt cauſa prima,& quod ipſe ſolus per ſe,& primo remittit peccata, & confert gratiam;ita vt neque Chriſtus conſideratus vt homo,prima cauſa dici poſſit. Si autem de cauſa mediata ſermo ſit, certum eſt, quod Chriſtus vt homo conſideratus, cauſa efficiens non prima ſimpliciter,ſed prima inter ſecundas dicẽdus eſt. Quia tamen idem Chriſtus erat Deus, & homo,& vt homo diuinam habebat perſonam,ſequitur, quod Chriſtus propria authoritate peccata remittebat; Et Chriſtus fuit primus,vt ait Catechiſmus,cui à Deo hæc poteſtas data ſit. *Catec.art. 10.nu.8.* *Cat.ib.n.9* *ibid. nu.9.*

Quod autem Chriſtus dederit Apoſtolis,& Sacerdotibus hanc poteſtatem remittendi peccata,patet ex ijs, quæ antea dicta ſunt: Neque tamen Sacerdotes propria authoritate,vt Chriſtus, ſed vt miniſtri Chriſti hoc faciunt. Fides ergo Catholica de hac cauſa efficienti ita docet: Prima cauſa eſt Deus: Chriſtus vt homo immediatè à Deo hanc habet authoritatem, & ideo authoritatiue peccata dimittit: Apoſtoli,& ſacerdotes immediatè à Chriſto hanc poteſtatem acceperunt, vt patet ex dictis, & hoc faciunt non propria authoritate, ſed vt miniſtri Chriſti: Ideo ſolus Chriſtus mediator eſt: Vltimum medium per quod fit remiſſio peccatorum,ait Catechiſmus, ſunt Sacramenta: Duo autem ſunt Sacramenta, per quæ remiſſio fit principaliter peccatorũ, nempè Baptiſmus, & Pœnitentia, ille prima,iſta ſecunda vice: Cum enim poſt Baptiſmum fideles multa committant peccata,neceſſe erat, vel excludere eos à Paradiſo, vel medium aliquod ordinari à Chriſto,per quod talia peccata dimittentur. Hoc autem Pœnitentiæ Sacramentum eſt;à quo duo effectus principales producuntur: Ex vna enim parte merita Chriſti ex illius ordinatione homini peccatori pœnitenti applicantur, vt gratiæ capax efficiatur; ex alia mediante hoc Sacramento tanquam diuinæ virtutis inſtrumento, Deus ſeu Chriſtus per ſacerdotes efficit remiſſionem peccatorum, & gratiam; Et hæc eſt Catholicæ Eccleſiæ vera doctrina. *Catec.art. 10.nu.9.* *Conc. & Catec. ibi.* *ibid.* *ibid. Cat.*

Hoc loco notandum eſt, hæreticos grauiſſimè errare

rare in maximo principio, dum credunt indignū eſſe Deo, vt per ſecundas cauſas ſuos effectus producat: Ideo inter Deum, & homines nullum volunt dari mediatorem niſi Chriſtum: Propterea negant Sacramenta, & interceſſionem ſanctorum, & viſibiles magiſtratus, & alia; Ob hoc, etiam nolunt ſacerdotibus datam eſſe poteſtatem remittendi peccata: verum hallucinantur, vt ſupra dictum eſt, quia Deus tum in operibus naturæ, tum gratiæ, tum iuſtitiæ vtitur ſecundis cauſis ad producendos plurimos effectus: Veluti vtitur cælo ad effectus in terra producendos: Vtitur dæmonibus ad damnatos puniendos; Vtitur Angelis, & magiſtratibus ad hominum gubernationem exercendam: Demum vtitur marito ad gubernationem vxoris; Ita Patre vtitur ad filios gubernandos, & idem eſt de Domino, de Regibus, ac Principibus. Errant etiam non conſiderantes, quod vti aliquo inſtrumento non derogat dignitati artificis: Rex enim ad ſubſcribendam legem, ſi vtatur calamo, & atramento, & ſigillo, & cancellario, nunquid dicetur rem facere indignam ſe? Ita, ſi Deus miſit ſeruos ſuos, qui vocarent inuitatos ad nuptias; Ita ſi miſit Prophetam Ionam, & alios ad populos peccatores arguendos: Ita ſi mittit Angelos in miniſterium ad homines; & Angelos deſtinat ad noſtram cuſtodiam; & miſit Angelum Gabrielem ad Virginem; & alia multa; nunquid ob hoc Deus rem fecit indinam ſe? Hic error maximus eſt: Dei maieſtas glorificatur magis, ſi ſecundis vtatur cauſis ad effectus producendos.

Dicat mihi quæſo hæreticus: Vel conuenit, vel non conuenit Deo vti aliqua re ſenſibili tanquam inſtrumento ad remittenda peccata: Quid dicis? Non conuenit: Quare ergo in prima remiſſione vtitur Baptiſmo, vt inſtrumento? Baptiſmus enim eſt res ſenſibilis, & Sacramentum? Quare in veteri teſtamento vſus eſt circuncifione, & alijs? Quare Chriſtus toties ſignis ſenſibilibus vſus eſt? Si dicis Conuenit: Quare ergo hoc negas in Sacramento Pœnitentiæ? Si enim in Baptiſmo fit remiſſio: Si poſt Baptiſmum fit remiſſio. Et prima cauſa vtriuſque remiſſionis Deus eſt:

Cur

Cur ſi primà remiſſio fit per Sacramentum ſenſibile, & certum; ſecunda non debet fieri per aliud Sacramẽtum, quando per Baptiſmum ſæpius fieri vtile non iudicatur? Si peccator pęnitens ex parte Dei nullum habeat ſignum ſibi certã de remiſſione peccatorum, quomodo de illa poterit eſſe certus?

Cap. 21. Concluſio dictorum.

CVm ergo verba ſacræ ſcripturæ litteraliter, & ſecundum propriam ſignificationẽ accepta apertè doceant, Apoſtolis, & ſacerdotibus datam eſſe poteſtatem remittendi peccata: Si Traditio, & Eccleſia Catholica, & vnanimis conſenſus Patrum ita illa loca ſcripturæ interpretantur; Si ſenſui apertiſſimè patet, quod modo Eccleſia Catholica ita docet, ſentit, credit, vſum, & conſuetudinem habet, & idem fuit in omnibus præteritis ſeculis: Si ex Logica, & lumine naturali probatur ita conuenire regno Chriſti. Et ex contrario multa ſequi inconuenientia in illo: Si hæretici nullam habent certam, imo nec probabilem probationem in contrarium; quia neque per ſenſum, neq; per intellectum, neque per ſcripturam, probare poſſunt hanc negatiuam: Pęnitentia, & Abſolutio ſacerdotum non eſt Sacramentum: Senſus enim doces, modo, & ante Lutherum, Affirmatiuam eſſe, & fuiſſe veram; Intellectus etiam probat ex his, quæ naturali lumine cognoſcuntur, ita conuenire regno Chriſti; Et in ſacra ſcriptura non reperitur locus, qui litteraliter hanc negatiuam proponat; In lege noua ſacerdotes non abſoluunt a peccatis: Nos autem reperimus expreſſam affirmatiuam: Videtur, quod probatio de hoc Sacramento, quæ à Catholicis proponitur, certiſſima omnibus modis fit; quæ vero ab hæreticis fingitur, nullum non modo certitudinis, ſed neque probabilitatis habeat fundamentum.

Hac ſuppoſita probatione de vera ſcripturæ interpretatione iuxta ſenſum Catholicæ Eccleſiæ, ſequitur, quod omnia, quæ dicta Eccleſia de Sacramento Pęnitentiæ de fide determinauit; veluti quod ſoli ſacerdo-

Cap. 18. Confirmatur ex teſtamento veteri, & nouo.

TEſtamentum vetus idem confirmat: Vt autem ita eſſe clarius intelligatur, ſciendum eſt, nunc in controuerſiam verti, vtrum in regno Chriſti expedierit ordinare, quod peccatorum remiſſio, non ſola interiori pęnitentia, ſed aliquo etiam exteriori, & ſenſibili ſigno facta ſit. Sacramentum enim Pœnitentiæ interiori pœnitentię addit ſignum exterius, quod eſt abſolutio ſacerdotum. Si enim probetur, quod in lege naturæ, & ſcripta præter interiorem pœnitentiam, ſemper aliqua exterior actio ad remiſſionem peccati ordinata eſt; clarè patebit, quod Chriſtus in lege noua hanc exteriorem actionem in remiſſionem peccatorum rectè ordinauerit. Probatur ergo ita factum in lege ſcripta.

Lex vetus. Primo Leproſi, qui erant figura peccatorum in lege veteri mittebantur ad ſacerdotes, qui lepram à lepra ex officio diſcernebant, & quæ opus erant ad illorum mundationem fieri curabant.

Eadem. 2. Homines, & alia, quæ dicebantur immunda; quid autem eſt magis immundum quam peccata; vt plurimum officio, & miniſterio ſacerdotum mundabantur; & hoc aliqua externa, & ſenſibili actione.

Eadem. 3. Ad idem ſeruiebant tot Baptiſmata, & lotiones, & purificationes populi illius.

Heb. 6. 9. 4. In illa lege quædam ſacrificia erãt ordinata ad expiationem peccatorum, & S. Paulus ait, & oĩa pene in ſanguine ſecundum legem mundantur; & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio; Ecce externa actio vnita interiori pęnitentiæ in remiſſione peccatorum.

Eadem. 5. In veteri lege remiſſio peccati originalis etiam in adultis fiebat per circunciſionem, & non per ſolam interiorem pęnitentiam: ergo in lege ſcripta peccatũ originale cum aliquo ſigno exteriori remittebatur, & conuenit ita fieri.

Eadem. 6. Populus, qui peccauerat murmurãdo, & à ſerpẽtibus morti addictus erat; Deus voluit à peccato, &

a po-

à pœna liberare, non per ſolam interiorem pœnitentiam;ſed actionem voluit exteriorem, quæ eſt exaltatio ſerpentis ænei,& aſpectus illius.

7. Niniuitæ exteriori pœnitentia remiſſionem peccatorum obtinuerunt;idem ſepiſſimè populo Hebręo contigit,vt in Iudith, & Eſther apparet. *Eadem.*

8. In lege noua prima remiſſio peccati, tam in infantibus, quàm in adultis fit per Baptiſmum, qui eſt actio externa addita interiori pęnitentiæ:ergo eadem ratione erit conueniens, quod ſecundæ remiſſiones cũ externa actione fiant. *Lex noua.*

9. De S. Ioanne Baptiſta ſcriptum eſt; Prędicans Baptiſmum pęnitentiæ in remiſſionem peccatorum: Ecce remiſſio peccatorum coniunctam habet actionem exteriorem,quæ eſt Baptiſmus. *Eadem.*

10. In remiſſione peccatorum facta à Chriſto Magdalenæ,& Paralytico,Chriſtus protulit verba abſolutionis,& Magdalena, & Paralyticus fecerant actum exterioris pœnitentiæ: Ita mulier, quæ patiebatur fluxum ſanguinis, tetigit fimbriam ex vna parte, ex alia Chriſtus illam ſanauit: Ita languidum Piſcinæ iuſſit tollere lectum, & ambulare: Ita miſit cęcum natum ad Natatoriam Siloè: Ita Piſcina,quæ erat figura Pęnitentiæ,duo requirebat, Deſcenſum Angeli;& ingreſſum infirmi in aquam: Ita ſæpiſſimè pro recipiẽda ſanitate tempore Chriſti aliqua externa actio fiebat à ſanando, & aliqua à Chriſto ſanante: Ergo externa pęnitentia,quæ dicitur Sacramentum,maximã habet conuenientiã cum veteri, & nouo Teſtamento. *Eadem.*

Cap. 19. Confirmatur ratione, & lumine naturali.

PRima eſt ex Conc. Trid. Remiſſio peccati in lege noua fit prima vice in Baptiſmo,& ſecunda vice in Sacramento Pęnitentia: Ad primam duo requiruntur nempè pęnitentia interior, & Baptiſmus, qui actio exterior eſt: Ait autem,quia recidiuationes, & reiterationes peccatorum grauiores ſunt, & maiorem Spiritui ſancto iniuriam afferunt;ad bonam in- *Seſſ. 14. c. 2*

Digitized by Google

regno Chriſti gubernationem requirebatur, vt ſecundæ remiſſiones eſſent magis afflictiuæ, atque penoſæ, vt ſic homines à peccatis coercerentur: Hoc autem fit, ſi per abſolutionem ſacerdotum cum impoſitione pęnarum peccata remittantur, ſicut fit in Sacramento Penitentiæ.

De pœnit. nu. 11. 2. Eſt Catechiſmi Rom. Remiſſio peccati facta per externam cõfeſſionem, & ſacerdotum abſolutionem, ac pęnarum impoſitionem, reddit homines multo certiores de dicta remiſſione: Homo enim non poteſt eſſe certus de his, quæ ab ipſo fiunt, an bene ſint facta: Ob hoc Chriſtus ita inſtituit.

Ex libris Polit. Ex cõi iudicio, & uſu. 3. Ius naturale docet, tranſgreſſiones legum ad magiſtratus, ac iudices eſſe deferendas, vt ab illis puniãtur: Et ita omnes gentes obſeruant; ergo conuenięter in regno Chriſti factum eſt, quod peccata fidelium ad ſacerdotes, qui ſunt iudices animarum, per confeſſionem delata ſint, vt per ſententiam illorum vel ſint ligati, vel abſoluti.

A ratione naturali. 4. Cum inter duos inimicos reconciliatio faciẽda eſt, non ſufficit, quod pars, quæ fecit offenſam, præcipuè ſi admodum vilior, & offenſo ſubdita ſit; in ſeipſa doleat de offenſa, & dominum offenſum cupiat habere amicum; Offendens enim non poteſt ſibi facere remiſſionem offenſæ alteri factæ, ideo neceſſe eſt, quod in dicta reconciliatione offenſus, vel per ſe, vel per alium faciat remiſſionem offenſæ, & offendẽtem, quẽ pœnitet offenſę, & petit veniam paratus ſubire pęnã, acceptet in amicitiam. Cum ergo in remiſſione peccatorum poſt Baptiſmum fiat inter peccatorem, & Deum reconciliatio, conuenit, vt ex parte peccatoris fiat confeſſio, & ex parte Dei per ſacerdotem abſolutio facta ſit.

Ratio naturalis. 5. Si ſolus Deus, qui fuit offenſus, poteſt remittere peccata in illum perpetrata: Quænam ratio dictare poteſt, quod remiſſio ſine Deo facienda ſit?

Per impoſſibile. 6. Valdè repugnat lumini naturali, ſi quis dicat, in ſola offendentis voluntate, ac poteſtate eſſe poſitum, vt offenſam alteri factam annullet; quia de iure naturę ſolus offenſus, potiſſimum Deus, poteſt hoc face-

re; ſed ſi ſola pœnitentia virtus delet peccata, ſolus oſtendens illa delet, quod eſt inconueniens: ergo.

7. Inexplicabile eſt, quantæ ſit vtilitatis hæc in regno Chriſti Sacramenti Pænitentię inſtitutio: Per confeſſionem enim datur occaſio Sacerdoti, vt poſſit docere pænitentem, quod ignorat: corrigere in quo errat: dirigere in viam virtutis, quam non callet; excitare illum, ſi tepidus eſt: & illum demum ad meliorem reducere vitam: Ideo conuenit Regno Chriſti. *Catech. de pœn. n. 37.*

8. Si hæretici dicant: Grauis, & moleſta eſt lex confeſſionis: Reſpondetur: Nos Catholici, qui illam obſeruamus, experimur contrarium; quia poſt obtentam abſolutionem, oritur in nobis maxima pax, tranquilitas, atque iocunditas: & iuſtum eſt, vt magis credatur illis, qui experiuntur, quam qui non experiuntur. Et lex confeſſionis multis circũſtantijs comitata eſt, quæ illam leuem faciunt. Ideo S. Iacobus ait: Confitemini alterutrum peccata veſtra. *Conc. ſeſſ. 14. c. 3.*

9. Cum certum ſit homines poſt Baptiſmum multa poſſe committere peccata, etiam mortalia; & certum ſit neminem cum tali peccato poſſe ingredi cælum; omnino in regno Chriſti dandum erat medium, per quod dicta peccata remitti poſſint; Quod autem interna pænitentia ſit medium ex parte peccatoris, & ſit in adultis ad remiſſionem peccati tum prima, tum ſecunda vice neceſſarium; certum eſt: Sed aliud medium ex parte Dei eſt aſſignandum: & pro prima vice eſt dicta interna pænitentia cum Baptiſmo; reſtat ergo videre de medio poſt Baptiſmum: Hoc mediũ ex parte Dei nullum aliud apparet, quam abſolutio Sacerdotum, & poteſtas illis data; ergo in regno Chriſti ex inſtitutione ipſius hoc mediũ ad remiſſionem peccati eſt neceſſarium; & ſic decuit fieri, & ita factum eſt. Confirmatur: Magdalena habuit ad pedes Chriſti internam, item externam pęnitentiam; & tamẽ Chriſtus dixit illi, Remittuntur tibi peccata tua: Vbi Chriſtus apertè ſignificauit præter pęnitentiam peccatoris requiri etiam actum remiſſionis ex parte Dei, vt dictum eſt. *A fine regni Chriſti*

Ducit ad impoſſibile

10. Si ſola pœnitentia interna eſt cauſa totalis remiſſionis peccatorum, cui etiam addatur externa ex parte pænitentis; ſequuntur multa inconuenientia; nempè, quod ſolus peccator ſit cauſa remiſſionis, Deus vero non: Solus enim peccator eſt cauſa pœnitentiæ, quia in Deo non eſt pœnitentia, cùm non ſit peccatum: Quod autem eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati; ergo ſi ſolus peccator elicit actum pœnitentiæ, & hæc ſola eſt cauſa totalis remiſſionis peccatorum; ſolus peccator eſt cauſa huius remiſſionis; at eſt impoſſibile, quod ſolus peccator hoc faciat; quia ſolius Dei eſt remittere peccata: ergo ſola pœnitentia non eſt cauſa totalis remiſſionis; ergo alia cauſa ex parte Dei eſt aſſignanda: Nulla autem alia poteſt afferri, niſi abſolutio Sacerdotum, de qua Chriſtus tot locis locutus eſt; & maximè conuenit Deo, cum ſacerdotes ſint Vicarij illius; & Chriſtus illis dederit hanc poteſtatem cum certitudine effectus; quod requiritur ad rationem Sacramenti; Talis enim certitudo apparet ex illis verbis: Erit ligatum, erit ſolutũ in cælo, quaſi Chriſtus dicat. Vos quidem viſibiliter afferetis abſolutionem in terris, ſed alia abſolutio fiet in cælis, quia veſtrum miniſterium, & veſtra poteſtas ſubordinata eſt meæ poteſtati, quæ in cælis eſt, & tanquam Vicarij mei abſoluetis a peccatis.

Maximè ergo conuenit regno Chriſti, vt peccata poſt Baptiſmum commiſſa per abſolutionem ſacerdotum remiſſa ſint: Quod vt clarius appareat diſcurſu Logico nunc explicare tentabo.

Cap. 20. Diſcurſus Logicus de remiſſione peccatorum, & de cauſis illius.

Ex ſcriptura.

Ex Conc. ſeſſ. 6. per totum.

IN regno Chriſti, ſeu gratiæ effectus principaliſſimi duo ſunt; & primus eſt remiſſio peccati; alius eſt gratiæ iuſtificantis collatio. Hi duo effectus ita inter ſe ſunt coniuncti, vt unus ab altero quadam ratione ſeparari non poſſit: Cũ enim omnes filij Adã in peccato naſcantur; cum hoc autem peccato introire in cælum impoſſibile ſit; Item eadem ſit impoſſibili-

ſibilitas introeundi in regnum gloriæ, ſine gratia Dei; Regnum autem Chriſti pro fine habeat electos intro ducere in vitam ęternam; neceſſario ſequitur, quod in Regno Chriſti remiſſio peccatorũ & collatio gratię ſint effectus omnino neceſſarij, & principaliſſimi, quod ita probatur.

Maior. Illæ actiones, quæ omnino ſunt neceſſariæ ad obtinendum finem regni Chriſti; ſunt neceſſarię, & principaliſſimę in dicto regno.

Minor. Sed remiſſio peccatorum, & collatio gratiæ ſunt actiones ad finem regni Chriſti obtinendum neceſſariæ; ergo ſunt neceſſariæ, & principaliſſimæ. Minor patet: quia omnes homines duo habent; Vnũ eſt peccatum, in quo nati ſunt; aliud carentia gratiæ, quę ſimul cum peccato ſtare non poteſt; Cum ergo finis regni Chriſti ſit introducere electos in vitam ęternam; clarè ſequitur, quod ſupra dictum eſt. *Seſſ. 5. & 6.*

Hoc ita ſuppoſito ad Logicum ſpectat conſiderare quattuor cauſas huius effectus, qui eſt remiſſio peccatorum: Et opus eſt examinare, in quocunque genere cauſæ tum primas, tum immediatas.

Cauſa finalis remiſſionis peccatorum eſt, vt patet ex dictis, gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna: Ad hęc tanquam ad finem ordinari remiſſionem peccatorum ita probatur: Maxima enim diuinę bonitatis communicatio maximam gloriam Deo parit: ſed in remiſſione peccatorum maxima fit diuinæ bonitatis communicatio, quia etiam mala, & peccata in bonũ conuertit: Item maxima gloria Chriſto conſurgit, qui in ſua paſſione nobis meruit hanc remiſſionem: Item nobis parat beatitudinem: quia vna cum remiſſione peccati, confertur gratia, per quã nos meremur vitam ęternam; ergo remiſſio peccati habet finem iam dictum: Eundem finem habet gratię collatio, ob rationem iam dictam. *Seſſ. 6. c. 7.*

Circa materiam huius remiſſionis tria conſiderãda ſunt; primo materia remota, quæ eſt, nõ dico peccatum, quia peccatum non eſt materia gratiæ, ſed dico homo peccator; homo enim eſt materia tum peccati, tum gratię: Sicut enim frigus non eſt materia *Seſſ. 6. c. 5. 6 7.*

cale-

calefactionis, quia frigus non fit calidum; ſed manus frigida eſt materia, quia per calefactionem à manu remouetur frigiditas, & introducitur calor; ita ab homine peccatore remouetur peccatum, & introducitur gratia, quæ peccato contraria eſt: Homo ergo eſt materia remota remiſſionis peccatorum: Dixi autem remota, quia ſolus homo non eſt ſubiectum remiſſionis peccatorum; ſed, vt talis fiat materia, duo ſaltem in adultis, omnino neceſſaria, & modo, & ſemper fuerunt: Et vnum eſt ex parte hominis, & eſt pęnitentia virtus, ſine qua nulli adulto fit remiſſio peccati: Hæc enim pænitentia eſt pręparatio hominis ad remiſſionem peccati recipiendam: & ſicut ligna viridia, niſi exſiccentur, non comburuntur; ita homo adultus neque per Baptiſmum, neque per Pænitentiã ſacramentum, recipit peccati remiſſionem, niſi pænitens fiat: Aliud requiſitum eſt applicatio meriti Chriſti, qui ſuã paſſione meruit nobis remiſſionem peccatorum: Meritum autem, vt ait S. Thomas, pertinet ad cauſam materialem, qui enim meretur aliquid, reddit ſe materiam dignam ad recipiendum quod meruit: Hæc autem applicatio meriti Chriſti tum in lege veteri, tum in noua, fit per aliquod ſignum externum, veluti in lege veteri proteſtatio fidei in Chriſtũ venturum, & in lege noua per Sacramenta: Hac facta meritorum Chriſti applicatione homo peccator fit materia proxima ad gratiam recipiendam cum remiſſione peccatorum: Et hęc Logico more cauſam materialem complete explicant.

Seſſ 6 c. 6. Catech. de pœnit. nu. 1. & ſeq.

1 p. q. 23. art. 5.

Circa formam huius remiſſionis ait Cõciliũ Trid. Gratia iuſtificans, ſeu diuina iuſtitia, non qua Deus iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit, eſt forma remiſſionis: Sicut enim forma calefactionis eſt calor, quo formaliter manus frigida liberatur a frigore, & calida fit; ita homo peccator, & pœnitens, cui applicatum eſt meritum Chriſti, per gratiam iuſtificantem liberatur à peccato, & de inimico fit Dei amicus, & iuſtus. Hæc igitur eſt forma totalis, & completa tum remiſſionis, tum iuſtificationis.

Seſſ. 6. c. 7.

Conc. ilid. Circa cauſam efficientem, certum eſt, quod ſolus Deus

Deus eſt cauſa prima,& quod ipſe ſolus per ſe,& primo remittit peccata, & confert gratiam;ita vt neque Chriſtus conſideratus vt homo,prima cauſa dici poſſit. Si autem de cauſa mediata ſermo ſit, certum eſt, quod Chriſtus vt homo conſideratus, cauſa efficiens non prima ſimpliciter,ſed prima inter ſecundas dicēdus eſt. Quia tamen idem Chriſtus erat Deus, & homo,& vt homo diuinam habebat perſonam,ſequitur, quod Chriſtus propria authoritate peccata remittebat; Et Chriſtus fuit primus,vt ait Catechiſmus,cui à Deo hæc poteſtas data ſit.

Catec. art. 10. nu.8. *Cat. ib. n.9* *ibid. nu.9.*

Quod autem Chriſtus dederit Apoſtolis, & Sacerdotibus hanc poteſtatem remittendi peccata,patet ex iis, quæ antea dicta ſunt: Neque tamen Sacerdotes propria authoritate,vt Chriſtus, ſed vt miniſtri Chriſti hoc faciunt. Fides ergo Catholica de hac cauſa efficienti ita docet: Prima cauſa eſt Deus: Chriſtus vt homo immediatè à Deo hanc habet authoritatem, & ideo authoritatiue peccata dimittit: Apoſtoli,& ſacerdotes immediatè à Chriſto hanc poteſtatem acceperunt, vt patet ex dictis, & hoc faciunt non propria authoritate, ſed vt miniſtri Chriſti: Ideo ſolus Chriſtus mediator eſt: Vltimum medium per quod fit remiſſio peccatorum,ait Catechiſmus, ſunt Sacramenta: Duo autem ſunt Sacramenta, per quæ remiſſio fit principaliter peccatorū, nempè Baptiſmus, & Pœnitentia, ille prima,iſta ſecunda vice: Cum enim poſt Baptiſmum fideles multa committant peccata,neceſſe erat, vel excludere eos à Paradiſo, vel medium aliquod ordinari à Chriſto,per quod talia peccata dimittentur. Hoc autem Pœnitentiæ Sacramentum eſt;à quo duo effectus principales producuntur: Ex vna enim parte merita Chriſti ex illius ordinatione homini peccatori pœnitenti applicantur, vt gratiæ capax efficiatur; ex alia mediante hoc Sacramento tanquam diuinæ virtutis inſtrumento, Deus ſeu Chriſtus per ſacerdotes efficit remiſſionem peccatorum, & gratiam; Et hæc eſt Catholicæ Eccleſiæ vera doctrina.

Catec. art. 10. nu.9. *Conc. & Catec. ibi.* *ibid.* *ibid. Cat.*

Hoc loco notandum eſt, hæreticos grauiſſimè errare

Cur ſi prima remiſſio fit per Sacramentum ſenſibile, & certum; ſecunda non debet fieri per aliud Sacramẽtum, quando per Baptiſmum ſæpius fieri vtile non indicatur? Si peccator pęnitens ex parte Dei nullum habeat ſignum ſibi certũ de remiſſione peccatorum, quomodo de illa poterit eſſe certus?

Cap. 21. Concluſio dictorum.

CVm ergo verba ſacræ ſcripturæ litteraliter, & ſecundum propriam ſignificationẽ accepta apertè doceant, Apoſtolis, & ſacerdotibus datam eſſe poteſtatem remittendi peccata: Si Traditio, & Eccleſia Catholica, & vnanimis conſenſus Patrum ita illa loca ſcripturæ interpretantur; Si ſenſui apertiſſimè patet, quod modo Eccleſia Catholica ita docet, ſentit, credit, vſum, & conſuetudinem habet, & idem fuit in omnibus præteritis ſeculis: Si ex Logica, & lumine naturali probatur ita conuenire regno Chriſti. Et ex contrario multa ſequi inconuenientia in illo: Si hæretici nullam habent certam, imo nec probabilem probationem in contrarium; quia neque per ſenſum, neq; per intellectum, neque per ſcripturam, probare poſſunt hanc negatiuam: Pęnitentia, & Abſolutio ſacerdotum non eſt Sacramentum: Senſus enim doces, modo, & ante Lutherum, Affirmatiuam eſſe, & fuiſſe veram; Intellectus etiam probat ex his, quæ naturali lumine cognoſcuntur, ita conuenire regno Chriſti; Et in ſacra ſcriptura non reperitur locus, qui litteraliter hanc negatiuam proponat; In lege noua ſacerdotes non abſoluunt a peccatis: Nos autem reperimus expreſſam affirmatiuam: Videtur, quod probatio de hoc Sacramento, quæ à Catholicis proponitur, certiſſima omnibus modis ſit; quæ vero ab hæreticis fingitur, nullum non modo certitudinis, ſed neque probabilitatis habeat fundamentum.

Hac ſuppoſita probatione de vera ſcripturæ interpretatione iuxta ſenſum Catholicæ Eccleſiæ, ſequitur, quod omnia, quæ dicta Eccleſia de Sacramento Pęnitentiæ de fide determinauit; veluti quod ſoli ſacerdo-

cerdotes abſoluunt à peccatis, & quod pœnitentes propria peccata ſacerdotibus tenentur confiteri, & ſimilia; veriſſima ſunt: Quia ex veritate vnius veritas quoque alterius manifeſtè apparet: Ideo nunc ſufficit probaſſe, quod Pœnitentia eſt Sacramentum, id eſt res ſenſibilis, à Chriſto inſtituta, habens vim tum ſignificandi, tum efficiendi noſtram iuſtificationem. Hæc enim concluſio à nobis probanda ſuſcepta eſt.

Digitized by Google

LIBRI SEXTI DISTINCTIO TERTIA.

In qua probatur,

Quod Euchariſtia verum, & reale ſit Sacramentum.

PROBATIO de Euchariſtia fuſius eſt explicanda, tum quia eſt res maximi momenti; tum quia ab hæreticis maximè impugnatur.

Cap. 1. De modo probandi Sacramentum Euchariſtiæ.

HÆC probatio poteſt fieri completa, & omnib. modis, nempè per Scripturam, per Traditionē, per legem naturæ, per legem ſcriptam, per Eccleſiā, per intellectum, & per ſenſum: Quod enim conueniens ſit, vt Rex ſit in ſuo regno præſentia reali, & ſubſtantiali vndequaque probari poteſt: Quod etiam Catholica Eccleſia, quæ ſola eſt vera, Euchariſtiā vt verum, & reale Sacramentum veneretur, ſenſui notiſſimum eſt: Modo igitur hæc probatio faciēda eſt.

Cap. 2. Proponitur concluſio probanda.

COncluſio Catholica eſt hæc: Euchariſtia eſt nouę legis Sacramentum: Regula Logica huius probationis eſt: Vt definiatur, quid ſit Sacramētum, & hoc factum eſt ſupra: Item vt Euchariſtię definitio tradita ſit; Et vtraque autem definitione colligetur, an probatio vera, & certa ſit: Medium, quo *Conc. ſeſſ. 13. & Can. de Euc.*

hæc

Digitized by Google

maximè ex reali præſentia Chriſti in hoc regno deriuatur: Tertio in fideles, quia illis datur in cibum, & refectionem ſpiritualem.

Iuxta hunc finem triplex eſt vſus dicti Sacramenti; Primus erga Deum; & dicitur ſacrificium; Secundus erga Regnum, & Eccleſiam Chriſti; & dicitur Sacramentum, ſeu realis Chriſti pręſentia in illo: Tertius erga fideles; & dicitur Communio, quia fideles in Communione hunc panem Angelorum mā-ducant. *Conc. & Catec. ibid.*

Hinc probatur Euchariſtiam verè, & realiter eſſe Sacramentum, quia definitio Sacramenti conuenit illi: Verba enim conſecrationis, item ſpecies panis, & vini res ſenſibiles ſunt: Item habent vim, tum ſignificandi, tum efficiendi gratiam, imo fontem ipſum gratiæ: Et hanc vim à Chriſti inſtitutione accepérunt: Vbi autem hæc tria ſunt, ibi ratio Sacramenti vere poſita eſt. *Conc. & Cate. ibid.*

Punctum principale difficultatis, non Catholicis, ſed hæreticis eſt: Vtrum hęc vera, & realis Chriſti præſentia in Euchariſtia detur: Hoc enim probato, non eſt difficile, vt credatur; quod Deo in ſacrificium offeratur; & quod fidelibus in cibum datus ſit: De hac ergo vera, & reali præſentia principaliter probatio ex ſcriptura modo habenda eſt.

Cap. 4. Proponuntur quattuor loca ſacræ Scripturæ examinanda.

AD probandam realem exiſtentiam Chriſti in Sacramento Altaris, quattuor loca ſacræ Scripturæ adducā: In his enim quattuor ſunt: In primo proponitur doctrina de hoc Sacramento; In ſecundo proponitur factum Chriſti hoc Sacramentum actu, & opere per ſeipſum operantis. In tertio proponitur præceptum Chriſti factum Apoſtolis, vt quod ipſe fecit, & ipſi faciant; In quarto Doctrina S. Pauli de illo & de vſu illius propoſita eſt.

Digitized by Google

Cap. 5. *Proponitur & examinatur primus locus Scripturæ Ioan. 6.*

PRimus locus Scripturæ eſt Ioannis 6. Vbi Chriſtus tradit doctrinam de hoc Sacramento; De illius vſu; De effectu; & fine; Necnon de neceſſitate; Vbi totus diſcurſus eſſet conſiderandus.

Primo in illo capite Euangeliſta narrat miraculũ de quinque panibus,& duobus piſcibus.

Secundo narrat hoc facto miraculo Chriſtum fugiſſe in montem, & ſe à turba abſcondiſſe.

Tertio Turba quærebat Chriſtum, & inuenit illũ trans mare,& Chriſtus illi ſequentia dixit.

Verſicul. 26 Amen amen dico vobis,quæritis me, nõ quia vidiſtis ſigna,ſed quia manducaſtis de panibus,& ſaturati eſtis: Hic certum eſt loqui de panibus ab ipſo benedictis.

Verſ.27. ait.Operamini non cibum,qui perit, ſed qui permanet in vitam æternã, quem filius hominis dabit vobis: Vbi promittit cibum multo digniorem iam dato,& æternum.

Verſ.30. &31. Quærebant ſignum à Chriſto, vt crederent ei,& dixerunt,Patres noſtri manducauerũt manna,& pannis cæli datus eſt eis ad manducandũ.

Verſ.32. Chriſtus dixit: Amen amen dico vobis; Non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dabit vobis panem de cælo verũ: Hic Chriſtus comparat cum manna panem, quem daturus eſt, & ait,manna non eſt panis de cælo verus;ſed panis quẽ daturus eſt Pater meus,eſt panis de cęlo verus; Ecce panis à Chriſto benedictus, Item à Moyſe datus,non poteſt comparari cum pane à Chriſto dando.

Verſ.33. Explicat,qualis ſit panis dandus,dicens: Panis enim Dei eſt,qui de cælo deſcendit,& dat vitã mundo.Vbi explicatur cauſa efficiens,nempè Deus, & Pater, & deſcenſum de cęlo; Item cauſa finalis : Dare vitam ęternam : & per conſequens gratiam, ſine qua vita æterna haberi non poteſt: Ideo hic panis eſt ſignificatiuus, & effectiuus gratiæ; Ait enim

dat

Digitized by Google

dat vitam æternam.

Verſ.34. Turba petit,vt Chriſtus det ſemper panē hunc:Nota verbum, Semper.

Verſ.35. Chriſtus ait. Ego ſum panis vitæ:Nota: Ipſemet Chriſtus eſt panis, & vitæ; ergo hic panis ſignificat,& efficit vitam,& gratiā, quæ eſt principium vitæ.

Verſ.41. Murmurabant Iudæi: Quia dixiſſet,Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi: Nota. Iudæi verba iuxta illorum litteralem ſignificationem intelligebant.

Verſ.48. Iterum repetit: Ego ſum panis vitæ;ſequitur, Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt:Hic eſt panis de cęlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducet, non moriatur: Hic docet excellentiam huius panis ſupra mannam ab effectu vitæ: Docet vſum,qui eſt manducatio.

Verſ.51. Iterum, & tertio,repetit; Ego ſum panis viuus,qui de cęlo deſcendi:Deinde explicat vſum dicens;Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum:ergo Vſus eſt manducatio: ergo finis,& effectus illius eſt dare vitam ęternam,& gratiam:Et ſequitur, quis ſit iſte panis, à quo datus, & quo fine datus, dicens: Et panis,quem ego dabo,caro mea eſt pro mundi vita.

Verſ 53 Litigabant Iudæi, Quomodo poſſit carnē ſuam dare ad manducandum.

Verſ. 54. Chriſtus reſpondet docens neceſſitatem manducandi : Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnē filij hominis,& biberitis eius ſanguinem,non habebitis vitam in vobis : Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem habet vitā æternam,& ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die : Vbi bis repetit carnem,& ſanguinem:Item neceſſitatem abſolutam manducandi,& bibendi:Item effectū manducantis,& non manducantis:Ab effectu autem cognoſcitur finis.

Verſ.56. idem repetit: Caro mea vere eſt cibus,& ſanguis meus uere eſt potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, &

ego in illo, Hic explicatur finis, & effectus proximus, qui prouenit ex vſu huius Sacramẽti; Eſt.n.altiſſimo modo vnire Chriſto; ita vt manducans ſit in Chriſto, & Chriſtus in illo: Ex quo loco colligitur alius finis huius Sacramenti, qui eſt facere fructus plurimos ſeu plurima, & perfectiora opera ad gloriã Dei: Qui enim manet in Chriſto, & Chriſtus in illo, fert fructũ plurimũ, iuxta illud Chriſti, Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ, q, a ſine me nihil poteſtis facere.

Verſ. 58. idẽ confirmat: Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me: Hic eſt panis, qui de cęlo deſcendit, qui manducat hunc panẽ, viuet in æternum.

Hæc eſt Doctrina à Chriſto edocta de ſacra Euchariſtia: Quod ſi Logicus verba ipſa, & illorum propriã, & litteralem ſignificationem perpendat, clarè videbit, omnia, quæ Catholica Eccleſia de hoc Sacramento docet, & credit cum hac doctrina concordare; & ideo dicta verba litteraliter, & non tropice eſſe intelligenda.

Videbit hunc cibum eſſe ſpiritualem, & conuenire regno Chriſti, in quo homines vitam ducunt ſpiritualem: Eſſe digniorem manna, Item pane materiali à Chriſto benedicto, quo turbas cibauit: Eſſe cęleſtem, & deſcendiſſe de cęlo: Chriſtum ipſum, ſeu carnem, & ſanguinem ipſius eſſe hunc cibum, & potum: Accidentia vero panis, & vini eſſe ſigna Sacramentalia hunc cibum, & potum ſignificantia: Hunc cibum habere ſuo fine, & effectu paſcere, & nutrire nos; Vnire etiam Chriſto, & gratiam nobis conferre, ad hoc vt fructum plurimum afferamus: Vſus, quo ad fideles, erit manducatio, quæ dicitur communio. Neceſſitatẽ vtendi illo fidelibus adeſſe, quia, qui manducat, viuet in æternum; qui non manducat, non viuet. Efficiens illius Deus eſt.

Videbit dictam doctrinam non poſſe verificari, niſi intelligatur verè, realiter, propriè, & ſubſtantialiter, vt verba ſonant, Chriſti carnem, & ſanguinem in hoc Sacramento contineri, vt Catholica profitetur Eccleſia; Si enim hæretici dicant, contineri vt in ſigno, aut

Digitized by Google

in figura,aut in uirtute,non uerificantur iam dicta; Neque enim erit nobilior manna ; neque panibus à Chriſto benedictis; Neque iſte panis dicitur deſcendiſſe de cęlo : Neque Chriſtus erit hic panis; Neque qui manducat,dicetur manducare carnem,& ſanguinem : Neque vnietur cum Chriſto,ita ut maneat in Chriſto,& Chriſtus in illo : Neque illius effectus erit uita æterna: Neque uſus illius neceſſarius erit.

Cum ergo nulla penitus cauſa ſit, cur à ſenſu litterali ſit recedendum,ſtandum in illo erit.

Cap. 6. Proponitur & examinatur ſecundus locus ſacræ Scripturæ.

CVm loco iam dicto conſonat ſecundus locus,in quo Chriſtus inſtituit hoc Sacramentum,& conficit,& tradit Apoſtolis, ut illo utantur.

Matthęi cap.26. Ita habetur. Cęnantibus autem eis,accepit Ieſus panem,& benedixit,ac fregit,deditque Diſcipulis ſuis,& ait,Accipite,& comedite, Hoc eſt corpus meum : Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicẽs,Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Marci cap.14. Et manducantibus illis accepit Ieſus panem,& benedicens fregit,& dedit eis,& ait,Sumite. Hoc eſt corpus meum; Et accepto calice gratias agens dedit eis; Et biberunt ex illo omnes, & ait illis ; Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur.

Lucæ 22. Et accepto pane gratias egit,& fregit,& dedit eis dicens; Hoc eſt corpus meum quod pro uobis datur; Hoc facite in meam commemorationem; Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens; Hic eſt calix noui teſtamenti in ſanguine meo,qui pro uobis fundetur.

Logicus in dictis locis conſiderabit: Primo, quod tres Euangeliſtæ utuntur eiſdem uerbis,& dicunt; Eſt corpus meum; Eſt ſanguis meus; Vbi, eſt, ſignificat ueram,& realem exiſtentiam rei; Secundo,quod hæc

loca ſcripturæ litteraliter concordant cum primo loco ſuperius allegato,& ſic ſcriptura per ſcripturam declaratur: Tertio, quod nulla eſt cauſa, per quam à ſenſu litterali ſit recedendum.

Hoc loco quidam hæretici interpretantur, Eſt,pro, Apparet,& dicunt, Aliquando ſic accipi à ſcriptura, quæ Angelos apparentes homines vocat homines; & dicit eſſe homines, cum realiter ſint Angeli,ſed in apparentia homines ſunt: Ita dicunt hoc loco intelligendum: Sed hæc interpretatio omnino falſa apparet: Accipere enim Eſt, pro Apparet maxima,& periculoſa,æquiuocatio eſt, quæ poſſet magnam afferre occaſionem errandi;ideo non eſt credibile,quod Chriſtus ſapientiſſimus legislator, in re tanti momenti, & cum tanto animarum periculo, hac æquiuocatione vti voluiſſet: Neque enim erat difficile illi, vt diceret: Hoc apparet corpus meũ: Secundo ex tot locis ſcripturæ, quæ de hoc Sacramento loquuntur nullum eſt inditium,quod, Eſt,accipiatur pro, Apparet; Tertio ſi ſcriptura bis, aut ter vſa eſt hoc verbo, Eſt,pro Apparet, decem mille vicibus vſa eſt ad ſignificandam realem,& veram exiſtentiam: Ideo non ſequitur conſequentia, alibi ter, aut quater vſa eſt in ſenſu dicto; ergo nunc ita accipiendum eſt: Imo Logica docet ſic eſſe arguendum; Sacra ſcriptura ordinariè, & vt plurimum vtitur verbo, Eſt, ad ſignificandam realem exiſtentiam; ergo hic ita accipi debet,cum nulla appareat cauſa,cur aliter accipiendum ſit. Quæ enim raro,& ex aliquo accidenti, vt de Angelis dictum eſt, fiunt,de illis certa cognitio, niſi eadem cauſa adſit, haberi non poteſt: Quarto hæretici deberent ex ſcriptura facere oppoſitam conſequentiam ſic: In Sacramento Euchariſtiæ cum dicitur, Hic eſt panis, debet interpretari, Hic apparet panis, ſed verè eſt corpus Chriſti: Duo enim in hoc Sacramento conſiderãtur; Vnum eſt Apparentia; Aliud Realitas: Primum conuenit pani,quia apparet panis, ſed non habet realitatem panis: Secundum conuenit Corpori Chriſti: hoc enim in Sacramento habet veram realitatẽ, ſed nihil habet de apparentia; quia videri non poteſt: ita An-

geli,qui apparebant homines, habebant realitatem Angeli, ſed apparentiam hominis; ideo in tali caſu poteſt accipi,eſt,pro apparet: Hic autem contrarium dicere opus eſt; Vbi enim eſt realitas vnius rei, veluti Angeli,& apparentia alterius veluti hominis tunc ſi Angelus dicatur eſſe homo cauſa erit,vt Eſt, accipiatur pro apparet: ſed ſi de Angelo,qui apparet homo dicatur eſt Angelus, tunc omnino non licet, Eſt accipere pro Apparet. Cum ergo in Euchariſtia realitas ſit de corpore Chriſti,Apparentia de pane,cum Euchariſtia appellatur panis: Eſt accipitur pro Apparet,cum vero dicitur. Hoc eſt corpus meum Eſt,non poteſt accipi pro Apparentia, quia Corpus Chriſti nullam in Euchariſtia habet apparẽtiam: Debet autem accipi pro realitate eſſendi: Ita Catec.de Euchariſtia num. 40.

Aliqui etiam alij hæretici volunt interpretari dicta loca ſcripturæ, Quod eſt, intelligatur pro eſſe, ſed tanquam in ſigno, aut figura, aut virtute; ita vt corpus,& ſanguis Chriſti non ſint realiter in Sacramento, ſed ſint,vt res ſignata, vel figurata, ſeu adſit aliqua illorum virtus: Quod ſacrum Concilium ait indigniſſimũ eſſe flagitium in verbis adeo claris, velle recurrere ad fictitios,& immaginarios tropos: Quod probatur per rationes iam dictas: Si enim hoc verbũ Eſt, ordinariè in ſcriptura, & apud omnes ſignificat realitatem ex ſtentiæ; & eſt magna,& periculoſa ęquiuocatio,ſi aliter ſine grauiſſima cauſa accipiatur; Et Chriſto non conuenit,in re tam graui,vti tali æquiuocatione: Et in ſcriptura nullum reperitur ſolidum fundamentum: Et proprium ſit ſophiſtarum, vt ait Ariſtoteles, huiuſmodi vti æquiuocationibus: Videtur clarum & apertum; quod hæc interpretatio, vt falſa,& hæretica,ſit reijcienda. *Conc. ſeſſ. 12. can. 1. Seſſ. 13. c. 1*

Cõfirmatur: Chriſtus fuit in veteri teſtamento figuratus ab agno paſquali: & à ſerpẽte ęneo; & dicebatur eſſe ibi vt in figura, aut virtute; ergo cum modo ceſſarint figuræ,de realitate intelligi debet. *Catech. de Euc. n. 32.*

Confirmatur; Doctrina ſuperius poſita non poteſt verificari de corpore & ſanguine Chriſti, non vero, *ab effectu.*

ſed figurato; Nempè quod vniat nos Chriſto, quod faciat nos eſſe in Chriſto,& Chriſtũ in nobis; Quod hic panis deſcenderit de cęlo; Quod illius vſus ſit neceſſarius;Quod det vitam æternam: Hęc enim figurę,vel ſigno conuenire non poſſunt;quia qui vnitur figuræ,vel ſigno,non vnitur rei figuratæ,vel ſignatæ, ſicuti qui tangit picturam ignis, non dicitur tangere ignem; ergo hęc interpretatio falſa eſt.

Arg. ad hominem. Amplius hęretici negant imagines,cruces,& alia, quæ ſunt figuræ,vel ſigna rerum ſacrarum; quomodo ergo in hoc Sacramento affirmant ſignum,& figuram? Item vel hoc ſignum, ſeu hęc figura habet virtutem ſignificandi corpus,& ſanguinem Chriſti; vel non: Si habet; vel eſt ſignum corporis ibi exiſtentis, vel ſignificat corpus Chriſti,quod in cælo exiſtit: Si ſignificat pręſentem Chriſtum; ergo Chriſtus ibi eſt ſub illis accidentibus: Si exiſtentem in cęlo; ergo iſte panis non deſcendit de cęlo, vt dixit Chriſtus; ergo non vnit nos Chriſto; Hoc autem Chriſtus docuit aliter eſſe: ergo ad modum picturę ſe habet.

Arg. ad hominem. Adhuc vel hæc figura,ſeu hoc ſignum habet virtutem tum ſignificandi,tum efficiendi gratiam,vel nõ: Si habet,ergo eſt verum Sacramentum; quia eſt res, & ſignum ſenſibile,& eſt inſtitutum à Chriſto,& habet vim tum ſignificandi,tum efficiendi gratiam: Si non, ergo iſte panis contra dictum Chriſti non dat nobis vitam ſpiritualem,& æternam.

Litteralis igitur interpretatio vera erit.

Cap. 7. Proponitur,& examinatur tertius locus Scripturæ.

TRia Chriſtus fecit circa hoc Sacramenũ in vltima cœna; Primo effecit ipſum Sacramentum proferens verba conſecrationis,& faciens conuerſionem ſubſtantię panis, & vini in ſubſtantiam corporis,& ſanguinis ſui: Secundo dedit illud Apoſtolis ad vſum, qui dicitur manducatio, & potus; & de his dictum eſt ſupra: Tertio inſtituit Apoſtolos Sacerdotes,præcipiens illis,vt facerent,quod ipſe fecit,id eſt,

vt conſecrarent, & fidelibus ad vſum darent: Et de hoc modo conſiderandum eſt, & loca ſcripturæ ſunt.

Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationē.

Epiſt. 1. Sancti Pauli ad Cor. cap. 11. Explicatur. Primo hoc Sacramentum a Chriſto celebratum: Secundo vſum tunc datum Apoſtolis: Tertio Apoſtolos inſtitutos eſſe Sacerdotes; Quarto vſum huius sacramenti tempore ipſius S. Pauli: Quinto præparationem ad vſum; Sexto effectum boni, & mali vſus: Hæc S. Paulus ibi explicat.

Ait ergo S. Paulus Chriſtū dixiſſe Apoſtolis; Hoc facite in meam commemorationem; Item: Hoc facite quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem: Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini, annunciabitis donec veniat: His enim verbis litteraliter acceptis Chriſtus ordinauit Apoſtolis, & ſucceſſoribus illorum vt facerent, quod ipſe fecit: Et illud verbum: Quotieſcunque &c. apertè ſignificat, non ſemel, ſed pluries eſſe faciendum: Et Apoſtolus apertè docet, quod ſuo tempore hoc Sacramentū erat in vſu apud Corinthios, & illud confirmat, ſed tantum aliquos abuſus remouet, & quę præparatio faciēda ſit docet. Et de hoc in ſequenti explicatione dicetur.

Cap. 8. Explicatur locus S. Pauli ad Corinth. c. 11.

VErba S. Pauli ſunt hæc verſ. 20. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt dominicam cęnam manducare; Vnuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum; Et alius quidem eſurit, alius autem ebruis eſt: Hic Apoſtolus diſtinguit duplicem cænam; Vnam ſpiritualem, quam appellat Dominicam; aliam corporalem quam appellat propriam: Dominica enim cæna communis eſt: Et declarat abuſum, quod aliquo modo cœna corporalis, & propria prę feratur ſpirituali, atque communi.

Verſ. 22. ait. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Eccleſiā Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam

uobis

vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Declarat abuſum eſſe, quia cęna temporalis non bene fiebat in Eccleſia; Hęc enim cæna ſpirituali eſt deſtinata; Domus vero temporali priuatæ; Vt autem declaret: hoc non conuenire, oſtendit, quanta ſit excellentia dominicæ cęnæ; & quam ſit præferenda temporali.

Verſ. 23 Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis; Quoniam Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit Accipite, & manducate; Hoc eſt corpus meũ quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationẽ; Hæc verba cõueniunt cum iam dictis a Sanctis Matthæo, Marco, & Luca: Et hæc verba ex Logica habent talem ſenſum: Cum Chriſtus accepit panem in manibus, verè erat panis; Sed poſt quam Chriſtus gratias egit, & verba conſecrationis dixit, tunc non erat amplius panis; Apparebat quidem panis, ſed non erat: quia non dixit; Iſte panis apparet corpus meum; Vel ſic. Iſte panis eſt ſignum, vel figura corporis mei: Neque dixit: Iſte panis eſt corpus meum; Sed omiſſa voce panis, dixit; Hoc, quod apparet panis non eſt panis, ſed corpus meum, quia ego verbis meis feci, vt ſit corpus meũ: Addit: Quod pro vobis tradetur; vt referat ad ſacrificium, quod in cruce in tali corpore offerendum erat.

A diuiſione demonſtratiua. Hoc loco Logicus ita arguere poteſt: Per verba Chriſti in pane, quod accepit, vel eſt facta aliqua mutatio, vel nulla: Si nulla; ergo ſicut ante gratiarum actionem, & verba non erat verum dicere de illo pane; Hoc eſt corpus meum, ita neque poſt verba poterit dici; quia omnino eadem res eſt? Si dicatur facta eſt mutatio; quæro, an in ſubſtantia, an in accidentibus; an in vtroque; an in nullo: Si in nullo ergo nulla mutatio facta eſt: Si in vtroque; contra, quia eadem omnino manent accidentia, vt ſenſus apertiſſimè videt: Vel ergo mutatio facta eſt in ſubſtantia, vel in nihilo; Sed dicere in nihilo, arguit in dicto Chriſti falſitatem; ergo mutatio facta eſt in ſubſtantia.

Eadem probatio. Confirmatur: Vel Chriſtus in hac actione aliquid

noui

noui in illo pane produxit; vel nihil: Si nihil; ergo verba Chriſti otioſa ſunt; ergo panis ille eſt panis communis, & poteſt manducari abſque vlla præparatione, ſicut panis communis quod negat ſanctus Paulus; ergo nō eſt opus, quod Chriſtus Apoſtolis dicat; Hoc facite in meam commemorationē: Si enim Chriſtus nihil fecit; ergo Apoſtoli non poſſunt facere, quod ille fecit, quia nihil fecit; Si aliquid; quæritur: Quid eſt hoc aliquid: Vel enim eſt illud, quod ſignificant verba; nempè corpus Chriſti; vel non eſt res à verbis ſignificata; ſed aliquid aliud: Si dicatur non eſſe rem à verbis Chriſti ſignificatam: Mirum valdè eſt, quod Chriſtus adeo ſapiens, dum vult aliquid noui facere, vtatur verbis, quæ diuerſam à re facta habeant ſignificationem; Si enim dicit; Hoc eſt corpus meum; Hæc verba ſignificant factum eſſe corpus Chriſti, ex Logica clara conſequentia. Si enim hic panis non erat corpus Chriſti; & ante verba Chriſti falſum erat dicere, Hoc eſt corpus Chriſti: Poſt verba vero Chriſti verū eſt dicere: Hoc eſt corpus Chriſti; ergo neceſſe eſt, factam eſſe mutationem in re, Iuxta illud Ariſtotelis Ex eo, quod res eſt, & non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa: Vnde fit, quod hæc oratio Socrates ſedet, dum ſedet ſit vera, non ſedente ſit falſa: Quæritur ergo, quid eſt illud de nouo factum, per quod, cum antea falſum eſſet dicere; Hoc eſt corpus Chriſti poſtea verum eſt dicere, ita eſſe? Si dicatur, Hoc de nouo factum, non eſt res à verbis ſignificata; Logicus dicet: ergo iſta verba falſo prolata ſunt: Deinde quæritur, quid eſt illud aliud: Si dicatur, eſt ſignum, vel figura, vel apparentia corporis Chriſti: Quæritur, quomodo ſcitur cum certitudine fidei, quod ita ſit? Vel enim ſcitur ex verbis ſcripturæ, & Chriſti, vel aliundè: Si aliundè ergo nulla poteſt haberi certitudo: Si ex verbis ſcripturæ, contra: quia dicta verba nihil tale, imo contrarium ſignificant: Chriſtus enim non dixit, Hoc figura, vel imago, vel ſignum corporis mei; Sed ait, hoc eſt corpus meum: Et non ait ſignificatur, figuratur, apparet; Hoc autem eſt certum, quod tota uis ſcripturæ in ſignificatione poſita

eſt:

eſt: Res enim ſignificata per ſe à ſignificatione cognita eſt; Significatio vero per ſe à verbo ſignificante deriuatur: ergo ſi res ſignificata ab his verbis eſt ſignũ, vel figura, uel apparentia, oportet quod cognitio, & certitudo talis rei ſignificatæ à ſignificatione, & à uerbo ſignificante ſit deriuata: Sed uerba ſcripturæ, quę de hoc loquuntur nihil penitus de dictis ſignificant: Plus quam enim duodecim uicibus in ſcriptura ſiunt affirmationes de corpore, & ſanguine; & ſemper dicitur eſt, & nunquam dicitur apparet, & ſimilia; ergo iuxta Logicam interpretatio Catholicorum uera eſt: Hæreticorum uero omnimodam falſitatem habet.

Verſ. 25. ita ait; Similiter & calicem poſtquam cęnauit dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine; Hoc facite quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem: Quæ uerba plena myſterijs ſunt.

Illa enim prima uerba: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, apertè ſignificant, In hac Chriſti actione nouum Teſtamẽtum eſſe fundatum, & merito poſt eſum agni paſchalis: Sicut enim uetus teſtamentum fuit à Moyſe dicatum in ſanguine uero, & reali, ſed animalium; ita nouum teſtamentum, ait Chriſtus, fundatur in ſanguine uero, & reali, non tamen animalium, ſed ipſius Chriſti; ideo dicit in ſanguine meo: Sicut autem uetus teſtamentum durauit uſque ad Chriſtum; ita nouum teſtamentum durabit uſque ad finem mundi: Et dedicatio huius teſtamenti, ut ait ſanctus Paulus ad Hebræos, in ſanguine admodum nobiliori nempè Chriſti debuit dedicari: Quod ſi per ſanguinem intelligamus figuram, uel ſignum, nouum teſtamentum non in realitate ſanguinis Chriſti fundatum erit, & fundamẽtum illius erit umbra, & figura, & ſignum: Vmbra autem conuenit legi ueteri; realitas legi nouę, iuxta illud: Lex per Moyſem data eſt, Gratia, & ueritas, non ait figura, per Chriſtum facta eſt: Sanctus ergo Paulus docet Chriſtum nouum teſtamẽtum in calice ueri ſanguinis ſui dedicaſſe.

Illa uerba. Hoc facite, quotieſcunque bibetis, in meam

meam commemorationem: Indicant Chriſtum tranſtuliſſe in Apoſtolos poteſtatem faciendi,quod ipſe fecit: ait enim, Hoc ſcilicet quod a me factum eſt; Facite, Et vos operamini,quia do vobis poteſtatem hoc faciendi; & volo, quod in nouo teſtamento hoc ſit memoriale perpetuum: ideo volo fieri in meam commemorationem,ideſt in memoriam eius,quod ipſe feci nunc,& in cruce,nouum fundans & dedicans teſtamentum: Vt autem Chriſtus declararet,ſe velle ſępius,& frequenter hanc ſui fieri commemorationem, ait, Quotieſcũque bibetis: ergo non ſemel, ſed ſępius vult iterari.

Verſ.27. Sanctus Paulus facit officium perfectiſſimi Logici faciens conſequentiam ex verbis à Chriſto prolatis ſic: Itaque, quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis,& ſanguinis Domini: In hoc,& in ſequentibus verſiculis S.Paulus quattuor explicat; Primo vſum huius Sacramenti; Secundo præparationem ad vſum; Tertio effectum præparationis; Quarto modũ vtendi illo.

Vſum appellat manducationem,& potum: Res,de qua eſt vſus,ait,eſt non panis ſimpliciter cõſideratus, ſed hic panis,qui valdè differt à ſimplici pane: Item calix non ſimplex, ſed calix Domini: Illi, qui vtuntur ſunt fideles omnes ſignificati ab illo verbo quicunque.

Hunc vſum diſtinguit Apoſtolus in bonum,& malum; dignum,& indignum; Dignum explicat illum, in quo homo probat ſeipſum, ex vna parte, cõſiderãs an ſit in peccato mortali: præparatio enim hæc debet eſſe ſpiritualis; Peccatum autem mortale, cum priuet grátia, reddet hominem indignum, vt Chriſto vniatur per gratiam in hoc Sacramento: Gratia enim & peccatum mortale contrariantur. Ex alia vero parte præparat ſe diiudicans corpus Domini, ideſt diſcernens differentiam inter panem hunc, qui eſt corpus Domini,& alios panes,qui ſimplices ſunt,ideo cum debita reuerentia ad illud accedens: indignum dicit illum vſum, in quo dicta duo non ſunt, nempè, vel

vtens

vtens eſt in peccato mortali, vel non diſcernit hũc panem ab alijs: Vel neutrum horum habet.

Præparatio ergo bona eſt illa, in qua homo probat ſe, & purgat à mortali ex vna parte, ex alia diiudicat corpus Domini.

Effectus boni vſus facti cum debita præparatione fuit explicatus a Chriſto Ioannis 6. eſſe vitam æternam, & vniri Chriſto manendo in ipſo, & ipſo in ſe.

Effectus indigni, & mali vſus eſt, eſſe reum corporis, & ſanguinis Domini: id eſt peccare in corpus, & ſanguinem Chriſti: Reatus enim effectus quidam peccati eſt, & reatus culpæ, & pœnæ eſt erga illum, cõtra quem peccatum eſt, iuxta illud Gen. 43 & 44 Ero peccati reus in te omni tempore: Item eſt iudicium ſibi manducare, & bibere, id eſt æternæ mortis pęnam, & damnationem mereri.

Hæc omnia s. Paulus per Logicam conſequẽtiam deducit ex his, quæ ipſe dixit à Chriſto fuiſſe inſtituta: Illa enim particula, Itaque, eſt ſignum Logicæ conſequentiæ ex antedictis.

Verſ. 30. ait. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi; quibus verbis explicat effectum proprium huius Sacramenti eſſe vitam ſpiritualem: ait enim Ideo, id eſt, quia cum acceditis ad hanc menſam, non bene probatis, & præparatis vos, ſequitur, quod multi ex vobis ſunt infirmi, &c. Nota lector: Vita eſt principium operandi; Hoc autem principium dicit tria; Primo ſanitatem; Secundo fortitudinem; Tertio vigilantiam: Sanitas enim dicit bonam ad operandum diſpoſitionem: Fortitudo dicit potentiam operatiuam validam: Vigilia dicit excitamentum ſenſuum ad operandum: His tribus alia tria vitæ contraria opponuntur; quæ ſunt, Infirmitas contraria ſanitati: Imbecillitas contraria fortitudini; & ſomnus, qui eſt quædam mortis imago; quia tenet ligatas potentias operatiuas. Modo regula Logica ait: Quod eſt cauſa affirmationis, eſt cauſa negationis: Veluti ſi habere pulmonem eſt cauſa reſpirandi, Non habere erit cauſa non reſpirandi: Si ergo abſentia boni, & digni vſus eſt cauſa infirmitatis, imbecillitatis,

&

& dormitionis: ergo præſentia boni vſus per Logicā conſequentiam erit cauſa ſanitatis,fortitudinis,& vigilantiæ in ijs,quę pertinent ad vitam ſpiritualem; Hæc autem tria in vita ſpirituali impoſſibile eſt dari ſine gratia; quia hæc ſola eſt cauſa immediata, & adæquata huius vitę; vnde ſequitur, quod effectus dicti boni vſus ſit gratia; Ideo cum cibus, & potus iam dictus ſit à Chriſto inſtitutus;& res ſenſibilis ſit; & habeat vim tum ſignificandi,tum efficiendi gratiā & vitam ſpiritualem; ſicut enim cibus, & potus corporalis per ſe, & ſecundum quod ipſum, habet vim tum ſignificandi, tum efficiendi vitam corporalem; quę ſine illo eſſe non poteſt, ita erit de cibo, & potu corporali; Ideo hic cibus,& potus vere, & realiter erit Sacramentum,quia tota definitio Sacramenti cōuenit illis.

Cap. 9. Logicæ obſeruationes,circa doctrinam iam dictam S. Pauli.

AD clariorem probationem expedit aliqua,iuxta Logicam in dicta doctrina obſeruare.

Prima obſeruatio eſt. Dari Traditiones diuinas; Traditio enim alia eſt diuina,alia Eccleſiaſtica: Diuina eſt,quę habuit originem à Chriſto,& deriuatur ab vno in aliud tanquam res quę a Chriſto ſit accepta,& deriuata: Eccleſiaſtica eſt illa,quę ducit originem,non à Chriſto,ſed ab Eccleſia,& vt talis in ſecula deriuatur. Traditio diuina ſic poteſt definiri; Eſt doctrina ex vna parte à Chriſto accepta, ex altera alijs tradita ſub hac ratione,quod Chriſti doctrina ſit. Vel breuius ſic:eſt doctrina per manus tradita tāquam à Chriſto deriuata. Eccleſiaſtica ſic definitur; Eſt doctrina per manus tradita tanquam ab Eccleſia deriuata: Patet autem; Traditionem diuinam repeririin Epiſtola dicta; ait enim Ego accepi à Domino, Ecce doctrina à Chriſto deriuata; Quod eſt tradidi vobis; Ecce doctrina Chriſti per manum, vel per os Pauli data eſt Corinthijs: Qui mortuo Paulo nouis hominibus hanc eandem doctri *Seſſ. 4. c. 1.*

nam

nam tradent,non vt doctrinam Pauli,ſed Chriſti,dicentes Paulum illam à Chriſto accepiſſe; Idem erit in ſequenti ſeculo, Hoc igitur loco probatur Traditio, & præcipuè de ſacra Euchariſtia.

2. Obſeruatio eſt,Tempore S. Pauli, & ideo poſt Aſcenſionem Chriſti,fuiſſe in Eccleſia primitiua verum, & realem vſum huius ſacri cibi, & potus: ait enim, Qui manducat hunc panem, & bibit calicem Domini &c.

3. Quia impoſſibile eſt,manducare,& bibere,niſi adſit res, quæ ſit cibus, & potus,neceſſe fuit,tunc vere,& realiter dari cibum,& potum. Sãctus autẽ Paulus cibum appellat panem hunc, & potum calicem Domini,Ideo neceſſe fuit,dicta in illo tempore dari.

4. Si hic panis,& calix eſſet communis,& ordinarius,falſo S. Paulus diſtingueret cœnam dominicã a cœna communi; falſo appellaret calicem Domini; falſo diſtingueret de vſu digno,& indigno; Non eſſet verũ,quod indigne manducãs eſſet reus corporis, & ſanguinis Domini. Item quod iudicium ſibi manducet,non dijudicans corpus Domini; & quod male manducantes fiant imbecilles, infirmi, & velut dormientes, Ideo neceſſe eſt,quod iſte cibus ſit ſacer,& ſanctus:imò ipſummet corpus Chriſti;quod ita probatur: Primo, quia Chriſtus dixit: Hoc eſt corpus meum. Secundo,quia male manducans non poteſt eſſe reus corporis Chriſti, niſi ibi vere, & realiter ſit ipſum corpus: Tertio, quia illud verbum: Non diiudicans corpus Domini,non poteſt verificari de indigne manducante,niſi ibi verè ſit ipſum corpus; Dato enim quod ibi nõ ſit corpus Chriſti,quomodo erit peccatum non diiudicare,quod ibi non eſt? Imo eſſet peccatum iudicare ibi eſſe,quod non eſt: & venerari illud tanquam ſi ſit,cum non ſit: Quarto,quia tanta præparatio,& probatio,& comminatio nõ poteſt conuenire huic manducationi,niſi ſupponatur, quod res mãducãda ſit corpus Chriſti; Et probatur; Manna erat panis Angelicus,& figura panis Euãgelici; Agnus paſqualis erat cibus ſãctus,& figura Chriſti agni in cruce oblati; Panes azimi erant cibus ſanctus,

tus,& figura Euangelicæ nouitatis: Quinque panes a Chriſto benedicti,& multiplicati erant cibus ſanctus & tamē qui dicta māducabant,etiam ſi eſſent in peccato mortali,& abſq; præparatione,& probatione ſui manducarent,non erant rei magni criminis: Neceſſe eſt enim quod multi ex dictis in peccato mortali dictā fecerint māducationē; neq; tamē rei ob hoc conſtituuntur: ergo ſi ſub hoc cibo non cōtinetur verè,& realiter corpus Chriſti, præparatio dicta a S. Paulo dictæ manducationi conuenire nō poteſt: Quinto effectus digne manducationis ſunt vita ſpiritualis,ſanitas,fortitudo,vigilantia,& per conſequens gratia : Sed ſolū corpus Chriſti verū poteſt dictorū eſſe cauſa: ergo ſub hoc cibo dictū corpus realiter cōtinetur.

5. Si panis iſte Sacer,ſeu corpus Chriſti,tempore S. Pauli erat cibus,& à fidelibus māducabatur,neceſſe eſt, quod tunc eſſent in Eccleſia perſonæ, quæ haberent talem poteſtatem hunc panem conſecrādi, & ideo eſſent tunc Sacerdotes; Et probatur per euidentem ex Logica conſequentiam: Quod enim antea nō erat,& poſtea incipit eſſe,neceſſarium eſt eſſe factū: Quod autem eſt factum,neceſſarium eſt, quod ab aliquo efficiente ſit factū; & neceſſe eſt, qđ tale efficiēs habeat poteſtatē hoc faciēdi; alioquin nūquā faciet; Qui autē habet poteſtatē conſecrādi corpus Chriſti, eſt Sacerdos; ergo neceſſe fuit tempore S. Pauli dari Sacerdotes,à quibus iſte Euāgelicus cibus conſecraretur iuxta modum à Chriſti inſtitutione præſcriptū.

6. Logicus ita p cauſas diſcurrit: Qualis eſt res,talis effectus illius; penna.n.quia eſt res diſtincta a gladio, habet effectum diuerſum ab illo: Qualis autē eſt effectus,talis eſt vſus; ideo quis vtitur pēna ad ſcriptionem,gladio autem ad inciſionem: Qualis autem eſt vſus, talis debet eſſe præparatio,& diſpoſitio; alia enim diſpoſitio requiritur ad ſcriptionem, quam ad inciſionem; quia aliquis erit potens incidere; ſed non ſcribere,& è contra. Iuxta diſpoſitionē ſequitur bonus,vel malus vſu,ſeu vſus proportionatus,& vtilitas illius: Ideo vnus melius ſcribit,quam alius,& ſcriptura modo erit vtilis,vel neceſſaria: Et hæc omnia ſe in

uicem conſequuntur: Vnde bene ſit Logica conſequẽtia ab uno ad aliud ſic: Si tam digna pręparatio eſt, non dico vtilis, ſed neceſſaria, ad vſum illius rei, ideſt ad manducationem dicti cibi; ita vt ſi abſit dicta pręparatio, grauiſſimum incurratur crimen, & maximũ damnũ; ergo neceſſe eſt, quod res iſta digniſſima ſit: Confirmatur: Cibus per ſe ordinatur ad manducationem, quod ſi quis illum mãducet, nõ facit illi iniuriã, quia ad hunc finẽ deſtinatus eſt: Ita de manna, agno paſchali, panibus azimis, panibus quinque à Chriſto benedictis; ſi quis ſine vlla pręparatione illa manducet, nullum crimen, vel reatum incurrit: Quid ergo cauſæ eſt, cur in vſu, & manducatione huius cibi, tãta præparatio, & probatio neceſſaria eſt; niſi quia cibus iſte res diuina ſit, nempè corpus verum Chriſti, & nõ figura, vel ſignum, vel vmbra illius? Hæc enim argumẽtatio ab vſu ad rem, & ab effectu, ſeu ſigno ad cauſam, ſeu ſignatum ſolida eſt.

Confirmatur, peccatũ diſtinguitur ſpecie ab obiecto, in quod peccatur; & a modo, quo in illud peccatur; Sed S. Paulus ait, reus erit corporis, & ſanguinis Domini: Item iudicium ſibi manducat, nõ diiudicãs corpus Domini: ergo hoc peccatum committitur in corpus Chriſti; ſed ſi iſte cibus nõ eſt corpus Chriſti, non poteſt peccari in illud; ergo ibi eſt.

Si dicãt Hęretici peccare in illud, quod eſt figura, & ſignum corporis Chriſti eſt idem, quod peccare in corpus Chriſti: Cõtra, Cruces, & imagines crucifixi, ita picturæ, & ſtatuæ de vita Chriſti, ſunt ſigna, & figuræ illius, & tamen hæretici arbitrantur ſe poſſe ſine peccato, imo cum merito, illas demoliri, illudere, & deturpare; & ſi dicatur illis, iſta ſunt ſigna, & imagines, & figurę Chriſti: derident, ſubſanant nos, & peius faciunt: Vel ergo peccare in ſignum, & figurã alicuius eſt idem, quod peccare in rem ipſam, vel nõ eſt idem; Si eſt idem, cur ergo hęretici has imagines deturpant? inhonorant? Signa enim, & figurę Chriſti ſunt: Si non eſt idem, quare ergo S. Paulus ait, reos eſſe corporis Chriſti, ſi, vt vos dicitis, ibi tantum eſt figura, & ſignum corporis Chriſti? ergo S. Paulus non

de

de ſigno, ſed de vero corpore ſermonem habet.

Confirmatnr; Peccatum diſtinguitur à modo, quo quis in aliũ peccat; Videamus ergo in quo fuerit peccatum Corinthiorum: Vtrum in manducatione? non; quia Chriſtus illam ordinauit dicens, accipite, & mãducate; Qui autem facit, quod Chriſtus ordinauit, non peccat; & qui manducat rem ad manducationem ordinatam, & non prohibitam, non peccat: Quare ergo hæc mãducatio, quæ in ſe licita eſt, erit peccatum? Ait S. Paulus, quia ſine præparatione, atque diſcrimine hanc fecerunt manducationem; Quærimus; quare tanta præparatio eſt neceſſaria? Si dicatur, quia ibi in illo cibo eſt verum Chriſti corpus, quod ſine maxima præparatione manducare non licet; & ob hoc Chriſtus ante inſtitutionem huius Sacramẽti voluit pedes lauare Diſcipulorum; Bene dictũ erit, & omnia inter ſe conſona erunt: Verum ſi dicatur, hoc eſſe, quia ibi eſt ſignum corporis Chriſti, aperte in dictis ab Apoſtolo diſſonantia apparebit: Demus enim hic adeſſe cœnam magnam, & adeſſe panes in quorum ſummitate ſignum crucis Chriſti ſit, & aliquos cõuiuas eſſe in peccato mortali, & ſine vlla præparatione de illis panibus cum alijs cibis manducare; nũquid iſti mortaliter peccabunt, & rei erunt in Chriſtum? neq; enim aliquod exterius ſignum contemptus faciunt, ſed tantùm manducant illud, quod ad mãducandum eſt præparatum: ergo per Logicam apparet, quod doctrina ſancti Pauli non poteſt eſſe ſibi conſona, niſi ad litteram de vero Chriſti corpore, & ſanguine intelligatur.

Cap. 10. De triplici fine, & vſu Euchariſtiæ, & de illorum probatione.

EVchariſtiam eſſe vnum Sacramentum, ſed habere tres fines, & tres vſus dictum eſt: Eſt enim vnum, quia vbique, & ſemper dicit veram, & realem præſentiam, & exiſtentiam corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini: Habet triplicẽ finẽ, & vſum, quia ordinatur ad Deum, ad Eccleſiã, & ad ſingulos fideles; vnde dicitur, Sacramentum, & communio:

Conc. Seſſ. 21. & 22. Catech. de Euch. per totum.

Nunc ergo probandum eſt ex dictis locis ſacræ Scripturæ, quod tres dicti fines, & vſus à Chriſto ſint ordinati.

S. Th. 1.2. q. 16. Côc. & Catech. ibid.

Supponẽdum ergo ex Logica, quod hæc quattuor; Res; Actio finalis; Finis; & Vſus rei ſe inuicem conſequuntur; quia vnaquæque res habet ſuum proprium, & adæquatum finem: Iuxta finem habet propriam, & adæquatam actionem finalem; Vſus autem rei nihil eſt aliud, quam applicatio illius ad finem, & ad actionem finalem: Hinc fit, quod per vnum dictorum cognitum demonſtratiuè probatur aliud, quod ignotum ſit.

Ex Euãg. Conc. & Catec. ibi.

Cum ergo Chriſtus tres actiones fecerit in inſtitutione huius Sacramẽti, apparet, quod tres fines habuit in illo, & per conſequens tres vſus: Prima actio eſt erga Patrem, de qua Sancti Matthæus, Marcus, Lucas, & Paulus ſcribunt, illis verbis, gratias agens, vel gratias egit. Vtique æterno Patri, cuius gloriã quærebat, & ad cuius gloriam omnia referebat. Quod ſi omnis actio ad aliquem finem ordinatur, equidem hæc gratiarum actio ad gloriam æterni Patris ordinata erat: ergo & res ipſa, quæ tunc fiebat ad hunc finem referebatur: Secunda actio fuit ad panem; explicata à dictis illis verbis: Benedixit, fregit, dedit, dixit. Hoc eſt corpus meum, quibus verbis fecit, vt ſubſtantia panis in ſubſtantiam corporis Chriſti conuerteretur: Et in hoc conſiſtit ratio præciſa Sacramenti Euchariſtiæ: Tertia actio eſt in diſcipulos, & hæc eſt duplex; Vna pertinet ad Sacramentum Euchariſtiæ, explicata illis verbis, Accipite, & mãducate; & in hac cõſiſtit ſacra Cõmunio, quæ in manducatione corporis Chriſti poſita eſt: Alia pertinet ad Sacramẽtum Ordinis, declarata illis verbis; Hoc facite in meam cõmemorationem; Hæc quotieſcunque feceritis, &c. In his n. verbis dat poteſtatem Apoſtolis faciendi, qđ ipſe fecit.

Ex dictis ergo locis ſacræ Scripturæ clare colligitur, quod in prima celebratione huius Sacramenti à Chriſto facta, tria facta ſunt, quæ dicuntur, Sacrificiũ, Sacramentum, & Cõmunio: Hæc enim conſtat Chriſtum feciſſe.

Cele-

Celebratio aũt. & inſtitutio aliquo modo differũt; Celebratio.n.intelligitur reſpectu eius,quod Chriſtus fecit; Inſtitutio aũt accipitur ex eo,quod Chriſtus ordinauit Apoſtolis,vt facerent,qđ ipſe fecit: Si.n.Chriſtus non dixiſſet illa verba; Hoc facite &c. celebraſſet quidem miſteria huius Sacramenti; Sed illud non inſtituiſſet: Dicendo autem illa,inſtituit:ergo Tria iam dicta in hoc Sacramento à Chriſto inſtituta ſunt.

Cap. 11. De alijs probationibus quæ à Catholicis factæ ſunt.

CAtholici ſuam affirmatiuam poſt probationem ex ſacra ſcriptura, alijs probationibus confirmant,quæ ſunt. Primo ex Traditione diuina: Secundo ex authoritate Eccleſiæ Catholicæ loca dicta ſcripturæ ita interpretantis; & hanc veritatem de fide determinantis: Tertio ex cõſenſu vnanimi ſanctorum Patrum: Quarto ex iudicio,ſenſu, vſu, & conſuetudine eiuſdem Eccleſiæ Catholicæ. Quæ probationes cũ diffuſe fiant à ſcriptoribus Controuerſiarũ,hic omittuntur: Apud illos,qui cupit, videbit: Nunc rationibus Logicis,& à lumine naturali ex parte deriuatis probatio fiet. *Conc. & Catec. ibi.*

Cap. 12. Probatur non eſſe aliquam cauſam cur à litterali ſenſu Scripturæ in hac materia ſit recedendum.

DIctum eſt ſupra,regulam Logicam ad cognoſcẽdam verã interpretationẽ ſacræ ſcripturæ eſſe, conſiderare ante omnia,an res ſignificata à ſenſu litterali habeat conuenientiam, vel contrarietatem cum alijs veritatibus,quæ aliquo modo nobis magis certæ ſunt: Quod ſi ſenſus litteralis non habet diſcrepantiam, imo habet cõuenientiam cum alijs veritatibus magis notis; tunc à ſenſu litterali nullo modo eſt recedendum: Si vero habet claram repugnantiam; tunc vel opus eſt vti aliqua diſtinctione,qua talis auferatur contrarietas: vel à ſenſu litterali aliquo modo decli- *Supr. lib. 2.*

nare licitum eſſe, quis poterit cogitare: Nunc ergo ad magis clarè, qđ quæritur, probãdũ, inueſtigãdũ eſt, an detur aliqua cauſa, cur à ſenſu litterali ſit recedendũ.

Tom. 2. contr. 3. lib. 1. & 3

Illuſtriſſimus Bellarminus ait: Hæreticos tres cauſas adducere, cur à ſenſu litterali videatur eſſe recedẽdum: Prima eſt, quia nõ poteſt eſſe, quod corpus Chriſti ſit in tot locis adeo inter ſe diſtinctis: Secunda, quia non conuenit Chriſto, vt ita ſit in hoc Sacramento: Tertio, quia hæc realis exiſtẽtia inutilis eſt, & ſufficit, quod Chriſtus ſit in hoc Sacramento tanquã inſigno: Nunc veritas examinanda eſt.

Cap. 13. Probatio, quod Euchariſtia regno Chriſti conueniat ex lege, & ratione naturali.

DAto, quod Deus miraculosè poſſit facere, vt corpus, & ſanguis Chriſti ſint in tot locis mundi in Euchariſtia: hæretici nihilominus negant hoc eſſe, dicentes, Deum noluiſſe hoc facere, quia non erat decens, quod Chriſtus in tot locis, & in aliquibus cum modica decentia, reperiretur: Ad quod duplex reſpõſio datur.

Ex locis citatis.

Prima eſt hæc: Nobis conſtat, Deũ poſſe hoc facere; & Verba Scripturæ apertè ſignificant, Deum voluiſſe: Illa autem, quæ Deus vult, optima ſunt: Ideo debet vobis ſufficere, quod Deus ita dicit.

Secunda eſt. Falſum eſſe; quod non deceat hæc Chriſti realis præſentia in Euchariſtia: & nunc probabitur lumine, & ratione naturali.

Ex lege natura, & ratione naturali.

Ariſt. 7. Polit. c. 8. & ſeq.

Primo ſacrificium Deo debetur de lege naturæ; & omnia regna, & populi. & nationes ex inſtinctu, & lege naturæ ducti Deo offerunt ſacrificium: Ita Abel, Cain, Ita Noè, Abraam: Ita Melchiſedech, Iob: Ita romani, & alij populi: ergo Maximè conuenit rationi naturali, quod in perfectiſſimo regno Chriſti Sacrificium Deo ſit inſtitutum, & tanto dignius, quãto hoc regnum antecellit alia: Sed Sacrificium à Chriſto inſtitutum in nouo teſtamento fuit ſacrificium paſſionis ſuæ, qđ obtulit in ara crucis, vt docet S. Paulus: ergo maximè decet, vt hoc ſacrificium in regno

Chriſti

Chriſti ſit frequentatum.

Secundo ſacrificiũ ſupra omnes alias actiones dat altiſſimam gloriam Deo, quia in ſacrificio res ſacrificata conſummatur ad gloriam Dei, ergo maximè cõuenit, vt in regno Chriſti ſit inſtitutum; Sed in hoc regno nullũ eſt aliud niſi hoc; ergo cũ negare hoc ſacrificium ſit omnino tollere ſacrificium à regno Chriſti, quod eſt maximè inconueniens; ſequitur, quod illud affirmare ſit maximè cõueniẽs, & negare icõueniẽs. *Ex natura ſacrificij.*

Tertio lumen naturale docet, Vitam naturalem nõ poſſe conſeruari ſine cibo naturali proportionato; & ideo vbi vita ſpiritualis exercẽda eſt, à ſimili cibus ſupernaturalis debet concedi; ergo maximè cõuenit lumini naturali inſtitutio Eucharistiæ, in qua cib. ſpiritualis fidelibus datur: Si dicãt hæretici, ſufficit panis, in quo ſit ſignum Chriſti; Contra; Ignis pictus, panis pictus, aurum pictum ſunt ſigna veri ignis, veri panis, & veri auri, & tamen non faciunt effectus rerum ipſarum; ergo non ſufficiunt. *Ex natura li neceſſitate cibi.*

Quarto illa pars regni ſemper eſt dignior, & nobilior, in qua rex perſonalem habet reſidentiam: ergo maxima regno Chriſti afferetur dignitas, ſi in Euchariſtia ipſemet Chriſtus veram, & realem habeat præſentiam, & reſidentiam; Sic enim Turba dæmonum debilitata erit; Angeli hominum cuſtodes lętificabũtur: Homines maximam inde habebũt iucunditatẽ, & vtilitatem, quia ad Chriſtum præſentem pro obtinendis gratiis confugient: Illum quoque honorando, & adorando meritum obtinebunt. *Ex ratione politica.*

Quinto Chriſtus dixit, Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationem ſeculi; Item delitię meæ eſſe cũ filijs hominum: Item, æquum eſt ſponſũ manere cum ſponſa ſua: Itẽ decet Chriſtum honorari in loco, vbi tãtum exinaniuit, & humiliauit ſe: Item ſic verificatur dictum Chriſti: Si granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, nullum fructum affert. Diabolus enim vt auferret Chriſtum ab hoc mundo, dedit mortem illi: Et ecce granum frumenti mortuũ multiplicatur, dum in tot locis præſens ſit. Et ſic deluſus eſt Diabolus, & Chriſtus glorificatus. *Matth. vlt.*

Digitized by Google

Cap. 14. Probatio ex teſtamento veteri.

Ex veteri teſtamēto. PRimo in Teſtamento veteri erant ſacrificia; ergo etiam in nouo eſſe debet; & multo dignius in nouo, quia vetus erat vmbra, & figura noui; hoc vero veritas erat; ergo digniſſimum ſacrificium eſſe debet: Quid autem dignius eſt iſto?

Ex figuris veteris teſtam. Secundo hoc ſacrificium fuit in lege veteri figuratũ: Veluti in agno paſchali, in ſerpēte ęneo à Moyſe exaltato; In manna; ergo conuenit regno Chriſti.

Ab arca veteris teſtamentis. Tertio Deus præcepit in teſtamento veteri fieri arcã, quæ in illo populo ſemper maneret, vt ſic aliquo modo illis ſuam exhiberet præſentiam: ergo ſi Chriſtus in Euchariſtia voluit eſſe præſens altiori gradu; rectè omnino factum eſt; Chriſti enim præſentia triplicem habet gradum; Primus eſt præſētia in figura; & hunc habuit in veteri Teſtamento; Secundus eſt pręſentia vera, & realis, ſed non glorioſa, & manifeſta ſenſibus; & hæc conuenit nouo Teſtamento; Tertius eſt realis, & glorioſa pręſentia; & hæc datur in paradiſo.

ibid. Quarto Deus in Teſtamento veteri illi populo dedit miſticos cibos, veluti Manna, Agnũ paſchalē; panes azimos, & partem eorum, quæ in ſacrificijs offerebantur; quæ erant figura noui teſtamenti; ergo conueniebat in Regno Chriſti dari cibum multo nobiliorem, quanto veritas eſt dignior figura; & eſt Euchariſtia; in hac enim datur ipſemet Chriſtus, qui eſt panis vitæ in cibum.

Ibid. Quinto in tota lege veteri multæ ſunt figurę huius Sacramēti. Veluti quod Abraam voluerit ſacrificare Deo vnigenitum filium: Melchiſedech Sacerdos, qui obtulit panem, & vinum: Panes propoſitionis ſanctis; Aliaque multa, de quibus Sancti Patres; ergo concordat cum Teſtamento veteri.

Cap.

Cap. 15. Probatio ex Teſtamento nouo, ſeu ex regno Chriſti.

PRobatur hoc ſacramentum maximè conuenire Regno Chriſti, & vtiliſſimum eſſe. *A fine regni Chriſti*

Primo probatur ex parte finis huius regni, quod eſt infinita gloria Dei in magnitudine, & multitudine; quia ſi altiſſima gloria datur ꝑ ſacrificiū, et quo digni us eſt ſacrificiū eo excellẽtior gloria datur; & ſi Chriſtus pro fine habuit dare patri gloriā īfinitā ī magnitudine, & multitudine; certè nullum medium ad hūc finem obtinendum erat magis accomodatum, quam hoc, in quo res oblata Deus eſt; Offerens Deus eſt; Modus offerẽdi á Deo ipſo preſcriptus eſt: Quid dignius illo? Sacrificium Abrahe erat filius ſuus, ſcilicet hominis, hic Dei filius eſt: ergo concordat cum fine. *Ab eodem fine.*

2. Si dicatur vera sūt dicta, ſed ſufficit ſemel à Chriſto fuiſſe oblatum in cruce, Contra, Deus eſt glorificādus non ſolum, ſecundum magnitudinem, ſed etiam ſecundum multitudinē; ideo ſæpius, & ſepiſſime offerendum: Sic primus actus Chriſti incarnati ſufficiebat, ad dandam infinitam in quātitate gloriam Deo; ſed tamen voluit etiā in multitudine tot actibus ſuis honorare; idem in hoc ſacrificio: Primo per ſeipſum; poſtea quotidie ſæpius per Sacerdotes offerri vult: Nunquid Regnum Chriſti debet eſſe ſine ſacrificio? Nunquid reiterata multitudo huius ſacrificij toties, quoties gloriam Deo non dabit? Nunquid Chriſtus, non potuit, aut noluit, hoc ordinare? Iob ſingulis diebus offerebet ſacrificium: Nūquid illa reiteratio Deo gloriam non addebat? Si ab hominibus quotidie peccata committuntur? Si quotidie homines debēt Deo pro beneficijs acceptis gratias agere; Et quotidie noua beneficia poſtulare? Et ſi Deus omni tempore, vt ait Propheta, eſt benedicendus: Et ſi hoc ſacrificium ad dicta præſtanda inſtitutum eſt, cur non debet quotidie ſepius frequentari? *Ab eodem*

3. Gloria Chriſti, ait Concilium Triden. eſt finis regni ipſius. Et hec gloria debet illi quotidie dari;

Datus

Datur autem maxima in hoc ſacrificio, in quo fit memoria paſſionis, & obedientiæ illius vſque ad mortẽ; ergo frequentare conuenit fini.

Ab eodẽ. 4. Finis dicti Regni eſt vita beata hominum, non ſolum in futuro, ſed etiam in præſenti ſeculo; ſed nullum eſt medium magis accommodatũ ad hunc finẽ obtinendam Euchariſtia; tum quia per ſacrificiũ hominibus Deum continuo placatũ reddit, & propitiũ: Tum quia realis præſentia Chriſti beatificat mundũ, & terram ſua præſentia paradiſum reddit; Tum quia vt eſt communio viuificat, conſolatur, ſatiat, replet bonis. Chriſto vnit, gratiam, & gratiæ fontem cõfert: Hæc nonne hominem beatum reddunt?

A materia regni Chriſti. 5. Ex parte materiæ nempè Eccleſia, & populo fideli: Nunquid ſponſa non gaudet de præſentia ſpõſi; & in communione appetit cum illo vniri? Nũquid populus de præſẽtia ſui regis lætatur? Hęc præſẽtia nonne dæmones terret? Si Chriſtus realiter ſit in terris, ſicut eſt in cælis, modo tamen diuerſo, nõne Angeli in maiori numero, & frequentia veniẽt ad nos? Et Pater æternus oculo benigno reſpiciet locum vbi eſt dilectus filius ſuus? Si etiam fideles, in Cõmunione, cum Chriſto vniantur: nonne manentes in Chriſto, & Chriſtus in illis opera digniora, & altiora efficient? Nonne hoc cibo nutriti, & confortati fortes, & validi erunt? ergo Vtiliſſimum, & digniſſimum eſt, quod Chriſtus ſit in medio populi ſui: Si enim præſẽtia arcę in veteri teſtãmento populum lætificabat vehementer; cur non fiet multo melius Chriſti præſentia? iuxta illud, Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis.

A forma eiuſdem. 6. Ex parte formæ, Regnum dicitur à Rege; ergo maximè conuenit præſentia ſui regis Chriſti: In oratione dominicali petimus; Adueniat regnum tuum; Certe maximè aduenit, ſi Chriſtus ſit pręſens: In omni regno debet eſſe ſacrificium; ergo & in iſto: Regnum Chriſti eſt regnum gratiæ, quia in illo tanquã in fonte inchoat gratia; Chriſtus autem eſt fons gratiæ, ergo debet morari in terris, vbi eſt locus gratiæ; ſicut

ſicut in cęlo eſt locus gloriæ: Chriſtus in terris exinaniuit,humiliauit ſe, factus eſt obediens vſque ad mortem: ergo in terris debet immorari,vt ibi honorificetur? Reges boni,ita patres ſolent ſubditis,& filijs procurare, quæ ad vitam ſunt neceſſaria; ergo Chriſtus in ſuo regno dabit cibum ſpiritualem,à quo vita ſpiritualis conſeruetur, & augeatur: ergo hoc Sacramentum conuenit regno Chriſti.

7. Ex parte efficientis: Chriſtus dixit; Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad cōſummationem ſeculi: Delitię meę ſunt,eſſe cum filijs hominum: De illo dictum eſt: Et in terris viſus eſt,& cū hoīb.cōuerſatus eſt: Dictū eſt: Et habitauit in nobis,& vidimus gloriā eius; Si ergo non fuit inconueniens, Chriſtū incarnari,& habitare nobis cum mortalem; neq; erit inconueniens,qđ nobis cum maneat in Sacramento: Si Deus ita dilexit mundum,vt filium ſuū vnigenitum daret in vita; cur etiam non dabit poſt mortem? Hoc enim maiorem indicat charitatem? Si non fuit inconueniens,Chriſtū naſci in ſtabulo,& iacere in ſepulchro;cur erit inconueniens,quod in Eccleſijs moretur? Si voluit manducare cum peccatoribus; ingredi domos illorum; cur non etiam tradet ſe in communione pro cibo illis ad manducandum? Si diuinitas manet ſua reali præſentia in terra;cur erit inconueniens, quod Chriſtus maneat cum corpore ſuo? Si Spiritus ſanctus manet in hoc regno in æternum; cur Chriſtus corpore ſuo realiter manere non poteſt? Si Chriſtus dixit,Si quis diliget me,& Pater meus diliget eum,& ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus; quis poteſt dicere hæc illi non conuenire? Nunquid eſt inconueniens,quod Paſtor moretur in medio gregis ſuis? ergo vndequaq; hoc Sacramentū conuenit Regno Chriſti. *Ab efficiente.*

Cap. 16. Concluſio huius probationis.

NVnc concludenda eſt probatio præſens: Si ergo ſacra ſcriptura ſpecificè in multis locis loquitur de hoc Sacramento; Et ſi omnia loca litteraliter intellecta veritatem huius Sacramenti concorditer ſigni-

gnificant. Et ſi à ſenſu litterali Scripturæ ſine grauiſſima cauſa non eſt recedendum; Sola autem cauſa recedendi à dicto litterali ſenſu ſit, quod res ſignificata à ſenſu dicto non poſſit ſtare, quia repugnet alteri veritati à Spiritu ſancto edoctæ, vt dictum eſt; Quæ cauſa nullo modo hic locum habet; imo dicta res ſignificata concordat cum lege, & lumine naturali; cum teſtamento veteri, & nouo; cum Traditione, cum ſenſu, iudicio, interpretatione, vſu, conſuetudine, determinatione Catholicæ Eccleſiæ, & vnanimi conſenſu Patrum: & ita in præteritis ſeculis ſemper in regno Chriſti ſeruatum fuit; & ſi probatum eſt, ita conuenire materiæ, formæ, fini, & efficienti regni Chriſti; & modo probabitur eſſe poſſibile, & maximam vndequaque afferre vtilitatem; ergo nullus ſane mentis negare debet veritatem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ eo modo, quo ab Eccleſia Catholica Apoſtolica, Romana, tradita, explicata, affirmata, & in vſum recepta eſt.

Hæc eſt Catholicæ concluſionis affirmatiuæ de Euchariſtia plena probatio.

LIBRI SEXTI DISTINCTIO QVARTA.

De reali præſentia Chriſti in Euchariſtia, etiam in multis, & diſtantibus locis.

MOdum, & rationem, quæ Chriſtus in terra multis in locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit; ſacrum Concilium ait; etſi verbis exprimere uix poſſumus, poſſibilem tamen eſſe Deo cogitatione per fidẽ illuſtrata, aſſequi poſſumus, & conſtantiſſime credere debemus: *De hac igitur reali* præſentia nunc, cum omni humilitate, & reuerentia locuturus ſum, philoſophicam ex parte inſtituens tractationem; vt *Hæreticis* detur occaſio cõſpiciendi; quam ſit conſona Doctrina Catholica cum lumine naturali, & cum philoſophia, etiam in hac ineſplicabili materia ſacræ Euchariſtiæ; Potiſſimum autem ſtudebo explicare, falſum omnino eſſe, quod hæretici dicunt, implicare contradictionem, quod idem corpus Chriſti poſſit realiter in multis locis diſtantibus ſuam habere præſentiam, vt Catholici affirmant; Sic autem tractatio diuidenda eſt.

Primo proponetur concluſio, quæ eſt in controuerſia.

Secundo probationes hæreticorum afferentur.

Tertio Doctrina Catholica proponetur.

Quarto eadem per terminos philoſophicos explicata erit.

Quinto probabitur.

Sexto probationes hæreticorum confutabuntur.

Cap. 1. Proponitur concluſio, de qua eſt controuerſia.

PRima concluſio eſt; Vtrum poſſibile ſit, quod idem corpus Chriſti realiter in Euchariſtia ſit præſens multis in locis diſtantibus: An vero implicet contradictionem, quod ita ſit.

Secunda eſt, vtrum loca ſcripturæ, quæ de hac materia loquuntur, iuxta ſenſum litteralem ſint interpretanda; an vero à ſenſu litterali ſit recedendum.

Catholici dicunt, Eſſe poſſibile, & nullo modo implicare contradictionem: Ideo nullam omnino eſſe cauſam, ut à ſenſu litterali ſit recedendum.

Hæretici dicunt; Eſſe impoſſibile, & implicare contradictionem, & ob hanc cauſam à ſenſu litterali eſſe recedendum.

Modo in hac Diſtinctione examinandum eſt, ex qua parte veritas ſit: Certum eſt autem, quod verba ſancti Euangelij pro Catholicis ſunt.

Cap. 2. Afferuntur probationes hæreticorum.

PRimo omnes Philoſophi dicunt, Eſſe impoſſibile, & implicare cõtradictionem, quod idem corpus numero ſimul ſit in diſtantibus locis.

Secundo aliqui Doctores Catholici, idem affirmãt de corpore in generali; excipiunt tamen de corpore Chriſti.

Tertio nituntur probare, quod implicet contradictionem ſic: Dicere, quod eadem res, & eadem ratione conſiderata ſit vna, & non vna; ſit multa, & non multa; ſit hic, & non ſit hic; implicat contradictionem, ſed qui dicit, idem corpus numero eſſe Mediolani, & eſſe Romæ, eodem tempore, dicit eſſe vnum, & non vnum; multa, & non multa; eſſe hic, & non eſſe hic: ergo implicat contradictionem.

Quarto Corpus Chriſti eſt eiuſdem generis cum alijs corporibus; ergo quod repugnat alijs corporibus, repugnabit etiam corpori Chriſti.

Pro-

Cap. 3. Proponitur Doctrina Catholica ex ſacro Conc. Tridentino.

SAcrum Conc. Trident. proponit hanc Catholicã Doctrinam ſeſſ. 13. cap. 1. in hæc verba.

Pricipio docet S. Synodus, & apertè, ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento, poſt panis, & vini conſecrationem, Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum verum Deum, atque hominẽ, verè, realiter, ac ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerũ ſenſibilium contineri: Nec enim hæc inter ſe pugnant, vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexteram Patris aſſideat iuxta modum exiſtendi naturalem, & vt multis nihilominus alijs in locis ſacramẽtaliter pręſens ſua ſubſtantia nobis adſit; ea exiſtendi ratione, quam, etſi verbis exprimere vix poſſumus, poſſibilem tamẽ eſſe Deo, cogitatione per fidem illuſtrata aſſequi poſſumus, & conſtãtiſſime credere debemus: Ita enim maiores noſtri omnes, quotquot in vera Chriſti Eccleſiã fuerunt; quę de ſanctiſſimo hoc Sacramento diſſeruerunt, apertiſſimè profeſſi ſunt, &c.

Idem Concilium ibid. cap. 3. ita ait.

Semper hęc fides in Eccleſia Dei fuit, ſtatim, poſt conſecrationem, verum Domini noſtri corpus, verũque eius ſanguinem ſub panis, & vini ſpecie, vna cũ ipſius anima, & diuinitate exiſtere: ſed corpus quidẽ ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie ex vi verborũ: Ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſãguinem ſub ſpecie panis, animamq; ſub vtraq;, vi naturalis illius connexionis, & concomitãtiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, nõ amplius moriturus, inter ſe copulantur; diuinitatem porro propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypoſtaticam vnionem; Quapropter veriſſimũ eſt, tantundem ſub alterutra ſpecie, atq; ſub vtraque contineri: totus enim integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quauis ipſius ſpeciei parte; totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit.

Seſſ. eadem can. 1. ita determinat de fide.

Si

Si quis negauerit, in ſanctiſſimę Euchariſtiæ Sacrã mento contineri vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cũ anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum; ſed dixerit tantummodo eſſe in eo, vt in ſigno, vel figura, aut virtute; anathema ſit.

De Euch. nu. 33. Catechiſmus Romanus de exiſtẽtia Chriſti in hoc Sacramento ita docet.

Iam vero hoc loco etiam explicandum eſt, non ſolum verum Chriſti corpus, & quidquid ad verã corporis rationem pertinet, veluti oſſa, & neruos; ſed etiã totum Chriſtum in hoc Sacramento contineri: Docere autẽ oportet, Chriſtũ nomẽ eſſe Dei, & hoĩs, vnius ſcilicet perſonæ, in quo diuina, & humana natura cõiuncta ſit. Quare vtranque ſubſtantiam, & quæ vtriuſque ſubſtantię conſequentia ſunt, diuinitatem, & totum humanam naturam, quæ ex anima, & omnibus corporis partibus, & ſanguine etiam conſtat, complectitur. Quę omnia in Sacramento eſſe credendũ eſt: Nam cũ in cælo tota humanitas diuinitati in vna perſona, & hypoſtaſi cõiuncta ſit, nefas eſt ſuſpicari, corpus, quod in Sacramento ineſt, ab eadem diuinitate ſeiunctum eſſe.

Catech. ibidem nu. 43. ita ait. Deinde vero doceãt Chriſtum Dominũ in hoc Sacramento, vt in loco nõ eſſe: Etenim locus res ipſas conſequitur, vt magnitudine aliqua prędictę ſunt: Chriſtum vero Dominum ea ratione in Sacramẽto eſſe nõ dicimus, vt magnus, aut paruus eſt; quod ad quantitatem attinet; ſed vt ſubſtantia eſt: ſubſtantia enim panis in Chriſti ſubſtantiam, non in magnitudinem, aut quantitatem cõuertitur. Nemo vero dubitat, ſubſtantiam æque in paruo, atque in magno ſpatio cõtineri: Nam & aeris ſubſtantia, totaque eius natura ſic in parua, vt in magna aeris parte; itemque tota aquę natura, non minus in vrnula, quam in flumine, inſit, neceſſe eſt: Cũ itaque panis ſubſtantię corpus Domini noſtri ſuccedat fateri oportet, ad eundem planè modum in Sacramento eſſe, quomodo panis ſubſtantia ante cõſecrationem. Ea vero vtrum ſub magna, an ſub parua quan-

quantitate eſſet nihil ad rem omnino pertinebat. Alia docent, quę breuitatis cauſa omittuntur.

Cap. 4. Explicantur termini, qui in dicta doctrina Catholica contenti ſunt.

NOn poteſt explicari, an aliqua Doctrina cõtineat contradictionem, niſi priùs termini illius ſint præcisè declarati; Ratio eſt quia vbi eſt contradictio, ibi omnino termini ſub eadem ratione accipi debent; quod ſi in illis vel minima oſtendatur. varietas, & diſtinctio, ibi vera contradictio eſſe non poteſt; termini autem ſunt.

Primo Chriſtus, perſona diuina, natura diuina, natura humana, anima, corpus, ſanguis, caro, oſſa, nerui; & iſti ſunt termini phyſici, & reales.

Secundo ſunt termini Metaphyſicales; totum, ſpartes, vnio, diuiſio, ſubſtantia, exiſtentia, modus exiſtendi, præſentia, vnum, multa, idem, diuerſum, & alia quæ à Metaphyſico explicantur.

Tertio ſunt aliqui termini theologici in ſacra ſcriptura fundati, qui ſunt Sacramentum. Euchariſtiæ, ſpecies Sacramentales, conſecratio, verba conſecrationis, vis verborum, Tranſubſtãtiatio, Miſſa, communio & alia.

De his aliqua explicatio tradenda eſt.

Per Chriſtum intelligitur perſona diuina Filij, in qua natura humana, & diuina hypoſtaticè vnita eſt.

Per ſubſtantiam Chriſti intelliguntur illa omnia, quæ pertinent ad ſubſtantiam, & eſſentiam naturæ, tum diuinæ, tum humanæ.

Per partes ſubſtantiæ Chriſti, intelligitur tota ſubſtantia naturę diuinæ, & tota ſubſtantia naturę humanę, anima, corpus. ſanguis, & alia.

Vnio dictarum partium fit in perſona Chriſti, & dicitur vnio hypoſtatica.

Ex hac vnione ſequitur, quod Chriſtus ſit veluti quoddam totum ex multis partibus copulatum.

Vt eſt quoddam totum eſt vnũ, eſt idem, eſt indiuiſum; vt vero habet partes, aliquo modo eſt multa, &

non vnum; eſt non idem, ſed diuerſum; eſt diuiſum, & non indiuiſum; demum diuerſa ratione contradictoria de illo verificantur.

Chriſtus ergo eſt totum quoddam completum, cui nulla pars ſubſtantialis deeſt.

In Chriſto quattuor termini principaliter ſunt conſiderandi. Primus eſt ſubſtantia; Secundus exiſtentia; Tertius præſentia; Quartus accidentia; qui explicabuntur.

Cap. 5. Explicatur, quid ſit ſubſtantia, quæ vna. quæ eadem.

PRo huius rei intelligentia notandum, quod entia alia ſunt completa, alia incompleta: Completa ſunt, quę habent completam eſſentiam, & completam exiſtentiam; & tales ſunt omnes primæ ſubſtantiæ.

Ariſt. lib. prædic. de ſubſtãtia. Incompleta ſunt illa, quæ non habent, uel completam eſſentiam, vel completam exiſtentiam, vel neutrum illarum: Et talia ſunt omnia accidentia, item partes primarum ſubſtantiarum, vt anima, corpus.

Subſtantia ab Ariſt. ſic definitur. Eſt illa, quę non eſt in ſubiecto; ideſt per ſe exiſtit, & non in alio, vt in ſubiecto: Eſt duplex, prima, & ſecunda: Secunda ſic definitur: eſt illa, quæ non eſt in ſubiecto, ſed dicitur de ſubiecto: Prima definitur ſic: Eſt illa, quæ neque eſt in ſubiecto nec dicitur de ſubiecto. Hęc prima ſubſtantia dicitur hoc aliquid, & eſt vnum numero, ait Ariſtoteles. *ibid.*

In ſecunda ſubſtantia ſola reperitur eſſentia, & nunquam exiſtentia. *ibid.*

In prima ſubſtantia ſemper reperitur cõpleta eſſentia, & completa exiſtentia; veluti Socrates dicit completam hominis eſſentiam & completam exiſtentiam ad modum totius, & vnius numero. *ibid.*

Prima ergo ſubſtantia ſuperaddit ſecundæ ſolam exiſtentiam realem, & hæc exiſtentia eſt differentia ſpecifica primæ ſubſtantiæ, & eſt illud, quo primo poſito, vel ſublato, primo ponitur, vel aufertur eſſe primã ſubſtantiam, & vnum numero, ac ſingulare. Quod ſi *ibid.*

quis

quis putat indiuidua ſubſtantię conſtitui per acciden tia,non rectè ſentit,quia prima ſubſtantia prius natura exiſtit, quam accidentia in illa ſint, & exiſtentia illius eſt cauſa exiſtentiæ illorum. *Arg. ibi.*

Vna ergo ſubſtantia prima,qualis eſt Chriſtus,eſt illa, quæ habet vnam totalem eſſentiam, & totalem exiſtentiam;vnitas enim ſubſtantiæ in ratione totius non in ratione partium poſita eſt. *ibid.*

Completa ſubſtantiæ eſt,quæ habet completam eſſentiam, & exiſtentiam. *ibi. & 5.*

Eadem ſubſtantia eſt, quæ omnino habet eãdem eſſentiam,& exiſtentiam,non dico accidentalem,ſed ſubſtantialem. *Meta. c. 9. tex. 16. Ariſt. de ſubſt.*

Exiſtentiam ſubſtantialem voco illam, per quam ſubſtãtia prima cõſtituitur in ratione talis ſubſtãtiæ. *ibid. & 5*

Partes ſubſtantiæ conſideratę in ordine ad totum, vnũ & idem ſunt,quia anima,& corpus ſimul vnita idem homo ſunt,conſideratæ autẽ, vt partes ſunt,diſtinctam habent eſſentiam, & exiſtentiam. *Meta. c. 6 8. & 9. ibid.*

Eſſentia completa eſt illa,quę dicit omnia,quę de rei eſſentia ſunt. *ibid.*

Exiſtentia cõpleta eſt illa,per quam omnes partes eſſentiales actu exiſtunt,veluti actu exiſtit anima, & corpus. *ibid.*

Idem ergo,& vnũ numero propriè,& ſtrictè acceptum ſunt, quæ eadem habent completam eſſentiã, & exiſtentiam.Illa erunt differentia numero,quę etiã in ſola exiſtentia ſubſtantiali ſunt differentia,vt ſocrates,& Plato.

Et hinc aperte apparebit,quod idem omnino corpus Chriſti numero ſimul in Euchariſtia,ſine vlla implicantia,poterit eſſe in diuerſis locis.Nunc aliud fundamentum ponetur ad probandum,quod etiam alia corpora, de potentia Dei abſoluta, poterunt eſſe in multis locis.

Cap. 6. Explicatur, quid ſit exiſtentia ſubſtantialis, eſt quæ vna, & eadem numero ſit.

Ibid. ESſentia ſic poteſt definiri Eſt prima entitas rei, vt corpus, & anima.

ibid. Exiſtentia ſubſtantialis ſic poteſt definiri; Eſt prima actualitas rei, cum ſint in re, id eſt per exiſtentiam eſſentia rei primo conſtuitur in actu, non extrinſece, vt fit ab efficiente, ſed intrinſecè, quia in ipſamet re eſt. Tunc autem res dicitur actu exiſtere, quando
1. Meta. extra omnes ſuas cauſas actu eſt; Cauſæ autem ſub-
tex. 15. c. ſtantiales, à quibus completa rei exiſtentia dependet,
8. quattuor ſunt, materia, forma efficiens, & finis, Illa ergo ſubſtantialis exiſtentia erit omnino eadem numero, quæ ab eiſdem cauſis, abſque vlla differentia ſacta. Illud enim eſt omnino idem numero cũ alio, in
1. Top. c. 6 quo nihil omnino reperitur, quod in alio non ſit. veluti Ariſtoteles ait, tunica; & veſtis idem numero ſunt, quia idem omnino dicit vnum, quod aliud. Si ergo Deus de potentia abſoluta produceret decẽ corpora in diuerſis locis diſtantibus, & ſingulis traderet omnino eãdem eſſentiam, & hanc eſſentiam in actũ reduceret per eaſdem omnino quattuor cauſas, abſque vlla penitus differentia, tunc illa decem corpora eamdẽ omnino haberent eſſentiam, & exiſtentiam ſubſtãtialem: Et vna, ac eadem prima ſubſtantia numero eſſent quia neque per eſſentiam, neque per exiſtentiam differunt; ergo idem omnino ſunt, & quod dicit vnum, omnino dicit aliud, vt tunica, & indumentum. Si dicatur, loca ſunt diuerſa: Reſpondetur, locum eſſe accidens quinti prædicabilis, qui aduenit rei iam exiſtenti; Sed demus, quod Deus illa creet extra cæiũ, vbi locus non eſt, quænam erit difficultas; Addo ſi Deus poteſt dare corpori A. talem eſſentiam, & exiſtentiam numericè conſideratam, cum ſit potentiæ non limitate, poterit omnino idem facere in alio, & in alijs corporibus, ergo omnino eadem erunt, vt tunica, & veſtis.

Propono exempla, primũ Chriſtus in nuptijs aquã conuertit in vinum in ſex hydrijs loca ſunt, diſtincta,

ſed

ſed vinum illud totum ſupponamus habere omnino eamdem eſſentiam,et exiſtētiam,quia Chriſtus,quod potuit facere in vino vnius hydriæ,omnino poteſt facere in vino alterius,quia hic nulla eſt repugnātia,et eadem cauſa poteſt producere in diuerſis locis eumdē effectū. Quattuor etiam cauſæ in dicto vino omnino eædem fuerunt,finis vnus;Chriſtus efficiens,ſubſtantia vini eadem,ergo poteſt eſſe vnum,et idem vinum, Subſtantię enim exiſtentia per ſolam loci varietatem nō diuerſificatur. Idem exemplum ſit, de pane à Chriſto multiplicato, quia omnes partes dicti panis omnino eaſdem quattuor cauſas habuerūt.Idem de diſparitis linguis,quæ in die Penteçoſtes ſuper Apoſtolos apparuerunt.Idem de tribus viris,quos vidit Abraam, & vnum adorauit.Idem videtur dici poſſe de luce Solis,quæ in thalamo diſtinctis in locis per varia foramina apparet,videtur enim eadem numero,licet per loca diſtincta ingreſſa ſit.Idem de ſpeciebus intentionalibus,quę cum ſint eędem numero in diuerſis tamē locis,vt in multis ſpeculis diſtinctæ apparent. Nullam ergo implicat contradictionem,quin duo corpora in diuerſis locis poſita omnino eamdē habeant eſſentiam & exiſtentiam. Probatur,vnum corpus ſit A.Aliud ſit B.Corpus A.ponatur habere talem eſſentiam, & exiſtentiam vini.Quęro an Deus poſſit facere in corpore B.quod fecit in corpore A.Omnino eſt affirmandum Demus,quod fecerit,vt de vino in nuptijs. Tunc de vtroque corpore poterit affirmari eadem eſſentia, & exiſtentia,& qui affirmat de A. Nō negat de B. Immo de vtroque poterit affirmari,& non erit contradictio, 1.top.r.ſ.
Cōfirmatur,Duę ſpecies,ait Ariſt. ſunt idem genere, quia habēt eamdem generis eſſentiā. Duo indiuidua vt Socrates,& Plato,ſunt idem ſpecie,quia eadem habent ſpecificam eſſentiam,licet diuerſam habeant exiſtentiam,ergo ſi corpus A.et corpus B.eamdem omnino habeant eſſentiam,& exiſtentiam, idem omnino corpus numero erunt,Deus autem quod fecit in corpore A.poteſt facere in corpore B.ergo poſſibile eſt, quod dicitur,& non implicat contradictionem.

Confirmatur,lex naturalis corporibus dat talē ordinatio-

dinationē, Primo, vnū corpus ſit tantū in vno loco, Secundo, In eodem loco non poſſint eſſe duo corpora, Tertio, Idem corpus non poſſit eſſe in pluribus locis ſimul. Quęritur, an Deus de potentia abſoluta poſſit in hac lege diſpenſare, & probatur, quod ſic, quia in natiuitate Chriſti, & inexitu illius de ſepulchro, & in corpore illius glorioſo diſpenſauit in ſecundo, quia duo corpora fuerunt in eodem loco, ergo eadem ratione poterit diſpenſare in alijs; Poteſt ergo eſſe poſſibile, & non implicare contradictionem, quod idē corpus numero ſimul ſit per potentiam Dei abſolutam in multis locis Et confirmatur. Idem corpus numero poteſt eſſe in diuerſis locis tranſeundo de vno ad aliū Locus etiam idē numero ſucceſſiue plura recipit corpora, ergo iſta pluralitas neque ex parte loci, neque ex parte locati repugnantiam habet.

Cap. 7. Explicatur quid ſit præſentia, & quotuplex ſit.

NVnc tentandum eſt explicare, quid ſit præſentia & quot modis accipiatur.

ex Conc. vbi ſupra. Præſentia dicitur quaſi præſens exiſtētia, Vbi enim eſt exiſtentia, ibi eſt præſentia, & vbi non eſt illa, nec iſta: Quod enim exiſtit, omnino alicubi eſt, & quod nō exiſtit, nullibi præſens eſt. Pręſentia ergo eſt quoddam accidens fluens ab exiſtentia rei, non abſolute, ſed in ordine ad aliud conſiderata. Præſentia enim dicit relationem ad illud, cui res efficitur præſens: Exiſtentia ergo rei dupliciter conſideratur, primo abſolutè, & in ſe, & ſic exiſtentia ſubſtantiæ nullibi dicitur præſens, ſecundo in ordine ad aliam ſubſtantiam & ſic vna prima ſubſtantia dicitur alteri ſubſtantiæ, vel rei eſſe præſens, videtur autem præſentia ſic poſſe definiri.

ibid. Primo eſt modus exiſtendi quaſi in alio, vt in loco;

ibid. Secundo ſic, Præſentia eſt applicatio rei ad aliud extra ſe, quaſi ad locum.

ibid. Tertio, ſic Preſentia eſt res exiſtens, alteri rei ad modum locati applicata; Preſentia enim videtur idem,

quod

quod res pręſens ; Applicatio autem eſt cauſa,vt vna res fiat alteri præſens , vt in motu locali apparet.

Præſentia alia eſt generalis, alia particularis ; Generalis dicit , quod omne actu exiſtens alicubi ſit,ſed non determinat locum particularem , & hoc modo conſiderata eſt accidens per ſe fluens ab exiſtentia,& eſt in ſeparabile ab illa, Pariticularis explicat præcisè, vbi,quando , & quomodo , vna res alteri præſens ſit, & hec modo accepta eſt quintum prędicabile,& non conuenit exiſtentiæ per ſe. *Conc.& Cath. vb ſupra.*

Præſentia alia eſt realis , alia non realis;Realis eſt illa , in qua verè ; & realiter tum eſſentia,tum exiſtẽtia rei adeſt,vbi dicitur præſens : Non realis eſt , cum neque eſſentia , neque exiſtentia adeſt , ſed tantum res ibi eſt,vt in ſigno,aut figura,aut virture aut aliter. *Con ibid.* *Conc. ibi*

Realis alia eſt naturalis,alia non naturalis . Naturalis eſt illa,quę iuxta legem,& modum naturalem , rem facit præſentem ; Non naturalis eſt illa , cum ſupra ordinem naturæ , modo non naturali efficitur pręſens.

Omnis pręſentia tam generalis quam particularis, tam realis,quam non realis,tam naturalis quam non naturalis aliquam omnino requirit applicationem. *Conc. ibi*

Pręſentia corporis Chriſti in cælo eſt naturalis In Euchariſtia ſupernaturalis , quæ etiam dicitur Sacramentalis , & hæc eſt duplex , vna ex vi verborum,alia per realem concomitantiam. *ibidem.*

Cap. 8. De eſſentia & exiſtentia accidentium.

Aliquid etiam de eſſentia , & exiſtentia accidentium eſt dicendum. *Ariſt. lib. Præd. de ſubſt.*

Accidentia habent tum eſſentiam tum exiſtentiam. ſed vtramque à ſubſtantia accipiunt. *ibidem.*

Accidentia omnia conueniunt ſubſtantiæ non in ſe conſideratæ , ſed ad aliud , ſeu ad aliam ſubſtantiam ordinatæ, vt in omnibus licet uidere. *ibidem*

Eſſentia accidentis eſt prima entitas illius , exiſtentia eſt prima actualitas eiuſdem ; Omnia accidentia habent exiſtentiam à ſubſtantia,in qua ſunt , & dici-

 tur

tur de illis eſſe in ſubiecto. Nulla enim ſubſtantia eſt in ſubiecto, omnia autem accidentia ſunt in ſubiecto.

Ex Porphirio. In accidentibus dantur genera, vt color, ſpecies, vt albedo; indiuiduum vt hæc albedo, quæ eſt in hoc ſubiecto.

ibid. Subſtantia habet ſuam exiſtentiam non dependentem ab accidentibus.

Catech. vbi ſupra Secundum legẽ naturalem nulla ſubſtantia corporea exiſtit abſque accidentibus, vt quantitate, loco, & alijs. De potentia autem Dei abſoluta, in qua Deus diſpenſat à lege naturali, poteſt fieri, quod ſubſtantia rei corporeæ exiſtat ſine accidẽtibus, præcipuè quinti prædicabilis, vt loco, quantitate, vbi, & alijs: Ratio eſt, quia exiſtentia ſubſtantiæ non dependet ab exiſtentia accidentium, ideo non implicat eſſe ſine illis, quod in ſpecie apparet, quæ dicit ſubſtantiam ſine accidentibus.

Ariſt. ibi. Secundum legem naturalem accidentia nõ poſsũt eſſe ſine ſubiecto prima ſubſtantia. Sed Deus poteſt ſupplere vicem ſubiecti & facere, vt accidentia ſint abſque vllo creato ſubiecto, cũ ſua propria quãtitate.

Conc. & Catech. vbi ſupra. In caſu, quod Deus faciat, aliqua accidẽtia exiſtere ſine ſubiecto cum ſua quantitate, tunc illa accidentia alicubi erunt, & proprium locum iuxta ſuam quantitatem obtinebunt, ideo circumſcriptiue erunt in loco quantitati proportionato, & habebunt realem præſentiam in dicto loco, & nullo modo in alio, & videbitur implicare contradictionem, quod illa accidentia ſint hic, & omnino eadẽ, & eadem ratione ſint alibi in diſtinctis locis Et Catholici non dicunt, quod ſpecies ſacramentales Mediolani poſitæ ſint eædem numero cum illis, quæ ſunt Romæ; immo dicunt eſſe diſtinctas numero, & eſſe in vno tantum loco, & in illo ſolo habere realem præſentiam, & poſſe realiter de loco ad locum moueri, & ſic ſuam variare præſentiã: poſſunt etiam corrumpi, & ſuam amittere eſſentiam, & iam dictam exiſtentiam.

Conc. Catech. ibid. Species ergo Sacramentales habent, nõ dico exiſtẽtiam, ſed quantitatem, & locum, & vbi, & ſitum, & quando, iuxta modum eſſendi naturalem, ideo & plures

plures eſſe numero, & eſſe in tali, & tanto loco, & in tali tempore propriè eſſe, ſecus autem erit de corpore Chriſti, quod ſub illis ſpeciebus contentum eſt.

Cap. 9. Explicatur quid ſit Sacra Euchariſtia.

HIS ita declaratis explicandum eſt, quid ſit ſacra Euchariſtia.

Hęc tria dicit intrinſecè, nempè primo ſpecies ſacramentales, ſecundo contentum ſub illis, tertio præſentiam, ſeu vnionem rei contentæ cum ſpeciebus, & dicitur Sacramentum, id eſt ſignũ rei ſacræ, quia illæ ſpecies ſignificant rem ſacrã, quæ ſub illis cõtēta eſt. *Conc. Catech. ibid. & nu. 8.*

Eccleſia Catholica docet, ex verbis Chriſti aperte deduci, quod totus Chriſtus, & tota illius ſubſtantia, & completa illius exiſtentia, non quidem accidētalis ſeu quantitatiua, & localis, ſed ſubſtantialis, neque ſecundum modum exiſtendi naturalem, ſed diuerſa quadam ratione, verè, & realiter, & ſubſtantialiter exiſtit, continetur, & eſt præſens ſub illis ſpeciebus. Modus autem exiſtendi appellatur ſacramentalis, ita ex vi verborum, et per realem concomitantiam modo ſuperius dicto. *Conc. Catech. ibid.*

Chriſtus ergo verè, realiter, & ſubſtantialiter eſt præſens ſub illis ſpeciebus ſacris, vbi notādum, aliud eſſe conſiderare præſentiã Chriſti ſub illis ſpeciebus; aliud conſiderare præſentiam ſpecierum in loco, vbi ſunt, Chriſtus enim, & corpus illius ad modum ſubſtantiæ eſt ſub ſpeciebus Sacris, Species autē ſacrę ad modum quantitatis, & quantitatiue in loco ſunt, & plures numero eſſe dicũtur, veluti tot particulę ſacrę ſunt in tali, tot in tali loco, ita tot miſſæ in tot locis quotidie celebrantur. In tot Eccleſijs Euchariſtia aſſeruatur in ſacrario In paſchate multi fideles Euchariſtiam accipiunt. *ibid.*

Cum ergo ſacra Euchariſtia dicat tum ſpecies, tum contentum ſub illis, eueniet vt de Euchariſtia poſſint multa verificari, quæ de ſacris ſpeciebus dici ſolent, veluti Euchariſtia aſſeruatur in tot Eccleſijs, & alia huiuſmodi. *ibidem, et Catec. de Euch. n. 8.*

ibid. Conc. Catech. I

Corpus ergo Chriſti propriè, & per ſe per verba cō ſecrationis fit præſens ſpeciebus à Sacerdote determinatis, quia ſua intentione intendit applicare virtutē verborum præcisè ad tales ſpecies, & nō alias, & per hanc intentionem fit realis applicatio, & præſentia corporis Chriſti ad illas ſpecies pręcisè conſideratas. Et hic perficitur ſacra Euchariſtia, quę conſiſtit in quadam mutua vel vnione, vel relatione, vel ordine inter ſacras ſpecies continentes & Chriſtum contentum. Illa vero relatio, quam habent ſpecies ad propriam quantitatem vel ad locum externum, qui occupatur ab illis, non eſt de ratione Sacramenti, quia hoc non ſignificat rem ſacram; ſed locū cōmunem: ideo dictę relationes non conueniunt rei contentæ, vt contentę ſed, vt ſic dicam per accidēs illi contingit, quod in tali, & tanto, & in tot locis exiſtat; Species enim quædam ſuam retinent accidentia, veluti quod ſint viſibiles, tangibiles, odorabiles, guſtabiles, frangibiles colo ratæ, mobiles, paucæ, multæ, magnæ, paruæ, & alia quæ de corpore chriſti non verificantur, quia non poteſt videri, vel tangi, nec alia dicta. Exiſtentia ergo rei contentæ valdè diuerſa eſt, ab exiſtentia ſpecierū, ita alia eſt præſentia, & applicatio Chriſti ad ſpecies, alia applicatio, & præſentia ſpecierum ad alias res, & ad loca. Contentum etiam alium habet modum exiſtendi, quam habeant ſpecies. Iſtæ enim modum exiſtendi habent naturalem, nō dico reſpectu ſubiecti, ſed in ordine ad alias res, quia poſſunt videri, tangi, moueri.

Hinc fit, vt in Euchariſtia plurimæ diſtictiones fieri poſſint, per quas oīs implicātia cōtradictionis à ſacra Euchariſtia, & à doctriua Catholica de illa, amoueat.

Hac habita terminorum declaratione, probandum eſt, quod iam dicta de Sacra Euchariſtia poſſibilia, & credibilia ſunt, & nullam implicant cōtradictionem.

Cap. 10. Probatur iam dicta eſſe poſſibilia Deo, credibilia nobis, & nullam implicare contradictionem.

PRimo Deus eſt omnipotēs, & poteſt facere, quod nos poſſumus cogitare, ergo,

2. Chri-

2. Christus dixit ita eſſe, ergo illi credendum.

3. Spiritusſanctus docet Eccleſiam omnem verita tem, & docuit iſtam, ergo credenda.

4. Eccleſia Catholica ſemper ita docuit, & credidit, & de fide determinat, ergo.

5. Si hæretici contrarium opinentur, illorum opinio non debet prævalere Scripturæ, Traditioni, Eccleſiæ, & tot Catholicis, qui ita credunt.

6. Omnes Catholici de hoc Sacramento idem dicunt. Hæretici inter ſe valdæ diſſident, Contraria & contradictoria affirmant. Veritas autem vna eſt, ergo.

7. Lex naturalis circa loca corporum ita diſponit; primo vnum corpus ſit in vno loco, ſecundo idē corpus non ſit in diuerſis locis, tertio duo corpora non ſint in eodem, quarto corpus ſit in loco iuxta ſuam quantitatem. Potentia autem abſoluta Dei poteſt diſpenſare in lege naturali, & de facto diſpenſauit in tertio, quia corpus Chriſti in natiuitate, & poſt reſurrectionem corpora penetrabat, ergo ſicut poſſibile fuit diſpenſare in tertio, ita erit poſſibile Deo, vt diſpenſet in alijs.

8. Vbi eſt eadem omnino eſſentia, & exiſtentia, ibi idem numero eſt, ſed Deus poteſt facere duo corpora quæ omnino eamdem habeant eſſentiam, & exiſtentiam, & vnum extra aliud collocare, & erunt vnū numero, ergo poſſibile eſt. Confirmatur: poteſt hoc facere extra cęlum, vbi locus non eſt, Poteſt vtrique corpori dare omnino eadem accidentia, ergo idem numero erunt, qua ratione tunica, & indumentum ait Ariſtot. idem numero ſunt. Si enim Deus, quæ poteſt facere Mediolani, poteſt etiam facere Romæ, omnino quæ potuit Mediolani dare corpori, poteſt etiam dare Romæ, ergo poſſibile eſt.

9. Chriſtus eodem inſtanti, eadem virtute, ob eumdem finem, conuertit ſex hydrias aquæ in vinum, & toti illi vino etiam in diuerſis vaſis exiſtēti potuit dare eamdem eſſentiam, exiſtentiam & accidentia, ergo totum illud vinum vna, & eadem erit prima ſubſtātia ergo idem numero vinum erit in multis locis. Idem procedit de multiplicatione panū, & alijs iā dictis.

10 To-

10. Tota exiſtentia rei dependet à quattuor cauſis il lam producentibus, ſed Deus poteſt per eaſdem omnino cauſas, & cauſalitates producere duo corpora, veluti linguas igneas in die Pentecoſtes, ergo poſſibile eſt, quod plura corpora in diuerſis locis poſita idē numero ſint.

11. Locus eſt accidens extrinſecum rei, quia eſt ſuperficies continentis, ſed eſt impoſſibile, quod prima ſubſtantia fiat vnum numero per extrinſeca, ergo locus non eſt cauſa numericæ vnitatis, vel numericæ diſtinctionis, ergo non implicat, quod idem corpus numero ſit in diuerſis locis.

12. Eadem prima ſubſtantia numero modò eſt in vno loco, modo in alio, & diuerſitas loci non diuerſificat identitatem rei locatæ, ergo non repugnat, quod eadē res numero ſit in diuerſis locis, ergo ſimul ſtant diuerſitas loci, & identitas rei.

13. Eadem res numero poteſt habere diuerſas relationes ad diuerſa, ſed locatum quandam dicit relationem ad locū, ergo poteſt ſimul referri ad multa loca.

14. Non eſt incōueniens dicere, quod lux ſolis, quę per varia foramina ingreditur domum, ſit eadem numero, ergo.

15. Infans eſt quantitatis ſemicubitalis, & augetur vſque ad quantitatem tricubitalem, ideo ex ſex partibus acquirit quinque nouæ quantitatis, & loci, & cū prima quantitate, ac loco ſimul ſtant noua quantitas, & locus, ergo non repugnat, vt idem numero ſit in diuerſis locis.

16. Brachium dextrum, & ſiniſtrum occupant loca, & ſpatia realiter diſtincta, ita pes, & caput, ita partes corporis, ita rami in arbore, & tamen ſunt eadem numero, ergo non repugnat identitas numero cum diuerſitate loci.

17. Ariſtoteles ait. Duæ res inter ſe omnino, & loco, & eſſentia, & exiſtentia diſtinctæ, vt hic equus, hic bos, ſunt vnum genere, quia eamdem animalis eſſentiam habent, Ita Socrates, & Plato ſunt duæ primæ ſubſtantiæ diſtinctæ, & tamen ſunt idem ſpecie, quia eamdē hominis eſſentiam habent, ergo ſi dentur duę

vel

vel plures ſubſtãtiæ eiuſdẽ ſpeciei, quæ omnino eam dem habeant eſſentiam,& eamdem exiſtentiam,tunc dictæ ſubſtantiæ etiam ſi in diuerſis locis ſint, vna, & eadem numero ſubſtantia erunt, quia in eadem exiſtentia omnino conueniunt; Vbi autem exiſtentia vna eſt, ibi prima ſubſtantia vna numero erit; At hoc eſt poſſibile Deo, quia exiſtentiam quam dat vni, poteſt dare alteri,ergo.

18. Quantitas eſt accidens ſubſtantiæ,ergo non dicit eſſentiam,neque exiſtentiam illius ergo eſſentia et exiſtentia ſubſtãtię diſtinguitur ab eſſentia & exiſtentia quantitatis,ergo ſubſtantia poteſt habere ſuam eſſentiã,& exiſtentiã abſque eſſentia,& exiſtentia quantitatis,ergo Deus poteſt facere, quod ſubſtantia corporis Chriſti ſit in Eucharíſtia per modum ſubſtantię non quantitatis,vel loci.

19. Tota ſubſtantia, & exiſtẽntia aquę ita conſeruatur in guttula aquæ ſicut in toto mari; ita in parua quãtitate,& loco,ſicut in magno ergo eſſentia, & exiſtẽtia ſubſtãtiæ valdè diuerſa eſt à quantitate,& loco.

20. Dato, quod de alijs coporibus non ſit poſſibile,vt eadẽ numero ſint in diuerſis locis, omnino hoc de corpore Chriſti licebit affirmare ob rationes, quæ modo afferentur; Nunc enim probabitur eſſe poſſibile,& nullo modo repugnare de illo, quod dictum eſt.

21. Non repugnat corpori humano,vt ſimul ſit in diuerſis locis, quia proprijs oculis videmus,plurima corpora humana eſſe in diuerſis locis,ſinguli enim homines proprium corpus habent, ergo ex parte corporis humani nulla eſt in Chriſto repugnantia, quin poſſit eſſe in diuerſis locis.

22. Eadem ratione non repugnat animæ,vt eodem tempore ſit in diuerſis locis ſenſus enim apertiſſimè videt modo in toto orbe terrarum plures animas humanas in diuerſis locis verè, & realiter exiſtere,ergo illis non repugnat.

23. Non repugnat exiſtentiæ ſubſtantiali,& ſuppoſito primæ ſubſtantiæ,vt ſimul, & eodem tempore in multis locis ſit, quot enim homines modo ſunt, tot dantur ſuppoſita,& exiſtẽtiæ,at plures in eodem tem

pore

pore homines ſunt, ergo nõ repugnat quod in eodem tempore ſint multæ exiſtentiæ etiam eiuſdem ſpeciei, vt hominis. & hoc in diuerſis locis.

24. Multitudo locorum non repugnat eidem rei; quia eadem res poteſt eſſe præſens in diuerſis locis, vt de Chriſto. & alijs apparet.

25. Eſſe ſimul in diuerſis locis non repugnat diuinæ perſonæ Chriſti, quia proprium illius eſt, vt eodem tempore, non ſolum ſit in multis locis, ſed vbique; ergo perſona Chriſti poteſt ſimul eſſe in multis locis diſtantibus.

26. Non repugnat diuinitati Chriſti eſſe ſimul in diuerſis locis eadem ratione.

27. Non repugnat vnioni hypoſtaticæ inter naturã humanam, & diuinam in perſona Filij factæ, vt fit cũ eadem natura humana aſſumpta in multis locis, quia vbicumque ſunt partes vnibiles, ibi poteſt eſſe vnio, natura autẽ diuina eſt vbiſque, et Deus poteſt facere, vt natura aſſumpta ſit præſens, & applicata multis locis, vt dictum eſt, ergo.

28. Non repugnat quantitati corporis Chriſti, quia ſubſtantia dicti corporis poteſt ſeparari à quantitate, & loco, Eadem etiam quantitas poteſt eſſe in multis locis ſaltẽ ſucceſſiue, immo, & ſimul veluti ſi duæ virgæ eiuſdem omnino quantitatis in diuerſis locis ſint.

29 Non repugnat reſpectu accidentiũ, quæ per ſe conueniunt naturæ humanæ, quia iſta conſequuntur eamdem naturam, etiam ſi ad multa, & diuerſa loca mutetur.

30. Non repugnat ex parte loci, quia Chriſtus non eſt in Euchariſtia, vt in loco, deinde idem locus plura corpora admittit, & vnum corpus in multis locis eſſe poteſt, vt apparet in motu locali.

31. Sicut Chriſtus diuina virtute potuit conuertere aquam in vinum, nõ in vna tantum hydria, ſed in ſex: Ita abſque vlla implicantia poterit conuertere ſubſtantiam panis Romę exiſtentis, & itẽ Mediolani, & alijs in locis, in ſubſtantiam corporis ſui; Vtraque enim conuerſio diuina virtute fit: Demus ergo quod quotidie in mille locis fiat hæc realis conuerſio ſubſtantiæ

panis

panis in ſubſtantiam verum, & realem corporis Chriſti; quænam implicantia hic erit? Quid dicis hæretice Vel Deus poteſt in tot locis hanc facere conuerſionem, vel non. Si non, ergo neque potuit conuertere aquam in vinum, aquam in ſanguinem; Virgam Moyſi in ſerpentem; Vxorem Loth in ſtatuam ſalis; & alia multa, quod aperte ſcriptura falſum docet. Si potuit demus feciſſe, quod facere potuit, ergo poſſibile eſt, ergo factum eſt, ergo credendum eſt Chriſto ore proprio dicenti, ſe in cœna hoc feciſſe, & præcipienti Apoſtolis, vt idem faciant. Dicant nunc hæretici; Vbi eſt hæc impoſſibilitas, & hęc contradictio? Si Chriſtus in vna tantum hydria conuertiſſet aquam in vinum, in vna tantum hydria fuiſſet vinum, ſed quia conuerſio facta eſt in ſex hydrijs; in tot etiam fuit vinum; idem dicitur de conuerſione ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti; Vbi ſit hæc conuerſio, ibi verè, realitèr & ſubſtāt aliter corpus Chriſti exiſtit, & præſens eſt ſub illis ſpeciebus, & vbi ſunt illæ ſacrę ſpecies, ibi corpus Chriſti eſt, & ſi illæ ſpecies moueantur de loco ad locum, ſemper realis pręſentia Chriſti ibi erit, vbi illæ erunt modo tamen ſuperius dicto. Ecce omnia poſſibilia, & nulla implicantia.

32. Sanctus Thomas 3. p. q. 3. art. 7. rectè probat, quod eadem perſona diuina Filij potuiſſet aſſumere duas naturas humanas; Si enim vnam aſſumpſit, ergo potuit aſſumere, & aliam, & quod ſemel fecit, cum ſit perſona infinita, & non limitatę virtutis, poteſt iterum facere; Demus ergo quod fecerit, & quod vnam ex dictis humanam naturam collocauerit in cælo, aliam in terra; Quid contradictionis ſequetur ex hoc? Demus etiam, quod natura humana in cælo collocata habeat modum exiſtendi naturalem. & glorioſum, quæ vero in terra ſit, incognitam ſenſibus velit eſſe, hoc eſt maneat quaſi velata ſpeciebus, & accidentibus, & ſtet quaſi poſt parietem proſpiciens per cancellos, vt in Canticis dicitur. Demus etiam, quod in terra nolit eſſe, vt in loco quia locus cæli illi proprius eſt, quæſo quid erit contrarietatis? At hoc dicitur de Euchariſtia.

Am-

Amplius idem S. Thomas eadem q. art. 7. ad 2. ita ait. In rebus, quæ apud nos ſunt, nunquam nomen ab aliqua forma impoſitum pluraliter dicitur, niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum; Homo enim, qui eſt duobus veſtimentis indutus, non dicitur duo veſtiti, ſed vnus; veſtitus duobus veſtimentis, & qui habet duas qualitates dicitur ſingulariter aliqualis ſecundum duas qualitates; Natura autem aſſumpta, quantum ad aliquid, ſe habet per modum indumenti, licet non ſit ſimilitudo quantum ad omnia, vt ſupra dictũ eſt; Et ideo, perſona diuina aſſumeret duas naturas humanas propter vnionem ſuppoſiti diceretur vnus homo habens duas naturas humanas: Et infra ad 3. ait. Si perſona Filij duas aſſumeret naturas humanas, tunc vtraque natura haberet vniformem habitudinem ad perſonam diuinam, ſed vna natura non aſſumeret aliam, vnde non operteret, quod vna earum totaliter alteri vniretur, id eſt omnes partes vnius omnibus partibus alterius. Hæc S. Thomas.

Vbi notandum, quod Filius Dei vnam tantum aſſumpſit naturam humanam, & illam nunquam dimittet; in Euchariſtia autem fit conuerſio ſubſtantiæ panis, & vini in eamdemmet naturam humanam, quam Filius Dei aſſumpſit: Ideo in Euchariſtia verè, & realiter exiſtit omnino eadẽ natura humana, quæ à Chriſto aſſumpta eſt, cum eadem hypoſtatica vnione, ad diuinitatem in perſona diuina, modus tamen exiſtendi diuerſus. Ex quo fit, quod corpus Chriſti ſub mille ſpeciebus in diſtantibus locis exiſtentibus poſt conſecrationem verè, & realiter, & ſubſtantialiter ſit præſens, & exiſtat, & tamen vnum, & idem numero corpus Chriſti erit, tum quia conſecratio vbique facta conuertit, ſubſtantiam panis, & vini in ſubſtantiam eiuſdem corporis Chriſti iam aſſumptam, & numericè conſideratam. Tum quia corpus Chriſti in Euchariſtia eamdem omnino habet ſubſtantiam, & exiſtentiã, quam habet corpus humanum à Chriſto aſſumptum; Tum quia habet omnino idem ſuppoſitum, quod habet natura humana aſſumpta; Vbi autem eſt idem ſuppoſitum, ibi eadem prima ſubſtantia vna numero eſſe

Vnde

Vnde ſit, modo idē numero corpus Chriſti vno modo ſit præſens in cælo; & alio modo, nempè Sacramētali, vbicumque eſt ſacra Euchariſtia realiter exiſtat, & præſens ſit, quia ſuppoſitum Chriſti eſt infinitum, & corpusā ſe aſſumptū, vbicumque vult, ſuppoſitare poteſt. Ideo nec eſt impoſſibile, nec implicat contradictionē.

Cap. 11. Soluuntur argumenta ab initio poſita.

AD 1. Philoſophi loquũtur de potentia Dei ordinaria, de lege naturali, & lumine naturali. Hic autē eſt termo de potētia Dei abſoluta, quę diſpēſat in lege naturali, & debet hæc res examinari lumine ſupernaturali, ideo authoritas philoſophorum nihil probat.

Ad rationem philoſophorum, quę eſt, quod implicet contradictionem, negatur hæc implicantia, præcipuè ſi à lege naturali ſit diſpenſatum, & ratione ipſorum in hæc materia nihil probant depotentia Deī abſoluta.

Ad ſecundum, certiſſimum eſt quod omnes Catholici nullo penitus excepto, realem pręſentiam Chriſti in Euchariſtia affirmant, dicentes, idem numero corpus Chriſti realiter exiſtere, vbicumquę eſt ſacra Euchariſtia, & nullam implicare contradictionem Multi etiā doctiſſimi Teologi idem affirmant, loquendo de potentia Dei abſoluta, de alijs corporibus ratione ſuperius dicta. Quod ſi aliqui negant hoc de alijs corporibus, nihil facit cōtra Catholicam doctrinam quę hoc affirmat ſolummodo de corpore Chriſti, ideo hæc probatio nihil concludit contra Catholicos, imo potius confirmat doctrinam illorum. Verè enim in corpore Chriſti eſt ſpecialis ratio, quæ non eſt in alijs corpori bus, quia omnia alia corpora habent ſuppoſitum primę ſubſtantiæ finitum, & limitatum, res autem dicuntur idem numero, quę idem ſuppoſitum habent, quod autem idem ſuppoſitum finitum poſſit ſupoſitare duo corpora in locis diſtantibus collocata, aliquibus difficile eſſe videtur. Sed ſi loquamur de corpore, & de perſona Chriſti, omnis tollitur difficultas, quia perſona Chriſti eſt infinita, & vbique exiſtit cum diuinitate,

ideo, abſque vlla difficultate, poterit ſuppoſitare naturam humanam à ſe aſſumptam vbicumque voluerit; & vbicumque fuerit, omnino eadem numero erit; & idem corpus Chriſti erit; quia in eadem omnino perſona Chriſti ſuppoſitatur, & diuinitati vnitur; quæ autē idem ſuppoſitū habent; etiam ſi inter ſe aliquo modo diſtincta ſunt, idem numero ſunt; quia omnis prima ſubſtantia ex Ariſtotele vnum numero eſt, veluti anima, & corpus, caput, pedes, brachium dextrum, & ſiſtrum in Socrate diſtincta ſunt, & tamen in Socrate idem numero exiſtunt, & idem de Chriſto dici poteſt: Chriſtus eſt verè prima ſubſtantia per ſe exiſtens; idē numero eſt; quia eadem perſonam, & ſuppoſitum habet, & ſecundum veram phiolſophiam, omnia quæ in hoc ſuppoſito vniuntur, anima, corpus, oſſa, nerui, idē numero dici poſſunt: ergo ſpecialis ratio eſt in corpore Chriſti, quę in alijs corporibus locum non habet; ideo argumentum nihil in contrarium concludet.

Ad tertium vera contradictio tunc eſt, quando de eodem, & ſub eadem ratione dicitur eſſe, & non eſſe. Eſſe vnum, & nō eſſe vnū; Eſſe multa, & nō eſſe multa; Eſſe idem, & non eſſe idem; Eſſe diuiſum, & nō eſſe diuiſum; Eſſe hic, & non eſſe hic; Idem de alijs: Verum ſi diuerſa ratione iam dicta dicantur eſſe, & nō eſſe in aliquo, tunc non erit vera contradictio: Exempla ſint. Deus ratione eſſentiæ eſt vnus, ratione perſonarū trinus; Chriſtus ratione perſonæ vnum; ratione partium ſubſtantialium multa. Totum ratione totius vnum, ratione partium multa. Manus reſpectu digitorum multa, reſpectu palmę vna: Corpus hominis vt totū vnū; in partibus multa. Socrates vt prima ſubſtātia vnum; reſpectu materiæ, & formæ duo; Aīa, & corpus duo, ſed in compoſito vnum; corpus Chriſti in triduo mortis erat diuiſum ab anima, & nō erat diuiſum ab illa; Ita erat vnitum, & non erat vnitum cū ipſa; In perſona enim Chriſti, quę vtrumque ſuppoſitabat, erāt vnita, & non diuiſa; in propria autem ſubſtantia, vel eſſentia diuiſa erant. Ita corpus Chriſti in Euchariſtia, ſub ſpeciebus vini, non eſt pręſens ex vi verborum; eſt tamen pręſens per realem concomitantiam; Ita corpus

Chri-

Chriſti in Euchariſtia multis in locis ſubſtantialiter præſens eſt,& hæc realis præſentia in diuerſis locis multiplex dici poteſt,itē,diuiſa, atque diſtincta, & tamē ſubſtantia dicti corporis,vna,& eadem numero erit. Ita ſpecies Sacramentales multæ,diſtinctæ,& diuiſæ erunt, loca,etiam, & ſitus, & plurima accidentia diuerſa habebunt,corpus autem Chriſti,& res ſub illis cōtenta vnū, & idem numero erunt. Ita ſpecies erunt diuiſæ, contentum autem indiuiſum. illæ propriæ,& per propriam quantitatem erunt in loco; contentum vero erit ſub illis per modum ſubſtantiæ, & non vt in loco, corpus Chriſti cō tentum ſub mille ſacris ſpeciebus, etiam in mille locis conſtitutis,ſiue in tot ſacrificijs Miſſę ſiue in tot Communionibus,aut in ſacrario aſſeruatis, aut ad infirmos delatis,ſemper vbicumque ſit, perſonæ diuinæ,& diuinitati hypoſtaticè vnitum erit,& verè,ac realiter corpus Chriſti erit,ideo vnum, & idem vbique ſuppoſitum Chriſti habebit, & vnum numero erit,quia eādem omnino eſſentiam,& exiſtētiam habet; Hæc autem de ſpeciebus ſacramentalibus non verificantur: Illæ enim non ſunt vnitę hypoſtaticè perſonæ Chriſti neq; de ſubſtantia illius ſunt; ideo multa de illis verificātur, quæ de corpore Chriſti vera non ſunt.

Cum ergo multitudo locorum, quæ eſt in Euchariſtia, attribuatur ſpeciebus ſacris: Pręſentia quoque corporis Chriſti, quę quandam dicit illius applicationem ad illas ſpecies, ſub quibus per modum ſubſtātię verè, ac realiter exiſtit,& præſens eſt, poſſit dici multiplex, ob multiplicitatem ſpecierum, ad quas fit realis applicatio, non tamen vt in loco; Apparet, quod multitudo,& diſtātia locorum, ita multitudo in reali præſentia. Ita multitudo conſecrationis,& celebrationis Miſſarum,& Communionum, ſimilium poterit affirmari.

Ex alia verò parte, cum contentum ſub iſti ſacris ſpeciebus, ſit idem omnino corpus Chriſti eidem perſonę,& diuinitati,& animę vnitū, ita vt vnum,& idē numero omnino ſit, apparet, quod ex hac parte vnitas numerica rei cōtēta poterit ī Euchariſtia affirmari

Cum autē ſacra Euchariſtia tria potiſſimum dicat, nempe, primo ſacras ſpecies, ſecundo rem contentam ſub illis, tertio præſentia, ſeu applicatio realis rei contētæ ad illas, Cum iam conſtet quod vnitas numerica de re in Euchariſtia contenta abſolutè verificetur, etiā philoſophicè rem illa examinando, De ſpeciebus vero multitudo, & diſtantia locorum veriſſima ſit. Præſentia vero dicat applicationem veram, & realem rei contentæ ad ſpecies continentes, ideo ſacra Euchariſtia ex parte contenti fundatur in vnitate, ex parte ſpecierum multitudinem non excludit, omnino apparet, nullam eſſe contradictionem, ſi dicatur in Euchariſtia idem numero corpus Chriſti, reſpectu ſpecierum, ad quas illius præſentia terminatur poſſe per dictas ſpecies ad modū ſubſtantię in diuerſis, & diſtantibus locis eſſe, & ſit exēplum. Detur circulus, a cuius centro ad circunferentiam, viginti lineæ protrahantur, tunc omnes iſte lineæ in centro vnum, & idem erunt. in circūferentia locum & ſitum diuerſum habebunt; modo Chriſtus ſit veluti centrum in Euchariſtia, ſacræ ſpecies, vt circūferentia, realis præſentia ſit veluti lineæ a centro ad circunferentiam productę, ergo nulla omnino eſt contradictio, ſi de eadem ſacra Euchariſtia vnitas ex parte contenti, & pluralitas reſpectu ſpecierum ſit affirmata.

Ad quartum iam ſupra reſpōſum eſt, diuerſa enim eſt ratio in corpore Chriſti, & in Euchariſtia, ſed dato etiam, quod ſit eadem ratio, etiam ſic oſtenditur eſſe poſſibile, quod dicitur, & non implicare contradictionem, vt dictum eſt.

Cum ergo Chriſtus diſertis, ac perſpicuis verbis teſtatus ſit, quod ſub ſpeciebus panis, & vini corpus ſuū, & ſaguinē Apoſtolis tradebat, & ex dictis apparet, nullam eſſe cauſam, vt a propria veborum ſignificatione recedatur, omnino doctrina Catholica de hac reali pręſentia vera eſt affirmanda.

LIBRI

LIBRI SEXTI DISTINCTIO QVINTA.

De completa obſeruantia S. Euangelij, & de operum neceſſitate.

TANDEM de completa obſeruantia S. Euāgelij tractatio, et probatio habēda eſt. Eccleſia enim Catholica, vt certiſſimū de fide, docet hanc completá obſeruantiá fuiſſe à Chriſto inſtitutam, atque præceptá, & omnino eſſe neceſſariam ad ſalutem. Hæretici vero nimis inſipienter, & impiè negant operum neceſſitatem, & prædicant conſciētiæ libertatē in regno Chriſti. Quod eſt dicere, leges Dei non obligare ad ſuá obſeruantiam, & in hoc legibus humanis eſſe inferiores. Item Regnum Chriſti non eſſe regnum, ſed ſimplicē Scholam. Item Regnum Chriſti homines in illo gubernatos ad nullum finem deſtinare. Vbi enim eſt finis ibi neceſſario actio finalis, per quam conſequatur, danda eſt. Item Chriſtum velle homines in ſuo regno contra doctrinam Patrisfamilias vocantis operarios ad laborandum in vinea ſua, eſſe deſides, & otioſos. De hac igitur obſeruantia modo tractatio, & probatio habenda eſt.

Cap. 1. De nomine, & definitione obſeruantiæ.

HOC nomen obſeruantia deriuatur à ſeruando, et hoc loco accipitur pro obſeruantia, quæ legibus exhibetur.

Sic poteſt definiri. Eſt exequutio eorū, quæ à lege vel arte præſcripta ſunt. Ille enim dicitur ſeruare le- *Ex Matt. cap. vltim. verſ.*

 gem,

gem,& artē,qui ſeruat,& facit,& exequitur illa quę à lege,vel arte præſcripta ſunt. Ille non obſeruat legem,qui facit contrarium eius,quod lex præſcribit.

In obſeruantia ſic poteſt definiri Eſt exequutio cōtra præſcriptum legis. Quod duobus modis fit. Primo non faciendo ea,quæ lex iubet eſſe facienda. Secundo faciendo illa,quæ lex prohibet, vt fiant.

Cap. 2. De obſeruantia S. Euangelij.

Matth. c. vlt.

DE hac obſeruantia Chriſtus locutus eſt, cum dixit, Docentes eos ſeruare omnia, quæcūque mādaui vobis; Item, Si vis ad vitam ingredi, ſerua manda Ecce dicit, præcepta & mandata eſſe ſeruanda.

Matth. c. vlt.

Obſeruantia S. Euāgelij ſic poteſt definiri. Eſt exequutio eorum, quæ a S. Euangelio præcepta ſunt. Dicitur, Exſequutio, quia ſeruare, & facere idem hoc loco ſunt iuxta illud Chriſti; Quodcumque dixerint vobis ſeruate, & facite. Ecce ſeruare, & facere idem ſunt. Idem docet vſus communis; Seruare enim legem nihil eſt aliud, quam facere, & exſequi illa, quæ a lege præſcripta ſunt.

Cap. 3. De completa obſeruantia S. Euangelij.

Matth. c. vlt.

COmpleta obſeruantia S. Euangelij ſic poteſt definiri. Eſt exequutio eorum omnium, quæ in Euāgelio præcepta ſunt. Exequutio enim aliquorum eſt obſeruantia, ſed incompleta. Exequutio omnium cōpleta eſt. Et de hac completa Chriſtus loquutus eſt, cum dixit, Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.

Catech. per totum vt in præfat. n. 12.

Quia autem ad quattuor capita reducitur cōpleta ſumma S. Euangelij, quæ ſunt, Fides, Spes, Caritas, & Obedientia. Seu Symbolum, Oratio Dominicalis; Sacramenta, & Decalogus. Completa obſeruantia S. Euangelij ad eadem capita reducta erit, quæ ſunt. Primo actus veræ fidei. Secundo actus veræ ſpei. Tertio vſus Sacramentorum bonus. Quarto obedientia Præceptis Decalogi. Hoc docent illa verba Chriſti

Do-

Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mādaui vobis. Si enim omnia, quæcūque mandauit Chriſtus, ad illa quattuor reducuntur, qui illa quattuor ſeruat, ſeruauit omnia, quęcumque Chriſtus in Euangelio mandauit. Ideo talis obſeruantia completa erit. *Matth. c. vlt.* *Conc. ſeſſ. 6. can. 20.*

Cap. 4. De quattuor cauſis completæ obſeruantiæ S. Euangelij.

Finis completæ obſeruantiæ S. Euangelij eſt idem cum fine Regni Chriſti, & S. Euangelij, id eſt Gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna. Lex enim Euangelij tria facit, nempè primo, proponit finem; Secundo media; Tertio bonum vſum mediorum. Finis autem eſt iam dictus; Medium eſt Euangelium; Bonus vſus medij eſt completa obſeruantia Sancti Euangelij; Ideo finis Euangelij & obſeruantiæ illius idem eſt. Medium enim, & vſus medij, vt medicina, & vſus medicinæ ſemper eumdem finem habent. *Seſſ. 6. c. 7.* *S. Th. 1. 2 q. 50. & 91. ar. 4.*

Probatur etiam ratione: Actus fidei, ſpei, caritatis, & obedientiæ dant gloriam completam Deo, quia fides dat honorem ſapientiæ; Spes potentiæ, Caritas bonitati, Obedientia maieſtati Diuinæ. Item eleuant intellectum, voluntatem, ſenſum, & totum hominem in Deum, vt in illo beatus ſit. Ideo obſeruantia dictarum dat Deo gloriam & homini vitam beatam. *A ratione.* *Ex Cate. Cate. ibi.*

Materia obſeruantiæ complecæ S. Euangelij ſunt illa quattuor dicta, Actus Fidei, Oratio, Vſus Sacramentorum, Obedientia Decalogi.

Cap. 5. De forma completa obſeruantia S. Euangelij.

Forma dictæ obſeruantiæ in tribus poſita eſt. Primum eſt effectio illorum, quæ in Euangelio præſcripta ſunt. Secundum eſt, quod hæc effectio habeat conformitatem cum ipſo Euangelio. Tertium quod eadem effectio habeat conformitatem cum recta ratione. Quæ ita explicantur.

Duæ ſunt regulæ actuum humanorum. Vna eſt externa, quæ dicitur Lex; Alia eſt interna, quæ dicitur *S. Th. 1. 2 q. 21. art. 1. & n. 90 & 91.*

Recta ratio. Vt actus humanus ſit virtuoſus, & bonus ab vtraque regula debet regulari. Ratio eſt quia Lex Dei dat pręcepta omnibus hominibus generalia, & nō poteſt diſtinguere caſus particulares, qui ſunt infiniti, Actiones enim pro loco, & tēpore, & opportunitate faciendæ ſunt. Lex ergo Dei præſcribit agēda, veluti, Honorā Patrem, & Matrem; Sed recta Ratio locum, tempus, modum, & opportunitatē hoc faciendi diſtinguit. Ideo obſeruantia dicti præcepti debet fieri ſecundum quod á recta ratione dictatum eſt. Forma igitur obſeruantiæ S. Euangelij quæ dicitur, Exequutio, requirit, Primo vt efficiantur illa omnia, quæ á S. Euangelio præſcripta ſunt. Secundo vt efficiantur ſecundum quod in Euangelio præſcribuntur. Tertio, ſed quia Euangelium non præſcribit caſus, & circumſtantias particulares, in huiuſmodi caſibus exequutio facienda eſt ſecundum quod recta ratio dictat eſſe cōforme Euangelio.

Forma autem completæ obſeruantiæ requirit, vt in omnibus dicta fiat exequutio.

Cap. 6. De efficiente huius obſeruantiæ.

Circa cauſam efficientem huius obſeruantiæ multa conſideranda occurrunt.

Matt. vlt. Quo ad inſtitutionem Chriſtus fuit cauſa efficiens, quia præcepit illam dicens; Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis. Pręſcripſit etiam illa quæ ſunt obſeruanda, vt ſignificant illa verba; quęcūque mandaui vobis. Et illud verbum: Mandaui, ſignificat á Chriſto eſſe præceptam.

Conc. ibi. Eccleſia multa inſtituit circa hanc obſeruantiam. Finis enim principalis Eccleſiæ eſt curare, vt hæc obſeruantia completa bene dirigatur; Ideo multa determinat, & præcipit, quæ ad faciendam huius obſeruantiæ directionem deſeruiunt. Veluti per Miſſale, Breuiarium, & Rituale determinat ea, quæ pertinent ad diuinum cultum, & ad bonum vſum, et ad rectam adminiſtrationem Sacramentorum; Inſtituit etiam ritus, & ceremonias ad dicta pertinentes. Fecit quoque

præcepta

Digitized by Google

præcepta de diebus feſtis, de ieiunio, & alijs, quę adiuuant, & dirigunt Euangelicam obſeruantiam. Quidquid enim facit, præcipit, ordinat, determinat Eccleſia, ad hoc tendit, vt Euangelica obſeruãtia in populo Chriſtiano bene directa, & promota ſit. Ratio horum eſt, quia hæc obſeruantia debet eſſe virtuoſa; alioquin Deo grata non eſſet, De eſſentia autem virtuoſi actus eſt, vt habeat conformitatem, primo cum lege Dei, ſecundo cum recta ratione, quia virtus eſt eſſe ſecundũ rectam rationem, Recta autem ratio tunc eſt, quando cum lege Dei conformitatem habet; Sed quia plurimi homines ſunt rudes, qui neſciunt diſcernere inter rectam, & non rectam rationem. Alij nimium de ſe præſumũt, vel erga virtutẽ, & legem Dei bene affecti non ſunt: ideo neſciunt, vel nolunt rectè iudicare, quę nam recta ratio dicenda ſit; Fuit aliquo modo neceſſarium, vt Eccleſia determinaret, quid in obſeruantia Euangelica rectę rationi conueniret. Ideo Eccleſia circa hanc obſeruantiam, non dico inſtituendam, ſed dirigendam occupatur, quia principalis illius inſtitutio à Chriſto facta eſt. *S. Th. vbi ſupra.*

Alio modo Eccleſia eſt cauſa efficiens huius obſeruantiæ, quia non ſolum dirigit ſingulos fideles ad hãc obſeruantiam rectè efficiendam; ſed ipſamet illam efficit, & completam. Sola enim Eccleſia completam hanc obſeruantiam efficere poteſt, Singuli enim fideles hanc obſeruantiam, iuxta ſtatum ſuum, efficere poſſunt, & debent. Vnde, qui non eſt Sacerdos, nõ poteſt obſeruare ea, quę pertinent ad officium Sacerdotis: Ita coniugati, & alij non poſſunt obſeruare illa, quę ad vota Euangelica ſpectant: Et idem de alijs. Eccleſia autem, quę in vnum omnes colligit fideles, ex quibus aliqui ſunt Epiſcopi, Sacerdotes, Concionatores, Canonici, Religioſi, Clerici, Patres, Filij Martyres, Confeſſores, Virgines, Doctores, & alij, ipſa completam S. Euangelij efficit obſeruantiam, quia in ſecularibus adimplet pręcepta; in Religioſis conſilia. Vnus pręeſt, alius ſubeſt; Et ſicut in vna manu ſinguli digiti cõcurrunt ad completam manus operationem efficiendam; ita omnes fideles cuiuſcumque ſtatus in Eccle- *ex Catech. art. 9. ex S. Tho. 3. p. art. 8.*

Digitized by Google

res, Patres, & al js.

10. Sacra Scriptura exemplis, præmijs, & pœnis ad illam impellit. Idem faciunt bona exempla iuſtorum, qui nobiſcum viuunt.

Hæc, & alia huiuſmodi hanc adiuuant obſeruatiã.

Cap. 8. Cur Deus permittat libertatem non obſeruandi Euangelium.

QVod Deus permittat multos nõ acceptare, & nõ obſeruare S. Euangelium ſenſui notum eſt, quia Iudæi, infideles hæretici, & mali Chriſtiani illud, vel in totum, vel in partem non obſeruant. Cur vero hoc faciat, dici poteſt; Primo, quia ſic conuenit legi naturali hominis liberi, ac viatoris, & præcipuè in peccato originali conſtituti. Secundo, quia ſic expedit homini viatori. Si enim auferetur libertas, obſeruantia S. Euangelij meritoria non eſſet. Tertio ad Dei gloriam, nempè vt oſtendatur Deum eſſe beatum in ſeipſo, & ideo non egere noſtra ſeruitute, & cultu: Ideo permittit, vt poſſimus illi non obedire. *Seſſ. 6. can. 5. & 6.*

Cap. 9. Cur Deus permittat Dæmonum tentationes.

PRimo, ita cõuenit ex parte diaboli, qui vicit hominem primum. Et Adãm peccando illi ſubditus, & ſeruus factus eſt. *Ex Gen.*

2. Quia ita conuenit homini viatori. Poſitus enim eſt in medio mundi, nempè in terra quę eſt media inter duo extrema, quæ ſunt, Paradiſus & Infernus, Ideo ex vna parte nempè Paradiſo, debet illi proponi bonum cum auxilijs opportunis. Ex alia nempè inferno, proponi malum cum tentationibus; Homini vero cum libertate in medio poſito cui vult adherẽdi facultas danda erat. *A loco, & ſtatu.*

3. Conueniebat, vt homines, vincendo dæmones cum auxilijs ſibi de cælo datis, in pręmium ſedes cæleſtes a dæmonibus amiſſas obtinerent. *A fine regni Chriſti.*

4. Vt hominum virtus, & meritum exerceretur. Marcet enim ſine aduerſario virtus. Et vbi maius eſt bellũ, *A fine.*

ibi.

Cap. 11. Diſcuſſio Logica de ſubiecto, & de cauſis Euangelica obſeruantia.

AD logicam probationem de dicta obſeruātia faciendam, expedit aliqua de ſubiecto, et cauſis Euangelicę obſeruantię explicare. *Eſt principalis actio in regno Chriſti.*

Sciendum ergo quod obſeruantia S. Euangelij non eſt ens completum, ſed eſt aliquid entis completi. Vnde nō poteſt haberi completa cognitio illius, niſi conſideretur in ordine ad illud cuius res eſt. *A natura rei.*

Ad quinque ergo hęc obſeruantia videtur principaliter habere relationem, primo quidem ad Sacram Scripturam, ſecundo ad regnum Dei, tertio ad Euangeliū, quarto ad Eccleſiam, quinto ad finem regni Dei, & Euangelij. *Seſſ. 4. c. 1.*

Prima relatio eſt ad Scripturam, quia eſt res ab illa ſignificata; Sacra enim ſcriptura de hac obſeruntia plurima docet. *Ibid. & Seſſ. 6. c. 11*

Secunda eſt ad Euangelium, à quo hæc obſeruantia preſcripta, ordinata, atque præcepta eſt. Ideo propius eff. ctus Euangelij eſt. *S. Th. 1. 2. q. 90. & 91.*

Tertia eſt ad Eccleſiam, quæ eſt imediata cauſa effectiua huius obſeruantiæ, obſeruantia enim legis ex vna parte habet legem illam præcipientem, ex alia homines legi ſubditos illam obſeruantes. *Conc. ibid. Cate. petit. 2.*

Quarta eſt ad Regnum Chriſti in quo tamquam in primo ſubiecto tum Euangelium tum Eccleſia, tum dicta obſeruantia ſubiectantur, & per ſe inſunt. *Seſſ. 6 c. 7. & 11.*

Quinta eſt ad finem S. Euāgelij, & Regni Dei, & Eccleſiæ, & Sacræ ſcripturę quia hęc obſeruātia eſt actio propria, præciſa, adequata, & completa ad dictum finem obtinendum. Hæc autem inuicem ſic ordinantur *Ariſtot. 3. Ethi. c. 2, 3. 4.*

Diuina prouidētia, & diuina gubernatio oppoſito modo, quoad ordinem, procedunt; Prouidētia primo ſtatuit finem, poſtea media, gubernatio vero incipit à medijs; vt perueniat ad finē. Ideo logicus in materia propoſita duplicem poteſt facere reſolutionem ſic.

Primo à fine incipiendo. *Seſſ. 6. c. 5.*

Finis eſt gloria Dei, & Chriſti, ac vita æternę.

Actio

ibi.ca.11. Actio finalis præciſa, & adequata eſt completa obſeruantia S. Euangelij.

Cat. pet. 2 Cauſæ productiuæ huius obſeruantiæ ſunt Euangelium & Eccleſia ſimul vnita in eodem compoſito tã quam materia, & forma. Hoc autem compoſitum eſt Regnum Chriſti.

Conc. & Catc. ibi. Secundo a Regnio Chriſti ſic; Hoc regnũ eſt vnum compoſitum per ſe ex Euangelio, & Eccleſia tãquam ex materia. & forma. Hæc duo ſunt cauſa totalis completæ obſeruantiæ Euangelicę, Hæc eſt medium completum ad finem regni Chriſti obtinendum.

Ex quattuor modis per ſe. Regnum ergo Chriſti eſt primum ſubiectũ in quo tum Euangelium, tum Eccleſia, tum Euangelica obſeruantia per ſe inſunt: Sed Euangelium, et Eccleſia inſunt illi in primo modo per ſe, obſeruantia autem dicta ineſt illi per ſe in ſecundo modo. Finis vero conuenit illi in quinto modo per ſe, ſi hic modus ponatur Alioquin conueniet in primo; Et declatur exemplo. hominis, Homo enim per ſe exiſtit in tertio modo per ſe: Anima. & corpus conueniunt illi in primo modo per ſe. Hominem ordinari ad Deũ, vt cognoſcendum & diligendũ conuenit illi vel in primo, vel in quinto modo per ſe; Hęc vero predicata intellectus, voluntas ſenſus; Item actiones illarum, intelligere, velle, ſentire, conueniunt homini in ſecundo modo per ſe, quia ſunt accidentia quæ per ſe fluunt ab illius eſſentia. Eadem accidentia vero reſpectu animæ, & corporis erũt in quarto modo per ſe, quia anima, & corpus per ſe cauſa ſunt taliũ accidentium; Idẽ eſt de regno Chriſti.

Hoc enim regnũ exiſtit per ſe in tertio modo, quia neque eſt in ſubiecto neque dicitur de ſubiecto. Euangeliũ, & Eccleſia conueniunt illi in primo modo, quia de eſſentia illius ſunt: Ordinatio ad proprium finem conuenit illi in quinto modo, vel in primo, quia continet primo ordinari ad illum: Obſeruantia S. Euangelij conuenit illi in ſecũdo, quia eſt accidẽs per ſe in quarto modo fluens ab eſſentia illius: Euanglium vero, & Eccleſia ſunt per ſe cauſa talis obſeruantiæ. Talia autẽ accidẽtia ſubiecto principali per ſe in ſecundo modo conueniunt; Et hæc de ſubiecto, & cauſis dicta ſint

Cap. 12

Cap. 12. De neceſſitate Euangelicæ obſeruantiæ.

NEceſſitas dictæ obſeruantiæ potiſſimum à fine accipi debet, & logica probatio ita fieri poteſt. Vel regnum Chriſti ordinatur ad aliquẽ finem, vel non. Dicere Non, abſurdiſſimum nimis eſt; quia demẽtia eſt agere, & non propter finem. Si per ſe ordinatur ad finem, & per ſe habet finẽ; neceſſe eſt, vt ordinetur ad illum per aliquam actionem finalem, quia impoſſibile eſt, quod res ordinata ad finem obtineat illũ, vel fruatur illo, niſi per aliquam actionem Deus enim aliqua actione fruitur ſeipſo. Angeli, & Beati per aliquam actionem Deo fruuntur. Omnia naturalia per aliquam actionem ſuum finem conſequuntur. Idem eſt de omnibus artificialibus, vt gladio, & enſe. Idem de omni ente rationis logico, grammatico, & alijs. Si ergo regnum Chriſti ordinatur ad aliquem finem neceſſe eſt vt aliquam habeat actionem finalem, quæ fini adæquate conueniat, & quæ per ſe in quarto modo à materia, & forma dicti regni cauſata ſit. Omnis enim actio finalis per ſe conuenit rei ordinatæ ad finem. & ſi non conueniret per ſe, non haberet finẽ illum per ſe. Actio aũt finalis nõ poteſt cõuenire rei p ſe, niſi ab eſſentia, ſeu à materia, & forma dictæ rei producta ſit, ergo talẽ actionẽ finalẽ neceſſariũ eſt affirmare de regno Chriſti. Sed obſeruantia S. Euangelij eſt actio quædã producta per ſe ab Euangelio quia per ſe illam præcipit, & ordinat, & omnia requiſita ad illam producendam tradit, Eccleſia etiam ipſa præcepta ab Euangelio exequitur; Ipſa quoque obſeruantia ad finẽ Euangelij, & regni Dei ordinatur, ergo ipſa ſola eſt actio finalis, ergo per ipſam ſolã poteſt obtineri finis, ergo omnino eſt neceſſaria ad finẽ regni Dei obtinendum.

Seſſ. 6. c. 11. & can. 20. S. Th. 1. p. q. 22. & 1. 2. q. 91. et 92. Ariſt. 3. Poetic.

Conc. ibi.

Cap. 13. De partibus Euangelicæ obſeruantiæ.

INter medium, & finem, ſeu inter actionem finalẽ, & finem neceſſarium eſt dari veram, & omnino adæquatam propoſitionem, ideo neceſſe eſt diſtinctè expli-

Ariſt. 2 Phyſ. tex. 29.

Ariſt. Phyſ. initio. explicare, quænam ſit completa obſeruantia S. Euangelijs. Hoc autem ex Ariſt. fit, ſi partes illius diſtinctà ratione ſint explicatæ; Ideo de illis modo dicendũ eſt.

Ex eo quod eſt per ſe notum. Regula autem certiſſima has partes colligendi, & diſtinguendi eſt completa ſumma S. Euangelij in ſuas partes diſtinctè conſiderata. Probatur, Si enim obſeruantia dicta eſt quædam exequutio eorum, quæ in Euangelio præſcripta ſunt, vnde etiam dicitur obſeruantia S. Euangelij, ergo completa obſeruantia exequitur omnia, quæ ab Euangelio præſcripta ſunt, & nihil plus, neque minus. Si enim non obſeruat omnia; ergo non eſt completà. Si obſeruat plus, ergo, cum hoc plus non pertineat ad Euangelium, ex hac parte non erit exequutio, necque obſeruantia S. Euangelij. Quot ergo partes habet completa ſumma S. Euãgelij, tot partes habebit completa obſeruantia illius.

Catech. per totum Dictum eſt autem ſupra, quod completa ſumma S. Euangelij in quattuor partes diuiſa eſt, quæ ſunt; Symbolũ; Pater noſter, Sacramẽta, Decalogus: Hæc enim quattuor ſumatim præſcribunt omnia, quæ in Eccleſia Dei, tamquã de ſubſtantia Euãgelij, facienda ſunt.

Ideo cõpleta obſeruantia S. Euangelij in eo poſita eſt, vt omnia, quæ in quattuor dictis præſcribuntur pro loco, & tempore, ſecundum quod Eccleſia Catholica determinat, & recta ratio dictat, opportunè exequutioni mandentur.

Cap. 14. *De completa obſeruantia dictarum partium.*

De hoc Catechiſmus Romanus in toto opere tractat. Ego quoque logica ratione in Doctrina Sacri Concilij Tridẽt. & eiuſdem Catechiſmi à me edita pertractaui. Sed modo breuiter aliquid eſt dicendum.

S. Th. 2. 2. q. 1. et ſeq. Catec. in Symb. Actus fidei in ſingulis fidelibus fit cõpletæ, primo ſi contenta in Symbolo Apoſtolorum explicitè credantur; ſecundo ſi implicite omnia illa credantur, quæ Eccleſia Catholica Apoſtolica Romana credit. Ipſa vero Eccleſia, & illius Doctores explicitam fidẽ magis diffuſam prout Spiritus ſanctus edocet, habere debent.

Ad

Ad hanc completam fidei obſeruantiam multa in Eccleſia requiruntur, nempe Sacra ſcriptura, illius interpretatio, Doctrina, Prędicatio, Confeſſio, Lectio, & ſimilia, quæ in Eccleſia Dei continuo fieri, & obſeruari ſenſui manifeſtum eſt. *Se 4. c. 1. & 2. & ſeſſ. 5. c. 1. & 2. Ref.*

S. Paulus ait. Fides vna eſt, & per conſequens vna doctrina, vna ſcriptura, & vna interperatio illius. Hæc vnitas fidei, & doctrinæ ſola Romana, & catholica Eccleſia reperiri certum eſt. Sicut certiſſimũ eſt apud Hæreticos contrarium fieri, quia in doctrina valde diuerſi, & contrarij inter ſe ſunt. *Ephe. c. 4. Conc. ibi.*

Circa ſecũdam partem S. Euangelij, quę eſt oratio; Ad orationem autem modo reducamus omnem cultum Dei, ſiue cordis, ſiue oris, ſiue externis Hic enim cultus quędam oratio, & mentis in Deum eleuatio dici poteſt, vt aliquid dicatur de completa illius obſeruantia; tres regulę ſequentes tradi poſſunt. *Catec. in ora. dominicalem.*

1. Eſt lex Dei; quę hanc orationem, & hunc cultum pręcipit, ſed neque loca, neque tẽpora, neque quod ad aliqua, modum deſcribit. *Catec. in ora. dom. cap. 1.*

2. Eſt Eccleſia; quæ in Miſſali, in Breuiario, in Rituali, quibuſdam præceptis, & loca, tempora, & actiones, & modum Deum orandi, & colendi deſcribit. Docetque etiã Sanctis, & illorum Reliquijs, & ſacris imaginibus cultũ cultui tamen Dei inferiorem tribui poſſe. *Ex Miſſali, et Breuiario.*

3. Eſt recta ratio, quam omnes adulti pro regula ſuarum actionum habere debent, & hanc adiuuant ea, quę ab Eccleſia tradita ſunt. Item lectio Sacræ ſcripturę; Item concionatores, confeſſores, libri ſpirituales, exempla hominũm iuſtorum, & ſimilia. *S. Th. 1. 2. q. 21. ar. 1. et q. 90. et 91.*

Qui in oratione, & in cultu Dei dicta tria obſeruat, & iuxta illa, habita ratione ſui ſtatus, operatur, hic in ſecunda parte obſeruantiæ bene ſe geſſit. *S. Th. ibi.*

4. Circa vſum Sacramentorum notandum eſt, quod omnia, id eſt ſeptem Sacramenta, etſi ſingulis fidelibus non ſint neceſſaria, neque enim omnes fideles Sacramentũ ordinis, vel matrimonij ſuſcipere debent, ſunt tamen neceſſaria toti Eccleſię, in quia tum Epiſcopi, tũ Sacerdotes, tum coniugati eſſe debent. Quoad modum vero, & tempus, & locum, & ritus, & cæremonias in *Seſſ. 7. c. 4. Cat. de ſacram. per totum.*

adminiſtratione,& ſuſceptione illorum adhibenda,Ecclesia Catholica multa determinauit, & illa ſeruare neceſſe eſt.Quoad aliquas vero particulares circumſtãtia ab Eccleſia non explicatas, ſequenda eſt recta ratio,& iudiciũ illorum,qui in hac parte exercitati ſunt, & Paſtores aliorum ſunt conſtituti.

Circa Decalogum,ad quem, reducuntur conſilia Euangelica,& præcepta Eccleſiæ,item conſilia illius;dici poteſt,non eſſe de neceſſitate completę obſeruantiæ in ſingulis fidelibus conſilia Euangelica, quia non omnes fideles tenentur illa ſeruare; In obſeruantia autem completa,quæ fit à tota Eccleſia, etiam Conſilia Euangelica incluſa ſunt,quia multi fideles poſiti ſunt in tali ſtatu, quod illorum obſeruantia illis neceſſaria eſt, vt patet de religioſis.

Seſſ. 6. cã 20.& ca. 21. Catec. in Deca. pra cap. 2. nu. 24.

Si autem de præceptis ſermo fit, illorum obſeruantia omnibus neceſſaria eſt.

Cap. 15. De proprietatibus Euangelicæ obſeruantiæ.

NVnc de proprietatibus aliquid eſt dicendum.

1. Eſt, quod hæc obſeruantia ſit Vna; Cauſa eſt,quia Euangelium eſt vnum;Eccleſia eſt vna Regnũ Chriſti eſt vnum. Finis illius eſt vnus; Ideo actio finalis completa, quę eſt dicta obſeruantia, erit vna.Sicut enim fides Catholica eſt vna, ita Obſeruantia S.Euangelij vna erit.

Seſſ.4.c.1. Cat.ar. 9. S.Pau.Ephe.ca. 4.

Apud Hæreticos hæc vnitas non reperitur, quia vniſquiſque viuit ad libitum ſuum.

Seſſ.4.c.11

2.Eſt Sancta, quia obſeruare legem Dei, & obedire illi;res Sanctiſſima eſt,

3. Catholica.Quia vbique in Eccleſia Catholica hęc obſeruantia reperitur;Quod ſi aliqui non faciunt completam ſingulariter conſiderati, non ſequitur ab hoc, quin Catholica ſit, quia Eccleſia Catholica illam complete facit in iuſtis,& intendit illam completam in omnibus.

Cat.ar. 9.

4. Antiqua,quia à Chriſto inſtituta, & ab Apoſtolis edocta,iuxta illud, Docentes eos ſeruare omnia,quęcumque mandaui vobis.

Mat. vlt.

5.Eſt

5. Eſt perpetua, quia vſque ad finem mundi in Eccleſia Dei permanebit, vera enim Eccleſia ſine hac obſeruantia eſſe non poteſt. *Cat. ar. 9*

6. Eſt inuariabilis, quia Euangelium non variatur. Et Chriſtus illud præciſe determinauit, vt notant illa verba. Omnia quæcumque mandaui vobis. *Mat. vlt.*

Hinc colligitur, quod hæc obſeruantia a tempore Chriſti vſque ad finem mundi per cuncta ſecula ſemper in Eccleſia, & in Regno Chriſti eadem erit; Vnde hæc completa obſeruantia ante Lutherum, & Caluinũ omnino eadem fuit in Eccleſia. Nullibi autem erat, niſi in Eccleſia Catholica Romana, in qua etiam modo perſeuerat; Vnde habetur euidẽtiſſimum ſignum, quod dicta Eccleſia ſola vera eſt, & quod obſeruantia illius vera eſt. Obſeruantia autem Hæreticorum, quam reducuntur ad ſolam fidem, non eſt vera, ſed falſa. Nõ antiqua, ſed noua. Nõ à Chriſto, & ab Apoſtolis accepta, ſed ab Hæreticis innouata, ideo falſa. *Ratio, & ſenſus.*

7. Eſt poſſibilis. Quia licet natura hominis per peccatum infirma ſit, tamen quia per Euangelium confertur gratia, quæ ſanat naturam, & eleuat, quæ habilitat illam ad finem, & actionem finalem, etiam ſupernaturalem, fit poſſibilis, & facilis: iuxta illud. Omnia poſſum in eo, qui me confortat Chriſtus. *Seſſ 6. ca. 11. et cã. 18.* *ibidem.*

8. Eſt ſupernaturalis, quia a gratia, quæ eſt principium ſupernaturale, procedit.

9. Eſt libera. Quia ab agente libero, nempè homine viatore, & cum modò libertatis producta eſt; Patet ab effectu. quia infideles, & Iudęi, & heretici et mali Chriſtiani libere ab illa recedunt, & iuſti libere, & motu propriæ voluntatis, Deo tamen ſua gratia adiuuante, ad illam accedunt. *Seſſ 6. cã. 5. et 6.*

10. Virtuoſa, quia a lege Dei, & à recta ratione regulatur. Virtus autem dicit conformitatem cum vtraque regula dicta. *S. Th. 1. 2. q. 21. ar. 1*

11. Eſt grata Deo, quia gratiæ iuſtificantis effectus eſt. Hinc fit, quod vitæ æternæ ſit meritoria ex promiſſione Dei, qui tale præmium illi aſſignauit. *Seſſ 6. c. 7 11. 16.*

12. Eſt neceſſaria, tum quia omnes homines ad illã obligati ſunt, tum quia finem vitam æternam ſine illa *Seſſ. 6. cã. 20.*

obtinere impoſſibile eſt.

Hęc eſt Doctrina Catholica Logica methodo explicata de obſeruantia S. Euangelij.

Cap. 16. De falſa doctrina hæreticorum circa hoc, & de cauſis, & remedijs.

Vide Cōc. ſeſſ.6.can. 1.& alijs ſequēt. et ca.11.et allijs,ſeq.

HAEretici circa hanc obſeruantiam falſiſſimè, & ineptiſſimè loquuntur; Quidam enim illam omnino negant, quia negant operum neceſſitatem, prædicant conſcientiæ libertatem, & aliqui dicunt illos mortaliter, vel venialiter peccare, qui ſtudent bene operari, et legem Euāgelij obſeruare; Alij dicunt, completam obſeruantiam tantum in prima parte ideſt in fide poſitam eſſe, & nullum dari peccatum, niſi infidelitatis, ita vt neque furtum neque adulteriū, peccata ſint; Hinc faciunt plures conſequentias, veluti non eſſe obediendum legi Euangelij, illam non obligare, Homines poſſe viuere, vt ſibi placet. Sacrificium, & diuinum cultum non eſſe neceſſarium: Sanctos non eſſe colendos, Ritus, & ceremonias eſſe tolendas, Sacras imagines, cruces, & Eccleſias deſtruendas. Nō dari Purgatorium. Pro defunctis non orandum. Alij negant liberum arbitrium, & meritum. Aliaque multa dicunt, quæ falſiſſima ſunt, & Regnum Chriſti, nō dico confundunt, ſed a fundamentis illud deſtruunt, & euertunt.

Cauſæ tot, & talium errorum ſequentes poſſunt aſſignari.

Ari. Eth. lib.7.c.3. et 9.

1. Superbia, quia nimis arrogant ſuo iudicio, dum putant ipſos ſolos Sacram ſcripturā ſcrire cum veritate interpretari. Ideo volunt, quod ipſorum interpretatio omnibus alijs anteponatur; Nihili faciunt, imo deſpiciunt Traditiones, Doctores, Patres, Concilia; Pōtifices; Eccleſiam, vſum, iudicium, conſuetudinem, & determinationes illius: Magiſtratus negant, & nolunt illis ſubeſſe: Hæc maximæ ſuberbiæ ſigna ſunt.

Ibidem.

2. Eſt appetitus vitioſę libertatis: Quia in ſuis actibus nullam regulam volunt, niſi propriam volūtatem. Nolunt enim ſubeſſe legi Rei, nec magiſtratibus illiu. Negant præcepta. Negant omnes obligationes, ergo

ſola

ſola voluntas propriã erit regula actuum ſuorũ? Hæc libertas virtuoſa erit. In Regno Chriſti eſt affirmanda? *ibidem.*

3. Eſt voluptas. Quia enim obſeruantia S. Euangelij, quam Eccleſia Catholica proponit, multas prohibet voluptates, tum gulę, tũ luxuriæ, tum odij, & ſimilium, ex hoc occaſionem Hæretici acceperunt negãdi tum præcepta, Dei, tum obligationes, tum denique obſeruantiam, quæ dicta eſt.

4. Eſt Labor, vel dolor. Quia enim dicta obſeruantia eſt laborioſa, dum ordinat ieiunia, abſtinentias, vigilias, orationes, dies feſtos, mortificationem carnis, & ſimilia, data eſt occaſio illis, quibus talia non placent, vt dum volunt ſe à dictis liberare, negent radicem dictorum, hoc eſt dictę obſeruantiæ obligationem. *ibid.*

5. Cauſa eſt, Logicæ ignorantia. Si enim Hæretici differentiam inter probationem certam, Topicam, & Sophiſticam cognoſcerent. Si Euangelicas veritates trutina Logicæ vt, faciunt Theologi, examinarent: Si de regno Chriſti ſecundum regulas logicas conſiderarent: Non ita. vt faciunt, a toto cælo viam veritatis aberrarent. Viderent enim doctrinam ſuam cum regno Chriſti nullo modo poſſe conuenire, imo ab illo quam maxime diſcordare. *Ex Ariſt. in Metaph. vbi de philoſoph. antiquorum.*

Remedia erunt ſequentia, quę dictis cauſis contraria ſunt. *Arg. ib. 2 Ethic.*

Primum eſt humilitas, vt humiliter ſentiant de ſeipſis. Non tantum tribuant ſibi. Eccleſiæ Traditionibus, Patribus, Concilijs, & antiquitati deferant. *ibid.*

2. Obedẽtia, vt iudicẽt dignius eſſe ſubijci, & ſubeſſe Deo, eiuſque magiſtratibus, quam toti mundo ſine hac ſubiectione præeſſe, Deo enim magis placet obedientia, quam victima. Et Chriſtus, licet Deus eſſet, Parentibus ſuis ſubditus fuit. *Et ex Euangelio.*

3. Virtus temperantiæ, quæ bene regulat hominem circa voluptates, vt mortificent membra ſua, quæ ſunt ſuper terram, & ſpiritus carni dominetur. *Ariſt. ibi. ibid.*

4. Eſt fortitudo, quę hominem ordinat ad labores perferendos, ad ardua, & difficilia aggredienda. Ad tentationes ſuperandas, ad firmam ſpem in diuino auxilio collocandam.

ibi.Matth. 5. Eſt Logicæ Sciétificæ ſtudere, certas illius proba tiones examinare; Dicta in hoc opere de fine,& de ſu biecto ſtatuendo,& de certis probationibus faciend s, & de ſophiſticis d.ſcernendis conſiderare,Perpendere, quam recte Doctrina Catholica regno Chriſti conueniat,& hæretica diſcordet.

Hæc iuſtum eſt ab hæreticis diligenter,conſiderari.

Cap. 17. Probatio Catholica, quod completa obſeruantia S.Euangelij ſit neceſſaria ad ſalutem.

Cont. ſeſſ. 6. cap 11. & cā. 20. NVnc tentandum eſt facere plenam,& certam probationem ex parte tum fidei,tum ſenſus,tum intellectus quod completa obſeruantia S.Euangelij omnino ad ſalutem neceſſaria ſit. Satis autem erit hoc loco attingere illas probationes,quæ apud Doctores,qui tractant de controuerſijs, extenſe reperiuntur. Sufficiatque locum,in quo dictam faciunt probationem,in margine notare.

Ex Logica. Notandum autem quod iſtę probationes aliquo modo inter ſe æquipollent. Sola fides non ſufficit ad ſalutem. Opera ſunt neceſſaria ad ſalutem. Lex Dei obligat ad ſui obſeruantiam. Obedire Deo,& Eccleſię ad ſalutem neceſſarium eſt, Fideles ſunt obligati ad obſeruantiam diuinæ legis; Pręmium vitę ęternæ non datur,niſi præcedat meritum, Tranſgreſſio diuinæ legis peccatum eſt; Soli iuſti ſaluantur. Peccatores ad Infernum ſunt deſtinati; Chriſtus in iudicio iuſtis præmium peccatoribus dabit pęnam,& alia huiuſmodi; Hęc enim talem inter ſe habent connexionem,quod ex veritate vnius dependet veritas alterius; Lex enim, & obligatio,& neceſſitas,& opera & meritum & peccatum & pręmium,& pœna ſeinuicem conſequuntur. Quia ſi lex obligat, ergo ſequitur obligatio,ergo neceſſitas operum, ergo peccatum,ergo meritum,ergo premium, ergo pœna.

Notandum etiam,quod qui probat neceſſariam eſſe orationem,vel eleemoſynam,vel obedientiam legi Dei vel vſum Sacramentorum probat neceſſitatem obſeruantię,quia iſta ſunt partes illius.

Cap.

Cap. 18. Prima probatio ex ſcriptura.

PRimus locus Scripturæ eſt, Matth. 28. Vbi Chriſtus diſceſſurus à ſuis Apoſtolis, ordinat illis, quid fa ciant, dicens; Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis; His enim verbis mandat Apoſtolis, vt hanc obſeruantiam, non aliquorum, ſed omnium, & ideo completam doceant omnes gentes. *Matth. c. vlt.*

Secundus locus Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. *Matt. 19.*

Tertius Ioan. 14. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Idem alibi ſepius, veluti Arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur; Theſaurizate vobis theſauros in cęlo; Voluntas Patris mei hæc eſt, vt fructum plurimum afferatis; Venit quærens fructus vineæ. Dabit illam genti facienti fructus illius. Qui habuit quimque talenta lucratus eſt alia quinque. Niſi manducaueritis carnem meam, non habebitis vitam æternam, Vt abundetis in omne opus bonum. Abundantes in omni opere bono; Fides ſine operibus mortua eſt; Satagite, vt per bona opera veſtra certam veſtram vocationem faciatis. Oportet ſemper orare; In die iudicij premium, & pœna bonis, & malis operibus datur. Alia plurima loca, quæ ad litteram de hac obſeruantia dicuntur, licet videre apud Illuſtriſſimum Bellarminum, & alios in Controuerſijs. *Ioan. 14. & alia loca.*

Cap. 19. Aliæ probationes à Traditione, et ab Eccleſia.

SEcunda probatio eſt à Traditione, quæ, vt veritatē de fide, docet hanc Euangelicæ obſeruantiæ neceſſitatem. *Vide Bellarm. to. 3 Contr. gen. 3.*

Tertia probatio eſt ab authoritate Catholicæ Eccleſiæ, quæ loca Scripturæ allata, & alia ita intelligit, vt dictum eſt. *ibid. ibid.*

Quarta probatio eſt à Concilijs, & à Summis Pon-

tificibus.

Ibid. Quinta probatio eſt ab vnanimi conſenſus Sanctorum Patrum.

Ibid. Sexta ab vſu, conſuetudine, iudicio, determinatione Catholicæ Eccleſię.

Cap. 20. *Probatio per ſenſum.*

Ex Conc. ſeſſ. 6. c. 11. et can. 20 Catech. in Decalogũ. Senſus. Ratio.

SEnſus euidenter cognoſcit, quod hæc Euãgelica obſeruantia ante Lutherum, & Caluinum, & modo poſt ipſos fuit, & eſt in Eccleſia Catholica Romana; vbi reperit doctrina fidei; Oratio, & diuinus cultus bene ordinatus, Vſus Sacramentorum cum ſuis ritibus ac cæremonijs. Sacrificium Miſſæ. Obſeruantia Conſiliorum Euangelicorum in Religionibus; Pręceptorum in iuſtis. Ita præcepta Eccleſiæ ieiunandi, & alia obſeruantur. Cultus Dei in Miſſali, & Breuiario, & Rituali ordinatus. Templa item, Altaria, Vaſa, Veſtes, ſacræ Imagines. Dies feſti, Ieiunia, & alia multa, quæ ſenſibus euidentia ſunt, in viridi obſeruantia exiſtunt.

Cap. 21. *Probatio ex lege naturali.*

PRobatur litteralem Scripturæ explicationem concordare cum lege naturali.

Rom. c. 2. Primo Sanctus Paulus de infidelibus ait: Naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, habentes opus legis ſcriptum in cordibus eorum; Ecce quod lex naturalis habet ſuam obſeruantiam naturalem, ergo hoc idem conuenit legi Euangelicæ, quæ eſt ſupernaturalis.

Ibid. 2. Apud omnes nationes etiam barbaras, procuratur obſeruantia legis naturalis, immo, & legũ humanarum, & ad hoc dantur magiſtratus, qui hanc legum obſeruantiam procurant; & hoc ſenſui notum eſt, quia omnes nationes ſuarum legum obſeruantiã procurãt.

Senſus. Experientia. 3. Omnia entia naturalia cęlum, elementa herbæ, plantæ, animalia infallibiliter legem à Deo illis datam obſeruant, Deo per naturam illa ad dictam obſeruantiam impellenre, ergo lex naturalis habet ſuam obſeruantiã, & illam omnes leges legitimæ debent habere,

4. Om-

4. Omnes artes ordinãtur ad ſuam obſeruantiam,& omnes artifices boni ſuæ artis completam procurant obſeruantiam,& illi,qui non procurant, dicuntur vel otioſi, vel mali artifices,ergo hæc obſeruantia in omni lege rationabiliſſima eſt. *Experientia.*

5. Pater multa poteſt præcipere filijs,& Maritus vxori,& Dominus ſeruis,& ſubditi tenentur illis obedire,& præcepta illorum obſeruare. *Ariſt. lib. Politic. & Oecono.*

6. Principes,& Reges,& magiſtratus,ſi faciũt leges, ideo faciũt,vt à ſubditis obſeruẽtur,& penas apponũt non obſeruantibus, & per magiſtratus tranſgreſſores puniunt,ergo omnis lex ad obſeruantiam directa eſt. *ibid.*

7. Proprius effectus legis eſt obligatio ad obſeruantiam,ergo vbicumque eſt lex iuſta,ibi eſt obligatio,hęc autem nihil eſt aliud,quam neceſſitas obſeruandi. *ibid.*

8. Si quis legiſlator faceret legem,& illam publicaret,non habens intentionem illius obſeruantiæ, iudicaretur eſſe demens,quia omnis lex ideo datur vt obſeruetur,& vbi negligitur obſeruantia,ibi etiam lex negligi debet,quia finis legis ordinariè eſt illius obſeruantia ergo. *Iudicium cõmune.*

9. Vel omnis lex iuſta obligat ad obſeruantiam, vel non. Si non.ergo nullum eſt peccatum quia omne peccatum eſt contra aliquam legem,& illius obligationẽ. Si omnes,ergo etiam lex Euangelij, & multo magis, quia lex Dei eſt. Si aliquæ ſic,nempè iuſtæ,aliquæ non vt iniuſto;cum lex Dei iuſtiſſima ſit,ab illa ſemper obligatio proueniet. *Ex Politic. Ex natura libationis.*

10. Omnis res per ſe ordinatur ad proprium finem, ſed omnis lex,& omnis ars habet pro fine obſeruantiã & pro effectu obligationem,& hoc ex lege naturali,ergo omnis lex ad ſui obligat obſeruantiam. *Natura. Ratio. Senſus.*

Concluſio ergo erit,quod explicatio ſacræ Scripturæ de neceſſitate operum,& obſeruantiæ S. Euangelij iuxta ſenſum litteralem,non ſolum non diſcordat cũ lege naturali,ſed etiam ita concordat cum illa, vt nullo modo ab illo ſit recedendum. Immò ſi ſenſus litteralis alicubi videretur oppoſitum dicere,lumen naturale dictaret,ſenſum illum cum aliqua limitatione eſſe intelligendum,ergo in litterali ſtandum eſt.

Cap. 22. Probatio ex teſtamento veteri

EAndem cum teſtamento veteri conformitatem habet dicta Eccleſiæ Catholicæ litteralis explicatio; & probatur.

Gen. c. 2. Primo Deus primo homini dedit legem ea intentione, vt illam obſeruaret; ideo trangreſſionem illius pæna multauit.

Gen. c. 9. 2. Dedit legem Noè, ne carnem manducaret cum ſanguine, & voluit obſeruari.

Gen. c. 17. 3. Dedit Abrahæ legem circumciſionis, cum obligatione ad obſeruantiam.

Exod. & Leuit. 4. Dedit legē, Moyſi, et ad illius obſeruātiā obligauit.

ibid. 5. In lege veteri præmium obſeruantibus; pœnam tranſgreſſoribus oppoſuit.

Paſſim in teſtam. veteri. 6. Sepiſſime contra populum Hebræum iratus eſt, & multa illi intulit mala, quia legem ipſius non obſeruabat.

ibid. 7. Magiſtratus veteris teſtamenti obſeruantiam diuinæ legis procurabant.

ibid. 8. Prophetæ contra præuaricatores diuinæ legis prophetabant.

Euangel. 9. Chriſtus legem veterem obſeruauit; fuit circumciſus, templo præſentatus, Deo oblatus. Sabbatum obſeruauit; Agnum Paſqualem manducauit; Ita Beata Virgo legem purificationis, & alia obſeruauit; Ita Dauid millies ait ſe legem Dei cuſtodire: Idem de Machabæis & alijs dici poteſt.

ibid. 10. In Euangelio aperte habetur mentio, quod illo tempore populus Hebræus obſeruabat legem veterē; veluti Sabbatum, eſum agni, Dies feſtos. Circumciſionem, Sacrificia & alia multa; Ex quibus aperte colligitur, obſeruantiam legis veteris fuiſſe ad ſalutem neceſſariam & per conſequens, idem de lege Euangelica debera affirmari.

Cap. 23. Probatio ex nouo teſtamento

Ex Matt. ult. IDem probatur ex nouo teſtamento.

Primo, in lege Euāgelica ſunt præcepta, & cōſilia, inter

inter quæ talis eſt differentia, quod præcepta obligant ad obſeruantiam, conſilia hortantur, ſed non obligant, in vtriſque obſeruantia eſt virtuoſa, & gratia Deo, vt Chriſtus docet ergo.

2. Chriſtus ait; homines rationem reddituros in die iudicij de omni verbo otioſo, ergo otium eſt damnatum in regno Chriſti, ergo opera neceſſaria ſunt. *Matth. c. 12.*

3. Chriſtus dixit, ſe iudicaturum in iudicio de omiſſione operum; ergo ſunt neceſſaria. *Matth.*

4. In parabola ſeminis ait, fructum dari trigeſimum, ſexageſimum, centeſimum. Idem in parabola vineæ docet, nempè Dominum vineæ requirere fructus, & punire non dantes: Idem in parabola de talentis negotiatis, & non negotiatis. Idem de arbore non ferente fructum, quam dixit fore exſcindendam, ergo opera ſunt neceſſaria. *c. 25. Matth. c. 20. & Luca 8.*

5. Chriſtus fuit non ſolum magiſter, ſed etiam legiſlator, vt magiſter docuit, & tradidit doctrinam, quæ ad finem pertinet, vt legiſlator dedit legem, & præcepta, quæ opera præſcribunt, ergo opera neceſſaria ſunt. *Seſſ 6. cã. 19. 20. & 21.*

6. Lex naturæ præcepit opera, ſed Chriſtus non venit deſtruere, ſed adimplere legem, ergo confirmat obligationem legis naturalis ad operandum. *Matth. c. 5.*

7. Chriſtus vel ordinat populum ſuum ad laborem, ad opera, ad virtutem, vel ordinat ad otium, ad deſidiam, ad negligentiam. Dicere ſecundum eſt inferre iniuriam Chriſto, ergo ad laborem & opera deſtinat. *Ducit. ad inconuenienс.*

8. Apoſtoli ieiunabant, & orabant & opera miſericordiæ operabantur ſed iſta ſunt opera, ergo opera in Euangelio præſcripta ſunt. *In Act. Apoſt.*

9. Sanctus Paulus hortatur ad obedientiam, ad honorem, ad dilectionem, ad abundantiam operum; ad curam domus & filiorum, ergo opera in lege Euangelica neceſſaria ſunt. *In Epiſt. ſuis.*

10. Idem S. Paulus ait; Adulteri, auari, fornicarij, & alij multi peccatores non obtinebunt regnum cælorum. ergo multa ſunt peccata præter infidelitatem, ergo obſeruantia diuinæ legis neceſſaria eſt. *Ibid.*

Alia innumerabilia in Euangelio hoc idem probant.

Cap.

Cap. 24. Probatur ex regno Chriſti, et lumine intellectus.

IDem probatur lumine naturali, ſeu logico deſumẽdo argumenta ex viſceribus, ſeu ex quattuor cauſis regni Chriſti.

Ariſt. lib. Polit. & Oecono micorum. S. Th. 1. 2. q. 90. & 91 Primum argumentum eſt à genere regni chriſti; Omnis ordinata ſocietas, ſiue parua, ſiue magna debet ad aliquem finem per operationes illi conuenientes ordinari, & ab aliquo vno ad dictum finem per dictas operationes obtinendum dirigi, ac gubernari. Sed regnũ Chriſti eſt optima, & ordinatiſſima ſocietas, ergo homines in illa debent ad aliquem finem per congruas operationes deſtinari. Hoc autem facere proprium legis eſt. Hæc enim ordinariè tria præſcribit, nempè finem, media, & vſum mediorum, & non ſolum præſcribit, ſed magiſtratus inſtituit, per quos legis obſeruantia, & exequutio opportune ſit procurata, ergo in regno Chriſti hæc tria erant per legem ſtatuenda, & per magiſtratus ad exequutionẽ demandanda.

Ariſt. et S. Thom. ibidem. 2. In omni regno bene conſtituto neceſſaria eſt optima gubernatio, per quam populi ad propoſitum finẽ rectè obtinendum perducantur. Finis autem obtinetur per operationes vt ſupra probatum eſt. Populi vero per leges, & magiſtratus ad bene operandum directi ſunt, ergo in Regno Chriſti neceſſe eſt, ex vna parte dari bonas leges: ex alia illorum obſeruantiam procurare.

S. Th. 1. 2. q. 91. art. 4. 3. In regno Chriſti finis eſt ſupernaturalis, & media ſupernaturalia, & vſus mediorum ſupernaturalis, & in hoc regno populi ad hæc tria ſunt ordinati. Ad obtinẽdum autem finem per media non ſufficit cognitio finis, & mediorum, veluti cognitio medicinæ, & ſanitatis non ſanat, ſed opus eſt, vt bonus vſus mediorum accedat. H c autem bonus vſus ab aliquo, & præſcribi, et dirigi debet, vt ſit à medico, ergo in Regno Chriſti neceſſe eſt, vt per legem populi ad dicta tria directi ſint vt obſeruantia dictæ legis habita ſit.

S. Th. 1. 2. q. 90. 4. Omnis lex, quæcumque illa ſit, habet proprium, et imme-

immediatum effectum obligationem. Hæc obligatio habet pro fine obſeruantiam. Hæc obſeruantia habet pro fine conſequutionem finis, qui à lege propoſitus eſt, ergo Lex Euangelij dicta multo melius, quam aliæ leges, habebit.

5. Dicere, quod leges hominum, & illorum præcepta obligent ad ſui obſeruantiam: Lex vero Dei non, falſiſſimum & abſurdiſſimum dictum eſt. *ad impoſſibile.*

6. Vel Deus ordinat legem Euangelij, ad aliquem finem, vel nón; Si non, ergo ſola lex Euangelij nullum finem habebit, & fruſtra a Chriſto data erit: Si ſic, ergo finis illius erit ordinarius omnium legum, nempè obligatio, obſeruantia, & conſequutio propoſiti finis. *S. Th. 1. p. q. 22. et 1. 2. q. 90. et 91.*

7. Dicere, quod Chriſtus velit populum, & Eccleſiã, & regnum ſuum eſſe ſine lege, ſine fine, ſine medio, ſine bono vſu mediorum, ſine operationibus, ſine obſeruantia, ſine gubernatione, ſine ſacrificio, ſine Sacerdotio, & alijs huiuſmodi. Et velle populum ſuum ſine operatione deſidem, otioſum, negligentem. Velle illum tamquam gregem ſine paſtore diſperſum, data ſingulis facultate faciendi quod libet, abſurdiſſimũ nimis eſt. *ibid.*

8. Dicere, quod in omni terreno regno populi ita ſint liberi, vt tamen Regi, & illius magiſtratibus ac legibus ſubditi ſint, illisq; debeant obedire; Deo autẽ, & illius legibus obſeruãtia, & obedientia nõ ſit exhibẽda, eſt indigniſſimum homine intellectum habente. *Ad inconuenient.*

9. Ille populus dicitur fidelis regi, qui leges, & magiſtratus illius ad obſeruandum, & obediendum accepṫat, ergo in regno Chriſti neceſſe eſt, vt populus fidelis, qui eſt Eccleſia, obſeruantiã Euangelicę legis ſibi proponat, & p hoc ab infidelibus, & hæreticis diſtinguẽtã. *A diffinitione Eccleſia.* *S. Th. 1. 2. q. 91. art 4.*

10. Impoſſibile eſt, quod homines, qui habent naturam corruptam, poſſint per ſeipſos, & propria virtute ordinare ſe ad finem ſupernaturalem, ad media, & ad bonum vſum mediorum regni Chriſti, ſed opus habent ſupernaturali gubernatione, quæ per legem datur, ergo obſeruantia dictæ legis neceſſaria eſt.

Hæc, & alia multa apertè probant, quod obſeruantia euangelicę legis neceſſaria ſit.

Cap.

Digitized by Google

Cap.25. Proponuntur, & ſoluuntur argumenta Hæreticorum.

NVnc Hæreticorum argumenta proponenda, atque ſoluenda ſunt.

Primum 2. Cor. 3. Vbi ſpiritus Domini ibi libertas, ergo qui habent Spiritum Dei, nullam habent obligationem, quia vbi eſt obligatio, ibi non eſt libertas.

Secundum Epiſt. 1. ad Tim. cap. 1 Lex Iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs, &c. Vbi autem non eſt lex, neque erit obligatio illius.

Tertium Epiſt. ad Rom. cap. 1. & idem alibi; Iuſtus ex fide viuit, ergo fides ſufficit ad vitam; Et ideo obſeruantia legis non eſt neceſſaria.

Quartum Euangelium eſt nuda, & abſoluta promiſſio vitæ æternæ ſine conditione obſeruationis mandatorum, ergo hæc obſeruantia neceſſaria non eſt.

Quintum Fit iniuria Chriſto, & illius merito, ſi dicatur, non ſufficere merita ipſius ad obtinendum nobis vitam æternam; Sed opus eſſe, ut per opera noſtra, & per propriam legis obſeruantiam, illam obtineamus ergo non eſt dicendum.

Sextum Obſeruantia diuinæ legis eſt impoſſibilis; ergo non eſt affirmanda.

Ad hæc argumenta Illuſtriſſimus Bellarminus doctiſſime reſpondet Tom. 3. tertia controuerſia generali, controu. 2. lib. 4. & 5. Ideo nunc ſufficiat ex Logica breuem afferre reſponſionem.

Seſſ. 6. ca. 11 & cā 20. Ad primũ, Fit æquiuocatio Sophiſtica ĩ termino libertas, & obligatio. Obligatio enim alia eſt ſeruilis, nempe ſerui, & captiui erga dominum; & hęc quia neceſſario habet annexam ſeruitutem propriè acceptam non poteſt ſtare cum libertate. Alia eſt legalis, ſeu moralis, quam habent omnes ſubditi legibus, & magiſtratibus, ſeu principibus, vt illis obediant, & ſubditi ſint, & hæc ſtat cum libertate quia tales ſubditi, prout diſtinguuntur a ſeruis, liberi eſſe dicuntur; Tertio accipitur libertas filialis quia filij liberi ſunt, & tamen obligatio, quã filij habent obediendi præceptis parentum hanc filialem

Chriſtus vtiliſſimus factus eſt ſub lege.

lem non tollit libertatem; Dictum igitur Apoſtoli literaliter talē habet ſenſum: Qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Filij autem Dei liberati ſunt a ſeruitute diaboli, peccati, mortis, ſed non ſunt liberati ad obligatione, quam habet creaturę erga creatorem, & filij adoptiui Dei erga Deum patrem illorum. Quod ſi Hæretici prætendunt eximere hominem iuſtum, ne ſubſit Deo, & non teneatur obedire illi, & illius legibus, & præcept s, iniuriam magnam inferunt Deo.

Ad ſecundum, illa verba S. Pauli hunc apertè habent ſenſum. Quia iuſti, & ſubditi, & obedientes legique obtemperantes obſeruant plenè legem, quæ nihil aliud continet, niſi iuſtitiam, quam iuſti habent, ideo iuſto lex poſita non eſt, quia non opus eſt præcipere illi, vt faciat iuſtitiam, cum iuſtus ſit: Sed iniuſtis, & non ſubditis poſita eſt, quia ipſi non faciunt opera legis Ita Chriſtus dixit de ſanis: Sani non habent opus medico, quia habent ſanitatem, quam medicus facere intendit. Infirmi opus habent illo. Sic eſt de lege, quę non ponitur, ait S. Paulus, ſubditus, ſed non ſubditis, ergo iuſtus ſubditus eſt, ergo non datur illi, quia ſubditus eſt. Ille autem eſt ſubditus, qui illam obſeruat. *Seſſ 6. ca. 11. & can. 20.*

Ad tertium, Fit duplex error in hac argumentatione. Primus eſt, æquiuocare in verbo fides, quę alia eſt viua. & cum operibus, alia mortua, & ſine operibus, vt docet S. Iacobus. De fide viua verū eſt, de mortua nō. Secūdus eſt quia mala eſt conſequentia hęc, Iuſtus ex fide viuit, ergo viuit ex ſola fide. Sicut enim hæc argumentatio eſt falſa. Homo ſentit, ergo tota vita illius eſt ſenſitiua. Ita homo viuit ex pane, ergo viuit ex ſolo pane. Addatur tertius error. Non bene perpendunt verba, quæ tria ſunt primum, Iuſtus, Si iuſtus, ergo legem obſeruat. Secundum, viuet, ergo, habet gratiam iuſtificantem, tertium ex fide, ſed non ait ex ſola fide, neque ait ex fide mortua. Sed ſupponit iam in iuſto adeſſe iuſtitiam, ideo ait, iuſtus ex fide viuit. Confirmatur. Demus adulterum, & homicidium, & forem habere fidem. Hic non eſt iuſtus, ſed iniuſtus. Si hic ex fide viuit, oportet dicere, Iniuſtus ex fide viuit; At S. Paulus non ita ait, ſed dicit. Iuſtus ex fide viuit, ergo habet iuſtitiam, & fidem, *Iacob. epiſt cap 2. Conc. ſeſſ. 6. ca. 7. & 8.*

&

& vitam, quæ ſimul vna cũ dicto homicidæ non conue-niunt, vt ait S. Paulus.

Seſſ. 6. can. 20. Ad quartum, Fiunt multi errores in hac argumentatione, primo Euangelium non eſt promiſſio. Sed eſt ex habentibus coniunctã promiſſionẽ prçmij & pçnæ. Secundo Promiſſo facta in Euangelio non eſt tantum vitæ æternæ, ſed etiam pœnæ æternæ. Illud autẽ, quod diſcernit præmium à pçnã, eſt obſeruantia, & inobſeruantia legis, & ita docet Euangelium de iudicio, tertio Illa particula, Nuda, multis modis falſa eſt; Tum quia non eſt nuda promiſſio præmij, ſed etiam pçnẽ; Tum quia contrariatur illis verbis Chriſti: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata; Tum quia ſi hoc eſſet, omnes Iudæi, infideles, homicidç, adulteri, & alij vitam æternam infallibiter obtinerent, quod toti Sacræ ſcripturç contrarium eſt, ergo nihil penitus habet probabilitatis in Euangelio hæc aſſerta nuda promiſſio, immo omnia, quç S. Euangelio, & regno Chriſti conueniunt, illi ex directo contrariantur.

Seſſ. 6. ca. 7. 11. 16. Ad quintum cauilloſa argumentatio eſt. Non enim fit iniuria albedini, ſi per illam res albç diſgregent viſum: Nõ fit iniuria mari, ſi fõtes, & flumina ab illo emanantia irrigent terrã. Nõ fit iniuria Soli, ſi Luna, & ſtellæ lucẽ ab illo acceptã terræ cõmunicent: Nõ fit iniuria magiſtro excellenti, ſi diſcipuli doctrinam ab illo acceptam doceant alios: Filij non faciunt iniuriam patri viro eminenti, ſi veſtigia illius ſequantur: Deus non fecit iniuriam ſibijpſi, ſi cum eſſet beatus in ſeipſo, voluit tamen creare mundum extra ſeipſum. Chriſtus non fecit iniuriam ſibi, ſi cum primus actus Incarnationis eſſet infiniti valoris, & ſufficientiſſimus ad dandam infinitam gloriam Deo, & ad totum mundum redimendũ; nihilominus voluit in tota vita ſua innumerabiles actus multiplicare, & demum vitam cum illo maximo paſſionis exceſſu finire: Ita non iniuria, ſed gloria datur Chriſto, & non detrahitur, ſed additur merito ipſius, dicẽdo, quod eſt tantç poteſtatis vt poſſit nõ ſolũ ipſe mereri, ſed alijs quoque dare virtutem merendi, & tãquam caput influere in membra, & vt vitis in palmites, & vt Sol in terrã ad fructus optimos producendos

Non inconuenire Deo quod per ſecundas cauſas producit effectũ probatum eſt ſupra li. 2. diſt. 1. ca. 23.

Ad

Ad ſextum, Dicere obſeruantiam Euangelicæ legis eſſe impoſſibilem, eſt maxima blaſphemia contra Deũ, quaſi neſcinerit commenſurare legem cum obſeruantia; finem cum medio; Vel quod nequiuerint hominibus tantam gratiam, & talia auxilia præbere, quod per illam fiant habiles ad dictam obſeruantiã perficiẽdam. Deinde vbi eſt hęc impoſſibilitas obtinendi gratiam per Sacramenta, ſi vſus illorum tum facilis eſt? Gratia vero obtenta, quę difficultas erit credendi ea, quæ in Symbolo continentur, & petere ea, quę in oratione dominicali ſunt? & facere ea, quæ in Decalogo præcipiuntur? Non occides. Non mœchaberis, non furtum facies? *Seſſ.6.c.11 & can.28*

Logicus conſideret dicta argumenta; & videbit nullum illorum ex ſubſtantialibus regni Chriſti deriuari, ſed omnia in ſophiſtica æquiuocatione fundata eſſe.

Ex quibus omnibus aperte colligitur, quod plena ſit, & certiſſima probatio Catholicorum. Hæreticorũ vero neque etiam probabilitatem habere.

ANNOTATIONES

Ex Logica.

Circa iam habitam de S. Euangelio tractationem.

SVbiectum adæquatũ doctrinæ reuelatæ eſt regnum Dei, vt ſupra dictũ fuit; Subiectũ principale illius eſt S. Euãgeliũ. Subiectũ autem doctrinæ Catholicę aliquo modo dici poteſt doctrina reuelata; ideo Doctrina Catholica de S. Euangelio principalem habebit tractationem; Et ita eſſe aperte docet Sacrum Concilium Tridentinũ, & Catechiſmus Romanus, vt ab initio dictum fuit. Docent enim finem ſuum ſemper fuiſſe, vt ſublatis erroribus, puritas ipſa Euangelij

Euãgeliũ ſubiectum doctrinæ reuelatæ.

Seſs.4.c.1. Catec. de orat. dom pet.1.2

Digitized by Google

in Eccleſia conſeruetur,& vt de illo vera,certa, & catholica doctrina proponatur.

Vnicum medium ſalutis æternæ.

Notabit logicus, Euangelium eſſe verum,& vnicum medium à Chriſto inſtitutum ad æternam ſalutem obtinendam,& dat formã regno Chriſti, quia præſcribit omnia,quæ in populo gubernato fieri debent ad finem obtinendum,qui in dicto regno præſcriptus eſt.

Completa ſumma illius in Eccleſia neceſſaria.

Notabit omnino neceſſarium eſſe,vt completa, diſtincta,& bene ordinata ſumma S.Euangelij in Eccleſia tradita ſit, quia impoſſibile eſt,quod fideles poſſint bene vti hoc medio,niſi completam de illo obtineant cognitionem: Medium enim ſine bono vſu nihil prodeſt;Bene autem vti,eo,quod quis ignorat,impoſſibile eſt.Ideo completa ſumma tradenda fuit.

Chriſtus illam fecit

Notabit,Chriſtum hanc completam ſummam feciſſe,& Apoſtolis dediſſe & præcepiſſe,vt illam docerent omnes,& quod omnes ad illius obſeruantiam obligauit,vt patet ex illis verbis Chriſti Docentes eos ſeruare omnia,quęcumque mandaui vobis.

Quid ſit hæc ſumma.

Notabit hanc completam ſummam ſic poſſe definiri;Eſt completa collectio eorum omnium,quæ de ſubſtantia S.Euangelij ſunt.De ſubſtantia autem S. Euangelij eſt quod contineat omnes veritates fidei,& omnem morum diſciplinam;ideo completa ſumma S Euangelij debet colligere omnes principales veritates fidei,& omnem morum diſciplinam.

Scriptura de illa loquitur.

Notabit,ſacram Scripturam apertè loqui de hac ſũma,ſed non explicare,quęnam illa ſit:Et hinc Hæretici arripiunt occaſionem colligendi illam, vt ſingulis placet;pene enim ſinguli propriam ſummam efficiunt.

Continet doctrinam affirmatiuam.

Notandum,hanc ſummam omnino debere fieri per affirmationes,& non per ſolas negationes quia docet ſeruare omnia quæ Chriſtus mandauit,& doctrina de illa debet eſſe affirmatiua.

Notabit, Catholicus circa illam ex Logica tria facere debere,quæ ſunt,primo colligere illam, ſecundo probare,tertio falſas,& oppoſitas ſummas confutare.

Idem omnino deberent facere Hęretici,nempe colligere,probare,& confutare.

Qui hæc tria recte præſtãt, iudicãdi ſunt pro ſe habe-

re

re veritatem.

Primo aũt examinabit, q.d circa hoc Catholici præſtẽt. Patet autem ſenſui, quod Sacrũ Cõcilium Tridẽt. et Catechiſmus Romanus hanc completam, diſtinctã, & certam ſummam, colligunt. In Symbolo enim colliguntur principales fidei veritates, quę ſunt tres, prima de vltimo fine, & eſt Sanctiſſima Trinitas, ſecunda de medijs, & mediatore, & eſt incarnatio, vita, paſſio, & alia à Chriſto mediatore inſtituta, tertia de bono vſu mediorum. qui bonus vſus eſt in Eccleſia Catholica à Spiritu ſancto edocta, & gubernata; Completa morum diſciplina colligitur in his tribus, primo in Oratione Dominicali, ſecundo in bono vſu Sacramentorum, tertio in Decalogi obſeruantia. *Catholici illã recta faciunt.*

Hæc eſt completa, diſtincta, & certa ſumma S. Euangelij, quæ ab Eccleſia Catholica in Sacro Concilio Trident. Catechiſmo Romano, & in Doctrina Chriſtiana Romæ impreſſa propoſita eſt, nihil plus, vel minus in illa proponitur, quod ad quattuor iam dicta nõ reducatur. Hæc ſumma ab Eccleſia Catholica eſt confirmata, & ab omnibus Catholicis acceptata.

Circa illam duo ſunt in maxima controuerſia inter Catholicos, & Hereticos, vnum eſt de numero Sacramentorum. Aliud de neceſſitate operum, ſeu de neceſſitate obſeruandi dictã completam Summam S. Euangelij. Catholica enim Eccleſia docet Sacramenta eſſe ſeptem, & opera eſſe ad ſalutem neceſſaria; Hæretici vero ex magna parte vtrumque negant. *Heretici illam impugnant.*

Circa probationem dictæ ſummæ à Catholicis factam notabit Logicus. *Catholici illam probãt ex traditione.*

1. Probari per traditionem in ſacra Scriptura fundatam. Cum enim conſtet ex Scriptura, quod Chriſtus illam fecit, & Eccleſiæ dedit, & quod ſemper in cunctis ſeculis in Eccleſia manſit, quia eſt de ſubſtantia regni Chriſti. Nulla autem alia ſumma ex antiquiſſima traditione habetur, niſi hæc quæ ab antiquis ſcriptoribus approbatur, certo apparet, quod illius veritas per traditionem probata eſt.

2. Probatur ex ſcriptura, Hæc enim de Decalogo, & de oratione dominicali quo ſint à Deo inſtituta *Ex Scriptura*

in regno Chriſti,certam probationem faciunt. Idem patet de Sacramentis,De Symbolo etiam Apoſtolorũ,quod ab Apoſtolis Spirituſancto inſpirante cõpoſitum ſit,omnibus notum eſt. Conſtat ergo, quod hæc quattuor,Symbolum Apoſtolorũ,Oratio Dominicalis. Sacramenta,& Decalogus,de ſubſtantia S.Euangelij ſunt; Vtrum autem hæc ſola completam S.Euangelij ſubſtantiam colligant,probatur ex traditione,& ex authoritate, atque ratione. Et hoc Hæretici ex maiori parte impugnant,fere enim omnes ſe occupant in negando quod non omnia dicta de ſubſtantia Sancti Euangelij ſunt.

Et alijs modis.

3. Probatur ex authoritate Eccleſiæ,& Sanctorum Patrum,

4. Rationibus,quæ ſupra allatæ ſunt,probatum eſt; Nunc examinandum,quid Hæretici circa hanc ſummam efficiant,& primo quid circa colectionem illius. Hæretici enim cum affirment,Euangelium eſſe de ſubſtantia regni Chriſti,debent hanc ſummam colligere, & de illa doctrinam proponere affirmatiuam.

Notabit logicus,Hereticos magis occupari in impugnanda, & neganda Catholica ſumma, quam in alia recte conſtituenda.

Hæretici ergo tria deberent facere circa hanc ſummam,quæ ſunt,primo colligere illam,ſecundo probare,tertio Catholicam confutare.

Hæretici potius impugnant ſummam Catholicam,quam aliam efficiant.

Non conueniunt in illa conſtituenda.

Primum nullo modo faciunt,tum quia illorum doctrina eſt negatiua,&pauca admodum affirmant,veluti Verbum Dei,Miniſtros,& fidem,Tum qui Hæretici inter ſe quam maxime diſſident in hac ſumma conſtituenda Vnuſquiſque enim illam ad libitum ſuum ex Scriptura vult colligere, Lutherus enim vno modo, Caluinus alio illam facit,inter illos etiam,qui eiuſdem ſectę ſunt, maxima eſt varietas,& contrarietas; Nunquid hoc erit colligere.Immo magis diſpergere,ac cõfundere eſt. Quid dicendum ? Si inter Hęreticos tot ſunt ſectę,tanta doctrinæ varietas, tanta confuſio,tot modis proponitur Euangelium,quomodo inter Hæreticos poterit colligi vna completa,diſtincta,ordinata, & certa ſumma S. Euangelij? Nunquid omnes Hæretici in

ci in hac ſumma conſtituenda in vnum conueniẽt? eamdem omnes facient? Nunquid Lutherani ſummę à Caluino factæ credent? aut Caluiniſtę illi, quæ à Luthero facta eſt? Si Caluinus vnam, Lutherus aliam proponit, cui credendum erit? Quæ maior ratio erit de vno, quam de alio? Hoc eſt maximi momenti.

Vel ergo omnes Hæretici faciunt hanc completam ſummam, vel non. Si non, ergo illam neque faciunt, neque probant, ideo de S. Euangelio nihil certum docent nihil certi probant. Si faciunt, vel omnes Hæretici faciunt eamdem, vel diuerſam. Non poteſt dici eamdem quia quot ſunt ſectæ Hæreticorum, tot ſunt doctrinæ illorum, & non poſſunt inter ſe conuenire. Si diuerſas, Vel omnes ſunt veræ, vel aliquæ tantum. Quod omnes ſunt veræ, impoſſibile eſt, quia contraria affirmant. Si vna ſola erit vera, aliæ omnes falſæ, quis iudicabit de veritate, & de cauſa veritatis? an Catholici? an Hæretici? Si dicant non Catholici, ſed Hæretici, vel vna ſecta veluti Lutheri, iudicabit de veritate ſuæ ſummæ, vel de veritate alterius, veluti Caluini ſi de ſua, ergo Lutherani iudicabunt ſuam ſummam eſſe veram, & Caluiniſtę ſuam, & ſic omnes erunt veræ, quod eſt impoſſibile, Si iudicabunt de alia, omnino vna ſecta iudicabit, quod omnes alij falſæ ſint, ideo omnes erunt falſæ, ergo impoſſibile eſt, quod Hæretici completam, et certam ſummam S. Euangelij efficere poſſint. *Hæretici nec faciũt nec poſſunt facere hanc ſummã.*

Hic Logicus ſuum iudicium de hac ſumma ita formabit, vel quælibet ſecta Hæreticorum illam facit, vel non. Si non, ergo vbi illa non fit, non habetur cognitio de omnibus ſubſtantialibus S. Euangelij, quia hęc ſumma omnia dicta colligit. Si dicatur facit. Supponamus ita eſſe, ſequitur omnino, quod tres, vel plures ſummę effectę erunt; prima Catholica; ſecunda Lutherana; tertia Caluiniſtica, vel prætenſa reformata, vel alia. *Modus iudicandi quæ ſit vera.*

Nunc quattuor de ſingulis examinanda ſunt, primo an ſit vera; ſecundo an ſit completa; tertio an ſit probata; quarto an ſit certa; illa enim cui hæc quattuor conueniunt vera; cui non conueniunt, falſa erit. *Examinanda de hac ſumma.*

De ſumma Catholica apparet, quattuor dicta poſſe probari, & eſſe probata, quia ſolam Eccleſiam Roma

nam eſſe veram Eccleſiam probatũ eſt. Examinemus ergo quattuor dicta de ſingulis ſummis Hereticorum.

Regula pro cognitione vera ſumma.

Circa veritatem, Regula talis. Illa ſumma eſt vera, quæ dicit fuiſſe, & eſſe quod eſt, & non eſſe, quod non eſt circa S. Euangelium Explicatur, Chriſtus hanc, ſummam effecit; In illa colligit omnia ſubſtantialia S. Euãgelij. Hæc ſumma integre, opera Spiritusſancti, ſemper fuit in Eccleſia conſeruata, quia eſt medium de neceſſitate ſalutis. Ideo hæc ſumma in noſtra cognitione cõſiderata erit vera, quæ cognoſcit eſſe, quod eſt, & non eſſe, quod non eſt, ita fuiſſe quod eſt, & non fuiſſe quod non eſt. Hic logicus notabit. Aliud eſſe conſiderare hanc ſummam in ſe, aliud in cognitione, vel Caluini, vel Lutheri, vel Eccleſiæ Catholicæ. Conſiderata in ſe, vna eſt, & a parte rei ſemper vna, & eadem fuit. Conſiderata vero in hominum cognitione, varia eſt, quia de illa diuerſam habent cognitionem Eccleſiæ iam dictę. Cum ergo illa cognitio ſit vera, quæ cognoſcit eſſe quod eſt a parte rei, vt in primo libro dictum eſt, ſequitur, quod illa ſumma ſit vera, quæ omnia ſubſtantialia S. Euangelij collecta à Chriſto, & perpetuo in Eccleſia conſeruata colligit in ſua cognitione. Et per hanc regulam certam de dictis ſummis inueniemus veritatem.

Applicatur ſumma Catholica.

Nunc Logicus cum hac regula examinet Summam Catholicorum, & clarè videbit, in illa colligẽda plenè hanc regulam eſſe ſeruatam. Hæc enim Summa non eſt de nouo inuenta, vel excogitata, ſed per Traditionem ab antiquiſſima Chriſti inſtitutione deriuata, & per cuncta ſecula conſeruata, & modo communiter a Catholicis eſt receptam; Ideo cum cognitio huius Summæ, quæ apud Catholicos eſt, conformet ſe cum illa Summa, quæ à parte rei fuit inſtituta à Chriſto, & in Eccleſia recepta, apparet certa ratio, cur hæc Summa vera ſit, & vera eſſe dicatur.

Applicatur ſumma Hereticorum.

Idem examinet de Summa Lutheri, & aliorum, qui non antiquam, ſed nouam Summam fecerunt, & in illa colligenda nihil omnino ad præterita ſecula, neq; ad primam inſtitutionem, neque ad præſens ſeculum cogitarunt; Traditionem enim hæretici nihil faciunt. Hoc modo licebit cuique fingere, & ſomniare, quod libet

Digitized by Google

libet; Videat quæso Logicus; Hæc Summa eſt, medium omnino neceſſarium ad ſalutem , ergo ſemper fuit in regno Chriſti,& ſemper fuit in Eccleſia cognitum, etá iuſtis plenè obſeruatum , ergo veritas huius Summæ ab eo,quod fuit,& eſt in re,accipi debet. In præcedentibus autem ſeculis ante Lutherum Summa Catholica ſemper in Eccleſia recepta fuit,& modo idem fit apud Catholicos,ideo ſumma hæreticorum falſa , Catholicorum vera erit.

Idem probatur per rationes ſuperius adductas .

Regula ad cognoſcendam ſummam completam.

Nunc examinandum,an ſit completa. Hæc Summa conſiderata à parte rei completa omnino eſt;& talis à Chriſto fuit inſtituta,iuxta illa verba, Omnia,quæcumque mandaui vobis In cognitione vero hominum poteſt eſſe completa,& non completa; Illa eſt completa, quæ adæquate,& nihil plus,neque minus cognoſcit de ſubſtantialibus S.Euangelij , quæ à parte rei per cuncta ſecula in Eccleſia fuerunt,veluti ſi ſacrificium Miſſæ,ſi Primatus Romani Pontificis ſunt de ſubſtantia regni Chriſti,cognoſcit ita eſſe; In re enim tanti momenti non opus eſt fingere,& ſomniare: Regula autem certa ad cognoſcenda ſubſtantialia S. Euangelij erit,conſiderare,quænam vt talia à Chriſto ſunt inſtituta: Certa autem regula ad hanc Chriſti inſtitutionē cognoſcendam eſt diuina Traditio opera Spiritusſancti in Eccleſia conſeruata; Hæc enim de ſingulis ſubſtantialibus S.Euangelij duo docet,nempè , & fuiſſe à Chriſto inſtitututa,& tali ratione inſtituiſſe.vt de ſubſtantia S.Euangelij ſit. Veluti de Sacrificio Miſſæ, & de Primatu Romani Pontificis dictum eſt.

De] ſufficientia regulæ

Completa ergo Summa S.Euāgelij debet colligere omnia,quæ de ſubſtantia illius ſunt ; ponamus modo Catholicos affirmare de ſubſtantia S. Euangelij eſſe , quod ſeptem ſunt Sacramenta;Ita ſacrificium Miſſæ, & alia,vtique,ſi ſunt de ſubſtantia , in completa ſumma colligi debent.Si non ſunt,ab hac Summa ſunt excludenda. Quid faciendum ? Vtique aliqua regula inuenienda ad iudicandum,an de ſubſtantia ſint. Hæc regula certa talis eſt . Quod vt talia à Chriſto ſint inſtituta.Solus enim Chriſtus ſubſtantialia S. Euangelij

poteſt determinare. Hic Logica docet, omnino aliquam regulam certam eſſe inueniendam, qua cognoſcatur, quod Chriſtus ita inſtituerit; Tres autem regulæ certæ ſunt, prima ſacra Scriptura, ſecunda Traditio, tertia res ipſa in Eccleſia vſu recepta. His tribus modis Catholici probant affirmatiuas, quod hæc, vel illa à Chriſto vt de ſubſtantia S. Euangelij fuerunt inſtituta; Hæretici nihil horum attendunt, potiſſimum in probandis negatiuis. Sit enim propoſitum, an Primatus Rom. Pontificis ſit à Chriſto inſtitutus, Catholici probabunt per loca ſcripturæ propria; ſecundo per traditionem: tertio, quia à parte rei ſemper hic Primatus fuit; Hæretici ordinariè ſuas negationes non probant per loca propria, ſimili modo, Sanctus Petrus non fuit à Chriſto inſtitutus caput Eccleſię, Chriſtus non inſtituit ſacrificium Miſſæ; non remiſſionem peccatorum; non ſeptem Sacramenta, & ſimilia; talia enim loca non reperiuntur in ſcriptura: Vtuntur autem quibuſdã locis communibus, quæ cum veritate particularis affirmatiuę concordari poſſunt; Per traditionem vero, & per rem ipſam nihil probant: Ideo illorum probationes nihil certi concludunt; Vnde non poſſunt habere certã cognitionem de ſubſtantialibus, & non ſubſtantialibus S. Euangelij, & per conſequens non poſſunt facere completam Summam de illis.

Regula ad cognoſcendum, quę Sũma certa ſit.

Circa tertium, & quartum ideſt probationẽ, & certitudinem, notabis ſolum Spiritum ſanctum habere certam cognitionem de completa Summa S. Euangelij a Chriſto inſtituta, item illam ſemper complete in Eccleſia docuiſſe, iuxta illud. Docebit vos omnem veritatem; Hæc ſumma in ſeipſa conſiderata ſemper in Eccleſia eadem fuit; Vt vero eſt in cognitione hominum, talis ſumma non dico in ſe, ſed vt cognita ab hominibus, varia nimis, atque diuerſa eſt, & vna ſola cognitio eſt vera reliquæ falſæ. Cognitio autem vera poteſt eſſe certa, & non certa. Regula autem ad cognitionem tum veram, tum certam eſt aſſiſtentia Spiritus ſancti, qui docet omnem veritatem. Illi ergo ſolummodo habebunt veram cognitionem dictæ Summæ, quot Spiritusſanctus docuerit illam. Sed quia poteſt

eſſe

eſſe, quod Spiritusſanctus doceat aliquam veritatem, ſed non habeatur certitudo, quod illam docuerit; ad hoc vt habeatur certa cognitio, & certa probatio, q̄d hæc Summa à tali facta ſit vera, & à Chriſto inſtituta, neceſſe eſt habere certitudinem, quod Spiritusſanctus illam docuerit. Et in hoc ſtat ſumma certæ probationis. Si enim hæretici volunt probare, quod ſua ſumma ſit vera, neceſſe eſt probare, quod Spiritusſanctus docuerit illam. Si autem volunt probare, quod ſit certa, neceſſe eſt, vt probent cum certitudine, quod Spiritusſanctus docuerit illam.

Hæretici nihil certi probant.

Cum autem impoſſibile ſit, quod Lutherus, vel Caluinus probent cum certitudine, quod Spiritusſanctus illos docuerit. Impoſſibile eſt enim quod vtrumque docuerit, quæ autem maior ratio ſit de vno, quam de alio non apparet; demum neque per ſcripturam, neque alia ratione, quod dictum eſt, probare poſſunt. De Eccleſia autem, Catholica hoc certiſſimè probatur, vt ſupra habitum eſt.

Vera Eccleſia eſt certũ medium ad probandã veram ſũmam.

Recta igitur ratio probandi cum certitudine completam Summam S. Euangelij hæc eſt. Probare, quænam Eccleſia vera ſit. Hoc enim probato, aperte ſequetur, quod Spiritusſanctus docebit illam omnem veritatem, & ideo completam Summam S. Euãgelij. Cum autem hæretici non poſſint veritatem de ſua Eccleſia probare, neque poterunt probare, quod Summa ab illis facta vera, & certa ſit.

Eodem ergo medio probatur vera Summa S. Euangelij, & confutatur falſa, & mediũ eſt vera Eccleſia ſic.

Primo in vera Eccleſia Spiritusſanctus manet in æternum, & per cuncta ſecula.

Secundo in cunctis ſeculis docet illam omnem veritatem, & completam ſummam dictam.

Tertio in illa opera Spiritusſancti, ſemper fuit verũ verbum Dei, vera intelligentia illius, & res ab illo ſignificata. Et Eccleſia dicta omnia cognoſcit.

Quarto in illa ſunt vera fides, vera doctrina, vera prędicatio.

Quinto in illa eſt verum Euangelium, & omnia, quæ de ſubſtantia illius ſunt.

Sexto demum in illa omnia vera ſunt, et ipſa eſt columna, & firmamentum veritatis.

Vbi probatur vera Eccleſia ibi probatur vera Summa.

Vbi eſt ergo vera Eccleſia, ibi eſt vera Summa S. Euangelij, & vbi illa non eſt, neque iſta erit: ergo Qui cum certitudine probat, quod ſua Eccleſia ſit vera, cum eadem certitudine probabit, quod apud ipſam vera ſit Summa S. Euangelij: ergo cum de ſola Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana probetur cum certitudine, quod vera ſit; De ſectis vero hæreticorum impoſſibile ſit, hoc probare, vt ſupra declaratum eſt, ſequitur clarè probatum; quod Summa S. Euangelij, quæ ab Eccleſia Romana proponitur, eſt vera, completa, certa, & plenè probata; reliquæ vero omnes Summæ ab hæreticis cuiuſcumque Sectæ confectæ, quatenus vel addunt, vel detrahunt iam dictæ, falſæ ſunt, & per Logicam tanta eſt certitudo de falſitate illorum, quanta certitudo de veritate illius.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI SEXTI DISTINCTIO SEXTA.

De vſu huius operis, ſeu tractationis.

Cal-uini. SCRIPTVRAM àte nobis traditam accepimus, vidimus, legimus accurate illam cõſideraumus. Valdè nobis placet, & in illa vehementer delectati ſumus. Habitam in illa tractationem, iuxta materiam & finẽ propoſitum, cõpletam iudicauimus. Huius ſolummodo rei tenemur deſiderio, vt de vſu illius aliquid nobis proponas. Licet enim ex ipſa Scriptura dictus vſus colligi poſſit, nihilominus ſpes nobis eſt, quod de illo aliquid à te magis profundum audiemus.

Lucius. Ego potiſſimum de vſu illius ad hæreſes, confutandas libenter audirem. Sie enim facilior aditus ad hæreticos conuertendos propoſitus erit,

Ioan. Quod vultis libenti animo faciam.

Cap. 1. *De fine iam habita* Tractationis.

SAnctus Thomas ait à fine rei cognaſcitor verus vſus illius. Vſus enim rei bonus nihil eſt aliud, quã applicatio illius ad proprium finem: *1.2.q.16. art.1.*

Subiectũ ergo huius operis eſt Regnũ Dei, quod eſt ſubiectum adæquatum, ſubiecta partialia ſunt; Verbum Dei; Eccleſia; Romanus Pontifex, & S. Euangelium.

Hæc tractatio triplicem finem habet.

Primus eſt de dictis, iuxta methodum Lugicam, cõpletam habere tractationem, illamque in Doctrina

Catho-

Catholica ſacri Concilij Triden. & Catechiſmi Rom. fundatam.

Secundus eſt ille,ad quem dicta completa tractatio ordinatur,& eſt de dictis lectori completam tradere cognitionem, illamq; bene fundatam. completa enim & bene fundata tractatio omnino pro fine habet lectori completam,& bene fundatam tradere cognitionē.

Tertius finis eſt ille,ad quem completa cognitio ordinari poteſt. Completa autem dictorum cognitio ad tria potiſſimum ordinem habet quæ ſunt,primo vtilitas lectoris ſiue Catholicus,ſiue hæreticus ſit,ſecundo vtilitas,quam lector tali præditus cognitione in alios Catholicos efficere poteſt; tertio vtilitas, quam idem lector in hæreticis vel conuertendis, vel confutandis opportune conferre valebit.

Iuxta tres dictos fines vſus huius tractationis habendus eſt.

Et Lector,qui vult bene vti hac tractatione, diligenter hos fines notare debet.

Cap. 2. De fine, quem ſibi proponit lector.

SÆpiſſimè contingit,quod finis lectoris à fine authoris valde diſtinctus ſit. Sæpè enim lector pro fine ſibi proponit cuidam ſatisfacere curioſitate,& ſuperficialem quamdam de eo,quod legit, obtinere cognitionem,vt ſciat,ſi quandoque opus fuerit, opportune magis accuratam de illo habere conſiderationem, atque lectionem. Et hic finis non eſt malus, ſed eſt diminutus,& cum fine authoris ex parte tantum concordat.

Alius finis eſt lectoris iuxta capacitatem ſuam, cōpletam de illa tractatione obtinere cognitionem,& hic concordat cum fine authoris. Et de hoc modo dicendum eſt.

Lector,qui hunc finem ſibi proponit, debet notare, quæ modo dicta erunt.

Cap. 3. De completa tractatione cognoſcenda.

ANte omnia lector debet, ſi poteſt, antequam ſtudeat libro propoſito, procurare cognitionem de completa tractatione, hoc enim eſt, vt ait Ariſtoteles, prius obtinere modum ſciendi, poſtea acquirere ſcientiam.

Completa autem tractatio de quacumque propoſita re ſex iſta requirit.

Primum colligere non aliqua, ſed omnia ſcibilia.

2. Collecta diſtinguere.

3. Diſtincta ordinare.

4. Ordinata explicare.

5. Explicata plenè, & certo probare.

6. Quæ doctrinæ probatæ contraria ſunt, cum certitudine confutare.

Qui ſex dicta obſeruat, completam habuit tractationem, De hac autem completa tractatione dictum eſt ſupra in primo libro. Fuſius, autem dictum eſt in Praxi ſcientiarum Vbi lector de completa tractatione poterit obtinere cognitionem.

Cap. 4. De vſu dicta cognitionis.

OBtenta iam dicta cognitione iuxta capacitatem ſuam. Lector accinget ſe ad lectionem. Et ſi vult, vt aliqui faciunt, primo curſim totum librum perlegere, poſtea magis conſiderate repetere lectionem faciet vt placet. In vtraque autem lectione obſeruabit, an author in ſuo opere proponat, & tractet illa omnia quæ ad completam rei propoſitæ tractationem tum ex Logica tum ex Metaphyſica conſideranda ſunt. Veluti nomen, Definitiones, quattuor cauſas, relationes ſubſtantiales, proprietates, operationes, partes, ſpecies, & alia iam dicta. Notabit etiam probationes, examinando, an certę & proprię, & completæ ſint. Examinabit, an Autor operis declaret conſonantiam, quam habent omnes veritates de re explicatæ inter ſe, necnon cum alijs veritatibus, quę eiuſdem generis cũ illis

illis ſunt, iuxta illud Ariſtotelis; Vero omnia conſona ſunt.

1. Eth. c. 8. Hæc videntur tradere completam de tractatione conſiderationem, nihilominus, ſi, vt in caſu noſtro, contingat, quod ab aliquo alio de eadem re tradatur vel diuerſa, vel contraria doctrina, poterit etiam dictam appoſitam doctrinam opportune examinare, vt cognoſcat, an doctrina primi authoris contra impugnantes firma ſubſiſtat.

Doctrinam oppoſitam eiſdem regulis de completa tractatione dictis examinabit, obſeruando, an hęc oppoſita doctrina complete ſex iam dicta de re propoſita tractet, explicando de illa cauſas, proprietates, & alia. Item, an ſit doctrina negatiua impugnans primi authoris doctrinam affirmatiuam. An ſit affirmatiua intendes tradere de propoſita re veram, ſed diuerſam à prima cognitionem. An vero hic poſterior author vtrumque facere intendat. Et hæc tria circa hanc oppoſitam doctrinam obſeruare ad plenum iudicium obtinendum opus eſt.

Lector ergo in hoc opere duplicem ſibi finem proponere poteſt. vnus eſt examinare doctrinam Catholicam, & illius certitudinem, & veritatem. Alter eſt de doctrina quoque hæreticorum examinare, quænam, & qualis ſit.

Modus ad vtrumque præſtandum ex Logica, erit cũpleta tractatio atque probatio.

Si enim omnia requiſita ad completam ex Logica tractationem in Doctrina Catholicorum clare, & aperte reperiuntur, & nulla inter partes dictæ Doctrinæ inueniantur diſſonantia, ſed omnia inter ſe conſona ſunt, item concordant cum alijs veritatibus. Item certas facit probationes. Tunc doctrina dicta uera, & certa poterit affirmari, nec erit opus oppoſitam hæreticorum doctrinam confutare, vel examinare, quia per completam ex Logica tractationem illius veritas examinata eſt. Logica autem eſt facultas, qua verum à falſo per dictam tractationem diſcerni poteſt.

Notandum, quod Heretici non ſolum intendunt impugnare doctrinam Catholicorum, ſed etiam nouam fidem,

fidem,& doctrinam introducere volunt,& pręten dūt tradere non ſolum doctrinam negatiuam, ſed etiam affirmatiuam, ideo de recta ratione confutandi vtrumque dicendum eſt.

Modus ad confutandū doctrinā negatiuam,& impugnantiam Hæreticorum eſt certa probatio. Si enim oſtendatur, vel hęreticos non facere certam probationem de ſua negatiua, veluti non dari Sacrificium Miſſę vel Catholicos certam feciſſe probationem ſuæ affirmatiuæ, quod detur hoc Sacrificium, omnino negatiua hæreticorum confutata erit.

Modus ad confutandam hęreticorum doctrinam affirmatiuam erit, primo completa tractatio cum omnibus; quæ ad illam requiſita ſunt, ſecundo Certa probatio; Si enim oſtendatur, quod hęretici doctrinam de propoſita re imperfecte,& diminute,& incongrue habent, item ex qua parte tradunt, illam non certo probant, dicta hæreticorum doctrina confutata erit.

Cognitio ergo cōpletæ tractationis, quę etiam includit cognitionem certę probationis, erit medium optimum ad veram doctrinam comprobandam,& illi oppoſitam confutandam, quod infra explicatum erit.

Cap. 5. De vſu completæ tractationis, circa doctrinam de verbo Dei.

NOtabit lector librum ſcriptum eſſe veluti fontem aquæ. Lectores eſſe veluti viatores; Tria autem viator poteſt facere circa præſentem fontem, primo quidem videre aquam in fonte, ſecundo morari penes illum,& aliquo vaſe aquam ex illo haurire tertio aquā in vaſe acceptam bibere,& in ventrem ſuum mittere, ſocijs quoque,& amicis illam communicare. Quidam enim lectores contenti ſunt, videre ſcientiam, quæ in libro, ſed non curant illam in hidria intellectus,& memoriæ recipere, ex libro haurire; Alij tum vident ſcientiam in libro, tum hauriunt ex illo, ſed neque ipſi illam bibunt, neque alijs ad bibendum tradunt; Demū alij & vident & hauriunt,& bibunt,& alijs ad bibendū tradunt, Primi contenti ſunt ſcire, quæ ſcientia in illo

libro

libro cõtenta ſit:Secundi ſtudent ſcientiam,quę eſt in libro in ſuo intellectu,atque memoria collocare. Tertij dant operam,vt ſciẽtia iam aquiſita tum ſibi,tum alijs proſit,& in hoc tertio verus vſus cognitionis,& ſcientię complectur erit. Et de omnibus modo dicendum eſt.

Lector ergo qui complete vult vti hoc libro,ita procedere poteſt:primo debet ita legere,vel cõſiderare illũ;vt cognoſcat,quęnã doctrina in illo contenta ſit,ſecundo,illi danda eſt opera, vt talis doctrina in ſuo intellectu ſit recepta; tertio doctrinam iam receptam ad ſuam,& aliorum vtilitatem ordinare.

Lector ergo procurabit ex primo libro obtinere cognitionem de quibuſdam terminis valde ad cognitionem propoſitæ rei deſeruientibus, quæ ſunt,Doctrina Catholica;Completa tractatio,veritas, certitudo, & certa probatio.

Hac obtenta,per lectionem primi libri, cognitione; ad lectionem aliorum deueniet.

Notabit quinque vltimos libro vnum, & idem ſubiectum habere regnum Dei.

Notabit lector primam diuiſionem eſſe hanc. Doctrina reuelata de regno Dei,poteſt dupliciter conſiderari primo ĩ verbo Dei reuelante, & ob hoc neceſſe fuit tractare de verbo Dei,in quo omnis doctrina reuelata contenta eſt:ſecundo in ipſomet regno à parte rei vere,& realiter exiſtente;nempe vt eſt res à verbo Dei ſignificata,& de hoc in quattuor vltimis libris tractatio habita eſt.

Lector igitur dum ſtudet ſecundo libro examinabit ſingulas partes doctrinæ,quæ proponitur in illo;obſeruando,an omnia dè verbo Dei explicentur, quæ ad cõpletam de illo tum tractationem, tum probationem pertinent.

Examinabit,an doctrina ibi propoſita,ſit vna,ſit vera,ſit completa;ſit diſtincta, ordinata,explicata,ſit Catholica,ſit bene fundata,ſit non ſolum certo,ſed plene probata;Item an habeat conſonantiam inter omnes ſuas partes,necnon an conſonet cum alijs veritatibus, quæ eiuſdem generis ſunt. Hæc pro completa cognitione dictæ Doctrinę examinanda ſunt.

Quod

Quod ſi lector vult diſcutere falſitatem,& nugacitatem doctrinæ hęreticorum, de illa examinabit omnia ſuperius enumerata,conſiderando, quid omnes hęretici de verbo Dei ſenſerint,quid affirment,quid negēt, Hoc autem Scriptores Controuerſiarum ex parte explicabunt;Qua doctrina modo poſſibili collecta;examinabit,an ſit vna, & inter ſe conſona, an vero nimis varia,confuſa,cōtraria, cōtradictoria;Et an ex illa poſſit fieri vna completa,& conſona,& bene fundata, atque probata cum certitudine de verbo Dei tractatio. Et apertiſſime videbit impoſſibile eſſe, niſi quis velit more Doctorum fingere chimeram,& humano capiti ceruicem iungere equinam, aliaque varia animalium membra in vnum corpus colligere & coadunare.

Examinabit,an Secta Lutheri,vel Caluini hanc completam fecerit de verbo Dei tractationem, & nullum, vt opinor,inueniet feciſſe. Sed dato,nō conceſſo, quod tum Lutherus,tum Caluinus illam fecerint. Tunc Hæretici duas ad minus habebunt de verbo Dei completas tractationes, quæ inter ſe erunt diuerſæ,contrariæ, atque contradictorię, quibus tertia quoque, quę eſt Catholicorum,addenda eſt.

Hic lector vt Logicus examinabit.Vtrum omnes iſtę Tractationes poſſint eſſe ſimul veræ, & hoc impoſſibile eſt propter contrarietatem.An omnes falſæ, & non eſt poſſibile,quia à regno Chriſti vera de verbo Dei doctrina tolleretur,ergo neceſſe eſt dicere,quod vna tantum ſit, reliquæ duæ falſæ.

Si iam dictę ſectę interrogentur, vnaqueque dicet ſuam eſſe veram,alias eſſe falſas, Quid faciendum? Vtique veniendum ad probationes, & vbi fuerit certa,& plena probatio,ibi veritas erit;ſupra autem multis modis probatum eſt quod ſola Eccleſia catholica Romana certas poteſt facere probationes, ideo ſola tractatio Catholica vera erit.

Aliam faciet Logicus lector diſcuſſionem ſic,vtetur completa tractatione,quę à Catholicis fit, quæ in dicto ſecundo libro fuit explicata, ad declarandum, & probandum,quod hæreticorum doctrinę incompletæ, & falſæ, & incertæ, & non probatæ ſunt. Quidquid enim Catholicæ tractationi contrariatur, illud falſū

eſt,& eodêm medio,quo probatur veritas vnius, probatur etiam falſitas alterius. Vnde lector ita procedet.

Primo notabit hæreticos non colligere omnia,quæ ſcibilia ſunt de verbo Dei,& hic aliqua notabuntur.

Verbum Dei non ſcriptum in Regno Chriſti negât, & impie, quia Chriſtus hoc verbo ore proprio in regno ſuo Euangelium publicauit, & omnia in tractatione adducta ad probandum verbum Dei non ſcriptum ſeruiunt ad probandum quod doctrina hæreticorum de dicto verbo diminuta eſt.

In verbo etiam Dei tria conſiderantur,primo verbũ ſignificans;ſecundo ſignificatio; tertio res ſignificata:Et hoc tertium hęretici non intelligunt, & de illo fere nullam habent rationem ,quod eſt maxime abſurdum,quia finis verbi eſt illius ſignificatio.Finis ſignificationis eſt res ſignificata, vt hominibus manifeſtanda.Ideo verbum Dei eſt ad illam ordinatum.Et patet, quod hoc tertium nihili faciunt, quia non curant verbum Dei cum re ab illo ſignificata concordare.Aparre enim rei clare apparet, quod in regno Chriſti ſemper ſeptem fuerunt Sacramenta;Sacrificium Miſſæ,Sacerdotim Primatus Romani Pontificis, & alia à verbo Dei iuxta Eccleſię Catholicę interpretationem ſignificata;& tamen nullam volunt habere rationem, vt à re ſignificata accipiant veram verbi Dei ſignificationem.

Hinc apparet,hęreticos non intelligere,in quo conſiſtat veritas verbi Dei, In hoc enim poſita eſt , quod verbum ſignificans omnino concordet cum re ſignificata, Hæretici enim dicunt, verbum Dei eſſe verum, quod cum re ſignificata diſcordat;Interpretatio enim illorũ aperte diſſonat,immo contrariatur dictis, quæ à parte rei ſemper in Eccleſia fuerunt.

Hæretici etiam non diſtinguunt inter verbũ Dei,& cognitionem illius,valde enim differunt interſe: Verbum enim Dei ſemper eſt verum, cognitio poteſt eſſe, vera,& falſa;certa,& incerta. Et cognitio poteſt eſſe, primo de verbo Dei, ſecundo de illius ſignificatione, tertio de re ſignificata:Ideo non intelligunt, quomodo Eccleſia ſit firmamentum veritatis in cognitione noſtra.

Non diſtinguunt inter cognitionem certam: & non certam.

Lutherani credunt Lutherum habuiſſe veram, & certam de verbo Dei cognitionẽ, ſed nullum penitus certitudinis fundamentum habẽt, & eſt impoſſibile, quod certo probent, Lutherum habuiſſe priuilegium non errandi. Idem de Caluino, & de quocunque hæretico erit.

Non diſtinguunt inter certitudinem fidei, & priuilegium non errandi.

Certitudo de vero textu Biblico poteſt haberi per ſolam traditionem, hanc autem hęretici negant, Alia multa in ſecundo libro notata ſunt.

Patet ergo quod completa tractatio, & certa probatio habita in dicto ſecundo libro; dat certam regulam ad confutandam tum negatiuam, tum affirmatiuã hęreticorum doctrinam de verbo Dei.

Cap. 16. De vſu completæ tractationis circa doctrinam de Regno Chriſti.

IN quattuor vltimis libris author intendit habere, vt ſibi à Deo conceſſum fuit, completam de regno Chriſti tractationem, quod an præſtitum ſit lector dũ leget conſiderabit, examinando, quænam de regno Chriſti ex Logica, & Metaphyſica cõſideranda ſint, et an omnia dicta in hoc libro ſint explicata, atque probata.

Notabit, regnũ Dei eſſe quoddam veluti genus, vel totũ, cuius partes, vel ſpecies ſunt quattuor, de quibus ſummatim dicendum fuit.

Notabit, regnum gratiæ eſſe in hac tractatione principale ſubiectum, circa quod doctrina reuelata, & Catholica principaliter occupata eſt.

Notabit, tria in hoc regno conſiderari, primo ipſum Regnum, ſecundo Materiam illius quę eſt Eccleſia, tertio Formam, quæ in Euangelio poſita eſt.

Colliget, de his tribus neceſſarium eſſe ſingillatim completam inſtituere tractationem. Et regula ſuperius data omnibus communis erit.

De his tribus ergo ſingillatim debent conſiderari,

Digitized by Google

rem ab illo ſignificatam.

Notabit, Regnum Chriſti verè, & realiter eſſe à parte rei, & ſemper cum ſuis ſubſtantialibus extitiſſe.

Notabit, aliud eſſe hoc regnum, aliud cognitionẽ, & doctrinam, quæ de illo habita eſt: Ideo hoc regnum triplex eſſe ſemper habuit, primum eſt eſſe ſignificatũ; quod habet in verbo Dei, ſecundum eſſe reale, quod habet in ſeipſo à parte rei, tertiũ eſt eſſe cognitum, quod habet in intellectu cognoſcentis; quod etiam poteſt dici doctrina de illo.

Notabit, duo prima, eſſe eamdem omnino habere veritatem, & certitudinem: Eſſe, autem cognitum varium, & multiplex eſſe poteſt, ita vt vnus vere, alius falſo cognoſcat & vna cognitio ſit certa, alia incerta, illa autẽ cognitio eſt vera, quæ cognoſcit eſſe quod eſt, illa eſt falſa, quæ cognoſcit nõ eſſe, ꝙ eſt, & eſſe quod nõ eſt.

Hæc doctrina de regno Chriſti alia eſt Catholicorum, alia hæreticorum.

Doctrina Catholica in hoc libro, iuxta methodum Logicam, & iuxta regulas completæ tractationis fuit collecta, diſtincta, ordinata, explicata, atque probata. Et per hanc completam tractationem oſtẽditur, quod hęc doctrina maximam habet coſonantiam inter omnes ſuas partes. Item cum alijs veritatibus, Item habet conformitatem totalem cum illis, quæ ſemper in regno Chriſti fuerunt, ſiue ad Eccleſiam, ſiue ad Euãgelium, ſiue ad regnum Dei pertinant.

In lectione igitur huius operis lector notabit ſequentia.

Primo an Regulæ de completa tractatione hic fuerint obſeruatæ.

Secundo an omnes partes propoſitæ doctrinæ inter ſe conſonæ ſint, veluti ſi inter finem, operationem finalem, media, & alia adęquata proportio ſit.

Tertio an propoſita doctrina concordet cum alijs veritatibus veluti cum lege naturali, cum teſtamento veteri, cum verbo Dei, cum Traditione, cum Logica, Methaphyſica, Ethica, & alijs.

Quarto, an dicta doctrina concordet cum Regno Chriſti à parte rei conſiderato.

Quinto an probationes in hac tractatione habitę

certæ ſint.

Sexto an tota hæc tractatio, & doctrina, in Catholica doctrina a Sacro Concilio, Trident. & Catechiſmo Romano tradita fundata ſit.

Hæc omnia in lectione huius libri poſſunt conſiderari, ſic enim lector completam, vt ſic dicam, cognitionem de regno Dei per hanc tractationem obtinebit,

Hic eſt primus vſus completæ tractationis, quæ hic habita eſt: nempe obtinere perfectam, vt ſic dicam, cognitionem de Regno Chriſti, & de his, quæ de ſubſtantia illius ſunt.

Poſterior vſus eiuſdem completę tractationis eſt ad confutandam omnium hæreticorum doctrinam de regno Chriſti, quæ dictæ Catholicæ ſit contraria. Hæc enim completa tractatio ad hoc præſtandum optimum medium eſt; Hic autem vſus fere ſimilis, & idem eſt cū iam dicto de verbo Dei. Fit enim ſic.

1. Colligenda eſt doctrina, quam hæretici de regno Chriſti, de Eccleſia, & de S. Euangelio tradunt, eo modo quo fieri poteſt, vt ſit in Sacro Cōcilio, & à ſcriptoribus controuerſiarum.

2. Conſiderandum, an omnes, ſicut Catholici, idem dicant, & an doctrina ſit vna, ſit conſona an vero, varia, confuſa, contraria, contradictoria. Et hoc vltimum abſque dubio reperiet.

3. Conſiderabit, an ex doctrina omnium hæreticorum poſſit fieri completa, & ſibi conſona tractatio de regno Dei, & inueniet eſſe impoſſibile.

4. Conſiderabit ſectas principales hereticorum, nempè Lutheri, & Caluini, examinando, an inter ſe conueniant. & certum ērit, quod non.

5. Examinabit ſingillatim, conſiderando in particulari, an ſecta Lutheri talia dicat de regno Chriſti, vt ex illis poſſit fieri a Logica completa, & ſibi conſona tractatio de regno Chriſti, & aperte inueniet, quod non.

6. Idem examinabit de ſecta Caluini, & idem inueniet.

7. Ad clarius rem diſcutiendam poterit ſupponere, tum Lutherum, tum Caluinum de regno Chriſti completam aliquam feciſſe tractationem, Tunc tres dari de regno Chriſti tractationes ſupponet. Vna Catholica;

Alia

Alia Lutherana, alia Caluiniſtica. Et certo ſupponet, quod omnes non poſſunt eſſe ſimul veræ. Neque poſſibile eſt, quod omnes ſint falſæ: ſed omnino vna ſola erit vera, reliqua duæ falſę, Supponet, ſingulas partes dicere, ſuam eſſe veram, reliquas falſas.

8. Examinabit, an aliqua poſſit excogitari ratio, vel cauſa, per quam doctrina Caluini poſſit dici vera, & certa ſola, & nullam penitus inueniet cauſam. Idem de doctrina Lutheri.

9. Examinabit, an in doctrina Catholica aliquid reperiatur, per quod illa ſola poſſit dici vera, reliquę falſę, & inueniet plurimas dari cauſas illaſque grauiſſimas ad hoc probandum, vt in hoc toto opere declaratur: Potiſſima cauſa erit, quia de ſola Eccleſia Romana poteſt probari, quod vera ſit, & ideo illa ſola, facit certas probationes. Vnde apparebit, quod ſola Catholica doctrina de regno Chriſti vera eſt.

10. Vtetur pro medio Catholica tractatione ad probandum, quod alię tractationes ſint incompletę, incertæ, falſæ, & nihil certi probantes, quod tali ratione fiet.

Examinabit omnes partes Catholicę tractationis, nempe decem illa, quæ Metapyſicus proponit eſſe conſideranda, finis, operatio finalis, & alia. Et in ſingulis partibus conſiderabit, quid dicat Catholica doctrina, & quare ita dicat, poſtea examinabit, quid de illa parte dicat ſecta illa, quam intendit confutare & obſeruabit, an dicat idem, vel diuerſum. Si idem, tranſibit ad aliam partem doctrinæ. Si diuerſum, tunc eadem ratione, qua probant doctrinam Catholicam, hęreticam confutabit. Et ſic faciet ſingillatim in omnibus dictis, quę de re conſideranda ſunt. Sit exemplum de prima, & ſecunda parte Catholicę doctrinę.

Prima pars eſt de fine regni Chriſti, & Eccleſię, & Euangelij, & ſingulorum fidelium; Ego conſiderabo, quid Eccleſia Catholica dicat de hoc fine regni Chriſti, & inueniã docere, quod finis illius ſit gloria Dei, ac Chriſti, & vita ęterna hominum. Examinabo probationem, quę quo ad vtrumque, eſt ex Scriptura paſſim hęc aſſerente, vt Pſal. 144. Gloriam regni tui dicent, & gloriam magnificentiæ regni tui, & alibi. De vita beata ca

polit. lib. 7. c. 8. & c. 13. dem ſcriptura aperte loquitur. Ariſtoteles etiam ait apertiſſimè, quod in quocumque regno vel republica, vel ciuitate finis eſt vita beata, quam ait in virtute poſitam eſſe.

Hoc cognito, examinabo, quid dicat ſecta illa quam intendo confutare: Si dicat diuerſum; probabo, quod male dicat, quia alius finis eſſe non poteſt, ideo, oſtendam, quod illius doctrina deficit in eo quod eſt maximè principale; Finis enim eſt cauſa cauſarum; Si dicit idem, tranſibo ad ſecundam partem doctrinæ, quæ eſt de operatione finali.

Circa hanc operationem conſiderabo, quid dicat Ecclesia Catholica, & inuenio affirmare, quod talis ſit completa obſeruantia S. Euangelij, ſeu præceptorum Dei, & Eccleſiæ; In hac autem completa obſeruantia dicta Eccleſia multa diſtinguit, nempè publicum, & priuatum cultum Dei ad dandam illi magnificam gloriam; Item opera omnia, quæ à Deo, & Eccleſia præcepta ſunt; Conſidero, & examino cauſas huius doctrinæ, & inuenio eſſe plures, & bene fundatas.

Examino, quid de hac operatione dictat ſecta, quam intendo confutare, & inuenio, quod plurima nimis abſurda dicit, veluti negabit neceſſitatem operũ obſeruãtiam S. Euangelij; ſacrificium Miſſæ: Remiſſionem peccatorum; Sacramenta; præcepta Eccleſiæ; cultum publicum Dei, prædicat conſcientiæ libertatem; Solam fidẽ ait eſſe operationem finalem, & alij alia dicunt.

Hoc ita poſito, clare probabo, hæreticos omnes, & præcipue hanc ſectam particularem male loqui de operatione, finali regni Dei; Hæc enim operatio debet eſſe fini proportionata; vt ſit talis debet colligere omnia, quæ in regno Chriſti maximam Deo gloriam, & honorem confere poſſint; Hæc autem ſunt cultus publicus, & externus, cultus priuatus, tum internus, tum externus ſacrificium Miſſæ; Sacerdotium; obedientia Deo; obſeruantia diuinæ legis obedientia enim plus Deo placet, quam Sacrificium, aliaque multa: Et hæc omnia Catholici in regno Chriſti affirmant, hæretici negant, & multi hæretici volunt ſolam fidem eſſe operationẽ finalem, vnde apparet, quod de hac operatione finali hæretici abſurdiſſima tradunt doctrinam tum affirmati

matiuam,tum negatiuam,& Logicus exercitatus facillimè hanc omnibus modis oſtendet abſurditatem. Idē erit quo ad aliam partem finis de vita beata hominū. Huic enim fini debet aſſignari conueniens medium cū bono vſu illius. Hoc medium, ait Ariſtoteles, eſt virtus, eſt iuſtitia, & quædam ſociabilis inter partes regni totius communicatio, per quam datur inter illas commercium, communio, benificicentia, vnio, ordo aliaque multa, quæ omnia Catholici in regno Chriſti altiori quodam modo dicunt reperiri. At hæretici negant communionē inter beatos, & homines viatóres. Inter viatores, & animas purgatorij; Negant interceſſionē ſanctorum; negant virtutem in regno Chriſti; negant meritum; & operum neceſſitatem, per quæ quis meretur vitam ęternam. Hæc, & alia multa contra rationem, & lumen naturale, & legem naturæ, & teſtamētum vetus & nouum, & ipſum et ſenſum, & intellectum circa operationem finalem abſurda dicunt, quæ per iam cicta in hac trātationem confutari poſſunt. vbi ſup.

Idem erit de reliquis, veluti de principio productiuo operatio finalis: Cum enim finis ſit ſupernaturalis, operatio quoque finalis ſupernaturalis erit; Talis autem operatio neceſſario requirit principium productiuum ſupernaturale, & hoc principium Catholici dicunt eſſe gratiā, à qua virtutes infuſæ fides, ſpes, caritas, prouenunt; Medium ad hanc gratiam obtinenda dicunt eſſe Sacramenta, & bonum vſum illorum; Ideo affirmant Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistię, & alia. At hæretici negant neceſſitatem gratiæ, negant Sacramenta, nagant remiſſionem peccatorum, ſolum Verbum Dei, ſolam fidem affirmant. Quis non videt in regno Chriſti iſta eſſe abſurdiſſima? & cum omni veritate diſſonare?

Idem erit de exiſtentia regni Chriſti, qua enim ratione probatur eſſe in Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, eadem probabit ea non eſſe in alijs; idem de Eccleſia, & de Romano Pontifice, & de omni alia quacumque veritate. Eodem enim medio, quo veritas probatur etiam falſitas confutatur.

Completa igitur tractatio de regno Chriſti, De Eccleſia, & de S. Euangelio, ſi benę cognita ſit, non ta-

men in libro,ſicut aqua in fonte,ſed in mente ; & in intellectu lectoris erit optimum medium ad omnem doctrinam Catholicam tum in generali, tum in particulari comprobanda.Item ad omnem doctrinam hęreticorum tum ſimul,tũ ſingillatim confutandã .Quod ſi in hoc libro aliquo modo hæc completa tractatio habita eſt,ſequetur,quod illius diſtincta cognitio poſſit deſeruire ad omnes veritates Euangelicas comprobandas,& ad omnes hæreſes confutandas.

Notabit lector,omnes veritates quãdam inter ſeipſas habere connexionem,& conſonantiam,vt vna quã maximè deſeruiat ad cognitionem alterius. Ideo qui completam de regno Chriſti habebit cognitionem,nõ ſolum poterit ſummam Catholicæ doctrinæ in vnum collectam explicare,atque probare,ſed etiam habebit modũ ad omnes veritates particulares multo clarius, & facilius vndequaque comprobandas.

Nunc magis diſtinctè,& in particulari de vſu huius tractationis eſt dicendum.

Cap.7. De vſu huius tractationis ad propriam vtilitatem.

QVI legit hunc librum,& ſtudet illi, vel catholicus,vel hæreticus eſt.

Si catholicus,vel habitat in loco, vbi Catholici cũ hæreticis ſunt permixti. Item in loco hæreticis vicino. Item in tempore,in quo aliqua hæreſis ſuſcitatur, & tunc in lectione huius libri conſtituet ſibi finem,vt ſeipſum in Doctrina Catholica confirmet, & contra aſtutias hæreticorum præmuniat.Per hanc enim tractationem cognoſcet,quænam ſit doctrina Catholica, & quam certis & ſolidis fundamentis innixa ſit; Ita, quæ ſit hæreticorum,& qua ratione falſa, & non probata exiſtat.

Si vero Catholicus nullum habeat cum hæreticis commercium,neque vllam periculi occaſionem, tunc in legendo hunc librum pro fine habebit completam doctrinæ Catholicæ obtinere cognitionem, non vt illam otioſam relinquat, ſed vt per illam eleuetur ad magnalia Dei,quæ in hoc regno maxima ſunt, conſpi

cienda,

cienda, ad gloriam, & magnificentiam regni Chriſti meditandam, & ad Deo immortali gratias agendas ob hanc magnam gloriam ſuam, & quia ipſum in hoc regnum,& in partem ſortis ſanctorum in lumine vocare dignatus ſit,ad gaudendum etiam,quod membrum,& pars huius regni ſit,& ad bene ſe gerendum in illo,proponendo ſibi finem,operationem finalem, et media ,ac bonum vſum illorum ea ratione, qua à Chriſto in ſuo regno propoſita ſunt.

Si eſt hæreticus, Vel eſt pertinax,& obſtinatus, vel dubius.

Si eſt pertinax,conſiderabit multitudinem hæreticorum,varietatem,& contrarietatem,& nouitatem doctrinæ illorum, cogitabit hic tractari de re maximi momenti,& de æterna ſalute, & de vero medio ad illam obtinendam,& eſſe viri mente ſani; & prudentis in tanta re ſupra omnia magnifacere veritatem Et,ſi eſt Logicæ peritus,vti illa ad veritatem examinandam conſiderando,ex qua parte probationes certę ſint in ſola enim Eccleſia Romana illas inueniet. Si illam ignorat,vti lumine naturali,conſiderãdo,an vera ſint, quæ hic proponuntur.Et ex corde rogabit Deum,vt illi Euangelicam veritatem & lumen oſtendat.

Si eſt dubius & vult eſſe puræ,& ſimplicis veritatis profeſſor,amator,& indagator,depoſita omni paſſione,& proprietate,quæ veri cognitionem poſſit impedire,attente,& conſiderate leget, & releget hunc librum,rogando Deum,vt dignetur illi lumen concedere veritatis,demum facta comparatione inter doctrinam Catholicorum,& hæreticorrm, non ſolum lumine fidei,ſed etiam per ſenſum,& lumine naturali,certiſſimè intuetur, quod ſola doctrina Catholica vera, & certa eſt,quia ſola veras, & certas probationes habet.

Quod ſi,ex rei veritate motus, determinet ſe velle fieri Catholicum,In hoc libro habebit doctrinam Catholicam collectam,ideo ex lectione illius cognoſcet, quid ſibi credendum,& non credendum ſit.

Si hæreticus dubius,vel cupidus cognoſcere doctrinam Cathoticam petat à Catholico librum, vnde illã cognoſcat,hic poterit illi dari.

Idem

Idem fiet hæretico iam ad fidem conuerſo,qui doctrina Catholica non ſit inſtructus,ſi tamen lectionis huius libri capax ſit. Hæc de vſu huius tractationis ad propriam lectoris vtilitatem.

Cap. 8. De vſu huius tractationis ad aliorum vtilitatem.

SI lector, poſt habitam cognitionem huius tractationis,vult tali cognitione vti ad aliorum vtilitatẽ hoc vel ad Catholicos,vel ad hæreticos erit.

Si circa Catholicos,conſiderabit, an illi Catholici ſint firmi,an dubij,in periculoſi.

Si dubij,vel periculoſi ex aliqua occaſione,dãda eſt opera,vt opportune confirmentur.

Si ſtabiles ſunt,vtetur hac tractatione, & illius cognitione ad explicanda illis magnalia, quæ ſunt in hoc regno Dei. Hoc enim facit Euangelium. Hoc verbum Dei. Hic eſt finis Reuelatæ,& Catholicæ doctrinę Hoc debent facere concionatores. Ita S. Ioannes, & Chriſtus fecerunt. Demum non poteſt explicari,quantæ ſit vtilitatis ampla cognitio de regno Dei,quæ populis,& fidelibus data ſit.

Si de hæreticis ſermo ſit, multa debent conſiderari,& primo qualis ſit hæreticus,veluti. An dubius an pertinax. Et an doctrinam Catholicam impugnet. Examinanda eſt etiam cauſa,ob quam hæreticus ſit,& hæreticus perſeueret,quidam enim ob ignorantiam,& ex accidenti,veluti ex parentum educatione, ex loci habitatione,ab exemplo aliorum,& ſimilia. Alij ſunt hæretici, quia appetunt libertatem, & voluptatem,& volunt vitare moleſta, quæ in doctrina Catholica, vt ieiunia,& alia proponuntur. Alij ſunt ex malitia,veritatem cognoſcentes,ſed ob varios reſpectus,& cauſas illi non credentes,veluti ex ſuperbia, vt abducant diſcipulos poſt ſe,vel quia indignum illis videatur, ſi à ſuſcepta ſententia diſcedant.

Conſiderandum eſt etiam, an expediat cum illi tractare de fide,,& qua ratione faciendum ſit,an voce,an ſcriptura,an plublice,an priuatim,hæc enim actio maxima cnm prudentia haberi debet.

Si hæreticus nõ impugnet doctrinã Catholicam, videndum, an ſit capax, vt de veritate edoctus ſit, & an opportuna detur ocaſio tractandi cum illo de fide, & tunc iuxta capacitatem, & diſpoſitionem illius ſermo habendus eſt. Aliter enim cum docto, aliter cum indocto procedendum eſt. Cum indocto enim per ſenſum, & per euidentiam luminis intellectualis, cui lumen fidei coniunctum ſit, eſt diſcurrendum, veluti quod Regnum Chriſti eſt æternum, ita Eccleſia, & Euanglium, & quod hęc ſemper eadem fuerunt, ideo nouitas hæreticorum non approbanda. Ita tanta varietas in Doctrina. Ita confuſio, quę eſt in Eccleſia, & ſecta hæreticorũ, qui ſunt veluti grex ſine paſtore, & ſicut oues diſperſæ ſine gubernatione. Ita quam incõuenienter in regno Chriſti, hæretici negent externum, & publicum cultũ, & ritus ad illius decorem, & maieſtatem pertinentes, aliaque ſimilia ſupra explicata. Demum experientia docebit, qua ratione cum dictis agendum ſit. Hæc autem tractatio maximã ſuggeret copiam, vt quis proſit illis.

Si impugnant doctrinam Catholicam, tunc S. Paulus ait in Doctore Eccleſiaſtico requiri, vt potens ſit eos, qui contradicunt, arguere, hoc autem qua ratione faciendum ſit, prudentis eſt iudicare, ſi de loco, de tempore, de voce, de ſcriptura, & huiuſmodi circumſtantijs conſideratio ſit. Quo ad modum vero logicum hæc tractatio ad omnes hæreticos, & ad omnes hæreſes tum coniunctim, tum diuiſim confutandas certam methodum tradet.

Hæc methodus eſt examinare probationes hæreticorum, an certæ, vel incertæ ſint. Ita an Topicæ, uel ſophiſticæ, & ſi probetur hæretico, quod nec ipſe, nec alij hæretici faciunt, vel poſſint facere certas probationes, illorum doctrinã tum in generali, tum in particulari ex Logica confutata erit, quia doctrina fidei certiſſima eſſe debet.

Vel ergo cum hæretico tractatur de doctrina in generali, vel de aliqua veritate in particulari. Si de generali. Catholicus Doctor ſuſtinebit, quod impoſſibile ſit, vt ab hęreticis cuiuſcũque ſectæ, & de quacumque doctrina, ſiuę affirmatiua ſiuę negatiua certæ ſiant, vel fie-

ri

ri poſſint probationes, Catholicos vero,& poſſe illas facere,& feciſſe.

Idem ſi de aliqua veritate,veluti da primatu Roma. Pont.ſermo ſit.

In hoc puncto Doctor Catholicus firmiſſimum ſtabiliat fundamentum.

Si ergo hæreticus aliquam, quęcumque ſit, hæreticam proponat concluſionem. Doctor Catholicus opponat,non eſſe cum certitudine probatam.

Tunc vel hæreticus concedet, non eſſe certo probatam, vel eſt paratus oſtendere,& probare,quod certo probata ſit.

Si concedet,non eſſe certo probatam.Doctor Catholicus opponet dicens.

Qualis eſt probatio talis fides concluſioni habenda eſt; Et in hoc firmus erit.

Si velit oſtendere,quod probatio ſit certa, tunc neceſſe erit hæretico, vt definiat, quid ſit certitudo, & qui ſit certa probatio, & quod tali definitione vtatur pro medio ad explicandum,quod illa probatio certa ſit.

Hic Doctor Catholicus notabit,an hæreticus rectè definiat vtrumque vel non: Si bene, admittet definitiones. Si non opponet,oſtendendo; quod non bene definierit, & ad hoc præſtandum deſeruient illa, quæ in primo libro dicta ſunt. Et Catholicus poterit ipſe veram afferre definitionem, & illam probare.

Maximè autem refert,vt in dictis definitionibus nō fiat æquiuocatio.

Hac ſuppoſita definitione, hęreticus probabit,quod ſua probatio certa ſit, & ponamus quod talem afferat ratiocinationem.

Maior: Probatio fundata in ſacra Scriptura certa eſt.

Minor. Sed mea probatio fundata eſt in Scriptura, ergo certa.

Catholicus maiorem limitabit iuxta ſuperius dicta ſic; Ad hoc, vt locus Scripturæ certo aliquid probet, duo omino neceſſaria ſunt: Vnum eſt, quod certum de fide ſit,quod ille locus verè ſit locus Sacrę Scripturę, Si enim hoc dubium ſit, nihil certi probabit. Alterum eſt,quod certum de fide ſit,hanc eſſe veram intelligentiam

tiam

tiam,& interpretationem illius: Si enim ſit de hoc dubium, nihil ce: ti probabit, tertium etiam addi poteſt; quod in argumentatione legitima conſequentia facta ſit.

Modo ad minorem, negabitur, quod probatio cum dictis facta ſit.

Tunc hęreticus neceſſario debebit probare certitudinē tum loci allati, tum interpretationis illius: Quod ſi afferat textum Biblicum ab Eccleſia Catholica non receptum, negabit illum eſſe verum textum: Si autem textus ſit ab Eccleſia Catholica receptus, admittet textum, & negabit interpretationem illius eſſe certam.

Tunc hæreticus debet probare certitudinē tum textus, tum interpretationis; Et opus erit, vt huius certitudinis aſſignet fundamentum vnū ex quattuor in primo libro allatis: At eſt impoſſibile, quod probet de vero textu per Scripturā, vel per ſuam Eccleſiam, vel per ſenſum, vel per intellectum, & non poteſt probari niſi per ſolam traditionem, hanc autem hęretici negant.

Idem erit de vera, & certa interpretatione. Si enim dicat illam interpretationem eſſe certam, quia Lutherus, vel Caluinus, vel alius illā dedit cum certa aſſiſtentia Spiritus ſancti, negandum eſt, eſſe certum, quod dicti habuerint hanc certam aſſiſtentiam, & priuilegium non errandi, & eſt impoſſibile, quod hæc certo probent, vt ſupra declaratum eſt.

Hęc confutatio poteſt eſſe tum generalis, tum particularis doctrinæ.

Quod ſi hæreticus quęrat à Catholico, vt ipſe faciat certam probationem, ita procedet, iuxta illa quę ſupra dicta ſunt.

Maior. Illa probatio, quæ fundatur in certo loco Scripturæ & in certa interpretatione illius, & in legitima conſequentia, certa omnino eſt.

Minor. Sed hęc Concluſio; Datur in regno Chriſti primatus Romani Pontificis, deriuatur ex loco certo ſacrę Scripturæ, & certa illius interpretatione, & cum legitima conſequentia fit.

Concluſio: ergo hæc propoſitio cum certitudine fidei probata eſt.

Maior

Maior eſt per ſe nota: Minor probatur ſic; Primò neceſſe eſt probare, quod ſola Eccleſia Romana vera ſit,& tunc probatio ità fiet.

Maior, Textus Biblicus, & illius interpretatio approbata ab Eccleſia vera & certa ſunt.

Minor. Sed textus, & interpretatio dicta ſunt approbata à vera Eccleſia, nempè à Romana, quæ ſola vera eſt, ergo.

Hinc apparet, quod omnis certa probatio tamdem ad veram Eccleſiam terminari ſolet; Hæc enim ſola dat per traditionem certitudinem de vero Textu Biblico, & de vera interpretatione illius. Et de hoc ſupra dictum eſt.

Ioan. Ecce fieri, quod poſtulaſtis, videte nunc ſi quid aliud à me deſideretis.

Lucius. Optimè dixiſti, ſed obſecro te, vt clarius explices, quæ à te modo circa confutationem hęreſum, & hæreticorum dicta ſunt: Rem exemplis cupio declarari. Primum exemplum ſit ad confutandam omnium hæreticorum doctrinam. Secundum ad confutandam in particulari totam Sectam, & doctrinam Caluini. Tertiũ ad confutandam doctrinam illius noui Hæretici aut Sciſmatici, qui in Anglia ſe ſcribere contra authoritatem Romani Pontificis profitetur. Et hæc exempli gratia.

Ioan. Faciam, quod poſtulaſti. Sic ergo in dictis procedendum.

Primo, colligenda eſt Summa Doctrinæ Catholicę, & hoc à ſacro Concilio Tridẽtino, & Catechiſmo Romano factum eſt. Notandæ ſunt etiam certæ, quæ de illa ſiunt, probationes, & de his in præſenti libro dictum fuit.

Secundo colligendæ ſunt hæreſes principales, quæ ab omnibus hæreticis de peccato originali; de iuſtificatione; de merito, de gratia, de libro arbitrio, de Sacramentis, & alijs ſuſcitatę ſunt. Et hoc factum eſt à ſacro Concilio Trid. à quo etiam damnatę ſunt.

Tertio colligendæ ſunt hæreſes principales, quę in Secta Caluini, idem de Luthero, vel alio ſuſcitatæ ſunt. Quæ autem ſint, vos bene noſtis.

Quarto explicanda eſt particularis doctrina, quę à

nouo

nouo hæretico, aut ſciſmatico ĩ Anglia diſſeminatur: Ego illius ſcripta nõ vidi; Audiui autem à quodã Catholico qui illius ſcripta iam edita ad cõfutãdũ vidit; quod illius doctrina eſt contra Romanum Pontificẽ; Docet enim, ſi rectè intellexi, vel ille bene retulit, quod apud Epiſcopos sũma poteſtas ſit: Quæſiui ab illo mihi referente, quænã ſit illius probatio; & dixit, neque probare per Scripturam, neque per rationes, ſed multa loca ex varijs Scriptoribus colligere, quę videntur affirmare, quod apud Epiſcopos dicta ſumma poteſtas ſit, ſed reuela plures dixit falsò citare, & ſola apparentia eſſe contentum; nihilque omnino certi probare.

His ita explicatis, quattuor concluſiones cum ſuis probationibus afferentur.

Prima concluſio erit: Doctrina Catholica, & illius ſumma vera, & certa eſt. Probatur, quia certas de fide facit probationes: Quomodo autem hoc ſit, in toto hoc opere probatum eſt: Et ſi quis bene definiat, quid ſit certa probatio, inueniet ita eſſe, vt dictum eſt.

Secunda concluſio erit, Doctrina omnium hęretico rum, quatenus contrariatur Catholicæ Doctrinę, falſa eſt, & de illa nõ poſſunt fieri certæ probationes; ſed ordinariè loquendo neque probabiles: Probatur ſic: Primo, quia Doctrina Catholica habet certas probationes; ergo impoſſibile, eſt quod doctrina illi oppoſita poſſit certo probari: Secũdo quia impoſſibile eſt, vt hæreticus, quicũque ille ſit, de ſua doctrina poſſit certas facere probationes, vt ſupra probatũ eſt: Tertio; quia doctrina hæreticorum eſt nimis varia, contraria, contradictoria, incompleta, & maximam habet diſſonãtiam inter ſe, & cum alijs omnibus veritatibus: Ideo nec certitudinem, nec probabilitatem habebit.

Tertia cõcluſio erit de doctrina Caluini, vel alterius Sectæ, & hęretici talis doctrina Caluini, quatenus cõtrariatur doctrinæ Catholicę, nec vera, nec certa eſt; probatur eadẽ ratione ſicut de ſupradicta. Sectatores enim Caluini inter ſe maximè diſſidẽt, & cõtrarij sũt.

Quarta concluſio erit contra nouum hæreticum talis: Dicere, quod Epiſcopi ſummam habeant in Eccleſia poteſtatem; Et quod Romano Pontifici non ſint ſubiecti; & quod Romanus Pontifex non habeat po

teſtatem ſuper illos;& falſum,& hæreticorum eſt: Et eſt impoſſibile,quod quis hanc concluſionem cum certitudine fidei probet; ſed neque Topicè, ſeu probabiliter quis poterit illam probare.

Quod ſit falſa,& hęretica probatur, quia Doctrina Catholica docet,& certo probat,quod Romanus Pōtifex caput eſt totius Eccleſię, & quod ſupra omnes Epiſcopos eſt: Et hæc probatio eſt affirmatiua: Et fit per propoſitionem æquipollentem affirmatiuam in ſacra Scriptura contentam,quæ ab Eccleſia Catholica omnino ęquipollens iudicatur.

Notandum hoc loco,probationem ex ſacra Scriptura poſſe fieri tribus modis.

Primus eſt per propoſitionem ęquipollentem,nempè affirmatiuā pró affirmatiua; veluti illa propoſitio: Paſce oues meas; & illa, quodcunque ligaueris, &c. eſt affirmatiua,& æquipollet huic: Chriſtus S. Petrum totius Eccleſiæ,& gregis ſui caput conſtituit; idē enim eſt eſſe paſtorem, quod eſſe caput, & gubernatorem; Paſtor enim oues gubernat; Et hęc probatio omnium maxima,& certiſſima eſt; potiſſimum cum Eccleſia Catholica iudicat,& docet,inter illas eſſe veram æquipollentiam: Et hac probatione ordinariè vtitur Eccleſia Catholica; pręcipuè in hoc loco: Hæretici vero, cum impugnant doctrinam Catholicam affirmatiuā ferè nunquam vtuntur hac probatione; quia ad probandam ſuam negatiuam non inueniunt locum Scripturę ęquipollētem; veluti non inueniunt in ſcriptura loca æquipollentia his negatiuis ſuis: Non datur Sacrificium Miſſæ: S. Petrus nō fuit ā Chriſto factus caput Eccleſiæ; & ſimilia: Et hoc valdè notandum eſt.

Secundus modus eſt, Affirmatiuam probare per oppoſitam negatiuam;& negatiuam probare per oppoſitam affirmatiuam iuxta regulam ex Perihermenia de oppoſitionibus; Et hæc probatio eſt certa, ſi rectè fiat;ſed vt ita fiat,multas requirit conditiones;& circa illam a multis errari poteſt: Non enim ſemper, vbi apparet oppoſitio, ibi eſt oppoſitio,vt ſupra dictum eſt; quia per veram diſtinctionem tollitur, quæ apparet oppoſitio: Et hac probatione ſæpè hæretici vtuntur,et male; diſtinctionem inter terminos non attendentes:

&

& ideo iudicantes,ibi eſſe oppoſitionem,vbi non eſt: Sit exemplum: Hæreticus vult probare hanc negatiuam; Petrus non eſt caput Eccleſię; vtitur oppoſita affirmatiua; Vnus eſt pater,& mediator Chriſtus; Hæc probatio non eſt certa, quia ab Eccleſia Catholica ita iudicata non eſt; & de hoc dictum fuit.

Tertius modus eſt per conſequentiam Logicam; veluti: Ex illo loco, In die iudicij rationē reddetis de omni verbo otioſo: ergo verbū otioſū peccatū eſt Eccleſia eſt firmamentū veritatis; ergo habet priuilegiū nō errādi: Hæc probatio; ſi fiat ab Eccleſia,eſt certa,quia illa in facienda ſimili conſequētia non poteſt errare: Alij circa talem conſequentiam errare poſſunt, ideo abſolute non poteſt dici,quod hęc probatio certa ſit.

Modo ad propoſitū noſtrū Eccleſia Catholica primo modo probat hāc affirmatiuā; Petrus eſt caput totius Eccleſiæ: Nullus vero hęreticus ꝓbat primo modo ſuā negatiuā; quod Petrus non fuerit a Chriſto inſtitutus caput Eccleſiæ; ſed per loca generalia,& cōmunia nituntur illam probare,hoc eſt vel ſecundo,vel tertio modo: ſed non bene procedunt,vt dictum eſt.

Examinanda eſt ergo huius noui hæretici probatio: Duas autem debet probare concluſiones; Vna eſt hęc. Summus Pontifex non habent ſupra Epiſcopos poteſtatem; Alia eſt hæc: Epiſcopi in Eccleſia ſummam habent poteſtatem,& talem,vt ſummo Pontifici non ſint ſubiecti iſtæ ſunt concluſiones.

Probatio illarum videnda,quæ, & qualis ſit: Probationes autem ſunt, Primo à Scriptura; Secundo à Traditione; Tertio Ab authoritate Eccleſię; Quarto à Ratione,Quinto ab authoritate ſcriptorum: Et intellexi, quod hæc vltima ſit: Demus autem,quod tentet probare omnibus modis, nunc enim exempli gratia hæc diſcuſſio ſit; Catholicus opponet, quod nulla dictarum probationum ſit certa,è contra vero probationes Catholicæ doctrinæ certę ſint.

Quod probatio ex Scriptura non poſſit eſſe certa, patet ex dictis.

Quod ꝓbatio ꝑ traditionē non ſit certa; imo ſit certa de cōtraria,ideſt Catholica veritate manifeſtū eſt. Eccleſiam Catholicam docere contrarium, nullum

eſt dubium.

Ratio etiam, & lumen naturale apertè oppoſitum docet, vt ſupra dictum eſt.

Vltima probatio à varijs ſcriptoribus accepta, qđ certa non ſit, ita probatur.

Hæc propoſitio; Epiſcopi habent in Eccleſia ſummam poteſtatem; poteſt, ſi rectè intelligatur, habere Catholicum ſenſum: Veluti intelligendo illos habere in ſua diœceſi, reſpectu inferiorum ſummam poteſtatem Epiſcopalem: Ita habere ſummam poteſtatem, ſicut Sacerdotes in ordine ad corpus Chriſti verum; Item poſſe omnia Sacramēta miniſtrare, & ſimilia in populum ſuum exercere; & tunc ſi aliquis ſcriptor in hoc ſenſu loquatur non erit contrarius doctrinæ Catholicæ, &, ſi fieri poteſt, omnes ſunt ita interpretādi.

Quod ſi aliquis ſcriptor expreſsè videatur dicere, ꝙ Epiſcopi nō ſubſint Romano Pontifici; Tunc eſt diſtinguendū; Vel enim talis ſcriptor eſt Catholicus, vel hęreticus: Si hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi; illius authoritas nihil eſt facienda: Si Catholicus; vel de hoc tractat apertè, & ex profeſſo; vel obiter, incidēter, & ex aliqua occaſione: Si ex profeſſo, & apertè cōcludit; ita vt non poſſit alitèr interpretari; quod Epiſcopi non ſubſint Romano Pontifici; tunc examinandū, an pertinax ſit in hac ſententia, vel non: Si ſic; tunc vt hæreticus eſt habendus, & nihil probabit: Si concludat, vel loquatur dubitatiuè; videndum, quid alibi de hac re dicat; & ſi non poteſt cum doctrina Catholica concordari; illius doctrina vt falſa eſt reijcienda.

Si autem obiter loquatur; examinanda ſunt antecedentia, & ſubſequentia, item quid author alibi de hoc dicat; conſiderando, an poſſit cum doctrina Catholica concordari; & hoc modo nō eſt dubium, qđ multi excitatis ſcriptoribus ad Catholicum ſenſum reducētur & ita eſſe Catholicus ille, qui dictas probationes examinauit ad confutandum, aſſeueranter affirmat.

Sed dato, quod aliqui ſcriptores non videantur poſſe cum Catholico ſenſu concordari, pium eſt aliquo modo illos excuſare, & dubia in meliorem partem interpretari; Quod ſi hoc nullo modo fieri poſſit, tunc talis doctrina, vt aliena à Catholica, eſt reijcienda;

&

& talis authoritas nihil probabit neque probabiliter.

Idem cum omnibus hęreticis, qui de nouo adueniant, eſt procedendum.

Certà igitur probatio erit verum, & optimum mediũ ad omnes hæreticos confutandos; & idẽ eſt de hæreſibus; Completa autem tractatio, cui certa, & plena probatio coniuncta ſit, maximũ lumen afferet ad multis modis falſitatem doctrinæ hæreticorum, & veritatem doctrinæ Catholicorum apertè declarandam.

Io. Hæc ſũt, quę mihi de hac re dicere viſũ eſt; Vos.n. à me petiſtis, vt ex Logica oſtẽderem, quænã doctrina, an Catholica, an Lutheri, & an Caluini certa ſit; Et ecce certitudinẽ eſſe pro Catholicis ſolis demonſtraui.

Caluius. Bene cõcluſum eſt: Habemus, qđ poſtulauimus; Hoc tuo opere ad tria dicta vtamur: Primo ad noſtram vtilitatem; Secundò vt alijs Catholicis bene faciamus: Tertio ad hæreticos tum confutandos, tum ad Catholicam fidem conuertendos: Et tu Ioannes de fructu, qui per nos ſequetur, particeps eris; Deus iſtorum laborum tuorum ſit copioſus remunerator.

Lutius. Idem ergo affirmo; Gratias ago immortales; Tibi ſemper addictus ero; Sępius ad te conueniemus, cum fuerit opportunum, vt tuo ſermone profundius hanc ſcripturam tuam intelligamus; & magis rectè illa vtamur: Certum eſt enim, quod ſcriptura à voce authoris maximè dilatatur, illuſtratur; & impinguatur: Vtinam poſſimus tibi gratias nõ ſolum agere, ſed referre immortales.

Ioannes. Feci, quod potui: Si quid omiſſum eſt, excuſare: Vnus non poteſt omnia ſcire; Et qui ſcribit non ſemper omnia, quæ in mente habet, valet explicare; Iucundiſſimè vos ad me venientes excipiã: Inuicem oremus; Vt Deus nos Euangelicę veritatis tum amatores, tum obſeruatores efficiat; Donecq; gratiam, vt & alios ad idẽ iudicamus, magnificentiam gloriæ regni Chriſti nobis, & alijs vtiliter proponentes. Atque demum, vt glorioſum regni Chriſti finem obtinere poſſimus.

F I N I S.

INDEX RERVM
NOTABILIVM.

A

Ltaria, vaſa ſacra, veſtes ſacræ, Eccleſia, & ſimilia conueniunt regno Chriſti. p. 373
Angeli quare creati. 247
Illorum finis. ibid.
Sunt ſocij, & amici hominum. 351. 362
Adiuuant nos. ibid.
A nobis honorandi. 366
Anima hominis qualis. 247. 250. 251
Illius potentia. ibid.
Finis, & operatio finalis illius. ibid.
Anima Purgatorij. Vide Purgatorium.
Antiquitas innoteſcit per traditionem. 199
In regno Chriſti, & in Euãgelio oĩa antiqua. 196 & ſeq.
Doctrina Catholica in antiquitate fundata, ideo vera. lib. 1. Diſt. 1. 2. 3. 4. & 5. & alibi.
Doctrina hæreticorum noua, & falſa. ibi.
Arbitrium quare homini, & Angelo datum. 247. 305. 715
Conuenit regno Chriſti. 305. 715
Magiſtratus illud habent. 516. & 594
Auxilia multa homini viatori data li. 4. d. 2. & lib. 6. d. 5
Multa data Eccleſiæ militanti. 714

B

Baptiſmus eſt Sacramentum. 626. & ſeq.
Correſpondet natiuitati. ibid.
Effectus illius. ibid.
Beati cum Angelis amici. 351. & ſeq.
Adiuuant nos. 362
A nobis honorandi. 366
Beatitudo finis mundi, & regni Chriſti, lib. 3. diſt. 1. & 2. pag. 246. & ſeq.
Beneficia Dei erga homines plurima. 306. & 714

C

Catholici ſoli habent verum Euangelium. in toto opere. De illo faciũt certas probationes. l. 1. & li. 1. d. 1. & 5.

Verum

Verum certitudinis fundamentum habent. ibid.
Catechiſmi doctrina qua, illius autoritas. 4
caremonia in regno Chriſti neceſſaria. 373
Ad quid inſtituta. 373
certitudo quid, quotuplex, cauſa, effectus, fundamenta, neceſſitas. lib. 1. diſt. 4 86. & ſeq.
In ſola Eccleſia Catholica reperitur. ibid. 100. & ſeq.
Maxima neceſſitas illius. ibi.
charitas dominatur in regno Chriſti. li. 4. d. 2. p. 347. et ſeq.
Effectus illius. ibi.
Datur inter Angelos, Beatos, homines viatores, & animas Purgatorij. ibid. 351. & 362. & ſeq.
Chriſtus rex. 346
Caput Eccleſia. 332. & ſeq.
Quomodo ſolus mediator, 49
Semper manet in Eccleſia. 681
Merita illius. 267
Illorum applicatio. 271
clerus ſecularis, & regularis quid. 375
Finis illius. ibid.
Conuenit regno Chriſti. ibid.
communio Sanctorum quid, cauſa illius, effectus, inter quos fit, maximè conuenit Regno Chriſti. lib. 4. diſt. 2. pag. 346. 358
confirmatio Sacramentum. 626. & 631
Finis & effectus illius. ibid.
completa tractatio quid, quomodo facienda. 52. & ſeq.
conſcientia libertas, qua non conuenit regno Chriſti. 378
Haretici impiè illam predicant. ibi.
conſilia Euangelica regno Chriſti conueniunt. 722
Illorum obſeruantia maximè laudabilis. ibid.
Religioſi rectè illam profitentur. ibid.
conſilium generale quid. 147
concilium Trid. finis doctrina. p. 2. & ſeq. p. 67. &c.
conſtantia quid. 87
Differt à pertinacia. ibid.
Cauſa & effectus illius. ibid. & p. 125
Soli Catholici illam habent. ibi.
cultus Dei quid. 372. & ſeq.
Finis illius gloria Dei. ibi.

Eſt neceſſarius in regno Chriſti. ibid.
Debet eſſe magnificus. ibid.
Publicus eſt dignior priuato. ibid.
Pro i lo neceſſaria ſunt multa, vt Eccleſia, vaſa, veſtes, tempora,loca,& alia multa. ibid.p.391
Negare hunc cultum eſt deſtruere regnum Chriſti,& finem illius. ibid.

D

Damnati pertinent ad regnum iuſtitia. 255
Ab Eccleſia ſunt omnino ſeparati. 335
Decalogus quid. 609.& ſeq.621
Pertinent ad regnum Chriſti. ibid.
Eſt pars S.Euangelij. ibid.
Illius obſeruantia neceſſaria. 709.& ſeq.
Deus omnia gubernat in mundo. 247
Plurima gubernat per ſecundas cauſas. 509.& ſeq.& pag.163.& ſeq.
Per Angelos, & magiſtratus Eccleſiam gubernat. ibid.
In regno Chriſti omnia rectè diſponit.lib.3.diſt.2
Dies feſti quare in Eccleſia determinandi. 376
Diabolus homines tentat. 306.314
Cur Deus tentationes permittat. ibid.
Pertinet ad regnum iuſtitia. 255
Deus viliſſimum officium illi dedit. ibid.
Doctrina reuelata quanam ſit. 64.&c.
Illius ſubiectum. 64.&c.
Doctrina Catholica,quæ ſit. 467
Illius ſumma. 4
Doctrina Catholica vna,vera,& certa. 66.&c.
Doctrina hereticorum varia,contradictoria,falſa nihil certi probans.in toto opere.

E

Eccleſia quid,quotuplex. 331.& 381
De Eccleſia Catholica in generali, nomen, diffinitio, quatuor cauſa,proprietates,partes,& alia multa.lib.4.diſt.2. 331
De Eccleſia triumphanti idem. 343
De Eccleſia militãti, nomẽ, definitio,cauſa,partes,proprietates, relationes, ſigna, priuilegia, & alia.lib.4.diſt.3. 381
Habet priuilegium non errandi. 37

Sem-

Semper fuit, & erit eadem numero. lib. 3 diſt. 3.
Quomodo dicatur Catholica Romana. 439
Probatur quod ſola Eccleſia Romana eſt vera. 21. & ſeq & lib. 4. diſt. 6
Probatur quod Eccleſia ſemper ſenſibilis fuit. 401
Probatur Eccleſias hæreticorum eſſe falſas. lib. 4. diſt. 6
Vera Eccleſia habet vera omnia. 16. & ſeq.
Per illam omnia vera probantur. 33
Omnes hæreſes confutantur. 34
Euangelium, nomen, definitio quattuor, cauſæ, relationes, partes, operationes, proprietates lib. 6 d. 1. 603. & ſeq.
Cõpleta ſumma S. Euangelij in Eccleſia neceſſaria. ibid. pag. 610. & ſeq.
Hæc ſumma quid ſit, quæ partes illius, finis, neceſſitas, vtilitas, antiquitas, ſufficientia, & alia. ibid.
In Eccleſia Catholica Euangelium eſt vnum, vna illius ſumma, vna fides, & doctrina, apud hæreticos omnia diſſona, & contraria. ibid.
Hæretici non faciunt hãc completã ſummã. lib. 6. d. 5. 740
Student impugnare Catholicam ſummam. ibid.
Si faciunt illam eſt incompleta, varia, contraria, multiplex, diſſona, falſa. ibid.
Circa hanc ſummam maxima eſt controuerſia inter Catholicos, & hæreticos, & hæretici valdè inter ſe in illa diſſentiunt. ibid.
Euchariſtia eſt Sacramẽtum, & de hoc fit completa, & certa probatio. lib. 6. diſt. 3. 655. & ſeq.
Probatur realis præſentia Chriſti in illa. lib. 3. d. 4 685
Maximè cõuenit regno Chriſti, et fini illius. li. 6. d. 3. et 4
Finis Euchariſtiæ eſt gloria Dei, & vita beata hominũ viatorum. ibid.
ecutiunt qui illam negant. ibid.
Euidentia alia eſt ſenſus, alia intellectus. 91. & ſeq.
Vtraque aliquo modo deſeruit ad certitudinem fidei ſtabiliendam. ibid.
Quid ſit, Finis, neceſſitas illius. ibid.
Extrema vnctio eſt Sacramẽtum, & probatur. 626. & 633
Finis eſt bene concludere vitam hominis. ibid.
Falſitas, quid. p. 79. Quomodo cognoſcatur. 80. &c.
Fides quid ſit. 66. & 164. & ſeq.

Quod

Quod obiectum illius. 66
Eſt vna. 66
Eſt certiſſima,quæ cauſa talis certitudinis. 165. & 201
Felicitas finis regni Chriſti.lib.3.diſt.1.& 2

G

Gloria quid. 257
Regnum gloriæ quid. 256 &c.
Qui in illo ſint.ibid.
Finis,& operationes illius.ibid.
Gloria Dei eſt finis regni Chriſti,& Dei,lib.3.diſt.1.& 2
Gratia quid,lib.3.diſt.1.& 2.
Regnum gratiæ quid.ibid.
Cauſa,& effectus illius. ibid.
Neceſſitas,& vtilitas.ibid.
Gubernatio eſt forma cuiuſcunque regni. 249
Deus gubernat totum mundum. 246. & ſeq.
Varijs modis gubernat,multa mediatè gubernat.p.167.
&c.& 509
Eccleſiam gubernat per viſibiles magiſtratus. 508

H

HAEretici non habent certitudinem de verbo Dei. 174
Nihil certi probãt,ſed neq; probare poſſunt.36 & 174
Male interpretantur ſcripturas. 39
Illorum doctrina magis negatiua,quã affirmatiua.473
Male loquuntur de regno Chriſti. 285.& 378
Sunt pertinaces,& quare. 125
Homo quid. 247.&c.
Finis,& operationes illius. 250.&c.
Cur à Deo creatus. 247.&c.
Honor conuenit Deo ſoli quomodo. 50
Conuenit Angelis,beatis,& magiſtratibus. lib. 4.diſt.2

I

IMagines ſacræ colendæ in ordine ad illud,quod repreſentant. 369
Infernus locus dæmonum,& damnatorum. Pertinet ad regnum iuſtitiæ. 352
Indulgentia quid ſint,cauſa, effectus, vtilitas, conueniunt regno Chriſti. 349.371
Intelligentia ſcripturarum apud Eccleſiam vera,& certa. Hæretici male illas interpretantur.p.39.& lib.2.d.3

Laus

L

Laus Dei actio principalis in regno Chriſti.lib.3 diſt.2
Lectio huius libri qualis eſſe debeat.lib.6. diſt.6.
Illius finis & vtilitas,& vſus.ibid.
Lex dicitur quia ligat,& obligat. p.249 & ſeq.
Item lib.4.diſt.2.
Omnis lex pertinet ad gubernationem ibid.
Tria debet determinare finem,media, & bonum vſum mediorum.ibid.
Finis legis bonum cõmune,ideſt felicitas ſubditorũ. ibi.
Lex Dei dicta omnia facit.lib.4.diſt.1.& 2
Lex Euangelij determinat finem,media,bonum vſum illorum.ibid.
Finis dictæ legis gloria Dei,& vita beata hominum.ibi.
Liberum arbitrium,vide arbitrium.
Logica tradit modum completæ tractationis. 52.&c.
Lumen quadruplex. 359

M

Magiſtratus viſibiles ſunt in Eccleſia Dei,ſunt perpetui.pag. 301.& 508
Illorum finis,neceſſitas,vtilitas. 508.& ſeq.
Malum cur in regno Chriſti permittatur. 305
Matrimonium probatur eſſe Sacramentum. 628
Finis,& effectus,& vtilitas illius.ibid.
Mediator Chriſtus,& qua ratione ſolus,& vnus. 48
Mediatores Sacerdotes,ſed in perſona Chriſti. ibid.
Meritum quid.cauſa illius. 274 & ſeq.
Actio principalis in regno Chriſti. ibid.
Eſt medium ad obtinendam vitam æternam. ibid.
Miſſa eſt digniſſimum ſacrificium.lib.6.diſt.2
Maximè conuenit regno Chriſti.ibid.
Mundus totus gubernatur à Deo. 146.&c.
Quid ſit,cauſa illius Item operationes. 246.&c.
Ordo partium illius. 307

N

Negatio quomodo probanda,quomodo confutanda.lib. 6.diſt.5.& 6.
Natiuitas ſpiritualis ſit in Baptiſmo. 626
Natura quid.lib.3.diſt.1.
Regnum naturæ quale. ibid.
Quis finis illius,quæ operationes.ibid.

O

Obſeruantia diuinæ legis. Quid, cauſa, effectus proprietates. lib. 6. diſt 5. 709
Multa adiuuant, & impediunt illam. 714. & 306
Officium diuinum ad cultum Dei neceſſarium. 372. & ſeq
Rectè in Eccleſia inſtitutum. 372 & ſeq.
Opera ad ſalutem neceſſaria. lib. 6. diſt. 5. 709. & ſeq.
Oratio quid. 612. & 617
Oratio Dominicalis ad quid ordinata. ibid.
Ordo Sacramentum in Eccleſia neceſſarium. 621. & 635
Otium nullo modo conuenit regno Chriſti. lib. 6. diſt. 5.

P

Paradiſus locus Beatorum. 352
Conuenit regno gloriæ. 352
Peccatum prouenit ex libero arbitrio. 305
Quare Deus illud permittat. 305
Pertinacia propria hæreticorum. 87. 125. 724
Quid ſit, cauſa, effectus, remedia. ibid.
Pœnitentia Sacramentum. Quid, cauſa, effectus, vtilitas, neceſſitas. lib. 6. diſt. 1.
Dicta probantur. ibid.
Maximè conuenit regno Chriſti. ibid.
Pictura ſacra licita; probatur. 369
Pœna datur vitio in regno Chriſti. 254
Præmium datur virtuti in dicto regno. 254
Pontifex maximus. Vide Romanus Pontifex.
Probatio, quid & quotuplex lib. 1. diſt. 5. 117
Alia certa, alia topica, alia ſophiſtica. ibid. 119
Quid ſingula dicta. ibid.
Probatio certa omnem tollit dubitationem. 120
Soli Catholici certam faciunt probationẽ. li. 1. d. 1. & 5.
Impoſſibile eſt quod hæretici aliquid certi probent. ibid.
Priuilegium non errandi conceſſum Eccleſiæ. 415
Item Romano Pontifici. 583
Purgatorium datur. 352. 354
Quid ſit. ibid.
Maximè conuenit regno Chriſti. ibid.

R

Regnum Chriſti quid, cauſa illius, exiſtentia, operationes, proprietates, priuilegia, ſigna, vnitas, ordo, antiquitas,

quitas,& alia multa.p.24.25.p.64.lib.3. d. 1.& 2.
Regnum gratię quid,cauſę,& alia dicta.lib.3. diſt.2.
Regnum naturę quid,& alia dicta.lib.3.diſt. 1.
Regnum iuſtitia quid,& alia dicta. ibid.
Comparatio inter dicta regna. ibid.
Ex quatuor dictis regnis fit vnum regnum. ibid.
Finis dicti regni gloria Dei.& Chriſti,& vita æterna.ib.
Reliquię Sanctorum honorandæ. 363
Religiones ordinãtur ad obſeruãda cõſilia Euãgelica. 722
Maximè conueniunt regno Chriſti,& fini illius. ibid.
Ritus,vide Ceremonia.
Romanus Pontifex quid ſit.finis illius,li.5.diſt.1.2.3.& 4
Maximè conuenit regno Chriſti. ibid.
Eſt de ſubſtantia illius.ibid.diſt.3.
Semper fuit,& eſt,& erit in illo ibid.
Habet priuilegium nõ errandi in rebus fidei lib.5.diſt.4

S

Sacerdotium in Regno Chriſti neceſſarium.lib.6.d.3
A Chriſto inſtitutum.ibid.
Sacrificium in eodem regno neceſſarium.lib.6. diſt.3
A Chriſto inſtitutum.ibid.
Sacramenta ſunt ſeptem.lib.6.diſt.2. 604.& ſeq.
Maximè regno Chriſti conueniunt. ibid.
Finis,vtilitas,neceſſitas illorum.ibid.
Fit probatio de illis.ibidem.
Sancti vocantur,qui ſunt in gratia. 347
Sanctorum communio quid,quomodo inter illos,lib.4.d.2.
346 & ſeq.
Scriptura ſacra,quid,cauſa illius,effectus.lib.2.diſt.3.pag.
210 & ſeq.
De illa completa tractatio. ibid.
Quomodo ex illa fiat certa probatio. 122
De vera & certa interpretatione illius.39.et 232 & ſeq.
Vera,& certa cognitio illius habetur per Eccleſiam.lib.
2.diſt.1
Societas inter Angelos,Beatos,animas Purgatorij,& fideles
viatores. 351
Societas humana multiplex. 486
Quælibet ab vno tantum gubernatur.ibid.
Diuiditur in partem gubernantem,& gubernatam.ibi.

Spes

Spes virtus infuſa, actus illius. 617
Docetur in oratione dominicali. ibid.
Spiritus ſanctus ſemper manet in Eccleſia. lib. 4. diſt. 5.
Docet illam omnem veritatem. ibid.
Dat illi veram, & certam intelligentiam Scripturarũ. lib. 2. diſt. 1. 2. 3
Non permittit illam errare. lib. 4. diſt. 5.
Summa completa S. Euangelij eſt neceſſaria in regno Chriſti. lib. 1. diſt. 1. & lib. 6. diſt. 1
De hac, vide Euangelium.

T

Tentatio quare à Deo permiſſa. 306 715
Auxilia contra illam. ibid. & 714
Terra locus tentationis, media inter cęlum, & infernũ. 714
Habet à Cęlo auxilia, ab inferno tentationes. ibid.
In illa ſunt homines viatores qui poſſunt bene, & male operari. ibid.
Vſus illius dilucidat veritates, confutat hæreſes. lib. 6. diſt. 6
Traditio quid ſit, neceſſaria in regno Chriſti. 2 83. lib. 2. d. 2
Magiſtra antiquitatis, & veritatis. ibid.
Sine illa impoſſibile eſt, quod in Eccleſia ſit certitudo fidei. lib. 1. diſt. 2. & lib. 2. diſt 2
Verus Textus Biblicus per illam ſit certus, ibid.
Probatur in Eccleſia dari. lib. 2. diſt. 2
Expreſſa dementia eſt in regno Chriſti illã negare. ibid.

V

Verbum in cõi quid, cauſa, diuiſio, cognitio. 151 &c.
Verbum Dei quid, & quotuplex, cauſa, effectus, cognitio, diuiſio, neceſſitas, De illo completa tractatio, De ſcripto, & non ſcripto. 151. & ſeq.
Veritas quid, quotuplex, cauſa, proprietates. 71. &c.
Modus illam cognoſcendi. 79 &c.
De illa diſtincta tractatio. 71. &c.
Viatores ſunt homines in terra conſtituti. 352
Virtus in regno Chriſti exercenda, premiũ illi promiſſum. lib. 3. diſt. 2
Vitium in regno Chriſti prohibitum pęna illi data. ibid.
Vita æterna finis regni Chriſti. ibid.

FINIS.

Corrigebat D. Vbertus Faber, Vbius Agrippinas.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5-2-

Digitized by Google